BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
29.3
NAPOLI

Digitized by Google

C A 3 c 5

Ex lib. Caroli. Anton. de Rosa
Jch. Neapol. an. 1749

Caf. 239.

Digitized by Google

605599 Rar. Vill. C. 293

PETRI FRIDERI MINDANI
J C.

DE INTERDICTIS, SIVE EXTRAORDINARIIS,

QVÆ PRO HIS COMPETVNT,
(iubendi, prohibendi, immittendi, reſtituendi, exequendi, &c.) actionibus

COMMENTARII THEORICO-PRACTICI

Noui, Paradoxi, abſoluti:

Ex vtriuſque Iuris, & antiqui, Conſtitutionum Imperialium & Cameralium Obſeruationum, medioque Iudiciorum hodierno vſu deducti, reſtituti.

OMNIBVS VERÆ IVRISPRVDENTIÆ ſtudioſis, & in foro verſantibus ſumme neceſſarii.

Cum INDICE *duplici, Commentariorum, & Capitum priore, poſteriore materiarum.*

FRANCOFVRTI
Ex Officina Typographica Iohannis Bringeri,
ſumptibus IOHANNIS BERNERI.
M. DC. XVI.

Piſa

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI AC Dn. Dn. IOANNI GEORGIO,

Duci Saxoniæ, Iuliaci, Cliuiæ, Montium, &c. S. Rom. Imperii Archi Mareſcallo, & Electori: Landgrauio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, Burggrauio Magdenburgi, &c. Comiti in Marka & Rauenſpurgo: Domino in Rauenſtain, &c. Principi ac Domino ſuo vti Clementiſſimo, ſic ſubiectiſſimâ animi obſeruantiæque ſtudio colendo.

IMperiorum & iuſtitiæ virtus & laus omnis, imò & pax publica, Sereniſſime Princeps Elector, Domine clementiſſime, cōſiſtit in tuendis rebus & perſonis noſtris: Vnde ſc. publice & priuatim omnibus & ſingulis benè ſit. Ad hoc obtinendum antiquitus Sapientiſſimi Impp. & LLlatores, mirum, quàm laborârint: & laborāt etiā nunc de remediis conuenientibus; quibus & in ipſas leges & tranquillitatem publ. excogitatæ ſeu fraudes ſeu violentiæ coercerentur: Quanquam enim in adoleſcentiâ, vt ſic dicam, Romanæ iuriſprudentiæ, non minus de rebus noſtris quàm perſonis, earumque iure, proditæ eſſent actiones: Tamen cùm indies inuentis legibus & actionibus, fraus viciſſim inuenta conſpiceretur, adeoq; negociorum & querelarum intricata varietas ſimul & multitudo iſtis LL. actionumque primitus inuentarum

regulis & repagulis claudi non poſſet: Cœptum eſt de pluribus ſubinde Edictis, Interdictis, extraordinariiſque judiciis, cogitari. Factorum enim & fraudum infinitas quædam requirebat remediorum quoque cumulum atque delectum, vt qui pro facti qualitate, vno actionis genere, ad ſcopum iuſtitiæ peruenire, vel minus commode vel minus celeriter poſſet, haberet alterum vel tertium remedii genus, quod rectius ad querelæ ſuæ materię adaptare, & per quod felicius ad portum victoriæ, contra calumniatores, eluctari valeret. Duo nàmque fuere ſemper atq; etiamnum eſſe videntur, quæ diua Themis ad perfectius & felicius ἀποτέλεσμα. pro litigaturo de iure ſuo, conſequendum, deſiderare poſſit: vnum: vt actionum talis ſuppetat delectus & abundantia, vt quam minimo ſumptu & negotio (ratione proborum cum primis) quiſque ſuo iure vti frui poſſet. Alterum, vt quam minimis actuũ & temporum ambagibus atque interuallis id quod extremum eſt in iudicio, retardaretur. Ad hunc ſcopum collimarunt fideliſſimi & vigilantiſſimi quique νομοθέται καὶ νομοφύλακες, hinc olim euenit, vt ad conſuetas actiones adiicerẽtur aliæ vice-actiones, vt ſic dicam, quibus ea maxime auſa & attentata reprimebantur, quæ maximo ſcandalo eſſent, quæque facilius in peſſimum exemplum trahi poterant, ſi ſcilic. ordinariis actionum formulis & proceſſibus indulgendo, iudices moram paſſi, non ſubitaneo potius nouarum LL. interdictorum & actionum auxilio & interuentu, iſti malo antequam latius ſerperet prouide occurriſſent: Non ibi vlterius, ſi tale quid noui ſcandali

obtin-

obtingeret, calata cōmitia, vniuerſi vel populi vel ſenatus rogationes & conſulta remiſſionesque ad pedaneum iudicem expectari poterant: ſed Prętor actionem & iudiciũ regia quadam manu reddebat. Non ibi ſingula vel de apicibus LL. iurisque priuati rationibus vel regulis communibus exquiſita iſta agendi procedendique accuratione formare oportebat: Verum ſummarijs opus erat formulis, non in publicis tantum quæſtionibus præſertim etiã de ſacris rebus, ſed ſæpenumero in priuatorum quoque cauſis: Interdum per recuperatores Prætor communi ſponſione iudicia conſtituebat, delegata quidem primis temporib. cognitione iudicibus: Poſtea vero, ne his quidem vtebantur: Nec tam in his reddendis & ſanciendis interdictis, ius partis quã cōmunis tutela bonorũ & coercitio malorũ, pro rebus ſimul & perſonis ſpectabatur. Hinc illud quod ſupra dictũ eſt ſubſidiũ & cōpendiũ quaſi iuris apparere cœpit, vt videlicet & negotiũ litis, præſertim in probando, & finis atq; effectus eſſent faciliora, paratiora, vberiora. Sane circa meum & tuum, & inter priuatas & publicas perſonas, maximam litium partem occupari, non ex illo Salomonis iudicio demum, ſed omnibus omnium iudiciorum tribunalibus, cuiuis patet: Hic quid non excogitauit πλεονεξία humana? quam ingenioſa hæc ſemper fuit in eludendis legibus, actionibus, iudiciis, contra ſe ſubinde conſtitutis? Nec fuere ſolum, qui res & poſſeſſiones alienas, lucrum ex re & perſona aliena appeterent, inuolarent, deſpoliarent; quique per ſe naturali quadam κακοφυΐα & calliditate, argumenta

Digitized by Google

ius eludendi fucumque L L. faciendi inuenirent : Sed nec iiſdem deſuere, qui lucrum, multo etiam iniuſtius, ex tam iniuſtâ lite aucupando, patrocinio conducto, grauiter ipſum ius, ſanctasque leges calumniarentur : Idque præcipuè hac ratione, vt ſub qualicunque prætextu rerum poſſeſſionem nacti, raptores iſti, poſtea quid comminiſcerentur tituli, quo aduerſarium, re & commodo rei deſtitutum, tantoque ad enauigandum iudiciorum pelagus, magis impeditum, longius per litium ſufflamina circumducerent; & hoc modo vel impendijs exhaurirent, vel temporum tædio & tractu fruſtrarentur: Vtque inuolarent aliorum poſſeſſiones, è re iſtorum facere videbatur, quod rei ſuæ per ſe vel ſuos, naturali detentione ſemper inſiſtere, non quiuis poſſet: Vnde in procliui fuit, negare inſiſtentiam, poſſeſſionem, dejectionem: & quæſtionem tituli potius mouere : Huic fraudi vt contrairent, bonisque ſubuenirent leges: ampliabantur, poſſidendi modus ſiue jus, & idipſum tuendi & recuperandi legitima media : Ex hoc vſu venit ciuilis quoque poſſeſſionis nec non quaſi poſſeſsionis commodum : Ex hoc itidem interdicta, maximè poſſeſſoria, profluxêre. Naturam ſcilicet inſtitutum ciuile ſecutum eſt : Nam: Vt ego quod meum, tu quod tuum eſſet haberemus, vterque nempe ſeparatim & diuiſim (Deo & naturâ tum per rerum copiam, tum per locorum diſtantiam ſic ordinante:) Vnde certior ordo laborum functionum procurandæque familiæ & ſobolis, adeoque œconomiæ & ex hac Politiæ, & his bene conſtitutis, Eccleſiæ, miniſte-

Digitized by Google

niſteriiique conſeruaretur: Vtique mediante poſſeſsione, qua ſuum quiſque occuparet, teneret, reaſſumeret, in eiſque ſe poneret, vere & immediate vel mediate, idipſum fieri oportere, naturalis ratio docuit: Cuius diſtinctionis rerum, tam corporalium quam incorporalium, cuſtos quaſi conſtitutus potiſsimum DOMINII titulus: Id quod regulariter imo ſemper poſſeſsionis translatione interueniente conſequimur. In his igitur rebus, cum pleonexia hominum, præ aliis in immenſum vſque deſudet: maxima certè legitimæ prouidentiæ pars in hâc materiâ & diſquiſitione vertitur: quomodo eum qui vim aut fraudem aliquam in rebus & poſſeſsionibus ſuis vel metuit vel paſſus eſt vel patitur etiamnum, defendi oporteat; vt ſua cuique ſint ſalua; vt ſua Reipublicæ conſtet tranquillitas: poſſeſsiones enim illæſas ſeruari, longe maxime reipublicæ intereſt. Quia fluctuante poſſeſsionis iure, in vniuerſum fluctuarent & incerta manerēt omnium rerum dominia, & tandem tota earum diuiſio & iuſtitia commutatiua cōquaſſaretur.

Facit ad frequentiam harum controuerſiarum, teſte Juſtiniano Imperat. quod vnuſquiſque magnum ſentit commodum, ex hoc ipſo, quod poſsideat: Et hanc frequentiam præſens noſtra, peior auis, ætas, & degenerans ambitio, magis magiſque multiplicat. Quæ cauſa eſt quod in laxiore olim mundo & ſimpliciore ſeculo, vix centeſima pars deciſionum & quæſtionum in legum codicibus conſpiciatur, ſi, quantos hodie commentarios,

Digitized by Google

mentarios, quæſtiones, caſus, & ſentētias habeamus, cō-parare lubeat. Sed quorſum hæc tam late? ſc. vt inde æſtimetur, quam bene de republ. ſimul & omnibus poſſeſſoribus ſeu inhabitatoribus Imperij Romani mereantur ij, qui clauo eiuſdem & prætorio præfecti, hæc ipſa Possessionvm latifundia & quæ ijſdem cohærent vniuſcuiusq; iura, tam inter ſtatus Imperii quam inter priuatos, tueri vere regiis ſuis curis & regalib. adminiculis, quibus pollent, præ aliis ſatagunt: ſiquidem hoc modo, qui de præcipuis Imperialis culminis ſolicitudinibus, vnus & potiſſimus eſt ſtabilitur Thronus & Majeſtas regni Romano-Germanici: hi ſunt ſudores & labores magnatum, vereq́; magnorum Imperij procerum, columnarum, &, ſicut in Chryſobulla Karulina nuncupātur πρωτομελέων καὶ πρωτομελεδωνῶν procurare nimirum, ne quis iniuſta ratione rerum ſuarum poſſeſſione deſtituatur, & ne quid exinde, ſi rapinis, ſpoliis, turbationibus conniueatur, Pax & Reſpub. ſacra, profana, detrimenti capiat.

In quorum iuſtitiæ pacisque Imperialis videlicet aſſertorum egregiorū numero, cum Tua Sereniſſima Celſitudo, Princeps Elector potentiſsime, adeo ſit primaria, vt tuo Iuri prouinciali Saxonico, eiuſque præſidio in eidem ſubiectis terris tuo muneri prouiſionali, in iſta imperii parte, alterum bicipitis Romanæ auis caput & diadema, ſuo præſertim tēpore & loco vltro cedat & ſpōte ſe dedat: Vt quoties inter ſumma culmina, vel ipſius Aquilę caput, vel ſublimia humani corporis mēbra, de his ipſis quæſtionibus quęſtio & controuerſia exiſtit, Eadem Tua

Sereni-

Serenitas & Dexteritas requiri ſæpiſſime ſoleat, vt vel palmam recuperatoriam ex authoritate ſummæ juſtitiæ, inter litigantes, victori, deferre: vel eaſdē Coronæ tuæ Rutaceæ (irarum nebulis de viſu detergendis, & infectricibus noxis depellendis natæ) præbito palmite, conſopire vna, curet:

Iccirco nec digniorem materiam, nec digniori Vindici nec digniore iure & merito; quàm, hoc volumen de Interdictis, Tuæ Sereniſſimæ Celſitudini reuerendiſſima animi demiſſione, offerre, nuncupare & conſecrare volui, potui, debui: quantumuis ad tantas res tractandas, tanto Præſidi exhibēdas, tantoq; decore, quo id Perſonæ Reique Maieſtas poſtulat, vtrumque præſtandum, me longe imparem, adeoq; indigniſſimum fuiſſe meliore quidem iure & merito, ingenuè fateor. Verū enimvero quod circa hanc dedicationē mea indignitas impedire facilè potuit, non protinus aliter fieri magni patrocinij neceſſitas & indigentia coegit: Ipſam vero opellam meā vt lucē aſpiceret cum rei ipſius non prorſus aſpernanda vtilitas, tum vero cū primis expetentiū amicorū non alio modo per me impetrāda ſatietas, facilè, ſpero, excuſabit, præſertim ſub tāto Præſide & arbitro. Itaq; quod ſupereſt, Serenisſimam Tuam Celſitudinem qua poſſum animi deuotione & cōtentione, oro, vt ne in hac parte, ſummo iſti in tuendis eiuſcemodi juribus & ſtudiis, officio ſuo, quo cum Imperiali culmine participat, mihi, meisq; hiſce ingenii (addo etiam familiæ) pignoribus, quæ in ſolidum Tuæ Celſitudini conſecro & dico, deeſſe, aut circa hoc ipſum, ab auita

laude diminutum ſe fieri patiatur: ſed potius qua ſolet omnes bonos, literatos, ſuæq; Celſitudinis ſubditiſsimos ſuſpectores & cultores proſequi clementia, memet quoque vna cum meis, ſi non proſequi & afficere, complecti tamē, fouere & tueri velit: pro qua inſigni & magna gratia me totum, & quicquid vitæ viriumq; mearum ſupereſt & ſuppetet, Tuæ Sereniſsimæ Celſitudinis ſeruitiis, quomodocunq; ſors feret, impenſurum me ſpōdeo, ſanctéque recipio. Sic & Celſitudini eiuſdem feliciſsimum anni præſentis auſpicium & inſuper perennem ſalutem, vitam, famam: & mihi demerendi robur à Deo ter Opt. Max. voveo: Cuius protectioni eādem animitus: Eidemque me meosque ſubiectiſſimo obſeruantię ſtudio commēdo: Dabam 14. Kalend. JAN. Anno IVstI tIæ oppIDI Mœnofran C of V rtensIs.

T. Ser. Celſitudinis

humilimus ſeruitor

Petrus Friderus.

ELEN-

ELENCHVS
COMMENTARIORVM ET CApitum hoc Opere comprehenſorum.

Comment. I.

De Etymologia & definitione interdicti. I.

II. An interdicta fuerint actiones, & quales, ordinariane, an extraordinaria, ad rub. titu ff. de interd. 18.

III. An interdicta iuris veteris ſint plane abrogata, ad eand. rub. & princ. inſt h. t. 37.

IV. De caſibus, ſiue cauſis ac fontibus interdictorum propriis, ad l. 1 ff. h. t. & p. 2. ord. tit. 23. 50.

V. An & quatenus officina iudicis tribuat interdictum: ad l. 1. ff. de iur. omn. iud. 76.

VI. An interdicta locum habeant, iis caſibus, quibus alias actio ciuilis competit, ad l. interdictū, ff de precar. 83

VII. De interdictorum diuiſionibus ad l. 1. & ſeq. ff. de interdict. 9?.

VIII. Quod annua regulariter ſint interdicta, & quo reſpectu ſic dicãtur, ad l. 1. §. fi. de interd. 110

IX. De perpetuis interdictis & actionibus, quidnam ſint, & quatenus ſic dicantur. 124.

X. De interdictis, vel actionibus pœnalibus, & non pœnalibus. 142.

XI. De duplici interdictorum puncto, ſiue cauſa, poſſeſſorii ſc. & petitorii, ad l. incerti, 3. C. de interdict. 152.

XII. De momentanea interdictorum poſſeſſione, quid ea vero fuerit, & an adhuc vere ſit, locumque habeat in cauſis interdictorum, vel mandatorum ad l. vn. C. ſi de mom. poſſ. 174.

XIII. De duplici poſſeſſorio, ſummario ſc. & ordinario, à Dd. dicto, & quidnam, tum an tenere ſit, ad p. 2. ord. tit. 21. §. ſin. 195

XIV. Quod interdicta iuris veteris nihil ſint, vel fuerint aliud, quam mandata prætoris, aut magiſtratus, qualia adhuc hodie, cum vel ſine clauſula emanant. 216.

XV. De effectibus interdictorum, ſiue mandatorum 229.

XVI. Quibus & aduerſus quos interdicta reddantur, ad l 1 in prin. ff. de interdi 239.

XVII De antiqua interdictorum ſolennitate, ac proceſſu, ad §. fi. inſt & l fi. C. de interdi. 261,

XVIII. An & qualiter citatio ac libellus in interdictis olim requiſita & adhuc iam requirantur, ad rub. verb. actionib. ff h. t. & § fi. inſt. & l fi. verb. cognitionum auſpicia. C. eod. 274.

XIX. An & qualiter litis conteſtatio ac iuramentum calumnia requiratur in cauſis interdictorum. 287.

X X. De concurſu interdictorum, tum petitorii & poſſeſſorii, & primo ratione cumulationis, ad l. incerti C de interdict. 381.

XXI De mixtura poſſeſſorii & petitorii, ad l. 2. § ff h t. 312.

XXII. An & quando petitorio, vel ſolo vel vna cum poſſeſſorio intentato, liceat tranſire ad poſſeſſorium, ad l. cum fundum ff de vi & vi armat. 321.

XXIII De exceptionibus interdictorum propriis, ad l. 1. § Labeo ff. de flumin. 338.

XXIV. De exceptione ſpolii, ad c. 1. & c ſin. de ordin. cogn. 354.

XXV De reconuentione, an & quatenus in poſſeſſoriis interdictorum cauſis locum habeat, ad l. 1. §. ſin ff. de extraord cog l. ſi inter me & te ff. de except. rei iud. 367.

XXVI. De probationibus interdictorum propriis, & primo quidem, quatenus competentes, vel minus, ad l. incerti. 3. verb probationes. C. de interd. 384.

XXVII. De ſolennitate probationum, in poſſeſſoriis, reſpectu iuramenti, citationis, interrogatoriorum, reprobationis. 410.

XXVIII. De requiſitis probandæ poſſeſſionis, reſpectu ſcilic. effectorum, item animi, tituli, actuum &c. ad l. 1. ff & C. uti poſſid l. ſin. ff de itin. actuq. priu l. 1 ff & C. vnde vi. 423.

XXIX. Quomodo in ſucceſſorem tranſire poſſeſſio ad obtinendum retinenda, vel recuperanda

Digitized by Google

interdictum, ad l hæredes, 22 in prin. ff. de acq. poſſ cum ſim. Et quæ eiſdem contraria videtur l cum miles 30. ff. ex quibus cauſ maior. 437.

Prolegomena interdictorum. 469. *Tit. I.*
Ne quid in loco ſacro fiat, ſeu de rerum ſacrarum interdicto. 476.
II De religioſis & ſumptibus funerum, Item de mortuo inferendo, & ſepulcro ædificando. 489.
III. De locis & itineribus publicis, Et ne quid in loco publico, vel itinere fiat. 504.
IV. De via publica, item rebus, locuq; publicis 520.
V. De loco publico fruendo. 542.
VI. De fluminibus, Ne quid in flumine pub. ripave eius fiat, quo peius navigetur, & trib. tit. ſeq 547.
VII. De interdicto uti poſſidetis. 568.

Cap. I. Quibus caſibus interdictum uti poſſidetis competat 580.
II. Quidnam interdicto, Uti poſſidetis, veniat. 591.

Tit. VIII. De ſuperficiebus. 597.
IX. Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus ſit. 605.
X. De itinere, actuq; privato. 614.
XI De aqua quotidiana & æſtiva. 624.
XII. De rivis. 368.
XIII. De Fonte. 643.
XIV. De Cloacis. 646.
XV. Interdictum Utrubi 649.
XVI Quorum bonorum. 652.
XVII. Interdictum quod legatorum. 678.
XVIII. Interdictum Salvianum. 692.

PETRI FRIDERI MINDANI
JC.

DE INTERDICTIS; SIVE, EXTRAORDINARIIS, QVÆ PRO HIS COMPETVNT (IVBENDI, INHIBENDI, IMMITTENDI, reſtituendi, exſequendi, &c.) actionibus:

COMMENTARII THEORICO-PRACTICI:

Ad Tit. I. Dig. & Cod. eod.

COMMENTARIVS I.

De Etymologia & definitione Interdicti.

SVMMARIA.

1 *Interdicta, cum tota iuriſprudentia vices humanas paſſa:*
2 *Licet ſint antiquiſſima, & ſaluberrima, reſpectu legu, tam divinæ quam humanæ:*
3 *Interdicta, iniquiſſimam, ob æquiſſimam veterum ſolennitatum abrogationem, paſſa ſunt iacturam.*
4 *Interpretes plerique interdicta cũ aliis ordinariis actionib. confundunt:*
5 *Vnde maxima praxeos iudica confuſio.*
6 *Interdictis opus non fuiſſet, ſi illorum idem cum aliis actionibus eſſet proceſſus:*
7 *Arg. l. 2. ff. de Cond. tritic. & interd. vnd. vi.*

8 *Interdicta longe maiorem uſum habent, quam in ſcholis, vel & foro paſſim animaduerſum.*
9 *Interdicta ſeruiunt amputandis litium texturis.*
10 *Mandata iudicialia ex interdictis, & hac ex illis explicanda.*
11 *Diſtributio operis: Et primo de Etymologia & definitione interdictorum.*
12 *An interdicta ſint actiones & quales, ordinaria vel extraordinaria?*
13 *De quibus rebus interdicta competant: ſiue de cauſis ac fontibus interdictorum propriis.*
14 *De ſpeciebus aut diuiſione interdictorum.*
15 *Interdictorum plærumque duplex eſt punctus, quæſtio, ſiue ſtatus, poſſeſſorij ſcilicet & petitorii.*
16 *Momentanea poſſeſſio quid ſit & dicatur?*
17 *Poſſeſſorium an reuera ſit duplex ſummarium ſiue ſummariiſſimum, & ordinarium ſeu plenarium?*
18 *Interdicta nihil ſunt aliud, quam mandata prætoris qualia hodie cum vel ſine clauſula emanant.*
19 *De effectu interdictorum.*
20 *Interdicta quibus & aduerſus quos reddantur?*
21 *De iudice interdictorum competente.*
22 *De antiquo interdictorum proceſſu.*
23 *An citatio, libellus lit. conteſtatio requirantur in interdictis?*
24 *Concurſus poſſeſſorii ac petitorii quadruplex, ratione cumulationis, mixturæ reconuent. exceptionis.*
25 *De probationibus interdictorum mirabiles ſunt opinionum conflictus.*
26 *De requiſitis probandæ poſſeſſionis.*
27 *De cognitione & ſententiis interdict propriis.*
28 *An appellare liceat ab interdictis?*
29 *Quis ſit vel eſſe debeat interdictorum proceſſus?*
30 *Explicatis generalioribus interdictorum quæſtionibus, dein ſpeciales eorundem tituli expli. abuntur.*
31 *Votum auctoris.*
32 *Etymologia vel analogia dictionum ſunt duplices, grammatica & alluſiua:*
33 *Grammatica interdicti analogia eſt ab inter & dico.*
34 *Interdicere cumprimis vetare aut prohibere ſignificat. & n.35.*
36 *Interdictum vel edictum inhibitorium, apponitur præcepto iuſſorio.*
37 *Interdictum non modo vetandi, ſed & iubendi poteſtatem habet.*
38 *Edictum, decretum, mandatum, præceptum, tam iubendi quam prohibendi ſignificatu frequentatur.*
39 *Chriſtus morbos una interdictione ſanauit.*
40 *Præceptum interdictorium.*
41 *Dictum vel edictum, pro interdicto.*

42 In-

42 *Interdicta Græcis παραγγελίαι vel παραγγέλματα: & n. 97.*
43 *Ocioſa eſt diſtinctio inter præceptum & mandatum.*
44 *Theoph. interdicta ὁμιλίας vocat: & quare, n. 48 50. & ſeq.*
45 *ὁμιλία, conuerſationem, colloquium, vel alloquium, item turbam, & multitudinem, & concionem notat. n. 46. & ſeq.*
48 *Interdicta, ſub cœtu & turba partium, plerumque reddebantur.*
49 *Prætor nunquam debet permittere, ut ad arma veniant, quos poteſt iuriſdictione ſua componere.*
50 *Eoque reſpectu, interdicta, ſaluo ut plurimum petitorio vel hypotheſi redduntur.*
51 *Chryſoſtomus, quare conciones ſuas homilias vocitet?*
52 *Commentarii hi quare & homiliæ vocentur ab auctore.*
53 *Interdicta, non grammatica, ſed alluſiua verbi Etymologia dicuntur, quaſi inter duos dicta: veluti*
Teſtamentum quaſi mentis teſtatio:
Poſſeſſio quaſi pedum poſitio:
Mulier quaſi mollis aer.
54 *Vel, quaſi interim dicta, donec de proprietate iudicetur.*
55 *Interdicta erant formulæ prætoriæ iubentes aliquid vel inhibentes.*
56 *Theophilina interdicti definitio.*
57 *Iuſtinianea interdicti definitio: & n. 58.*
59 *In ea ſeptem conſideranda.*
60 *Interdicta loco generis, definiuntur per verbum decreti.*
61 *Vel mandati.*
62 *Vel præcepti.*
63 *Vel reſcripti, iuſſionis, monitorii, edicti.*
64 *Interdicta prætorem vel iudicem competentem deſiderant:*
65 *Sicuti omnes actiones:*
66 *L. 2. C. de interdict. non tantum de foro domicilii, intelligenda eſt; ſed de omnibus competentis iuriſdictionis caſibus.*
67 *Interdicta ex præſcripto legis ſunt reddenda, & n. 70.*
68 *Iudex non debet temere vagari cum interdictis.*
69 *Proceſſus, regulariter, non à præcepto, ſed citatione inchoandus:*
70 *Interdicta in caſibus ſaltem iure fundatis ſunt reddenda.*
71 *Interdicere cenſetur atque dicitur non modo prætor, ſed etiam actor.*
72 *Obiectum vel ſubiectum interdictorum, eſt non modo poſſeſſionis, vel quaſi, ſed & facti, circa ius aliquod, orti controuerſia: & n. 76.*
73 *Cuius reſpectu, & olim prætor iubebat vel inhibebat.*
74 *Interdicta latiſſimũ habent imperium, ad ſopiendas omnes facti controuerſias:*
75 *Idque celerrima reformatione ſub momentaneo ſaltem ut plurimum præiudicio.*
76 *Theophili verba:*

A 2 77 In-

77 *Interdictum aliquando redditur citra ullam poſſeſſionis (prædialis ſcilicet, vel rei alicuius mobilis ſiue immobilis) controuerſiam.*

78 *Theophilus eſt interdictorum interpres vere theoripracticus.*

79 *Particula maxime vel plerunque frequentiam quidem alicuius caſus includit, ſed & alios non plane excludit.*

80 *Interdicta, in nudis poſſeſſionum cauſis, non conſumuntur, ſed latiſſimos habent imperij ſui fines:*

81 *Omneſque facti, vi, & inſolentia vias coercent:*

82 *Docentque iudicem, quomodo conſtituta per interdictum pace, de ipſo negotio iudicare oporteat.*

83 *Interdictorum finis, eſt, publica tranquillitas; vt homines à viis facti, regaliter auocati, iure diſcant contendere.*

84 *Verba Theophili elegantiſſima veterem praxin arguentia,*

85 *Prætor in reddendo interdicto, non ſtatim definit quæſtionem, ſed iudicia præparat.*

86 *Poſſeſſionum maxima vtilitas, maximas ſemper rixas cauſata eſt.*

87 *Officium iudicis aut magiſtratus eſt, rixas atque lites dirimere.*

88 *Non tranquillitatis ſaltem publicæ, ſed* ἐυταξίας *etiam cauſa:*

89 *Vt alter petitor, alter poſſeſſor ſit.*

90 *Per interdicta præparantur iudicia, & cauſarum determinationes:*

91 *Vel etiam in notoriis & liquidis recta expediuntur:*

92 *In notoriis, ordo iuris eſt ordinem iuris non ſeruare:*

93 *Interdicta fiunt vel iubendo vel prohibendo:*

94 *An interdicta citat. libell. & litis conteſt. requirant:*

95 *Interdicti vox apud Romanos antiquiſſima, ab ipſis etiam Græcis recepta & uſurpata.*

96 *Poſſeſſoria recup. & retinenda Græcis* ἐξυλνσδίκαι *olim appellata.*

97 *Interdicta, moderna appellatione, dicuntur mandata vel monitoria.*

98 *Subaudis diplomata:*

99 *In Galliis, circa interdicta, tam nominis, quam iudiciorum reſpectu, mire variatum.*

100 *Interdicta Gallis vocantur interdiz. complaintes & querelles poſſeſſoires, ſimplicis aut novæ ſaiſinæ, & deſaiſinæ.*

101 *Interdicta recup. Gallis etiam dicuntur Reintegrande, vel complaintes de nouelle deſaiſine.*

102 *Cauſas turbationum & deiectionum Galli vocant materias vel caſus nouitatis.*

103 *Mandata de non turbando vel offendendo quomodo Italis & Hiſpanis vocentur.*

104 *Interim Hiſpan. vel Recreance Gallis momentanea eſt poſſeſſio.*

105 *Adi-*

Digitized by Google

105 *Adipiſcendæ interdicta quomodo Gallis dicantur.*
106 *Angli atq; Scoti, interdictorũ reſcripta, Chartas atq; breuia vocant, &c.*
107 *Cauſæ interdictorum, proximioribus lingua latina temporibus, querelæ & conqueſtiones vocatæ.*
108 *Sicuti & Nouationis verbo turbationes ſpolia & in vaſiones denotãtur.*
109 *Labaſcenti interdictorum diſciplina, variis S. Imperij Conſtitutionibus eſt ſuccurſum.*
110 *Tranſitus ad homiham ſequentem.*

QVantopere † humanis cum vicibus, tum infortuniis, vt o- 1
mnes res mundanæ, ita & ipſa quoque diuinã, & verè diui-
na iuriſprudentia ſubiecta ſit: præter alias eius partes, & in-
terdictorum diſciplina luculentiſſimo eſt argumento. Etſi
enim † illa, vt vtiliſſima & per neceſſaria rebus publicis, ita 2
antiquiſſima, & cum ipſo genere humano diuinitus nata
proditaque, tum ab ipſo Deo, in duabus decem Interdicto-
rum tabulis, cum clangore atque tonitribus repetita: & proinde ab ipſis Im-
perij Romani incunabulis, ad ſummum eiuſdem florem atque culmen, ſalu-
berrime producta eſt: Tamen, † ob æquiſſimam ſuperſtitioſarum formula- 3
rum mutationem, iniquiſſimam accepit iacturam: Adeo, vt, poſt Diui Iu-
ſtiniani Imp. vt νομικώτατ, ita auguſtiſſimi tempora, nihil ferè, niſi inaniſſimũ,
& omni re deſtitutum ſui nomen retinuerit: idque cum primis † apud Inter- 4
pretes & Commentatores: qui ad vnum fere omnes, de Interdictis, in ma-
gnis & multiplicibus eorundem explicationibus, non aliter remagunt, quam
ſi aliarum ordinariarum actionum proceſſum exſequerentur. Qua † ex re 5
per quam maxima praxeos iuridicæ perplexitas & confuſio eſt enata: Cum
nulla fere ſit interdictorum ſpecies, quæ confuſo, vel ſublatò vero & præto-
rio eorundem proceſſu ac ratione, ex alijs ordinariis actionum generibus, nõ
poſſit eadem facilitate expediri. Quid † enim Quorum bonorum, Quod 6
legatorum, & alijs Interdictis, eorundemque repetitione Iuſtinianea, opus
fuerat: ſi eodem, quo aliæ ordinariæ actiones, fine, & recepta ac introducta,
vel & ſublatis formulis, ordinariis facti actionibus æquiparata eſſe exiſtimabi-
mus? Quid † item interdictis Vnde Vi, & ſimilibus, celerrimam reſtitutio- 7
nis cauſam continentibus, opus erat, cum & condictione triticaria, tam fun-
dus ipſe, quam poſſeſſio recuperari queant, ſi quis vi deiectus ſit, *l. 2. ff. de cond.*
tritic. Quia igitur † celeberrima Interdictorum doctrina, non modo longe 8
maiorem, ampliorem & auguſtiorem ſui vſum habet, quam à pleriſque, in-
terque eos præſtantiſſimis, tum immortalis- alias, & perpetuum colendæ me-
moriæ interpretibus, ad *tit. triginta tres, lib. 43. Digeſt. tum ad Inſtit. & Cod. eod.*
animaduerſum, vel & paſſim, in foro, hactenus recte ſatis obſeruatum: Hinc
† rem me facturum exiſtimo, ciue Rom. Imperij non indignam, ſi Prætorias 9

Interdictorum conſtitutiones, ſimilesque alias Sacri Imperij leges. ad amputandas aliquo modo frequentiſſimas. de infinitis fere, & diuturnis Proceſſuũ ordinariorum protelationibus. & quaſi texturis. querelas, in priſtinũ ſtatum, quaſi ab inferis reuocauero, docueroq; † mandata ex Camera vel aula Impe-
10 riali tum Romana quotidie, vel ſaltem frequentiſſime emanantia, ex Interdictis, & hæc ex illis declaranda & explicanda eſſe. Cui rei magna ineſt nouitas, magnus iuris, æqui bonique fauor, magnus rerum humanarum, in Scholis,
11 in curijs, & in foro vſus. Rem † igitur hactenus obſcuram, vt apertius commonſtremus, primo de interdictorum Etymologia & definitione agemus: deinde *Rubricam ſiue titulum ff. de Interdictis*, recta explicabimus, diſcutiendo
12 & videndo, An Interdicta † ſint vel fuerint actiones & quales, ordinariæne an extraordinariæ? quid ab actionibus alijs, tum edictis ipſis differant, & an adhuc ſint in vſu: Tertio ad *L. 1. ff. hoc tit.* ſtatim accedemus. & ſecundum Iu-
13 reconſulti commonitionem inquiſituri, † de quib. reb. interdicta competant, veros & proprios eorundem fontes demonſtrabimus ſumpta explicatione ex *part. 2. ord. Cameræ Imp. tit. 23. &c.* Quarto † ſpecies & diuiſiones interdicto-
14 rum *d. l. 1. & ſeq.* tum *in inſtit. & Cod. eod.* vel & alibi propoſitas exſequemur.
15 Quinto ad *L. 3. C. h. tit. L. 15.* qui deſtinauit *24. ff. de Rei vend. &c.* explicabimus † Quod & quomodo duplex plerunq; ſit interdictorum punctus ſiue cauſa, ſtatus aut quæſtio: poſſeſſorij ſc. & petitorii, & quidnã vtrumq; ſit? Item Sexto
16 ad *l. momentariæ C. vnde vi, & l. vnic. C. ſi de moment. poſſ. ap.* Quid † momentanea poſſeſſio, cuius tam frequens fit mentio ſit, videbimus: Item Septimo, an duplex, † quod in ſcholis & foro frequentiſſime allegatur, ſit poſſeſſoriũ ſum-
17 marium & plenarium? An & quatenus vtrumq; in Iure fundatum? Octauo,
18 oſtendemus † quod interdicta nihil aliud ſint, vel fuerint, quam mandata præ-
19 toris, qualia hodie cum vel ſine clauſula emanant, Et † quisnam nono & qualis ſit eorundẽ effectus. Quia autem de partib. & Iudice, ante cætera, conſtare
20 oportet: hinc decimo generaliter perſtringemus, † quibus & aduerſus quos interdicta reddantur, quod ea de re frequens in omnibus Interdictis mentio fiat; quæ genrali aliquo capite, aliquib. particularibus cuiuſq; Interdicti ſaluis,
21 rectiſſime explicantur: De Iudice † tam Interdictorũ, quam aliarum actionũ ordinario, remiſſione facienda, ad repetitionem theoricopracticam *l. fin. ff. de iuriſd. om. iud.* admiſſa tamen in ſequentib. breui explicatione *l. præſes. 2. C. h. t.*
22 Quibus præmiſſis, † vndecimo conſequens erit, vt ad *l. fin. C. h. t.* explicemus,
23 Quiſnam fuerit antiquus interdictorum proceſſus? Item duodecimo, An † & quatenus citatio, libellus, litis conteſtatio in cauſis interdictorũ requirantur?
24 Et cum de quadruplici poſſeſſorii concurſu, † & ratione ſcilicet cumulationis, mixturæ, exceptionis, & reconuentionis, paſſim apud Dd. tum etiam in ipſis Legibus mentio fiat, quorum explicatio hic neutiquã ſicco pede tranſeunda: hinc decimotertio concurſus cumulationis, mixturæ, & reconuentionis, mixturæ, & reconuentionis, tum Exceptionibus interdictorum propriis, ſuas

Digitized by Google

quoque homilias ſiue explicationes tribuemus: quorum omnium, cum à Dd.
tum in ipſis textib. *d. L. 3. C. h. t. c. 2. 3. 4. & tot. tit. ex. de poſſeſſ. & propr.* & paſſim
in Interdictis, eorumq. explicationib. fit mentio. Decimoquarto, † de proba- 25
tionibus Interdictorũ propriis docebimus: Vbi mirabiles opinionum con-
flictus ſeſe offerent. Et cum in generali Interdictorum, præſertim vero retinẽ-
dæ & recuperandæ diſciplina iuxta *L. ſi duo 3. ff. Vti poſſid. &c.* poſſeſſio ſæpe ab
vna parte affirmetur, ab altera negetur: Hinc † decimoquinto de requiſitis 26
probandæ poſſeſſionis obiter dicemus: Item decimoſexto, † de cognitione & 27
ſententiis Interdictorũ propriis videbimus: An & quando per viam mandati
vel ſententiæ expediantur? Item decimoſeptimo, † An & quatenus ab inter- 28
dictis appellare liceat: & An *L. vnic. C. ſi de mom. poſſeſ.* adhuc ſit in vſu? Deniq;
† quiſnã hodiernus ſit, vel ſaltẽ de iure & merito eſſe debeat interdictorũ pro- 29
ceſſus ex theoria & praxi declarabimus. Quib. † ita pro ſolidiore *tit. 1. ff. & C. In* 30
ſtit. de interd. explicatione generalius τῶν προοιμίων inſtar καὶ κατασκευαστικῶς in
primo hoc Libro præmiſſis: Ipſos deinde interdictorũ titulos & materias, nõ
modo *lib. 43. ff. & lib. 8. Cod.* ſed & alibi paſſim, in iure tam ciuili quam canonico
propoſitos, libris ſequentibus exſequemur: † ſummo æterno omnipotentis 31
Dei numini humillime deuotiſſimeq; ſupplicantes, vt diuina ſua gratia facere
dignetur, quo χρηστὰ μόνον, καὶ ὅσια, καὶ δίκαια, & ſacratiſſimis ſuis duarum ta-
bularum & in iis τῶν δέκα λόγων interdictis cõgruentia proferamus. Ac † cum
Etymologiæ verborum (vt ad principia τοῦ προοιμίου redeamus) duplices ad- 32
ferri ſoleant, Grammaticæ & abuſiuæ, ſiue potius alluſiuæ: illæ, quæ vocabu-
lorum veras deriuationes & analogiam: iſtæ, quæ rerũ ipſarum denotationes,
& quandam ſignificationum analogiam arguunt & oſtendunt: vtramque hic
perſtringemus. Et grammaticè, hoc eſt, propriè & Latinè loquendo, vera † & 33
propria interdicti analogia eſt ab inter & dico; qualiter, interferere, intermi-
ſcere, interloqui, interloquutũ, vel interlocutoria, interrumpere, internecinũ
& ſimilia verba, eadem analogia cõſtant. Cui proximum nunc eſt videre, quid
propriè & grãmaticè interdicere, ac proinde interdictum ſignificet ac impor-
tet? Et cumprimis † prohibere, vetare ſignificat; Vnde, is cui bonis interdici- 34
tur, *l. 6. ff. de verb. oblig. l. 1. ff. de curat. fur. l. 4. §. erit interdictum, & per procurato-
rem litigare. ff. de alien. iudic. mut. cauſa.* Et malè rem gerentibus patribus bonis
interdici ſolet. Cic. aqua & igni interdicere, Plin. iun. *& l. qui dolo. §. fin. ff. ad L.
Iul. de vi publ.* Aqua & ignis interdicuntur mihi. Cic. Omni Gallia Romanis in-
terdixit, Cæſ. fœminis duntaxat vſum purpuræ interdicemus, Liu. Vnde & in-
terdictum, idem quod Edictum, præceptum, ſiue mandatum inhibitorium
vulgo vocatur, & definitur. Quæ † ſignificatio, iuxta quoſdam, adeo ſola atq; 35
vnice huic verbo propria eſt, vt nemo vnq̃, etiã de exhibitoriis & reſtitutoriis
interdictis loquens, dixerit interdicere pro iubere, Donell. *in rub. de interd. n. 3.*
Sicuti & Cicero, edictũ Verris quo prohibuerat vel interdixerat, ne pater gra-
tis filium captiuum inuiſere poſſit, tyrannicũ vocat, *Verrina 7.* Qua ratione
Inter-

Interdictum, idē dictum, q̄ Græcis ἀπόῤῥ[illegible] apud Platon. *in Polit.* ἀποῤῥηθὲν μὴ καταφεύγειν, cum vetitū eſſet defugere: vel ἀπαγόρευμα ſiue ἀπαγόρευσις: ὧν τὰ πλεῖςα, καὶ τοῖς ἡμετέροις νόμοις ἀπαγορεύεται; quorum multa legib. noſtris pro-
36 hibentur: Plutarch. *in Solone.* Qua † ratione vtrumq; vocabulum, ἀπόῤῥημα & ἀπαγόρευμα, ſiue Edictum inhibitorium, τῷ προςάγματι ſiue præcepto iuſſorio opponitur apud Plutarch. ſicuti & ἀπαγορεύειν, ἀπειπεῖν, κωλύειν, ἀπείργειν, verba, ſolummodo inhibere, vetare & prohibere notant cum ſuis deriuatis. Quibus accedit, quod ipſe Imperator, vti & Donel. inſiſtit, expreſſe dicit, *in* §. 1 *ad fin. inſtit. h. tit.* quod & tunc fuerunt, qui putarint, proprie interdicta ea vocari, quæ prohibitoria ſunt: quia interdicere ſit denunciare & pro-
37 hibere: teſtitutoria autem & exhibitoria proprie decreta vocari. Attamen † iſtis omnibus non attentis, interdicere & Interdictum, non modo ſub vetandi & prohibendi ſignificatione apud Latinos vſurpatur, ſed etiam iuben-
38 di: Vnde interdicta exhibitoria, reſtitutoria, vel, vt generalius loquamur, compulſorialia, iuſſoria; per ea quæ paſſim *in ff. & C. & Inſtit. hoc tit.* Ita † vt Interdictum non minus quam edictum, mandatum, ſiue præceptum vti & πρόςαγμα, διάταγμα, παραγγελία, vel παράγγελσις, & ἐντολή. apud Græcos, pikdah vel Mitzuath, apud Hebræos, tam iubendi quam prohibendi ſignificatu frequentatur. Vnde etiam Iuſtin. Imp. *d. loco*, mandata reſtitutoria vel exhibitoria, contra ſuperſtitioſam nonnullorum opinionem, qua putaſſe eos dicit, quod interdictum ſub prohibendi ſaltem poteſtate veniret, non tantum decreta, ſed etiam interdicta proprie vocari, rectiſſime & merito contendit. Et ita in genere loquendo, Plaut. *in Aſinar.* Neſcio, inquit, ego te interdictis facere manſuetam meis. Interdicto XII. tabularum Plini. Interdicto defendere poſſeſſionem, Cic. Prætor interdixit de vi hominibus armatis ſine vlla exceptione, vt vnde deieciſſet, reſtitueret. *Id. in oratione pro Cæcin.* Et Terent. Interdico, ne extuliſſe extra ædes puerum vſquam velis: & *l.* 1. *in fin. pr.* vt per lacum, foſſam, ſtagnum publicum nauigare liceat, interdicam, *ff. vt in flum. publ. nauigar.* Et Marcian. duplicem huius verbi poteſtatem luculente arguit, quando ait: Relegati ſiue deportati debent locis interdictis abſtinere: Et hoc iure vtimur, vt relegatus interdictis locis non excedat: *l. Relegati* 4. *ff. de pœn.* Sic ædificia contra nunciationem noui operis facta deijci, iterumque deſtrui iubentur interdicto Prætoris, *L.* 1. §. 7. *interdictum de oper. reſtit. & l.* 26 §. 1. 3. 6. *&c. ff. de nou. oper. nunc.* Prætor ventrem in poſſeſſionem mittit, hoc interdictum prohibitorium eſt & reſtitutorium, *l.* 3. §. 1. *&* 2. *ff. Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ.* Et ita omnia prætoris decreta, quibus, in cauſis interdictorum tam publicorum quam priuatorum quē reſtitui iubet, interdicta vocantur, nō minus quam illa, quibus aliquid fieri prohibet: quod cuique legenti obuium eſt. Et ſunt tituli ac textus expreſſi in Interdictis Vnde vi: Quod, vi aut clam: de precar. &c, Vt mirum ſit, hac in re hæſitare. Sic Arnob. 2. *aduerſus gentes*, Chriſtū

† ait

† ait morbos vna interdictione (hoc eſt, vt alibi ait) ſolo verbo imperioq; ſanaſſe: Habes, ait, illud, Quod præcepto interdictorio generaliter iubet: Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, theſaurizate a vobis theſauros in cęlis. 39

Et Saluian. Epiſcopus quondam Maſſilienſis, à Cunrad. Rittershuſio IC. probe explicatus, *lib.3. de Auaritia*: Habes, ait, illud, Quod † præcepto Interdictorio generaliter iubet: Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: theſaurizate autem vobis theſauros in cœlis. Hinc & dicere, vel edicere, pro interdicere uſurpatur: *l. cum prætor dicat, vti opus factum reſtituatur ei, ff. de verb. ſignif. l. videamus* 38. §. 4. *de vſuris & fructib.* Sicut etiam † dictum vel edictum, pro interdicto promiſcue uſurpatur, *l. ædibus* 18. *l. prætor* 20. §. 1. *l. pen ff. de nou. oper. nunc.* Licet Cuiacius *lib. 5. obſ. 17. poſt med.* pro more, ſed perperam iſta loca corrigere conetur: quaſi perperam ibi, alterum pro altero legatur: quod Autores iuris abuti vocabulis voluiſſe non videantur. Eandem † ob rationem in *Baſilic. lib.* 58. *Eclog.* 1. Interdicta παραγγέλματα, vel παραγγελίαι, denunciationes, elegantiſſime vocantur: Vnde titulus, περὶ παραγγελιῶν de Interdictis. Παραγγελία enim, παράγγελμα ſiue παράγγελσις apud Xenophont. Ariſtotelem & alios, ſignificat præceptum, mandatum, denunciationem: qualiter Interdictum noui operis, per nunciationem, ac denunciationem, alicubi etiam, renunciationem inſignitur: per ea, quæ *ibidem* dicemus. Ex quibus † apparet ocioſas eſſe differentias, quas nonnulli faciunt, inter præceptum & mandatum: de quibus differentiis late Felin. *ad c. Eam te: num. 9. de reſcript. c. Nam concupiſcentiam, verſ. Tertia concluſio, de conſtit.* Theophilus autem † Interdicta, paulo (vt videri poſſet) alienius ὁμιλίας vocat, *inſt. eod.* quaſi hoc verbum ſimili ſignificatu alibi vix exſtare putetur, vt ὁμιλία ſermonem, vel potius effatum, edictum, vel enunciatum Prætoris notet: Cuiac. *lib. 5 obſ. 17. in prin.* Iacob. Curt. & alii Com. Interpretes ad *Theoph. d. loc.* Communiter enim, primo, † congreſſum, ſeu conuerſationem familiarem, importat, verb. ὁμιλία: Vnde iſtæ apud Græcos Comicos ſententiæ: Κακοῖς ὁμιλῶν κ' αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός: Malis conuerſando & ipſe redderis malus. Φθείρουσιν ἤθη χρηςθ' ὁμιλίαι κακαὶ: Corrumpunt bonos mores conuerſationes prauæ. Et Theognis: Ταῦτα μαθὼν, ἀγαθοῖς ὁμίλεε: Hæc diſcens bonis conuerſare. Secundo † ſermonem notat & colloquium familiare vel alloquium, apud Plutarch. & Syneſ. &c. qualiter ὁμιλέω verbum, non conuerſari modo, ſed & ſermonem conferre ac diſſerere ſignificat: veluti eleganter apud Euangeliſtam, S. Lucam *c. 24. v. 13.* dicitur: quod duo iſti diſcipuli, qui Emauntem ibant: ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους, contulerunt, diſſeruerunt, vel, vt Eraſmus, (neſcio an ſatis pertinenter vertit) confabulabantur inter ſe. περὶ πάντων συμβεβηκότων, de omnibus, quæ acciderant: καὶ ἐγένετο, ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς, καὶ συζητεῖν: Et factum eſt, dum cōferrent & diſputarent, quod ipſe IESVS appropinquans συνεπορεύετο αὐτοῖς, ibat cum illis, &c. Tertio † idem quod ὁμίλη, hoc eſt, turbam & multitu- 47

40 41 42 43 44 45 46

B

titudinem ſignificat apud Herod. in Thal. &c. Sed enim, propterea, d. *ὁμιλίας*
48 verbo vti Theophilum voluiſſe exiſtimo, quod † interdicturi, vel interdicto
acturi, cum cætu & turba amicorum, non tantum poſſeſſionem, qua de plerumque agebatur, eius tenendæ tuendæque gratia ingrediebantur; ſed etiam, prætorem, vt interdictum interponeret, adibant. Hunc enim morem fuiſſe, apparet ex *Oratione Ciceronis pro Cecinna*, & ex Theoph. quod ſcilicet res iſta, cum turbis, & amicorum conuocatione, ſub verberum, armorum & plagarum periculo, non raro ageretur. Vnde ad Prætoris interdictum conuolabat
49 actor: Prætor autem † vtpote, qui nunquam ad arma peruenire ſinit, quos poteſt Iuriſdictione ſua componere & coercere, *l. æquiſſimum ff. de vſufr.* ſtatim
50 *προσομιλῶν* alloquendo & compellando interdicebat: pro † hypotheſi, ut Theoph. loquitur, hoc eſt, ſtatus ipſius, & negotii principalioris quæſtione, ad iudicem remittendo: & ita partem vtramque, quaſi *ὁμιλίᾳ* amicabili, vel potius iudiciali, ad ſedandam turbam inſtituta, componens & ad ordinariam iuris & legitimi proceſſus viam reuocans: qualiter, & præceptoris cum diſcipulis conuerſatio vel diſſertatio informatiua, *ὁμιλία* dicitur apud Xenophont.
51 Vti † & Chryſoſtomus Conciones aliquot ſuas, ad populum, pro autoritate & informatione verbi Dei habitas, Homilias vocat. Vt ſic elegantiſſime & appoſitiſſime Theoph. Interdictum Prætoris per *ὁμιλίας* verbum definierit.
52 Eodemque † reſpectu, & hos ipſos, de interdictis commentarios ſiue diſſertationes, præſertim in refertiſſimis, bona ex parte, auditoriis cum forenſibus, tum Academicis repetitas, homilias paſſim vocare non erubui. Et iſta nunc de grammatico verbi etymo vel analogia dixiſſe ſufficiat.

53 Abuſiua † vel alluſiua interdictorum Etymologia ſubindicatur ab Imperatore, & celebratur paſſim ab Interpretibus, quod ſic vocentur, quaſi inter duos de poſſeſſione contendétes, vel interim dicantur & obtineant, donec in cauſſa petitoris iudicetur, qualiter teſtamentum quaſi mentis teſtatio; poſſeſſio quaſi pedum poſitio, in iure, & mulier, quaſi mollis aer, ab Iſidoro no-
54 minatur. Et † cum Interdicta plerumque momentaneam ſaltem poſſeſſionem tribuant, quam interim quis habeat, donec de proprietate iudicetur: hinc aliis magis placet; quod Interdicta habeantur quaſi interim dicta, Iſidor. *c.* 24. & Arrian. *ad Paul. 5. ſent. 6. per l. 3. §. fin. ff. de liber. exhib.* Alc. 3. *Parerg.* 15. *& in l. pecuniæ*, 178. §. *actiones, ff. de verb. ſign.* Sed Grammatica deriuatio certiſſima, veriſsima.

55 Interdicta † autem, ut Iuſtinianus Imp. ait, formulæ erant atque conceptiones verborum, quibus Prætor iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tunc maxime fi: bat, ſi de poſſeſsione vel quaſi-poſſeſsione, inter
56 aliquos contenderetur, *in princ. Inſtit. de Interdict.* Theophilus † inquit, eſſe *ὁμιλίαν*, ſiue enunciatum Prætoris, inter duos qui de poſſeſsione contendunt emiſſum, facti quidem ſpeciem cauſamq; non plane definiens, ſed quomodo

de

de ea iudicandum ſit, iudicem informans, & ſimul aliquid fieri vel prohibens, vel iubens, ſiue præcipiens. Ἰντέρδικτον δέ ἐστιν ὁμιλία τοῦ πραίτωρος μεταξὺ δύο τινῶν, περὶ νομῆς, ἢ ὡσανεὶ νομῆς ἀγωνιζομένων γενομένη, οὐ τέμνουσα τὴν ὑπόθεσιν, ἀλλὰ ῥυθμίζουσα τὸν δικαστὴν, ὅπως χρὴ κρίνειν περὶ τῆς ὑποθέσεως: Λέγει δὲ ταῦτα τὰ ῥήματα ὁ πραίτωρ, ἢ ὡς κωλύων τι γίνεσθαι, ἢ ὡς κελεύων. Hoc eſt: Interdictum vero eſt enunciatum, ſiue alloquium Prætoris, inter duos aliquos de poſſeſſione vel quaſi-poſſeſsione contendentes factum, non definiens hypotheſin, ſed informans Iudicem, quomodo oporteat iudicare de hypotheſi: dicitque illa verba Prætor, aut tanquam prohibens, aut tanquam præcipiens. Plura dicemus *infra in cap. de duplici interdictorum puncto ſiue cauſa poſſeſſorii & petitorii.*

At † vero ex iſtis omnibus, & ſimilibus, quæ adferri ſolent, definitionibus omnium optima eſt definitio Diui Iuſtiniani Imp. quod Interdicta fuerint formulæ & conceptiones verborum, quibus Prætor aliquid fieri iubebat, 57
vel prohibebat. Iam vero, cum per Conſtantinum formulæ & ſtrictæ verborum conceptiones ſint ſublatæ: *L.1.C.de formul.& impetrat.action.ſublat.* talem habes definitionem Iuſtinianeam: Quod † interdicta ſint decreta vel mandata Prætoris, ſeu ordinarii Iudicis & Magiſtratus, quibus ex Iuris Legumq; 58
præſcripto, circa poſſeſsionum vel quaſi, aut cuiuſcunque facti controuerſias, publicæ tranquillitatis, aut manifeſti iuris gratia, quid recta fieri iubet, vel prohibet, ſalua utplurimum petitorii quæſtione. In qua † definitione ſeptem 59
ſunt conſideranda, 1. Genus. 2. Iudex. 3. Differentia. 4. Obiectum. 5. Finis. 6. Modus. 7. Appellatio hodierna.

Generis † loco dixi, Interdicta eſſe decreta vel mandata: Et decreta 60
quidem in genere vocantur, *in l.1.ff.de tab. exhib. & §. ſunt autem. Inſtit. de Interdict.* Et Cic. *in orat. pro Cecinna* vocabulis Interdicti & decreti promiſcuè utitur; ut, Nego me ex decreto Prætoris reſtitutum eſſe. Et paullo poſt: Non ſum ex decreto Prætoris reſtitutus, &c. facit *totus tit.ff.de decret.ab ordin.faciend. l.nequicquam, §.ubi decretum ff. de offic. proconſ.&c.* Neque † obſcurior eſt po- 61
teſtas vocabuli mandatum: ut *tit.C.& Nouell.de mandat. Princ. & text. l. hac ratio* 3.§.1. Ergo ſi Senatoris filia libertino contra ſenatuſconſultum nupſerit, vel prouincialis mulier ei qui ibi meretur, contra mandata, &c. *ff.de donat.inter vir.& vxor.l.manifeſtum eſt*, nuptiis contra mandata contractis dotem fieri caducam, *C.de nupt.* Quo † eodem ſignificatu etiam præcepta dici poſſent, *ut in* 62
*l.Lucius.*11.poſſeſsiones ex præcepto Principali partim diſtractas, partim veteranis in præmium adſignatas, *ff.de euiction.* text. in terminis propriis, *l.*7. exhibitionis neceſsitate tenetur, qui facultatem habens, culpam vel dolum in exſequendo præcepto committit, *C.ad exhibend.* Similis text. *in l.3. C. de re iudicata.* Poſſunt † etiam dici reſcripta, iuſsiones, monitoria, ut dixi *in tract. de* 63
mandatis, c.1.num.2. vel Edicta: vt *l.1.per tot.l.5.§.4.in fin.& l.Prætor.20.§.1.ff.de*

Digitized by Google

noui oper.nunc.& l.1.per tot.ff.Ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. Quo nomine Imp.*l.vnica.*
Cod. vti poſſidetis, transferendæ poſſeſſionis edictum, pro interdictum ait.
64 Porro † huic generi rectiſsime & neceſſario additur, quod ſint decreta ſiue
mandata, non cuiuſcunque mandantis ſed Prætoris: hoc eſt, Iudicis, vel ma-
65 giſtratus competentis. Sicut † enim in aliis ordinariis actionibus, Edictis,
& Citationibus, extra territorium, vel extra iuriſdictionem competentem, ius
dicenti impune non paretur, *l.fin.& tot.tit.ff.de iuriſdict.omn.iudic.l.1.& tot.tit.*
C.ſi à non compet.iudice.l.Duumuirum.53. C.de decur. Ita eadem maxime eſt ratio
Interdictorum. Vnde Valer. & Gal. Impp. in *l.2. C. de Interd.* Præſes prouin-
ciæ, in eum, qui eiuſdem prouinciæ non eſt, nec ex Interdicto poteſt cogno-
ſcere: *Et l.cum unus.*12.§.1. is qui poſſidere iubetur, eo loco iuſſus videtur, cu-
ius cura ad iubentem pertinet: *ff.de bon.autor.iudic.poſſid.l.dotis 9.ibi.* Ingredi-
endi poſſeſſionem heredibus non conſentientibus, ſine auctoritate compe-
tentis iudicis, nullam habes facultatem; *C.ſolut.matrim.l.1. & tot.tit. C.Vbi de*
66 *poſſeſſ.l.1.& tot.tit.C.vbi de hered.&c.* Quod † enim Impp.*d.l.2.* eum in quem
ex Interdicto cognoſcendum eſt, eiuſdem prouinciæ eſſe, aiunt, oportere: non
de ſolo domicilij, (ut male nonnulli exiſtimarunt) ſed etiam alijs fundandæ
iuriſdictionis caſibus intelligendum eſt, utpote, quod & eorum reſpectu,
quis de prouincia & territorio Iudicis eſſe reputetur: ratione ſcilicet rei ſitæ,
d.titulo: vel delicti & commiſſæ violentiæ, *tit. C. vbi de crim.* vel contractus,
l.heres abſens.§.fin.& ll.ſeqq.ff.de iudic. vel prorogationis & conſenſus, *l.1.& 2.*
eod. vel priuilegij: ut lex *Authent. Habita. C. Ne filius pro patre*: vel Reconuen-
tionis, & omnis continentiæ cauſæ per ea quæ dixi *in tract.de Contin.cauſ.* Quo-
modo & *d.l.2. C.de Interdict.* planiſsime explicatur, *in l.præſes 3.ff.de offic.præſid.*
Sed quia iſta competentis Iuriſdictionis quæſtio, paullo latior eſt, & ex ordi-
naria fori competentis doctrina dependet; idcirco inde etiam facillime pote-
rit repeti: & dixi *d.tract.à c.1.uſque ad cap.*10.& in theoricopractica repetitione,
l.fin.ff.de iuriſdict.omn.iudic.
67 Differentiæ † autem cauſſa diximus, Interdicta eſſe mandata vel decre-
ta, quæ ex iuris legumque præſcripto fiunt, circa poſſeſsionem vel quaſi ple-
68 rumque controuerſias, &c. Neque † enim indiſcrete & indifferenter vagari
poteſt vel debet Iudex cum Interdictis aut mandatis: Sed ijs ſaltem caſibus ea
adhibere, ubi iuris legumque ratio celerem reformationem requirit. poſtulat,
69 & concedit. Quandoquidem † regulariter non à præcepto, ſed à Citatione
70 inchoandum, per vulg. Vnde † etiam conſtat, tam Interdicta, quam alios
extraordinarios proceſſus, qui à Prætore ipſo, vel magiſtratu, miſſo viatore fie-
bant, non propter Prætoris, vel magiſtratus, ſed propter ipſius cauſſæ tum le-
gis & Interdicti, liquidum, certumque & formatum ius in ſeſe habentis arbi-
trium & auctoritatem, de plano, & ſine ſtrepitu, mandando, percipiendo, in-
hibendo, immittendo, reſtituendo, exſequendo peragi. Quod ſingula & ad
vnum

Digitized by Google

vnum omnia interdicta, vtpote in manifeſtiſſimis Legis, iuris & Edictis cauſis per ſe planis, expeditis, ac præceptiuis ſeſe fundantia, luculentiſſime docent, arguunt, & ſingulari poſtmodum homilia, quæ de cauſis & fontibus interdictorum propriis differet, latius explicabitur. Et † iſthoc manifeſtiſſimi 71
iuris reſpectu non modo prætor, ratione ſcilicet decreti & præcepti, ſed etiam actor, ratione ſcilicet Interdicti, quo experitur, interdicere cenſetur atque dicitur. *L.pen.ff.* Ne quid in loco pub. *L.1.§.pen.ff.de via pub.l.3.§.ſi quid dolo ff. de tab.exhib.l.3.§.eſt autem ff. Ad exhib.L.1.§. Cum autem.ff. de vi armat.l.3.§. Labeo.ff.Vti poſſid.l.1.§.ſi tibi fundum.ff.de itin. actuq; priv.*

Obiectum † porro, in quo, vel circa quod, interdicta occupantur, in 72
definitione dixi, eſſe qualeſcunque poſſeſſionum, vel quaſi, ſiue etiam facti, easque aut proprietatis, aut cuiuſcunque alterius iuris intuitu, ortas controuerſias. Quod enim Iuſtin. Imp. in Inſtit. de interd. ait, tum maxime, locum interdictis fuiſſe, cum de poſſeſſione vel quaſi contendebatur: non eo intelligendum eſt, quod plerique, vel fere omnes noſtri Dd. faciunt: quaſi in ſolis poſſeſſionũ cauſis, Interdicta ſemper ſubſtiterint, vel adhuc modo ſubſiſtant, locumvè ſaltem idoneum habeant, pauciſſimis ſaltem proprietatis etiam cauſam attingentibus: Sed † quod frequentius, in poſſeſſionum, rarius, in pro- 73
prietatis, hoc eſt iuris, controuerſias. incidant quidem, ita tamen, vt abrogatis iam formularum reticulis, ex cauſis interdictorum, & ad eorum exemplũ agatur, vbicunque, & olim, prætor, vel magiſtratus ex officio, & extraordinarie poterat iubere, vel prohibere: §.fin. Inſt.de interd. text. etiam *l.2.& l.fin.C. eodem L.2.l.4.* cum quatuor ſeq. *C.vnde vi. L.1.* ibi: vt eos momentariæ poſſeſſioni, ſine vlla cunctatione reſtituant, C. ſi per vim &c. Ita † vt Interdicta, 74
ſtatiſſimum habeant imperium, latiſſimamque poteſtatem, à Prætore, hoc eſt à lege, & rege quod aiunt, ſibi attributam, qua omnes facti controuerſias, (quæ circa poſſeſſionum cauſas, prætenſi vel dominii, vel generaliſſime, cuiuſcunque alterius iuris reſpectu, quotidie & frequenter, in politiis regnorum & rerum publicarum incidunt, ac oriuntur, ad conſetuandum, cum publicam inter homines tranquillitatem, tum vt ſacrã iuris & iudiciorum diſciplinam & autoritatem, ſopire liceat, & componere: Idque, † vt ſapienti, & ſaluberri- 75
ma, ita & celeri ac matura prouiſione, reformatione: non ſub perpetuo (hoc enim præcipitem illam reformationem non admitteret) ſed momentaneo, & temporali, & ita, in euentum, quoad de meliori iure doceatur, reparabili, vt plurimum præiudicio: *per ead.& text.c. bona 51.de appellat.* Quam † noſtram 76
ſententiam & explicationem, confirmat quoque Theoph. Inſt.de interd. ibi: μάλιϛα δὲ ἐπὶ νομῆς χώραν τοῖς ἰντερδίκτοις: Maxime verò, inquit, circa poſſeſſiones, locus eſt interdictis: διὰ τοῦτο δὲ εἶπεν μάλιϛα: propter hoc autem maximè dixit (Iuſtin.) ἐπειδή ἐϛιν, ὅτι καὶ νομῆς οὐχ ὑπέχεται λόγος, καὶ ἰντέρδικτον ἁρμόζει. quandoquidem † accidit, vt etiam poſſeſſionis non ſubſit ratio ſiue 77

quæſtio, (ſed proprietatis vel cuius alterius iuris, *ζητήσεως, καὶ ὑποθέσεως, ἢ φι-*
78 *λονεικίας*:) & Interdictum nihilominus quadret: Vbi † Theoph. vere ac theoricopractice exponit ſententiam Diui Iuſtiniani, dicentis, tum maxime locum interdictis fuiſſe, cum de poſſeſſione vel quaſi contendebatur. Particu-
79 la † enim, maxime, vel plærumque, frequentiam quidem actus propoſiti includit: Interea verò, & alios caſus non excludit: ſed potius, tanquam aliquan-
80 do, & interdum quoque euenientes complectitur: Ita † vt Interdictorum diſciplina, in ſolis nudiſque poſſeſſionum quæſtionibus, non conſumatur, ſed
81 latiſſimos habeat ampliſſimosque regni ſui fines, omnes † facti vias coercens & ab omnib. facti inſolentiis propriiq; furoris audacia, præſumptionib & te-
82 meritate, ad legitimũ iuris proceſſum reuocans: docenſq; † & informans iudicem, quomodo conſtituta per interdictũ pace, ac ſedatis, ſcandali & rixarũ occaſionib. ſiue materiis, ipſas controuerſiarũ hypotheſes, iuſta & matura cognitione dirimat & definiat. *Et probant eadẽ L. Et an ead.* 14. §. *fin. ſi quis interdicto egerit de poſſeſſione, poſtea in rẽ agens non repellitur per exceptionẽ: quoniã in interdicto poſſeſſio, in actione proprietas vertitur ff. de except. rei iud. L.* 2. § *fin.* Pomponius, fructuarium interdicto de itinere, vti poſſe, ſi hoc anno vſus eſt: alibi enim de iure, id eſt, Confeſſoria actione: alibi de facto vt in hoc interdicto quæritur
83 *ff. ſi ſeruitus vindicetur &c.* Finem † Interdictorum, in publicæ tranquillitatis ratione verſari, etiam Theophilus dilucide oſtendit: Quod ſcilicet, Prætor, ea, hoc nomine primitus reddiderit & prodiderit, vt plurimis & infinitis circa poſſeſſionum vel quaſi cauſas quotidie euenientibus controuerſiis, indeque orientibus, plagis, tumultibus, rixis, vulnerationibus, cædibus, aliiſque ſcan-
84 dalis obuiaret: *ἡνίκα † τοίνυν περὶ νομῆς ἢ ὡσανεὶ νομῆς, μεταξὺ δύο γένεται φιλονεικία, ἀπέρχονται πρὸς τὸν πραίτωρα ταῦτα αὐτῷ διηγούμενοι: ἐπειδὴ συμβαίνει πολλάκις, καὶ φόνους πλημμελεῖσθαι, καὶ τραύματα ἐπάγεσθαι, καὶ πληγὰς ἐπιφέρεσθαι ἐν ταῖς τοιαύταις φιλονεικίαις: καὶ διηγοῦνται τῷ πραίτωρι τὸ γεγονός: ὁ δὲ λέγει μεταξὺ αὐτῶν, ῥήματα τινά: οὐ τέμνων τὴν ζήτησιν, ἀλλὰ παραπέμπων αὐτοὺς χαμαιδικαστῇ ἀκροατῇ γενομένῳ τῆς μεταξὺ αὐτῶν φιλονεικίας*: hoc eſt: Quando igitur de poſſeſſione, inter duos, (aut plures) aliquos oritur *φιλονεικία*, h. e, contentio, cũ vincendi & ſuperandi deſiderio: abeunt ad Prætorẽ, hoc ei narrantes: poſtquam accidit ſæpe & cædes perfici, & vulnera induci, & plagas ſiue verbera inferri, in eiuſmodi contentionibus: & exponunt prætori, hoc quod fa-
85 ctum eſt: Hic autem † edicit, vel fatur inter illos verba aliqua: *οὐ τέμνων*, non ſecans ſiue definiens *τὴν ζήτησιν*, ipſam quæſtionem, ſed ablegans vel remittens ipſos, (interpoſito ſcilicet interdicto) ad pedaneum (quem illis conſtituit & dat) iudicem, auditorem ſiue cognitorem futurum, ortæ inter illos contentionis.

86 Cum † enim maximæ & infinitæ ſint poſſeſſionis commoditates per ea quæ paſſim Dd. & diximus, in tract. de mat. poſſeſſ. & infra dicemus: maximæ ſem-

mæ ſemper & infinitæ, ſuper poſſeſſionum cauſis, lites fuere, quas Prætor,
non minus, quam alias quaſcunque facti, rixarum, tumultuum, atque ſedi-
tionum φιλονεικίας, mandat s,& Interdictis ſuis, dirimere & coercere voluit.
† Quare enim, vt cum Iuliano Vlpianus ait, ad rixas, arma, & tumultum, de- 87
venire permittat, quos poteſt, Iuriſdictione ſua componere: *L. æquiſſimum,*
ff. de vſufruct. L. opus nouum: ibi: materiam ſeditionis ff. de oper. pub. *l. pen. in fi.*
ff. ad L. Cornel. de ſicar. L. quidam, 21. pertinet ad officium magiſtratus, lites di-
minuere atq; dirimere ff. de reb. cred. &c. Et hanc † publicæ tranquillitatis 88
rationem conſiderauit hic prætor, non tantum reſpectu ſeditionis, rixarum,
& tumultuum, ſed etiam reſpectu εὐταξίας, & legitimæ conſtitutionis, at-
que confirmationis iudiciorum. Quia † enim inter litigantes non aliter 89
lis expediri poteſt, quam ſi alter petitor, alter poſſeſſor ſit: Cum eſſe debeat,
qui onera petitoris ſuſtineat, & commodo poſſeſſionis fruatur, vt inquit Vl-
pian. *l. inter litigantes 62. ff. de iudic.* Idcirco, huic quoque rei, prætor, per inter-
dicta ſubuenire voluit, *L. in certis C. de Interdict. vnde Vlp. l. 1. §. 2.* Huius autem
Interdicti proponendi cauſa hæc fuit, quod ſeparata eſſe debeat poſſeſsio, à
proprietate &c. ff. vti poſsid. quaſi dicat, cauſam proponendorum Interdicto-
rum eam fuiſſe, vt iudex præuia ſummarijſsima cognitione, conſtituat, quiſ-
nam inter litigantes poſsidere, vel petitoris onus ſuſtinere debeat. Cuius † 90
finis reſpectu, per Interdicta, cauſas & iudicia præparari, dicit Vlpian. & The-
ophil. ῥυθμίζεσθαι. hoc eſt inſtrui, & ordinari. *L. Is qui deſtinauit ff. de rei vind.*
d. L. 14. §. fin. ff. de Except. rei iud. d. l. 2. §. fi. ff. ſi ſeruit vendic. text. ſing. *L. Liberis*
7. §. fin ff. de liberali cauſ. vbi idem Vlp. &c. Quamuis † & extra hanc præpa- 91
rationis cauſam, manifeſtiſſimi Iuris ratio, interdicto locum ſæpiſſimè facit:
Vnde † & prætor, non ſolum armorum, ſed manifeſti etiam iuris cauſam, In- 92
terdictis ſubiecit, iiſque complexus eſt. Nam † & in notoriis ac manifeſtis, 93
aliiſque caſibus, vbi de Iure & facto procedere licet, ordo iuris eſt, ordinem
iuris non obſeruare: per text. omnium interdictorum: & quæ com. Dd: Fe-
lin. c. 1. num. 7. De libel. Oblat. per cap. Ad noſtram, de iureiur. & paſſim Dd.
Modus † vero interdicendi, qui etiam formæ & differentiæ quandam ratio- 94
nem habet, duplex proponitur, in definitione: quod ſcilicet, fiant interdicta,
aliquid iubendo, vel prohibendo, vt Theoph. διχοτομῶν ait: Deinde, quod
fiant, ſalua vt plurimum, petitorii quæſtione. Vbi & illa perſtringenda fo-
rent: Anne † etiam interdicta præviis citationibus, libello, litiſque conte- 95
ſtatione, & auditis partium allegationibus, decernantur? ſed, quoniam iſta,
altiorem & peculiarem indaginem deſiderant, certis infra capitibus, ſuoque
loco, cum aliis neceſſariis quæſtionibus explicabuntur. Vnde hic Corollarii
loco, de hodierna Interdictorum appellatione, paucis adhuc videbimus. A-
pud Romanos enim, † antiquiſſima ſunt interdictorum vocabula, iudiciaque: 96
eodem & ſono ac poteſtate Græcis etiam vſurpata, poſtquam à Romanis do-

miti

miti ſunt, vt ex Theoph. de interdictis. περὶ τῶν ἰντερδίκτων, patet: Alioquin
97 apud Athenienſes, † olim, poſſeſſoria. præterrim recuperandæ ac retinendæ,
ἐξούλης δίκας, appellabant, ἀπὸ τοῦ ἐξίλλειν, quod eſt deijcere, turbare, teſte
Polluce. Quamuis generalius & Græci interdicta Romanis dicta παραγγε-
98 λίας & παραγγέλματα vocarunt: per ea quæ ſup. ex Baſilio. Modernas † au-
tem Interdictorum appellationes quod attinet, ipſum Interdictorum no-
men & vocabulum, in vero & proprio ſignificatu, quem nos hoc tractatu vr-
gemus, vna cum vera propriaque praxi, vſuque, pene abolitum & antiqua-
tum eſt, & loco vocabuli Interdicti, communiter vtimur verbis mandati,
præcepti, monitorii. Vnde & Germani vocabulum mandati vulgariter vſur-
pant, ex part. 2. ord. tit. 23. Ein Keyſerliche Mandat/ Ein Pœnalmandat/ id
eſt, Cæſareum & pœnale mandatum: Eſt autem mandatum proprie loquen-
99 do Ein gebott oder Befehl/ oder gebottsbrieff/ Sabaudis, † vt Anton. Faber in
Cod. ſuo inſinuat, etiam diplomata vocantur: veluti diploma de ſoluendo,
de reſtituendo, de non turbando. Quamuis Itali & Galli priſtina adhuc iam
100 Interdictorum nomina non abhorreant: per ea quæ ſeq. Apud † Gallos nul-
la in re, tantam vnquam fuiſſe actionum, iudiciorumq; varietatem, quam in
Interdictis practice teſtatur Eguin. Baro. ad Inſtit. de Interdict. Neque enim
ſolum in nominibus, ſed in re quoque ipſa inter prouinciarum, municipio-
rumque mores, atque leges, fuiſſe diſſenſionem. Cuius rei hanc cauſam, &
veram, & rationabilem reddit: quod ius Romanum, in hoc argumento varie
101 à maioribus acceptum fuerit. In † Gallijs igitur, Interdicta, & præſertim re-
tinendæ, recuperandæ, & turbationum, alij vocant complaintes de ſaiſine, de
ſimple ſaiſine, de nouelle de ſaiſine, vel complaintes en cas, ou matiere de no-
uellete, & de ſaiſine: id eſt, conqueſtiones, vel querelas aut querimonias turba-
tionũ, inuaſionum, in caſibus aut materiis nouitatis, & apprehenſionũ: Ta-
uard. ad L. 1. ſub fin. C. de interdict. vel ſimpliciter Compleinte & interdict.
poſſeſſoire: vt late & eleganter Ioh. Papon. *arreſt. lib. 8. tit. de cõplaintes poſſeſ.*
vbi arreſt. fin. & paſſim inſinuat, que la complainte ſuppoſe treuble: ꝙ que-
relatio præſupponat turbationem. Vt ſic appareat, quod complainte pro-
prie & ſtricte loquendo interdictis retin. & recuperandæ tribuant Galli, large
vero & Interdictis vel conqueſtionibus adipiſcendæ: Vnde Pap. *arreſt. 1. d. loc.*
Cõplaintes ne ſi intent pour meubles: conqueſtiones non intentantur pro
rebus mobilibus, *l. 1. §. quoties, ibi. ſi res ſoli ſit. ff. vti poſ.* mais peur meubles il y ha
autre interdict nommé vtrobi: ſi nõ que les meubles fuſſent comprins ſub v-
niuerſo: comme le tous & chaiuns les biens delaiſſez par tel, ou autrement.
Quod ſcil. de mobilib. datur aliud interdictum quod nominatur vtrobi: Niſi
forte & mobilia veniant ſub vniuerſo veluti relictæ hereditatis, aut alias ratio-
ne fundi: per ea, quæ ſuo loco dicentur latius. Alii, Arrez & ſtatuz de querel-
les: id eſt, arreſta, ſeu decreta & ſtatuta querelarũ vocant, Etſi enim querela, la-
tinis,

tinis, vt & Gallis, querelle, generalius eſt vocabulum, omnes lites compre-
hendens ſicuti in Imperio, cauſæ ſimplicis querelæ vocantur omnes, quæ in
prima inſtantia agitantur: ad differentiam cauſarum ſecundæ, vel appellatio-
nis: Gallis tamen vocabula action, & demande, pro generalibus actionis &
petitionis terminis frequentantur: Vnde &, demandeur, actorē, defendeur,
reum, ſeu defenſorem, vocitant Interdictorum autem, ſeu nouitatis materiei,
atque caſibus, præcedentia nomina attribuunt. Alii, poſſeſſoires ou applege-
mens appellitant, id eſt poſſeſſoria, & querelationes. Interdicta † autem re- 102
cuperandæ, à Can. Redintegranda, etiam denominant Reintegranda, vel com-
plaintes ou applegemens, de nouelle de ſaiſine: hoc eſt, querelationes turba-
tionum, & deiectionum, &c. vide *Baron. ad Inſtit. d. tit.* Quomodo vero inter
cauſas vel querimonias nouitatis, nouelle deſaiſine. & ſimplicis occupationis
ſeu poſſeſſoriæ apprehenſionis diſtinguant, videre eſt apud Ioh. Fab. § *retinen-
da. Inſtit. de interd.* Rebuf *in mater. poſſeſſ. art. 2.* Guid. Pap. *quæſt. 552.* Imbert. 1. *In-
ſtit. c. 16. 32. & ſeqq. Ordinat. Regis Franciſci de abbreu. litib. art. 61. & 4. ſequentib.*
& tangit Tauard. *d. l. 1. C. vti poſſid.* d cens, quod ſimplici ſaiſina vtatur is, qui ani-
mo iam poſſidet etiam poſt annum & data facultate laudandi autorem ſuum:
vbi econtra in cauſa vel querimonia nouitatis intra annum & diem turbatio-
nis vel deiectionis experiendum. neque facultas iſta laudandi datur, tangit et-
iam Maſuer *in praxi tit. de poſſeſſorio*: vbi † caſus nouitatis vocat cauſas turba- 103
tionum & offenſionum in materiis retinendæ. Mandata † vero, de non tur- 104
bando, vel non offendendo tam apud Gallos quam Italos, & Hiſpanos, alii ſal-
uegardias, alii manutentiones, manitenue, alij prouiſiones, vel prouiſionales,
& remed a prouiſionalia, vel & chartas aut literas tuti as vocant, Aluār. Va-
laſc. *deciſ. Luſitan. 79.* Maſuer. *d. tit.* Quemadmodum † & momentaneæ poſ- 105
ſeſſionis cauſam Interim, Recreance nominat: *ibid.* & Papon. *in arreſt. tit. De
Recreance.* Interdicta † autem, adipiſcendæ, etiam applegemens vel complain- 106
tes, ſeu querelæ & conqueſtiones vocantur apud Gallos: vt applegement,
de ſucceſſion & eſchoite, querela ſucceſsionis & obuentionis: Eguin. Baro,
d. tit. in fin. & ibid. laudatus Iohan. Faber. *in § retinenda.* Mores vero & voca-
bula interdictorum Gallica, etiam Angli & Scoti retinuerunt, non ſine iuris
ciuilis imitatione: Interdicta † enim literas vel chartas atque breuia ſaiſinæ 107
hoc eſt poſſeſsionis ſiue poſſeſſoria nominant antiquitus: *lib. 1. maieſt. regia c. 2.*
vbi ponitur taxa quæ Cancellario & clericis vel ſcribis dabatur, pro litera ſai-
ſinæ, hoc eſt, vt interpres margini aſcripſit, præcepto poſſeſsionis & latius *lib.
3. c. 27. & ſeq.* & paſsim: vbi promiſcue literæ, chartæ atque breuia & recogni-
tiones ſaiſinæ poſſeſſoriæ dicuntur, quomodo & nouæ ſaiſinæ *ibidem* fit men-
tio, reſpectu ſcilicet nouationis & poſſeſſoriæ reformationis quoad Retin. ac
recup. Interdicta de quibus apud Gallos & Auſt. *in ſtylo Curia Parlam. tit. de cauſ.
nouitat.* Iohan. Papon. *in Arreſt. tit. de poſſeſſ. & d. tit. de Recreance & d. tit. d. com-*

Digitized by Google

108 *plaintes*. Pet. Gregor. Syntag. *lib.* 21. *c.* 9. *n.* 13. Atque † iſtorum plæraq; non ſine proximioris Latinitatis exemplo: vti ex Symmachi, & aliorum ſcriptis liquet: qui, cauſas turbationum, deiectionumque, & ſimiles, per querelas & conqueſtiones delatas eſſe teſtantur: Vnde Symmach. 1. Epiſt. 74. Eſt aliquid *in* querelis Faſganiæ filiæ meæ, &c quæ ſibi ab hominibus, neſcio quid agrorum deflet ademptum: Id ego loci & meriti tui conſcius, ſeruili auſu, clam te, opinor admiſſum: atque ideo filiæ meæ, correctionis facilitatem ſpopondi: ſi ad te, familiaris conqueſtio, genus iniuriæ pertuliſſet: quæſo igitur, vt temeratæ poſſeſsionis ſtatum iubeas reformari. Et idem Symmach. 10. Epiſt. 46. ad Imp. Theodoſ. Turbatæ poſſeſsionis querelam reſcripto obſecutus audiui. Sicuti
109 † & Nouationis verbo turbationes, Molin. & inuerſiones circumſcribuntur in iure. Qualiter adhuc hodie frequentes ſunt in imperio querelæ turbationum, inuaſionum, deiectionum, pignorationum, arreſtorum, &c. Vnde man-
110 data de non turbando, & multa alia: prout publicæ † & ſæpius labaſcenti interdictorum diſciplinæ, diuerſis S. Imperii Conſtitutionibus ſaluberrime ſuccurſum: veluti pacis publicæ, pignorationum, arreſtorum, litigioſæ poſſeſsionis, violentarum ſublationum, vel deiectionum, omnium denique mandatorum ſine clauſula: per ea quæ ex part. 2. ordinat. & aliis Conſtitutionibus aliquomodo dixi, lib. 1. de proceſsib. Cam. Imp. & in tract. de mandat. iudicial. ſine
111 clauſ. & infra ſuis locis, quantum opus fuerit, ulterius dicemus: Cum † de ductis iis quæ primo hoc cap. explicanda propoſueramus, ad ipſam rubricam *tit. ff. de de Interdictis*, tum ad reliquam generaliorem primi tituli materiam tranſire oporteat.

COMMENTARIUS II.

An Interdicta fuerint actiones & quales, ordinariæne an extraordinariæ? ad Rubricam tit. ff. De Interdict. &c.

SVMMARIA.

1 *Rubrica tit. ff. de Interdictis.*
2 *Diſtributio huius commentarii in quinque quæſtiones.*
3 *Ordinariarum olim actionum quatuor erant præcipua inſignia: & primo: Quod legis ſiue legitimæ dicerentur:*
4 *Legis actiones, & illæ dicebantur, quæ extra contentioſæ iuriſdictionis actus, per magiſtratum expediebantur.*
5 *Ordinariæ actiones, in annuo, poſt perpetuo prætorum Edicto proponebantur:*

6 *Erant-*

Digitized by Google

6 *Erantque numero certa, & ſolennes.*

7 *Reſpectu magiſtratus: & ſtatorum dierum: n.8.*

9 *Formulæ ordinariarum actionum ſtrictiſſime erant obſeruandæ: & n. 47.*

10 *Actiones, præterea, impetrare oportebat: eum denunciare, n.11.*

12 *Actiones tempore iam Ciceronis delegere licebat, & quatenus n.14.43.48.*

13 *Solennitates formularum & impetrationum poſtea ſublatæ.*

15 *Ordinariæ actionis inſigne, erat iudicis datio non cuiuſuis, ſed ex numero pedaneorum ad id ſing. delectorum n.17.*

16 *Proceſſus ordinariæ actionis & iudicij.*

18 *Denunciationibus certa præfigebantur tempora conteſtandæ, &c. litis, præſertim, ſed non ſolis, perſonalibus in actionibus: n.20.*

19 *Interdictorum cauſæ remotis ambagibus illico proponendæ:*

21 *Extraordinariæ actiones, & iudicia olim habebantur:*

22 *Reſpectu certarum perſonarum & cauſarum: vti,*

23 *Reſpectu reſtitutionis minorum: Et decretalium poſſeſſionum: n. 24.*

25 *Extraordinariarum exſecutionum; Et*

26 *Fideicommiſſorum: Et*

27 *Rerum criminalium: de quibus proprij quæſtores:*

28 *Cauſarum, ex lege, vel SC. ſpecialiter delatarum.*

29 *Magiſtratus iam ipſi cognoſcere tenentur:*

30 *Eoque reſpectu, omnia nunc iudicia extraordinaria.*

31 *Ordinaria vel extraordinaria iudicia nunc alio reſpectu appellantur.*

32 *Ordinarium actionis iudicium, nunc eſt, vbi plenus iudicii ordo, & proceſſus obſeruadus.*

33 *Ordinaria vel extraordinaria pæna quæ?*

34 *Extraordinarium iudicium nunc eſt quo ordinarius alias proceſſus non obſeruantur.*

35 *Actiones & iudicia extraordinaria iam ſunt duplicia: quædam enim nullum prorſus deſiderant proceſſum: Clem. ſæpe: de verb. ſignific.*

36 *Quædam vero aliquem deſiderant.*

37 *Interdicta ſunt, & dicuntur actiones: ſed lata ſignificatione n. 38.*

39 *Interdicta alias plurimum differunt ab aliis ordinariis actionibus: veluti ſubiecto, & obiecto poſſeſſorij & petitorij.*

40 *De poſſeſſionibus, non modo interdictis, ſed aliis quoq; actionibus licet experiri.*

41 *Interdicta differunt ab alijs actionibus etiam ratione proceſſus: & formularum num. 42.*

43 *Interdicta mandando, actiones citando procedunt;*

44 *Interdicta, duplicem plerunque punctum habent, mandati, & citationis, vel cauſæ principalis.*

45 Punctus mandati plærunque eſt momentanei præiudicij.
46 Sententia Interdicti non ſemper eſt definitiua, ſed regulariter interlocutoria.
47 Interdicta non admittunt exceptiones altiorem indaginem requirentes.
48 Interdictum, in iure, ab aliis ordinarijs actionibus diſtinguitur?
49 Non modo Vindicatoriis, ſed etiam præiudicialibus & in factum actionib.
50 Licet interdicta alias, fuerint, iuris ordinarij:
51 Ratione cum formularum: tum edicti, in quo propoſita: n. 51.
52 Edictum ſæpe, pro interdicto vſurpatur:
53 Prætor, acturis ex albo actiones non obtrudebat, ſed deligere cum iudicio permittebat: quod declaratur n. 53. & 58.
54 Sicuti, nec, iudices pedanei inuitis obtrudebantur:
55 Vnde Recuperatores & arbitri nominati.
56 Formularum & impetrationum neceſſitas, an & quomodo à Conſtantin. Theodoſ. & Valent. abrogata? & n. 57 58. 59.
57 Interdicta iuris ordinarii fuerunt reſpectu formularum & impetrat.
58 Et reſpectu dationis iudicis vel recuperatoris.
59 Iudices non ſemper dabantur in interdictis, nam & olim ſæpe per ipſum prætorem extraordinarie expediebantur.
60 Iudicis datio quando neceſſaria fuerit?
61 Errant, qui formulam vel iudicem in interdictis olim datam eſſe negant.
62 Per interdictum, & extra ordinem procedere differunt: & inuicem opponuntur: n. 66. 67.
63 Proceſſus interdicti quoad iudicis dationem.
64 Iulianus quidem ex interdicto cum Alex. Seuero de imperio contendebat.
65 Rubrica de interdictis ſiue extraordinariis, quæ pro his comp. actionibus à Tribon. facta:
66 Cum iuris veteris & noui confuſione.
67 Nouo iure non interdicta modo, ſed omnes actiones ob formul. & impetrationum abrogationes ſunt extraordinariæ.
68 Tribonian. & alibi ius vetus atque nouum confudit: ut l. actio 47. ff. Negot. geſt & l. 1 de vſufr. leg. n. 64.
69 Interdicta in extraordinariis locum non habebant.
70 Tribon. facinoroſus dicitur ab Hotoman. ob l. 16. de fund. dot.
71 Dicitur etiam corrupiſſe Cod. in l. Neque mater. C. de iur. dot.
72 Et iuſticiam venalem habuiſſe à Suid. & Procop.
73 Tribonian. defenditur.
74 Et accuſatorum nonnulli in crimen quod inſimulant ipſi magis incurrunt.
75 Reſpondetur ad prædictas leges: n. 82. 83. 84. 85.
76 Ad Tribonianiſmos fere omnes facile eſt reſpondere.

77 Rubri-

78 *Rubrica ff. de Interdictis defenditur:*

79 *Interdicta & veteri ff. iure, erant iuris & proceſſus extraordinarij reſpectu ipſius interdicti &c.*

80 *Interdicta quatenus aliis actionibus ſæpe opponuntur?*

81 *Interdicta ſingularem & q. extraordinarium præaliis ordinibus proceſſum habent: & n. 91. & ſeq.*

82 *Rubrica titulum autor retinere & defendere non erubuit.*

83 *Edictum & interdictum differt, ut materia & materiatum.*

84 *Iudicij dandi & Edicti formula,*

85 *Edictum & interdictum differunt, ut cauſa & Effectum:*

86 *Item ratione iuſſus & petitionis.*

87 *Sicut genus & ſpecies.*

88 *Item ſicut ius publicum & perſonale vel ſpeciale.*

89 *Decreta & præcepta quomodo Seneca differant.*

90 *Interdicta an & qualiter ſint vel dicantur perſonalia.*

91 *Dicta differentia refutantur & conciliantur.*

92 *Donellus veteres Dd. pueriliter erraſſe ſcribit cum tamen idem cum illis ſentiat.*

93 *Interdicta nec minus quam alia actiones & Edicta iuris ſunt publici, licet inter certas deinde perſonas reddantur.*

94 *Ideoque poſt Barth. Odofred. & alios Zaſi.*

95 *Quatenus Edictum & interdictum differant ut materia & materiatum, mater & filia?*

96 *Vel, ut genus & ſpecies?*

97 *Interdicta in albo fuerunt propoſita.*

98 *Interdicta quædam perſonaliter, quædam imperſonaliter concepta & propoſita.*

99 *Quædam etiam per interdicti pollicitationem.*

100 *Interdicta ſæpe extra ullam certam Edicti formulam redduntur.*

101 *Vel per iudicij dationem.*

102 *Poſt abſolutum interdictum, ſequitur iudiciũ, quo cauſa ipſa & quanti res eſt diſcutitur.*

VT † propoſitam huius capitis materiam, hic, recta diſcutiamus, tũ genus 1
definitionis ſup. relatæ, tum Inſcriptio tituli Triboniana poſtulat, quæ
in ff. ita ſeſe habet: DE INTERDICTIS, SIVE Extraordinarijs a-
ctionibus, quæ pro ijs competunt. Vbi, ut, ordine & diſtincte, agamus, quin-
que † nobis quæſtiones, perſtringendæ ſunt: 1. Quidnam actio Ordina- 2
ria vel extraordinaria olim dicta, & adhuc hodie dicatur? 2. An interdicta
recte dicantur Actiones, & anne à reliquis actionibus differant. 3. An iuris

fuerint Ordinarij vel extraordinarij: deque veritate, d. inſcriptionis. 4 An,
& qua ratione, differant ab ipſo edicto?

3 Primo igitur, ordinariarum † olim actionũ, quatuor, vt ex Pomponio,
in tit. de Orig. iur. & aliunde conſtat, erant propria, quaſi inſignia; Primo dice-
bantur, & erant, vt plurimum, legis, ſiue legitimæ actiones, ex 12. tabulis pro-
fectæ: vel poſtmodum etiam, iure prætorio, vel quo alio, in vim legis intro-
ductæ: *L. 2. ff. de orig. iur. L. 2. ff. de offic. proconſ. l. fin. C. de his qui à non dom. ma-
numit.* Vnde Cic. *pro Muren*: lege poſſet agi, nec ne, pauci quondam ſciebant,
4 Faſtos enim non habebant. Quamuis † legis actiones, & illæ, communiter
dicebantur, quæ non contentioſæ ſed voluntariæ iuriſdictionis, actibus, a-
pud Magiſtratum expediebantur: Sic dictæ, quod & ipſi actus, lege eſſent re-
cepti, &, quod magiſtratus, legis iuriſdictionem haberet. Sic apud Procon-
ſulem, nemo manumittere poterat, nec adoptare: quia, inquit Vlpianus, non
erat, apud eum, legis actio. *d. l. 2. de offic. proc. L. 4. ff. de adopt. l. 1. l. 2. C. de E-
manc. liber.*

5 Secundo, † erant in albo prætorum, antiquitus annuo, deinde, in per-
petuo edicto, propoſitæ: *d. l. 2. de orig. iur. L. 7. L. 9. ff. De iuriſd. &c. & text. l.
1.* ibi ad exemplum interdictorum, quæ in albo propoſita habebat prætor *C.*
6 *de interd.* Tertio † ordinariæ dicebantur, quod eſſent, non modo quoad
7 numerum, certæ, ſed etiam ſolennes: Idque quadrupliciter: reſpectu † vi-
delicet magiſtratus, apud quem, quod legis haberet actionem, expedieban-
8 tur: per ea quæ ſup. & reſpectu † ſtatorum faſtorumque dierum, quibus ex-
ercebantur: Nefaſtis enim diebus, fari in iure, quod tribus plerumque ver-
bis fiebat, Do, dico, addico, non licebat: Vnde *Ouid. 1. Faſt.*

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur:
Faſtus erit, per quem, lege licebit agi.

9 Tum † reſpectu formularum, quæ ſingulis actionibus præſcriptæ e-
rant, quas acturum, tam ſtricte obſeruare oportebat, vt, niſi eas, iſto, quo con-
ceptæ eſſent, modo, ſolenniter obſeruaret, vel etiam in ſyllaba erraret, cauſa
caderet: teſte Cic. *in Orat. pro Roſ. Comœd*: quem morem, tamquam ſuper-
ſtitioſum potius, & captioſum, quam Iuridicum, Cic. perſtringit, *lib. 1. de Orat.*
Ita & tibi, inquit, Iuriſconſultus per ſe nihil eſt, niſi leguleius quidam cautus
& acutus, præco actionum, cautor formularum, auceps ſyllabarum. Deni-
10 que † & illud ſolennitatis erat, quod non modo actiones, ex albo, vel edicto
adhuc impetrare, & à prætore præſcribi oportebat; adeo, vt niſi & hoc face-
ret actor, exceptionem non impetratæ actionis pati cogeretur, *l. 2. C. de form.
11 & impet. ſub* Sed, † quod etiam eas ſolenniter denuntiare oportebat, *per ea
quæ Cuiac. 16. Obſ. 7. & text. §. appellamus 15. in fin. ibi. Nulla enim hoc tem-
pore, eo nomine denunciatio fit, Inſt. de Act. L. 2. C. ſi ex plurib. cauſ.* vbi Inſinua-
12 tio idem quod denunciatio, quamuis † tempore Ciceronis, vt *ex Orat. eius,*

pro

pro Cecin. apparet: iſta impetrationum ſolennitas, in deſuetudinem iam abi-
re ceperit: Cum, teſte illo ibid. acturus ipſe, ex edicto, actionem, vel In-
terdictum ſibi delegerit. Sicut † etiam, hæ Solennitates, poſtmodum, ſingu- 13
laribus Conſtant. Theodoſ.& Valent. Imppp. Conſtitutionibus, ſunt ſub-
latæ, *L. 1.& d.l.2. C.d. tit. De form.& impetrat.act.ſublat.* 58. *lib.* 2. quibus, cum
ἐναντιφάνεια inſit, eam ita conciliare licet; vt dicamus, † actionem quidem, 14
ipſi acturo, ſeligere licuiſſe, ſed non, niſi ad arbitrium prætoris, vel, ſi is, eam
conuenientem cenſeret: *per text.in l.* 1.§.7. Sed ſi is, cui opus nouum nuncia-
tum eſt, ante remiſſionem ædificauerit, deinde cæperit agere, ius ſibi eſſe, ita
ædificatum habere, prætor, actionem ei denegare debet, & interdictum in
eum, de opere reſtituendo reddere *ff. de nou op. nunc.* Quarto, † præcipu- 15
um, ordinarij iudicij, & ordinariarum actionum inſigne, atque proprium fuit,
iudicis datio: quod ſcilicet, non prætor, vel magiſtratus ipſe cognoſceret, ſed
iudicem daret, qui de cauſa iudicaret, cognoſceret, & pronunciaret. Actio-
nes † igitur, vel iudicia Ordinaria, illa dicebantur, cum citato reo, acturus, 16
magiſtratui, vel prætori, deſiderium ſuum proponebat, ſibique agendi pote-
ſtatem, & formulam, quin & Iudicem, ſi cognitio neceſſaria eſſet, dari poſtu-
labat: vbi, tum prætor, vel olim pontifex, ſeu magiſtratus, auditis actoris, rei-
que allegationibus. & negotio ſummatim perſpecto, ſi res deſiderare vide-
batur, formulam actionis, tum iudicem dabat: non † quemuis ſane ex ciui- 17
bus: ſed ex numero iudicum pedaneorum, ſingulariter ad id delectorum:
Gel. *lib.* 14 *cap.*2. *Cic. in Verr.* Quibus addendum, Quod d. denunciationi- 18
bus, certa etiam vtrique parti tempora conſtituebantur, ad litem conteſtandã
& exſequendam: vbi † hodie generaliter omnes cauſæ præſertim interdi- 19
ctorum ſunt agendæ confeſtim remotis illis denunciationum & temporum
ambagibus: *d. l. fin. C. de interdict.* §. *fin: Inſt. eod. d.* §. *appellamus, Inſt. de Act.*
Quod † autem Cuiac. *d. Obſeru.* 7. iſtas denunciationes, in ſolis perſonalibus 20
obtinuiſſe ait. exceptis Eccleſiaſticis, tum modicis cauſis, Item momentaneæ
poſſeſſionis, tutelæ, negotiorum geſtorum, ſi certum peteretur, de Chiro-
graphis, de querela inofficioſi; id quoad momentaneas poſſeſſiones, vt de cæ-
teris nihil dicam, non conſtare exiſtimo.

Et † cum iſta quatuor præcipua fuerint Ordinarii iudicii, vel ordinaria- 21
rum actionum inſignia, & requiſita: ex vi, & natura oppoſitorum, ſtatim, ſa-
tiſque apparet, quod, iudicium, vel actio extraordinaria fuerint, cum prætor,
vel magiſtratus, requiſitis, & ſolennibus iſtis plane omiſſis, citraque iudicis
dationem, ille ipſe, ius dixit, cognoſcendo, decidendo, vel exequendo: Id,
quod certarum † perſonarum cauſarumque fauore faciebat: non ad inter- 22
poſitas actiones, ſed nudas perſecutiones, *L. pecuniæ* 178 §. *actionis ff. de verb.*
ſig. Ita † extraordinariæ dicebantur cauſæ reſtitutionis minorum *L.*2. *L. Quod* 23
ſi minor 24. §. *fin. ff. de minor. L. minor.* 29. *ff. de Euict. L. ſed cum ab her. d. ff. ad*

Trebel.

24 *Trebel.* Item † extraordinariarum, quas decretales vocant, poſſeſſionum *L. 3.*
25 *ff. de Carbon. L. 5. §. 3. de leg. præſt. L. 1. ſi tab. teſta. extab.* Item † extraordinari-
26 arum executionum *L. pen. ff.* Ne vis fi. ei. Tum fidei commiſſorum, † de qui-
bus proprius prætor ius dicebat *L. ſi cui legatum, de cond. & demonſt.* Item re-
27 rum criminalium, † de quibus proprii quæſtores, vel magiſtratus ipſi cogno-
ſcebant; Duaren. *diſput. 1. capit. 33* D. Georg. Eberlin. *in exquiſitiſ. tractat. de
Orig. iur. capit. 23. numer. 7. facit titul. ff. de extraordinar. crim. L. 1. C. de off. præf.
vigil. L. 1. de fur. baln. l. 2. de præuaricatione. L. 1. l. 3. de crimin. expil. her. l. 3. Ad*
28 *Turpil. l. 2. de crim. Stellion.* item † omnes illæ cauſæ, quarum cognitio, vel
lege, vel Senatuſconſulto, ſpecialiter deferebatur, ea enim mandari non po-
terat, *L. 1.* ibi: Et ſi à famil ff. de offic. eius. *L & in libertos extraordinariorum*
29 *auxilium habebit. 7 ff. Ad ſenatuſconſ. Syl.* Iam igitur, † quia præſides prouin-
ciarum, & Magiſtratus, ex Diocletiani conſtitutione generaliter ipſi iudica-
30 re & cognoſcere iuſſi ſunt, *L. placet. C. de pedan. iud.* omnia hoc reſpectu † iu-
dicia, ſunt extraordinaria: ſicut & formularum conſideratione *§. fin. Inſt. de
interd. vide & Vaud. 1. queſt. 10. per tot.*

31 At † vero, licet reſpectu antiquarum iſtarum ſollennitatum, omnia
nunc Iudicia habeantur extra ordinaria, & extra ordinem peragi dicantur:
Tamen ſciendum eſt cauſas & Iudicia a io nunc reſpectu ordinaria vel extra-
32 ordinaria appellari. Ordinaria † enim actio, vel Iudicium, dicitur, vbi ple-
33 nus & legitimus Iudicii ordo, & Proceſſus obſeruatur: Quemadmodum † &
in Criminalibus, pœna ordinaria dicitur, quæ ordinarie delicto alicui impoſi-
ta eſt: Extraordinaria autem, quæ ſecus, & extra ordinem, vel pro arbitrio
34 iudicis infligitur. Sicuti † etiam Extraordinarium vocatur iudicium, cum
ordo iuris in cauſis aliquibus propter fauorem iuris, non obſeruatur: vti
fit, cum per viam inquiſitionis proceditur: *Marant. diſt. 10. n. 5.* Item, in o-
mnibus cauſis & Iudiciis ſummariis: qua ratione, Iudicium ordinarium &
ſummarium, hodie paſſim conſideratur, vt videre eſt, apud *Maranth. 9. & 10.
diſt. Iudiciorum &c.* vbi ſingulariter ſed breuiſſime notandum puto: Quod
35 † actiones proceſſuũ, & Iudicia, quæ hodie ſummaria ſiue extraordinaria vo-
cantur, in duplici ſint differentia: Quædã enim cauſæ, adeo ſunt notoriæ tam-
que liquidæ & manifeſtæ, vt ne litis quidem conteſtatione, nec libello, nec
probationum ſolennibus opus habeant: de quibus ait & intelligenda eſt,
36 *Clem. ſæpe, de verb. ſignific.* Quædam vero † cauſæ ſunt, quæ, & ſi ſummariæ
habentur, quoad ſuſtlamen ſtrepitumque Iudicii, & diſpendioſas ordinaria-
rum actionum remoras: tamen, ſubſtantialia ad minimum, proceſſus, & Iu-
dicii requiſita adhiberi poſtulant: de quibus agitur *Clem. diſpendioſam de Iudic.
& part. 3. ordin. tit. 3. & paſſim ſtatuta & Dd.*

37 Anne † autem, quod ſecundæ quæſtionis fuit, Interdicta etiam, recte
dicantur actiones? Id ex generaliſſima verbi actionis poteſtate illico definitur:

Cum

Cum & is, qui interdicto experitur, agere dicatur. Vnde Cic. *in Orat. pro Cecin.*
admodum frequenter interdicti cauſam actionem vocat; *ſtatim in princ.* & *poſt.*
Hanc puto me habere actionem, vt per interdictum meum ius teneam: & in-
fra. Vtrum hanc actionem habetis, qua nos vſi ſumus: & poſt: Huiuſce gene-
ris eſt actio per hoc interdictum, &c. vbi vtrumque coniungit. Nam, vt Vl-
pian. diſertiſſimis verbis ait, & interdicta quoque actionis verbo continentur,
l. actionis verbo, 57. ff. de obligat. & act. l. 3. ff. de morte. in f. l. ob id, §. fin. ff. ad l. Aquil. &
Imp. in l. in certi, C. de interdict. poſſeſſionis litem, prius decidi, ait, oportere,
competentibus actionibus. Sed † hoc catenus ſaltem, quatenus actionis 28
verbum generaliſſimum eſt, non modo ordinarias in rem vel perſonam actio-
nes ſpecialiter ſic dictas, ſed etiam perſecutiones, præiudicia, & quamcunque
partis intentionem comprehendens; *d. l. actiones, & d. l. pecuniæ,* 178. §. *actionis*
verbum & ſpeciale eſt & generale, &c. *de verb. ſig.* vbi ICtus, actionis verbo, in
perſonam, petitionis vero, in rem actiones, proprie deſignari, perſecutionis
autem verbo extraordinarias perſecutiones, vt fideicommiſſorum, & alias,
quæ non habent Iuris Ordinarii executionem, putat contineri. Similis text.
l. actio, 28. ff. de oblig. & act.

Nam † quoad actiones, ſpecialiter ſic dictas: multum ab ijs diſtant, atq; 29
differunt Interdicta: vtputa, primum, obiecto vel ſubiecto: Nam actionibus,
plerumque & communiter petitorij cauſa agitatur: Cum interdicta, miſſo vel
ſuſpenſo, vt plurimum petitorio, in ſolis poſſeſsionum, & ſimilium facti con-
trouerſiis, reddantur; *per l. is, qui deſtinauit, ff. de Rei vindicat. toti'que titulus ff.*
& C. de Interd. & Inſt. eod. &c. Quamuis † etiam, de poſſeſsionibus tam olim, 30
quam hodie, non modo interdictis, ſed aliis etiam actionibus agi poterat: per
ea, quæ *in ſeq. dicemus: & text. l. 1. de ſuperfic.*

Secundo † differunt, ratione ordinis & proceſſus; per ea quæ paulo poſt. 31
Tertio ratione formulæ: † Interdicti enim, & quidem, exempli gratia, recu- 32
perandæ, hæc erat formula: Vnde tu illum vi deieciſti, eo reſtituas: Actionis
hæc: ſi patet, illum illi per vim poſſeſsionem abſtuliſſe, neque reſtituetur, *l. Ti-*
tius iudex eſto, Cuiac. 5. *obſ.* 17. Quæ † differentia ita hodie conſtitui poteſt; 33
Quod Interdicta reddantur mandando & præcipiendo: actiones citando, &
plenius cognoſcendo, &c. Quarto differunt, ratione ſolennitatum: de qui-
bus infra. Quinto † differunt, ratione duplicis, vt plurimum, puncti, ſiue in- 34
ſtantiæ, ipſius ſcilicet Interdicti, & cauſæ principalis. Et hinc, † Sexto, diffe- 35
runt quoque, ratione momentanei præiudicii, quod per Interdictum quidem
affertur, ſed per petitorium, & pleniorem cauſæ cognitionem reparari poteſt.
Ac proinde Septimo & in eo differunt, quod † ſententia Interdicti, non ſit 36
ſemper definitiua, qualem actiones deſiderant, ſed plerumque ſaltem interlo-
cutoria, qua de re infra latius. Denique † differunt ratione exceptionum, quæ 37
ſi altiorem indaginem requirant, vel meritum cauſæ principalis contineant, in

Digitized by Google

punɫto Interdicti non admittuntur, prout iſta omnia ſuis locis videbimus. Et
38 horum † omnium conſideratione, Interdictum, ab actionibus, ſpecialiter ſic
dictis, in iure paſsim diſtinguitur & ſeparatur: vt, *l. non ſolum, 39. in princ. ff. de*
procur. d. l. 1. ff. de ſuperficieb. l. ſi quis, 3. in princ. & §. 1. & §. 2. prætor ventrem in
poſſeſsionem mittit, & hoc Interdictum prohibitorium & reſtitutorium eſt:
Sed ſi mulier velit in factum actione vti ad exemplũ creditorum magis, quam
Interdicto, poſſe eam experiri ſciendum eſt, *ff. Ne vis fiat ei, qui in poſ. miſ. l. 2. l.*
duo, 19. §. fin. ff. de Precar. vbi ICtus, de precarijs, interdictum eſſe ait: ſed & con-
39 dictionem incerti vel præſcriptis verbis actionem. Sic, † Interdictum, oppo-
nitur etiã actioni, non tantum vindicatoriæ, ſed etiam præiudiciali, tum quo-
que prætoriæ cognitioni, *l. 1. §. 1. ff. de rei vindic.* idque adeo, vt interdictum et-
iam, ab actionibus in factum, liquido, & impenſe diſtinguatur, *d. l. ſi quis. &*
l. prætor, 20. §. plane, in fin. nonnulli in factum eſſe dandam. quam interdictum, ff. de
nou. op. nunc. text. etiam pertinentiſſimus ac ſingularis, *l. 1.* § 4. Reſtitutæ poſſeſ-
ſionis ordo aut interdicto (vti poſſid.) expeditur aut per actionem, *ff. vti*
poſſid.

40 Porro † quod Interdicta, pro ſolutione quæſtionis tertiæ, iuris fuerint
ordinarii, inde probari poteſt, quod debita ordinarij iudicij ſolemnia, & requi-
ſita habuerint: ſuas enim certas formulas habuerunt, vt teſtatur *Iuſtin. Imp.*
41 *Inſt. de Interdict.* & Theophil. *ibid.* Deinde, † quod in edicto fuerint propoſita,
ex quo, & petenda vel ſaltem deſumenda: *d. l. 1. C. hoc tit.* Vnde & omnes fere
leges, quæ ſub interdictis, in ff. recenſentur, iuxta inſcriptiones earum, ex iure-
42 conſultorum, ad edictum commentariis, deſumptæ ſunt: Sicut † & Impp.
l. vn. C. vti poſſid. Transferendæ poſſeſſionis edictum aiunt pro, interdictum:
quia ſcilicet hoc, ex perpetuo edicto depromebatur. Vnde Cic. *in d. Orat. pro*
Cecin. poſt princ. reprehendendo recuperatorum in iudicando tarditatem, &
tergiuerſationes, Qui igitur, inquit, conuenit, quæ cauſa fuerit, ad conſtituen-
dum iudicium, eandem moram eſſe, ad iudicandum? At ſi quis mihi hoc iu-
dex recuperatorue dicat: Potuiſti enim leuiore actione confligere: Potuiſti ad
tuum ius, faciliore & commodiore iudicio peruenire: quare aut muta actio-
nem, aut noli mihi inſtare, ut iudicem: Tamen is, aut timidior videatur, quam
fortem, aut cupidior, quam ſapientem iudicem eſſe æquum eſt: Si aut mihi
præſcribat, quemadmodum meum ius perſequar, aut ipſe, id, quod ad ſe dela-
43 tum ſit, non audeat iudicare: Etenim † ſi prætor is, qui iudicia dat, nunquam
petitori præſtituit, qua actione illum vti velit, videte quam iniquum ſit, con-
ſtituta iam re, iudicem, quid agi potuerit, aut quid poſſit, non quid actum ſit
quærere, &c. quaſi dicat Cic. cum interdictũ vnde vi, per quod (vt ipſe ibi in ſe-
quentibus ait) poſſeſsionem repetebat, cauſam conſtituendi iudicii, ex ipſo
prætoris edicto, habeat, quemadmodum & prætor ipſe, ex edicto iudicia
dans, hoc eſt, in edicto publice proponens, acturo, liberrimam ex edicto
agendi

agendi poteſtatem relinquit: Ergo, nec vos recuperatores, iſtam iudiciorum libertatem reſtringere, nec me, ab interdicto, ad aliam actionem reuocare decet.

Ex quibus verbis etiam probatur id quod ſupra dixi prætorem ſcilicet, actiones quidem, etiam Ciceronis tempore propoſuiſſe & præſcripſiſſe: Sed ita tamen, vt non ipſe, acturo, forte etiam inuito, quod nonnulli putant, actionem præſtituerit, ſed vt acturo, commodiſſimum reique petendæ conuenientiſſimum agendi genus, deligere licuerit: Quemadmodum † neq; inuitis litigatoribus iudex Pedaneus obtrudi poterat, ipſis ſcilicet, ex iudicum, in albo deſignatorum, & poſtmodum *iuxt. Nouell.* 82. *cap.* 8. ab ipſo principe deputatorum numero, poteſtate ſeligendi conceſſa. Vnde & iudices ſelecti dicebantur: Neminem, inquit Cic. pro Cluentio, voluerunt maiores noſtri, non modo de exiſtimatione cuiuſquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima, iudicem eſſe, niſi, qui inter aduerſarios conueniſſet. Dicebantur † eo nomine recuperatores, & arbitri, quod ex partium placito ac ſelectione iudicarent, *l. iudicem, ff. com. diuid. l. in prouinciali,* 3 §. 2. *ff. de nou. op. nunc.* ubi arbiter communi diuidundo iudicii, opponitur ipſi prætori, eiuſque nunciationi: Zaſ. *ſing. intel.* 1. *n.* 3. Vbi † quæri poteſt: Si tempore iam Ciceronis, iſta vel formularum, vel actionum impetrandarum neceſſitas, abolita fuerit, qui factum, vt iſtas quidem actionum formulas, Conſtantin. *Imp. in l.* 1. Exceptionem vero non impetratæ actionis, Theodoſ. & Valent. *Impp. in l.* 2. *C. de for. & impet. act. ſublat.* primum abrogaſſe dicantur. 44 45 46

Et † formulas quidem, quod attinet, eas, tempore adhuc Cic. in uſu fuiſſe, *ex d. Orat. pro Q. Roſc.* liquet: ubi, ſunt iura, inquit, ſunt formulæ de omnibus rebus conſtitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut in ratione actionis errare poſſit: Expreſſæ enim ſunt, de vniuſcuiuſque damno, dolore, incommodo, calamitate, publice à prætore conſtitutæ formulæ, ad quas priuata lis accommodatur, &c. Et formulæ rei vindicationis meminit Cic. *in Orat. pro Muren.* Et Plin. quoque formulam damni dati dixit *lib.* 9. *c.* 59. Et Apul. *lib.* 9. *de aſino aureo:* Nec, ait, familiæ erciſcundæ, ſed communi diuidundo formula dimicabo. Sed †. de impetrationibus actionum quæſtio eſt: Cum Cic. in loco ſup. citato, actionem à prætore nunquam præſtitui, ſed ab actore ipſo, eligi dicat. Et dupliciter quod & ſup. tetigi, reſponderi poteſt: vel quod iſta impetrandarum actionum ratione, ſaltem neceſſum fuerit, prætorem adire, rogareque, vt ea actione, (quam litigaturis ipſe monſtrabat) aduerſus reum, (quem & denunciando, ſi condictionibus agendum erat, ſolenniter litem citari petebat) iure experiri liceret: quod ipſum Ciceronis ſeculo & ſub tempora Conſtantini & Theodoſij adhuc in vſu fuiſſe videtur, *l. fin. Cod. de interdict.* §. *appellamus. Inſtitut. de action.* vel reſponderi poteſt, quod iſta impetrandarum actionum ſuperſtitio, poſt Ciceronis fata, ſub dd. Imperatorum tempora, iterum inoleuerit: 47 48

D 2

Digitized by Google

49 uerit: Cum † & ante Ciceronem, talis quædam impetrandi ratio fuerit; teſte *eod. in d. Orat. pro Muren.* poſſet agi lege, nec ne, pauci quondam ſciebant: Faſtos enim vulgo non habebant: erant enim in magna potentia, qui conſulebantur, à quibus etiam, dies, tanquam à Chaldæis petebantur. *Et 6. ad Attic. epiſt.* 1. occultatam putant quodam tempore iſtam tabulam, vt dies agendi peterentur à paucis. Sicut & aliunde conſtat, etiam actiones earumque formulas peti oportuiſſe.

50 Interdicta † igitur, quoad deſignationem edicti, & formulas, non ſecus atque aliæ ordinariæ actiones, iuris ordinarij fuerunt, *l* 1. §. *neceſſario, ff. ſi vent. nom. mul. l. incerti*, 3. *Cod. de interdict. & per alia, quæ ſeq.* Etſi enim petitori, vt Cic. ait, liberum fuerit, actionem vel Interdictum, quo experiri vellet, ex edicto ſeligere: tamen rogare oportebat prætorem, vt actionem ſelectam, tum iudicem quoque daret, & concederet: qua ratione & interdicta ſolenniter reddita eſſe teſtatur, Imp. *in* §. *fin. Inſtitut. de Interdict.* de ordine, inquit, & veteri exitu Interdictorum ſuperuacuum eſt, hodie dicere. Nam quoties extra ordinem ius dicitur (qualia ſunt hodie omnia iudicia) non eſt neceſſe reddi interdictum: Sed perinde iudicatur ſine interdictis, ac ſi vtilis actio ex cauſa interdicti reddita eſſet. Qui §. ſine recta ordinarij, quod antiquitus fuit, iuris cognitione, non poteſt intelligi.

51 Proinde † interdicta quoque iuris ordinarij fuerunt, quo ad Iudicis vel iudicii dationem: Cum conſtet, quod prætor, in iis, iudicem plerumque dederit: quo reſpectu, paſſim, in interdictis, iudicium ſe daturum pollicetur, *l.* 1. *in princip. Digeſt. de vi & vi arm. l.* 1. *ff. Vti poſſ. l.* 1. *Digeſt. de ſuperfic. &c.* quod ipſum de omnibus reliquis interdictis quoque intelligendum eſt, ſi hypotheſin controuerſam habuerunt. Et hoc nomine, Cecinnæ & Ebutio, ex Interdicto litigantibus, iudices vel recuperatores datos eſſe, Cic. teſtis eſt, *in d. Orat. pro Cæcin.* Et caute dico datum ſemper fuiſſe iudicem, ſi hypotheſin controuerſam habuerint vel reliquerint interdicta.

52 Cæteroqui † enim, Iudicis datione, nullatenus erat opus: Cum ipſe prætor, per Interdictum, omnia recta componeret & decideret. Ita, vt inde liqueat Interdicta, quo ad ipſum interdicti vel præcepti punctum, extraordinarie reddita fuiſſe: quippe, quod ipſe prætor, per ſe, & non per datum Iudicem interdixerit: ſed quo ad punctum τῆς ὑποθέσεως, iuris, vt dixi, fuiſſe ordinarij: quemadmodum quoque & tunc Iudicem datum eſſe, *ex d. Oratio. pro Cecin.* apparet, ſi ſuper facta ſponſione, vel & facienda paritione, & plena interdicti expeditione, qualiſcunque controuerſia, atque lis oriretur. Siqui-

53 dem † enim, vis, vel turbatio facta negaretur, vel ſi actor, vti Cic. *in d. Orat.* facit, ſe, iuxta interdictum, non plene neque recte reſtitutum eſſe conquereretur.

Digitized by Google

retur,& ita res altiorem indaginem deſideraret: & tunc ſuper eiuſmodi, extra & præter ipſam hypotheſin incidentibus litigijs, qualia etiam fructuum & expenſarum nomine non raro fiebant, iudicium & recuperatores dabantur, *per text.* quem ad hoc ſingularem allego, *in L. ſi opus pen. ff. Quod vi aut clam.*

Si opus, inquit Pomponius, quod quis iuſſus eſt, à iudice, qui ex hoc interdicto ſumptus eſſet, reſtituere, alius quis vi aut clam ſuſtuliſſet. Quin pro illo ipſo interdicto reddendo, vel interponendo, iudicem dabat prætor, ſi parte altera præſente vel abſente, ob contrarias forte allegationes, vel alias hæſitaret, & ſic aliquali cognitione opus eſſet, an etiam reddi Interdictum oporteret: nec ſibi, ob alia negoria, iſtis vacare liceret; *per ead. & per text. ſingul. in L.* 1. cum res damni infecti celeritatem deſideraret, & periculoſa dilatio prætori videtur, ſi ex hac cauſa ſibi iuriſdictionem reſeruaret, magiſtratibus municipalibus delegandum hoc recte putabit *ff. de dam. inf. text. etiam expreſ. L. cognitio* 4. §. 1. vt poſſeſſio bonorum detur, vel ſi cui damni infecti non caueatur, vt is poſſidere iubeatur, aut ventris nomine in poſſeſſ. mittatur, mandari poteſt, *& tot. tit. ff. de off. eius, cui mand. L. ſæpe* 8. *& L. generaliter* 9. *de offic. præſid.* Vnde † parer, non conſtare, quod plærique DD. etiam moderni tra- 54
dunt, in interdictis, nec formulas præſcriptas, neque iudicem datum eſſe à prætore, quo ad poſſeſſionis cauſam, Cuiac. C. *de interdict.* Herman Vultei. *in Iuriſpr. eod. num.* 12. *& ſeq.* Robert. 3. *ſent.* 19. vbi reprehendit Duarenum, ipſe magis reprehendendus.

Atque † iſtorum quidem omnium reſpectu, Interdicta iuris ordinarii 55
fuiſſe, teſtatur Vlpian. *L.* 1 §. 2. *ff. de migrand.* vbi ait: Hoc interdictum proponitur inquilino, qui ſoluta penſione vult migrare: Nam Colono non competit: cui rei etiam extra ordinem ſubueniri poteſt: ergo infrequens eſt hoc Interdictum, *& L.* 3. Si quis miſſus fuerit in poſſeſſionem fideicommiſſi ſeruandi cauſa, & non admittatur: poteſtate eius inducendus eſt in poſſeſſionem, qui eum miſit: aut ſi quis volet vti Interdicto: Conſequens erit dicere Interdictum locum habere: Sed melius erit dicere, extra ordinem ipſos iure ſuæ poteſtatis exequi oportere decretum ſuum, nonnunquam etiam per manum militarem, *& §. conſtitutum eſt* 1. *& §. ſeq ff.* Ne vis fiat ei qui *in poſſ. text. clariſſ. in d. l.* 1. §. neceſſario: cogat autem eum decedere non prætoria poteſtate, vel manu miniſtrorum, ſed melius & ciuilius faciet, ſi eum per Interdictum ad Ius Ordinarium remittat *ff. ſi vent. nom. mul. L.* 1. §. 1. ibi: Nam poteſt maritus iure ſuo filium per interdictum deſiderare, aut exhiberi ſibi, aut ducere permitti, extra ordinem *ff. de vent. inſpic. L. Is, qui* §. *miſſus* 27. *ff. vt in poſſeſſ. legat. text, etiam d. L.* 1. §. 1. *ff. de rei vindic. & d. L.* 3. *C. de interdict.* In † qui- 56
bus legibus Interdicta tanquam Iuris Ordinarij remedia, opponuntur extraordinariæ ipſius prætoris vel magiſtratus cognitioni & executioni, quæ citra

D 3 vllam

vllam iudicis dationem, tum recta exequendo fiebat, per ipſum prætorem vel magiſtratum, miſſis viatoribus & executoribus vel apparitoribus publicis.
57 Quemadmodum † etiam aliæ ordinariæ actiones, huic extraordinariæ executioni & proceſſui opponuntur *L. fin. in fin. ff. de eo quod met. cauſ.* L. 50. *ff. de euict. L. fin. de iudic.* ordinarie enim procedere dicebatur, prætor, vel magiſtratus, ſi Iudicem formulamque agendi daret, apud quem, & iuxta quam, cauſa decideretur, per ea quæ ſup. *L. 75. ff. de Iudic. L. 15. §. 6. & ſeqq. ff. de re iudic.*
58 Reddito † igitur vel interpoſito interdicto: quod in caſibus propriis extraordinarie fiebat: vt ſcilicet, prætor ipſe, vias facti, turbationum, ſeditionis, inſultuum atque ſcandalorum, recta præſcinderet: formulam deinde actionis, atque iudicem dabat, qui de quæſtione qualicunq; adhuc controuerſa, quam prætori ipſi. in alijs occupato, decidere non vacabat, in iure cognoſceret, quod ordinarie procedi dicebatur, etiam in interdictis, per ea quæ ſup. Vnde Frontin. de poſſeſſione inquit per Interdictum, hoc eſt. iure ordinario
59 litigatur. Et Spartian. in Peſcennio Nigro, Iulianum † quendam, præter cætera dementiæ ſuæ inſtituta, quibus ad Imperium contenderat, cum Seuero iam principe, quem vi & inſidijs tollere vel mouere non poterat. ex Interdicto, ait, de Imperio egiſſe, vt Iure ſcilicet Ordinario, videretur ad principatum perueniſſe. Et hac conſideratione, & propter hanc iuris ordinarij, quantumuis prætorij autoritatem, Interdicta iuri ciuili aſcribit Cic. in ſæpius *d. orat. pro Cæcin. & alibi.*
60 Neque obſtat, † quod titulo *ff. de Interdict.* additur, ſiue de extraordinarijs actionibus quæ pro his competunt: Quia illa verba, ſine vlla, vt recentiores quidem ſcholæ vnanimiter docent, controuerſia, à Triboniano addita ſunt, pro ratione & praxi ſui temporis, quo ordinaria illa formularum Iudicia ſublata iam erant. Si iam viueret, de interdictis, ſiue de Mandatis ſine clauſula,
61 & forte rectius loqueretur. Illud † enim iuxta plærorumque omnium opinionem male Tribonianus, & temerè, non tantum, quod legem Conſtantini Imp. nouam, Iuri veteri permiſcuit: quod multis cauſam erroris, tum difficultatem Iuris, & perplexitatem peperit: Sed quod omnibus actionibus competens remedium, ſolis quaſi interdictis applicare videtur: Quandoquidem,
62 † non ſolum interdicta, ſed omnia hodie Iudicia, extra ordinem peraguntur: *§. fin. Inſt. de Interd.* Eiuſmodi iurium, antiqui & noui confuſiones, textuumque corruptelas, † & alibi, non paucis in locis Tribonian. intuliſſe, conque-
63 runtur nonnulli. Quod præter cætera videndum ſit, in *L. Actio* 47. ibi: quia in extraordinarijs Iudicijs, vbi conceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt, *ff. de negoc. geſt.* Vbi illa verba, de ſuo, verbis Pauli inſarſerit, intruſerit: Cum negotiorum geſtorum actio, Iuris fuerit ordinarij: in quo Iudicium ſe daturum prætor pollicetur: *L. 3. in princ. de negot. geſt.*
64 Qualiter † & *L. 1. in fin.* ibi: *vel capite demmuitus fuerit ex magna cauſa: ff. de vſufr. legat.*

Digitized by Google

legat. verba ex magna cauſa adiecit. Ruſard. & Cuiac. *in Notis ibid.* Renard. 2.
*ver.*11. Simili temeritate *L.*1.*ff.de leg.*1,de exæquatione legatorum & fideicom.
Vlpiano aſcribere non eſt veritus: Cum tamen exæquationem legatorum &
fideicommiſſorũ, ſibi acceptam ferendam velit Iuſtinian. §. *ſed non* 3. *Inſt. de*
legat. Quemadmodum etiam tanto abeſt, vt Interdicta extraordinarijs actio- 65
nibus ſiue iudicijs, quæ dicebantur, recte aſſcribi poſſint, vt etiam in iis locum
proprie non habuerint, ſed iam ad exemplum eorum ſaltem res agatur *d.l.*3.
C.de interd. Cuiuſmodi † nomine, Hotoman. *Illuſt. quæſt.*11. Tribonianum 66
facinoroſum inſimulare non dubitauit, *quod in L.ſi fundum* 16.*de fund.dot. &*
aliis digeſt. in locis, in dotem dare, repoſuerit, pro doti dicere. Quinimo † à 67
temeratione ipſius Codicis & Imp. Conſtitutionum manus eum non abſti-
nuiſſe contendant: Obrecht. *diſputat.de patrimon. mulierum. Theſ.*122. Vbi
inſimulatur. quod *L. neque mater C. de iur. dot.* de ſuo adiecerit verba, vel
lege ſpecialiter expreſſo. Vt † taceamus, quod & Suidas. Tribonian. inſimu- 68
let, quaſi doctrinæ & vitæ ſuauitatem, nimia auaritia obſcurarit: εἰς δὲ φιλο-
χρηματίαν δαιμονίως ἐσπουδακώς: adeò, vt iſthoc nomine, leges corruperit, &
iuſtitiam quaſi venalem habuerit: κατὰ χρείαν ἐκαπήλευ. Cui non obſcurè ſub-
ſcribit Procop. *lib.*1. *de bello Perſic.* meminit etiam Iacob Reuard. *in præfat. lib.*
de veris vſucap. differentiis.

At † vero licet poſteriorem rubricæ *ff. de Interdictis* particulam, ſiue, de 69
extraordinariis actionibus: vel à Tribon. vel quo alio, volumini ff. incaute
nonnihil adiectam eſſe, concedi fortaſſis poſſit: multaque ab Tribon. non vſ-
que adeò exacte & pertinenter digeſta eſſe, cui, quod aliis alia ratio methoduſ-
que placeat, merito ignoſcendum: Tamen, temerarium illum vel facinoro-
ſum ipſarum legum, textuumque corruptorem fuiſſe, non facile crediderim:
præſertim. quod & contra præſumptionem Iuris, illi, hæc nota admodum te-
mere à nonnullis impingatur: tum, † quod, aliorum correctiunculas, re- 70
ſtitutiones, & coniecturas, in illud ipſum crimen, quod accuſant, multoma-
gis incurrere peruiderim. Etſi igitur negotiorum † geſtorum actio, quoad 71
iudicis dationem, ordinarii iuris fuit: Tamen conſiderandum eſt, Anne quo-
ad alias ordinariarum actionum ſolennitates, iuris potuerit eſſe extraordina-
rii. In dandis enim iudiciis obſeruatum eſſe apparet: vt actiones, prætoriæ,
in factum, extraordinariæ eſſent, eatenus, quod, certas & ſolennes formulas
non haberent. Et ita mea quidem ſententia, longe rectius *d. L. actio*, intelli-
git Eguin. Baro, *Lib.* 6. *Manual. per eand. & per l.* 2. *de orig. Iur.* & ſcitiſſime D.
Ioh. Gædde. *d.l. actionis verbo* 34.*n.* 12 *ff.de verb.ſignif.* Quemadmodum † et- 72
iam, non ſemper, in omnibus actionibus, denunciationum ſolennitates fie-
bant, quod præter alias, de negotiorum geſtorum actione affirmat Cuiac. 16.
*d. obſer.*7. quod vtrumque ego ex dictis ſupra ordinariarum actionum ſolenni-
tatibus, ſatis probari iudico. Sicut † etiam, *d. L.*1. *in fin ff.de vſufruct.leg.* eum in 73
textu

Digitized by Google

textu ipſo, tum explicatione, gloſ. & veterum omnium Interpr. adeo clara, vt notatione illa plane non ſit opus. Ita vtrumque verum eſſe poteſt: quod Iuſtinian. Imp. exæquationem legatorum & fideicommiſ. lege ſua ſancierit: & quod nihilominus eandem exæquationem, & Vlpian. ante approbarit laudaritque, ſed communi lege atque ſtylo necdum receptam *arg. pr.* ibi: quod
74 non per innouationem, *Inſtit. de hered. inſtit.* Sicut † etiam ἐν πλάτει mulier, marito, in dotem dare dicitur, non modo quæ iam tradit ſed & quæ doti dicit. *arg. L.1. & tot.tit. C. de dot caut.* ita, vt iniuria fiat, eiuſmodi cauillis, Triboniano, & ipſis iuris autoribus. Quod etiam *ad l* 213. *ff. de verb ſign.* oſtendit D. Gædde *n.* 2.

75 Nulla † etiam prorſus cauſa exiſtente, quare ad *d. l.* Neque mater, Tri-
76 bon. traducatur. Vti & ad omnes reliquos † Tribonianiſmos, qui vocantur, & recenſentur cum ab Anton. Fab. *lib.* 12.*cap.* 16. *& ſeq.* 17. *& paſſim per* 18. *coniectur. libres.* vel ab alijs faciliimum fuerit reſpondere: per prædict. & Ræ-
77 uard. *d. lib. de vſucap.* Quo † nomine. & poſterior illa d. rubricæ particula defendi omnino poteſt ac debet: Quod ſcilicet, non ex errore, nedum flagitioſe, ſed recte à Triboniano, *ad tit. de interdict.* adiecta ſit: quod quadruplici ratione probatur. I. Quod ipſe Iuſtin. Imp. *in princ. Inſt. hoc. tit.* ead. fere
78 clauſula vtatur. II. Quod † de iure etiam veterum digeſtorum, interdicta iuris vel proceſſus extraordinarii fuerint: reſpectu, ſcilicet ipſius interdicti, & mandati: quod ab ipſo prætore, citra vllam Iudicis dationem plærumque redditum fuit: per ea, quæ ſupr. & per text notabiles ac clariſſimos in *l.* 1. §. 1. *ff.*
79 *de rei vindic, L. ſi quis* 12. *in princ. ff. de religioſ.* Vbi † actioni ciuili ordinariæ, ipſa prætoris interpellatio, ſeu interdictum opponitur, quod etiam fit ab Vlp. *in L. Etſi* 6. §. 1. ibi: ædificantem me prohibere poteſt, & ciuili actione, & interdicto, quod vi aut clam. *ff. ſi ſeruit. vindic.* & per alia quæ ſup. ad finem ſe-
80 cundæ quæſt. III. † dici etiam poteſt d. particulá intelligi & loqui, Quod interdicta nõ regulari & ordinario aliarum actionũ tramite, ſed extraordinarie intra annum intentanda veniant & quidem regulariter contra ipſum turbatorem &c. poſt annum vero, vel contra hæredes aut alios, ad quos quid peruenerat, in factum actione magis, quá interdicto vtendũ ſit: *L.* 1. *in fi. ff. de vi & vi arm. l.* 2. *l.* 3. *in pr. &* §. 1. *eod. l. cum hæres* 11. *ff. de diuerſ. & temp. præſcript. L. prætor* 20. §. *plane, in fin. ff. de nou. oper. nunc. L. ſi quis*, §. 2. *ff.* Ne vis fiat ei, *L. oſſa*, §. *fin. ff. de relig. L. fin. C. de act. empt.* qua de re latius dicetur ſub diuiſ. Interdictor.
81 quatenus ſcilicet vel annalia ſint vel perpetua. Quarto † poſito, προσθήκην illam non veterum iureconſultorum ſed Tribonianam eſſe, tamen & ſic omnis flagitii aut fraudis innocentiſſima fuerit, quod candidiſſime doceat & præ ſe ferat id, quod ipſi obtrectatores quærunt: titulum & librum illum ff. de interd. interdicta quidem proponere, ſed talia, quæ veteribus ambagibus abrogatis, extraordinarium cũ aliis actionibus, ſed & præ iiſdem paratiſſimũ facil-

facilimumque iudicii proceſſum remediumque meruerint: vti hoc in *proœm.*
Inſtit.§.*In quib.*5.*& defin.ibid.de Interdict.& l.fin.C.eod.*luculente declaratur. Ita,
vt aduerſus iſtos Triboniani flagellatores, defendere liceat, iſtam partic. forte
etiam à veteribus quibuſdam iuris Autoribus ita vſurpatam: Vnde † & nos, 82
eandem ἐπιγραφὴν huic commentario dare, vel potius relinquere non erubuimus.
Qualiter, & priuato iſti Suidæ teſtimonio luculentiſſimum Diui Imp.
Iuſtiniani elogium, longe præferendum fuerit.

Quarta † huius cap. quæſtio eſt; Anne, & qualis fuerit differentia edi- 83
cti & interdicti? Et ſex hic opiniones videntur eſſe: Alii enim dicunt, quod
differant, ſicut materia & materiatum: Barth. *in rubric. n.*3.*ff. de Interdict.* quem
ſequitur ibid Zaſ.*num.*3.& plærique alii, Weſenbec. *in Parat. eod.nu.*7. Quod
etiam Eguin. Baronem *d.loc.* ita tenuiſſe, & ſenſiſſe, ex iudiciorum, edictorum,
& Interdictorum, quam ponit deſcriptione, colligere eſt: dum † ait, quod iu- 84
dicia quidem ita dabantur: Si paret *L. Titium* centum aureos C. Seio ex cauſa
mutui dare oportere, Cai. Aquil. iudex eſto. Si paret, *L. Titium* fundum illum,
qua de re agitur, à Caio, Seio, mille aureis ſibi emiſſe, & pretium numeraſſe:
nec fundus ei à Caio Seio tradetur, Cai. Aquil. ex bona fide condemnato. E-
dicti autem, ex quo interdictum reddebatur, talem fuiſſe formulam aiunt: Si
cui ex edicto meo bonorum poſſeſſio data erit: quod de his bonis, quis pro
herede, aut pro poſſeſſore poſſidebit, poſſeſſurusue foret, ſi nihil vſucaptum
eſſet: quodque dolo malo eius factum erit, vt deſinat poſſidere: vt id reſtituatur,
interdictum dabo &c.

Secundo † alii dicunt quod differant ſicut cauſa & cauſatum ſiue effe- 85
ctum gloſſ. & Iacob. de Aret. *in l.*1.§.1.*ff. de nou. oper. nunc.* quia ſicut actio cau-
ſatur ab obligatione, ita interdictum cauſetur ab edicto. Tertio alij dicunt, † 86
quod interdicta ſint quibus Prætor aliquid præciſe præcipit, vt, reſtituas, vim
fieri veto, & ſimilia. Edicta vero quibus Prætor loquitur cum modificatione,
vt iudicium detur: Rofred. *tit. de Interdict.* Et refert Barth. *d.l.*1.*n.*4. Sed neu-
trum bene dicere ait: illum, quod actio, quæ datur ex edicto, non ſemper ſit in-
terdictum: hunc vero, quod etiam interdicta quædã, cum d. modificatione, &
non præciſe loquantur, vt *in l.* 1. *in pr. ff.* Ne vis fiat ei. *Vnde* † *quarto* Barth. & 87
alij communiter *Dd. d. l.* 1. *de nou. op. nunc.* ſicut & Angel. *in l. Prætor*, 20.§.1. *eod.*
quod ibidem diſplicet Alciato, dicunt, quod differant, ſicut genus & ſpecies:
Edictum enim generis poteſtatem nomenque habere, Interdictum vero, ſpe-
ciei, ita, vt Interdictum quoque, recte dicatur edictum, &c. *in quo à veteribus*
pueriliter erratum eſſe ait Hugo Donell. in rubr. C. de Interd, num. 8. *Vnde* † 88
quintam cum alijs hanc differentiam affert, quod edictum ſit Lex Prætoris, at-
que ita Ius publicum, §. Prætorum, *Inſt. de Iure Nat. Gent.* Interdictum vero, vt
actio, ſit id, quod edicto proponitur: Siue edictum, quia Ius ſit, etiam ius gene-
rale eſſe, ad omnes pertinens, *l. iura, ff. de legib.* Interdictum priuatum eſſe &

perſonale, pertinens duntaxat ad eas perſonas inter quas edicto agitur. Et doctiſſimus Pet. Gregorius, *in Syntag. 21. c. 9. n* 4. ſibi placere ait, edictum eſſe generalem Prætoris formulam propoſitam tanquam legem generalem, nulla adhibita conſideratione perſonarum, in indiuiduo: Interdictum vero eſſe formulam conceptam, ſecundum edictum, habita conſideratione perſonarũ ſingularium, apud Prætorem aliquod remedium poſtulantium; citans ibid. Iul. Frontin. *de controuerſ. agror.* qui ita dicit: Edictum Ius erat, Interdictum ex Iure
89 illo Prætorio veluti actio, circa litem motam. Quomodo † etiam inter decreta, & præcepta Philoſophiæ, tanquam inter elementa & membra, quæ ex illis dependeant diſtinxerunt: vt eleganter Sen. epiſt. 94. Quid enim, inquit, intereſt inter decreta Philoſophiæ & præcepta: niſi quod illa generalia præcepta ſint, hæc ſpecialia: *& epiſt. ſeq.* &c.

90 Alij † autem hanc ipſam quidem ſententiam ſequuntur, ſed ita ſexto reſtringunt, vt interdicta, reſpectu edicti, quod Ius publicum conſtituat, non ſecus ac priuilegia, ſint mere perſonalia, perſonas inter quas redduntur, non egredientia: inter ſolos enim litigantes reddi, quod tanquam res inter alios acta, alios non liget: ita Iohan. Zanger. *de except. lib. 2. cap. 1. num.* 109. citans Donell. *d. loc. &* Robert. 3. *ſentent. cap.* 19. *&* Duar. 1. *Diſp.* 19. omnes iſti *per l. 1. §. 3. ff. hoc tit.* Vbi Vlp. Interdicta omnia licet in rem videantur concepta, vi tamen ipſa perſonalia eſſe ait: Quod poſtremum illi, vt Donell. *d. loc. n.* 9. ita accipiunt, quaſi interdicta ideo ibi perſonalia dicantur, quod & ſi plerunque reſpectu rei & poſſeſſionis reddantur, tamen inter ſolos litigantes reddantur,
91 non ſecus ac quæ alia iura ſingularia. Sed † præter id, quod Vlp. ibi, interdicta non prorſus perſonalia, ſed vi ſaltem & effectu talia eſſe ait, totam hanc liticulam, vna ego linea facillime ſopiri poſſe exiſtimo; ſi dicamus, quod res & verum eſt, nullam harum ſententiarum ſeorſim, ſed omnes ſimul demũ veras eſſe &
92 obtinere: Quemadmodum † & veteres omnes, quos Donell. pueriliter in hoc erraſſe perperam dicit, idẽ quod ille ipſe ſentit ac dicit, antea ſenſere ac dixere: Barth. enim *in rubr. ff. h. tit. n.* 2. expreſſe affirmat, ideo dici interdicta, quaſi inter duos reddita, alia v. edicta vniuerſaliter reddi. Et Zaſ. *ibid. n.* 4. debetis noviſſe ait, quod interdictũ inter duos ſcribitur; vt, quod tu vi ædificaſti tollas, veto ne tibi vis fiat, &c. Propterea duas perſonas litigantes reſpiciunt Interdicta, ſed actio generaliter introducta eſt, quoad omnes perſonas. Late etiã Inſolenſ. &
93 alij *d. l. 1. de nou. op. nunc.* Sed † quod propterea ſtatim id efficiatur, vt ipſa ſolũmodo edicta non v. & interdicta ius publicum conſtituerint, ſed vt interdicta mere ſint vel fuerint perſonalia, id ſane neutiquam ſubſiſtit: licet. n. non aliter, atq; hodie mãdata, reſpectu decreti & executionis priuatæ, quoad certas perſonas, quibus & cõtra quas redduntur, ſint mere perſonalia: ſicut hoc idẽ, ipſis legibus, & edictis, & omnibus ex iiſdem proficiſcentibus actionibus cõmune eſt: quo nomine, res inter alios, quantumuis ex legibus Iudicatæ, alijs non præiudicant,

dicant, per vulgatiſ. Tamen illa ipſa interdicta, non tantū reſpectu fontis, tum legis ex qua ſumuntur & redduntur, ſed ſua etiam ipſorū vi, & intentione, iuris planiſſime ſunt publici & generalis, non modo hunc vel illum, hos vel illos litigatores; ſed generaliſſime & indiſtincte, ſub publica & perpetua legis auctoritate, omnes coercentia & continentia, qui in illa peccare vel delinquere præſumpſerint: quod† ipſum etiam Clariſſimus ICtus Zaſius *in d. rubr. in fin.* hiſce 94
verbis docuit; quod dicta illa nouiſſima diſtinctio, ſit potius quædam ſuaſio, quam quod habeat aliquid legitimi: quia interdicta etiam aliquando in genere ſubſcribuntur. Idemq; non obſcure tenet *Barth. d. l. 1. n. 5. de nou. op. nunc.* dum Rofredi diſtinctionem, quod interdictū præciſe inter duos reddatur, eatenus probat, quatenus Interdictum ſit extra librum de Interdictis; ſic enim quoad partes quibus redditur, mere eſt perſonale & precisū: ſed quatenus eſt in libro, ius ſcil. publicū cōſtituens alia eſt ratio: Sed † nec tamē ideo minus veriſſime 95
quoq; dicitur, quod edictū & interdictū differāt, tanquā materia & materiatū, vel tanquam mater & filia, vt Barth. *in d. rub.* ait, vel, quod male is reprehendit, tanquā cauſa & cauſatū: cum vtrunq; idem importet. Veriſſimum .n. eſt, quod vti omnis actio, ita & interdictum ex iure & edicto, & ex legibus proficiſcatur: vbi & materiatum & cauſatum vel effectum, luculentiſſime arguitur, quod recte, etiam, D. Herm. Vult. ad *Inſt. in pr. n.* 41. At v. cum pro varia edictorum legumq; mente, variæ etiam ſint actiones proditæ, & inter eas ipſa etiam Interdicta ſingulari & forma & ratione propoſita & publicata: Hinc † ſane nemo 96
ſanus inficiabitur, quin vti actiones edictorum, ita & Interdicta edictorū tum actionum, tanquam generis ſui ſpecies eſſe, rectiſſime dicatur; Non ſecus atq; edictum. *Vnde lib. vnd. cog.* &c. ſpecies erant generalis edicti de bonorū poſſeſſionibus. Omne .n. Interdictum eſt actio & edictum, ſed non contra, omne edictum, & omnis actio eſt interdictū. Vnde & Interdicta ſpeciem iuris ordinarij conſtituiſſe & fuiſſe, ſupra demonſtravimus: quemadmodum † & ipſæ Inter- 97
dictorum formulæ, quæ *in ff. adhuc extant, tum text. expreſſus in l.* 1, ibi: Interdicto quod in albo Prætoris propoſitum habet, *C. de Interd.* liquido & manifeſte probant, quod Interdicta, tanquam perpetuæ & generales contentionum poſſeſſoriarum, & ſimilium cauſarum normæ atq; regulæ, in foro, & tanquam pars edicti publici, in albo fuerint propoſita. Vnde Paul. 4. *ſentent.* edicto, inquit, perpetuo cauetur, vt interdicto reddito agi poſſit. Vti igitur actiones edicto, proponebantur, ita & interdicta: nēpe his verbis: interdicā, decreto cōprehendā, interdictū dabo, iudiciū dabo, Cuiac. *5. d. obſ. 17. in med.* Neq; mouere quenquā 98
poteſt vel debet, q̄ quædā & pauciſſima Interdicta, generaliter & imperſonaliter cōcepta ac ꝓpoſita eſſe legūtur, vt in *d. l. 1 ff.* Ne vis fiat ei, *qui in poſſ. l. 1. ff.* Ne quid in loco ſacro, *l. 1. de loc. publ. l. 1. in pr. de via & itin. publ. l. 1. in pr.* Ne quid in flum. pub. Pleraq; v. & cætera omnia in ipſas perſonas, inter quas reddita ſunt, vel reddenda veniunt, perſonaliter cōcepta proſtant; vt in *l. 1. ff. quor. bon. l. 1. ff. de tab. exhib. l. 1. ff. vti poſſid. l. 1. ff. de* Cloac. *l. 1 ff.* Quod vi aut clam *l. 2. de precar. l. 1. de*

Digitized by Google

arb. cadend. l. 1. de homine lib. exh. & l. 1 tit. ſeq. l. 2. de migrand. quorum formulas infra etiam videre erit: adeo vt alias, & publica quædam Interdicta, eadem formula publicata inueniantur: vt *l. 2. in pr.* Ne quid in loc. pub. facias inve eum locum immittas, & ſi quid factum erit reſtituas, §. *reſtituas*, 43. *ff. Ne quid in loc. pub. vel itin. fi.* Quia hoc indiſtincte, & pro arbitrio habuit Prætor: ne ad eandem formulam aſtrictus haberetur: quemadmodum & omni iure, pro eodem reputatur, quid ex æquipollentibus fiat; quod ipſum cum aliunde, tum ex *d. tit.* Ne quid in loc. pub. manifeſtiſſime liquet: Etſi enim ibi in princ. & *d. §. 43.* Interdictum perſonaliter conceptũ extat: tamen ead. *l.* §. 20 idem Interdictum, eiuſue pars altera, & imperſonaliter propoſita refertur: ait enim Prætor; In via itinereue publico facere immittere quid, quo ea via idue iter deterius fiat, vim fieri veto. Ita Prætor *in l. vn.* Ne quid in flum. publ. fiat, interdictum prohibitorium imperſonaliter conceperat, *in pr.* Interdictum vero reſtitutorium
99 perſonaliter, §. *deinde* 11. Ita, † vt ex iſtis, tum alijs dictis legibus appareat, duas iſtas formulas, promiſcue vſurpatas eſſe; quibus tertio & illa addenda eſt, qua Prætor Interdictum ſimpliciſſime pollicebatur: cuius fit mentio *in l. 1 ff. Vt in flum. pub. nauig. lic.* vbi Prætor ait: Quo minus illi in flumine publico nauem, ratemque agere, quoue minus per ripam onerare exonerare liceat, vim fieri veto: item, vt per lacum, foſſam, ſtagnum publicum nauigare liceat, interdicam. Et *in d. l. 2. in fin. pr. Interdictum non dabo, ff. Ne quid in loc. pub.* Et iſti triplices modi etiam in alijs legibus publicandis vſitatiſſimi ſunt: vt Dij caſte adorandi ſunt, omni vi abſtinendum: vel Deos adeunto caſte, omni vi abſtinento: iuramenta omnes ſeruanto: vel ita: Nemo peieret, aut vllam vim committat, ſi ſecus quis faxit, Deus vindex eſto, vel iudicium dabo, vel mulcta erit hæc aut
100 illa &c. Quinimo † ex legibus, Senatuſconſultis, aut quocunque Iure, tam ciuili quam honorario, pro facti circumſtantijs interdicebat Prætor, etiamſi nulla certa Interdicti formula extaret; Exemplum eſt cum alibi, tum *in l. 1. ff. de via pub. l. 1. §. 2. & ſeq. ff. de loc. & itin. pub. & in l. 2. ff. de loco ſacro.* Vnde & recte Petr. Gregor. *d. c. 9. n. 4. in fin.* Attamen, nota, inquit, & ſine edicto, & ex edicto datum eſſe interdictum, poſtea ad Interdictum iudicium ſequi, quod aliud eſt
101 quam interdictum. Quinimo, † & hoc ad præcedentia notandum eſt, quod Prætor, & præmiſsis tribus iſtis formulis plane omiſsis, iudicium ſaltem ſe daturum aſcripſerit & nihilominus Interdictum interea tacite promiſerit: quod patet *ex d. l. 1.* Ne vis fiat ei, qui in poſſ. quod enim ibi in factũ iudicium quanti ea res fuit, pollicetur Prætor, non de ipſo Interdicto, quod tacite ineſt, paratiſſimamque reſtitutionem continet, ac præ ſe fert, ſed de iudicio recuperatorio
102 intelligendum eſt, quo actor † facta ſecundum interdictum reſtitutione aut pacificatione, per recuperatores aut datos iudices conſequebatur, quanti ſua intererat ſe in poſſeſsione fuiſſe & manſiſſe, eamue quiete habuiſſe: hoc enim æſtimationem iudicis & partis allegationes deſiderat, quod per regiam Interdicti exſecutionem non poteſt expediri.

COMMEN-

COMMENTARIUS III.

An Interdicta iuris veteris plane ſint abrogata? ad eandem rubric. & princ. Inſtit. hoc tit.

SVMMARIA.

1 *Interdicta prorſus abrogata eſſe videntur, præſertim ob præpoſit. Sine. n. 2.*
3 *Idque ex com. fere omnium DD. opinione.*
4 *Qui putant eundem finem & effectum eſſe interdicti & condictionis.*
5 *Interdictum nihil eſt aliud quam actio prætoria.*
6 *Interdictis de poſſeſſione, reliquis actionib. de dominio agitur.*
7 *Actiones reales nonnulli diuidunt in poſſeſſiones & petitiones.*
8 *Interdicta generaliter ad actiones reales non pertinent.*
9 *De poſſeſſione non interdictis modo, ſed etiam condictionibus & vindicationibus, vel ordinariis in factum actionibus agitur.*
10 *Error DD. circa interdicta eſt venia dignus, ſi agnita veritate corrigatur.*
11 *Veteres plerique interpretes veritatis lucem melius viderunt, quam recentiores Critici:*
12 *Et differentiam interdictorum & aliarum actionum agnouerunt:*
13 *Licet ordinarium aliarum actionum proceſſum ſecuti ſint.*
14 *Vt & Zaſ. & Oldend. ſolidiſſimi German. Iureconſulti.*
15 *Oldendorp. interdicta rectiſſime mandatis iudicialibus æquiparauit.*
16 *Vti & Barth. & alij DD. in pleriſque interdictorum caſibus à mandato incipere licere docuerunt.*
17 *Galli vna cum Germanis, interdictorum vim & proceſſum ſingulariter retinuerunt.*
18 *Curia etiam Romana, interdicta reſtitutoria iugiter obſeruauit.*
19 *Mirum eſt DD. fontes interdictorum agnouiſſe, proceſſum confudiſſe:*
20 *Quaſi iam in poſſeſſoriis quam petitoriis ordo iuris ſit obſeruandus.*
21 *Cuiac. interpretum huius ſeculi corypheus interdicta cum actionibus confundit.*
22 *Et momentaneas iam poſſeſſiones eſſe negat.*
23 *Cuius contrarium eſt verum.*
24 *Interdicta actionis nomine veniunt.*
23 *Sed ita vt poſſeſſionis vel facti ſaltem quæſtio in iis verſetur, ſaluo petitorio.*
26 *Cum celeri & extraordinaria expeditione.*

27 *Interdicta dicuntur actiones, ſed quoad ordinarias, impropriè.*

28 *Ordo Interdictorum, ex Balduin. & Minſing.*

29 *Plt. Gregorij: & Dionyſ. Gothofredi, ſententia de interdictis neutiquam abrogatis:*

30 *Tum Cuiacij, lib. 5. obſeru. 17. & Antonij Fabri n. 31.*

32 *Idem eſt, ex interdicto vel cauſa eius ſiue pro Interdicto agere, vel Interdicto experiri.*

33 *Interdicta per abrogationem formul. & impetrationum &c. tanto minus ſunt abrogata, vt per id magis confirmata & expeditiora ſint reddita:*

34 *Vt ruptis omnibus ambagibus reddantur & expediantur.*

35 *Ad L. fin. C. de interdict. octo notabilia ſunt obſeruanda: primo quod Interdicta adhuc efflagitentur & reddantur:*

36 *Dein, quod, vti & §. fin. Inſt. eod. non ordinaria, ſed quaſi in factum actione proponantur.*

37 *Intellectus præpoſitionis Pro.*

38 *Tertio, quod prætorium regiumq; proceſſum executiuum inſinuent.*

39 *Et hoc quarto omnibus amputatis fruſtrationibus:*

40 *Quinto quod interdicta nullibi vſquam abrogata legantur.*

41 *Sed ſexto poſt tempora etiam Iuſtiniani, in perpetuo ap. omnes Imperatores vſu permanſerint.*

42 *Idque etiam ſeptimo ex obſeruantia, iuris Can. & octauo omnium Chriſtianarum gentium: n. 43.*

44 *Triplicia adipiſ. retin. recup. Interdicta, in Galliis etiam reſpectu ciuiliſſimæ vel ſtatutariæ poſſeſſionis vſurpantur.*

45 *Anton. Faber, in doctiſ. rerum iud. Cod. theoricopractice diſtinguit, inter extraordina. Interdictorum, & ordinarium aliarum actionum proceſſum.*

46 *Canonis Redintegranda ſiue Pontificum, & Canoniſtarum mens, nunquam fuit, Interdictorum diſciplinam abolere, n. 47.*

48 *Quod non mutatur, ſtare non prohibetur.*

49 *Ipſa interdictorum ratio, fons & natura, abrogationem non patitur.*

50 *Interdicta non tantum à prætore Rom. ſed ex omni lege diuina & humana promanarunt, quod primo explicatur ex titulo, Quorum bonorum & num. 51. 52.*

53 *Britannorum gens inclyta, Interdictorum ſemper fuit obſeruantiſſima: quod ex legibus regiis varie declaratur: & primo ex titulo, Quorum bonorum.*

54 *Non modo, quoad cauſas interdictorum, ſed quoad regiam quoque & celerrimam expeditionem,*

55 *Fruſtra-*

55 *Fruſtratoriis Excuſationibus aut dilationibus non admiſſis.*

56 *Vox eſt, non tantum prætoris Rom. ſed* Dei *ipſius, & omnium gentium, quod iudicia magiſtratuum in medio poſita ſint, vt nemo ſibi ipſi valeat permittere vltionem:*

57 *Ne in viliſſimos quidem iudæos &c. & n. 58.*

59 *Omnium igitur gentium moribus, prætoria iſtam in rem comparata interdicta adhuc vigent:*

60 *Quod nemo iudex, ſeu Magiſtratus, tam vecors, atque vilis, & nullius momenti cenſeatur, qui ad rixas procedere patiatur, quos iuriſdictione ſua poſſit vel debeat componere.*

61 *Hinc, interdicta vti poſſid. vtrubi, vnd. vi, populorum tranquillitatem adhuc iam continent.*

62 *Quod conſtitutiones non modo imperiales, ſed & aliarum gentium tam* Barbararum *quam* Chriſtianarum *comprobant. & num. 63. & ſqq.*

65 Britannorum *leges regiæ, de vnd. vi interd.*

66 *Quib. probata. vel audita vi, aut deiectione, reſtitutio, ſtatim & recta iniungitur: ſummariſſimo & regio proceſſu: n. 67. 68. & 69.*

71 *Reges. interdictorum diſciplinam, rectius intellexerunt, quam ἄπειροι nonnulli interpretes.*

72 *Britannicis iſtis legibus antiqua in rem deductio (de qua, infra, commento de antiquo interdictorum proceſſu: dicetur) adhuc in vſu.*

73 *Britannis præter d. interdicta, ſunt & alia: veluti Breue aut monitorium de ſoluendo. num. 74.*

75 *Item de liberando fideiuſſorem à plegiu vel fideiuſſione.*

76 *Item de præſtanda guarentigia vel ſecuritate rei venditæ ſeu alias alienatæ.*

77 *Galica guarentur, guarandie &c. &* Britannica Warda Warantus *&c. ſunt voces, origine ſui, Germanica.*

78 *Item Breue de natiuis, ſiue interdictum de exhibendis originarijs, ſeruis, colonis, aſcriptitiis &c. Omnia ad rationem ac elegantiſſimam praxim iuris ciuilis.*

79 *Britannica interdicta. Breuia de Recto dicta, etiam ratione dominij redduntur in notorijs.*

80 *Interdicta etiam de loc. & itin. pub. de fluminibus pub. de via pub. deque omnib. ad protectionem regiam pertinentibus theoricopractice ibidem repetita leguntur.*

81 *Vbi trium violentiarum genera perſequuntur: numero 82. 83. 84.*

85 *Miſericordiam, hoc eſt, vindictam & pœnam regis, incurrunt omnes violenti: num. 86.*

87 Vio-

87 *Violenter procedentes violant maieſtatem Legis & Regis.*
88 *Reges ſapientes & iuſti nunquam impune ferunt violentias.*
89 *Interdictorum æquitas & diſciplina Rom. imperium inſigniter evexit.*
90 *Summa Reip. tuitio eſt in Legibus & armis.*
91 *Breuis, vel Breue, breuiarium, breuiculum, latinæ & iuridicæ voces.*
92 *Interdicta toto orbe Chriſtiano vſitatiſſima ſunt: ſed & vtiliſſima: vt nefas ſit, ea abolita exiſtimare.*

1 CVM igitur non Tribonianus modo, in d. Inſcriptione, vel rubrica *ff.*
hoc tit. ſed & Iuſtin. Imp. *in pr. Inſtit. eod. de Interdictis, ſiue actionibus* quæ
pro his competunt ſiue exercentur, alternatiue loquantur: ſequi videtur, pro-
poſitæ quæſtionis homiliam affirmatiue decidendam venire: præcipue quod
idem Iuſtin. Imp. *in fin. d. tit.* clariſſime & abſolute pro clauſula finali: Non eſt
neceſſe, dicat, hodie reddi interdictum: ſed perinde iudicatur ſine interdi-
ctis, ac ſi vtilis actio ex cauſa interdicti reddita eſſet. Siquidem enim ſine in-
terdictis iudicatur, ſubrogatis alijs in factum actionibus: fieri nõ poteſt, quin
2 Interdictorum per id abrogatio inſinuetur: Cum vox ſine † priuationem vel
excluſionem importet, tam iureconſultis *L. pater* 101. §. 1. ibi: ſine liberis *ff. de
condit. & demonſt.* & paſſim quam theologis & Philoſophis. Vnde illud: ſine
tuo (Dei omnipotentis) numine, nihil eſt in homine, nihil eſt innoxium:
3 Planiſſime † igitur interdicta, non modo quoad formulas earumque impe-
trandarum neceſſitatem, ſed quoad ipſum etiam proceſſum abrogata eſſe, O-
mnium fere interpretum & Doctorum vnanimis eſt traditio: adeò, vt clariſ-
ſime præ ſe ferant, doceantque: Interdicta nunc nihil eſſe aliud, quam, quæ ad
exemplum & vice illorum intententur actiones in factum: quæ ab alijs ordi-
nariis, quales iam dicuntur, actionibus nihil differant, niſi fortaſſis in ſolo ſub-
iecto vel obiecto poſſeſſorii & petitorii: gloſ. Azo. Dyn. Zaſ. Caſtrenſ. Bald.
Alex. Alciat. & ad vnum omnes *in rub. ff. de interdict. & reſpectiue in l. 1. l. 20. §.
1. de nou. op. nunc.* gloſſ. Iohan. de Plat. Angel. Schneidew. Balduin. Mynſing.
Melch. Cling Iohan. Borcholt. Herman. Vultei. Hortenſ. & alii. *ad fin. & prin.
Inſt. de Interd.* Frideric. Pruckman. 1. *conſ.* 36. *num.* 85. & 89. Dicens Vnde vi in-
terdictum eiuſque generis alia plæraque in deſuetudinem ferè abiiſſe: ſurro-
gatis nunc aliis poſſeſſoriis remediis. Et Iohan. Borcholt. *d. loc. in princ.* eun-
4 dem † effectum & finem eſſe ait: ſiue per interdictum poſſeſſionem repeta-
mus *L. 1. §. reſtit. ff. vti poſſid. L. fin. de act. empt.* ſiue per actionem, incerti con-
dictionem *L. 2. ff. de condict. tritic. l. hæres ff.* Ad Trebel. iiſdemque verbis ante
eum Cuiac. 5. *Obſ.* 17. *poſt princ.* Ant. Faber. *in C. lib.* 7. *tit.* 7. *def.* 4. *nu.* 10. & *lib.
8. tit. 3. def. 1. num.* 2. dicens, quod loco interdictorum vtamur extraordinariis
in factum actionibus quæ iis ſubrogatæ: & plerique, vti & Zaſ. *in §. quadam. n.*
22. Inſt *de actionib.* vbi dicit, Interdicta eſſe actiones perſonales in rẽ ſcriptas:

& §.

& §. actionum num. 30, dicit eſſe actiones in factum, quales ibi diligenter expli- cat. Et expreſſe Barth. *ad eund. tit. in princ. num.* 1. *&* 2. dicens, † quod In- 5
terdictum nihil ſit aliud, quam actio Prætoria, quæ, vt etiam ibid, *& ex eodem* Simon. Schard. ſingulariter notant, ab actione nihil differat, niſi tanquam ſpecies à genere: Et † quod Interdictis, de poſſeſſione tantum agamus, aliis 6
vero actionibus de dominio: Vnde etiam ex præcitatis nonnulli, actionum † 7
realium alias eſſe poſſeſſorias ſcribunt, alias petitorias, & illas, interdicta, has- ce vindicationes appellari: nullo prorſus (præter id † quod nec Interdicta, 8
realibus actionibus generaliter recte accommodentur) facto, vel proceſſus, vel ſingularum cauſarum, & obiectorum, quæ Prætor in reddendis interdi- ctis conſiderabat, diſcrimine: nulla † etiam habita conſideratione, quod de 9
nuda etiam poſſeſſione, non tantum Interdictis, ſed etiam conditionibus, quinimo & vindicationibus, vel ordinariis in factum actionibus, non minus hodie, quam olim experiamur & experiri liceat: per ea, quæ dicentur infra: ita † vt iſthæc interdictorum, cum aliis ordinariis actionibus confuſio, ſit 10
neutiquam ferenda: quamuis non deſint iuſtificandi vel conciliandi argu- menta, quod ſcilicet κατὰ τὸ πλεῖστον illa ita dicantur: Et non ſine iuris auto- ritate: *per text. expreſſ. ubi* Paul. *l. Et an eadem* 14. *§. fin. ff. de except. rei iudic. l.* 2. *§. fin. ff. ſi ſeruit. vindic.* Quomodo † etiam, in tam communi & inueterato 11
errore, qui & me ipſum, aliquando, ob maiorum reuerentiam, tum alios in- terpretes longe præſtantiſſimos tenuit, facillima & digniſſima eſt venia, modò cognitam veritatem poſtmodum ſequamur.

Quippe quod error iſte, tam Lubricus, & à maioribus, quaſi per manus ipſas traditus fuerit: vt, † etiamſi clariſſima illa Interpp. noſtrorum lumina, 12
(quibus in pleriſque longe plus, quam hodiernis Criticis, cenſores intelligo, qui non literas modo ſed integras ſententias, pro arbitrio immutant, diuinæ veritatis Lampas illuxit) differentiam † ſubiecti & obiecti, præcipiendi ſeu 13
mandandi, ac ordinarie agendi, quoad Interdicta, & alias actiones ordina- rias luculenter perſpexerint: ad ordinarios tamen proceſſus, etiam in cauſis Interdictorum, tum vero omnibus, tam recup. quam retin. & adipiſcendæ poſſeſſoriis, quaſi vertice quodam fluminis, ita vel abrepti, vel ſeducti ſint, vt † ordinarias agendi & procedendi formulas metaſque in ipſis etiam interdi- 14
ctis ſecuti ſint. ſolenniter citando, libellando, litem conteſtando, de calumnia iurando, excipiendo, concludendo, ſententionando &c. Exempli gratia, † ex 15
noſtratibus vere Iuriſconſultis, Vdalric. Zaſ. & Iohannem Oldendorp. citare placet: Ille enim in *rubric. ff. hoc tit.* Debetis etiam nouiſſe, ait, quod licet nulla ſit differentia, quoad Interdicta & actiones in factum, tamen eſt inue- nire quoddam diſcrimen in conceptione verborum, quia Interdictum inter duos redditur: vt, quod tu vi ædificaſti tollas, vetone illi vis fiat. Hic vero, tam interdictorum, quam aliarum actionum ordinarios libellos præſcripſit:

F &

Digitized by Google

16 & † nihilominus, *claſ. 2. art. 6. in affin remed.* vt in ſequentibus, latius erit vi-
dere, Interdicta mandatis iudicialibus, ex Camera & aula Imperiali quotidie
17 emanantibus plane æquiparat, & recte: Sicut † etiam Barth. & alii pleri-
que Dd. hanc interdicendi mandandique vim & poteſtatem Interdictis in
eſſe, *ad l. 1. & l. 20. ff de nou. Op. nunc.* non obſcure agnouerunt, quod ipſum
quoque, Communes Dd. Scholæ, (eorum caſuum explicatione, quibus o-
miſſa citatione à proceſſu incipere licere docuerunt) eadem ratione argu-
18 unt. Quemadmodum & ingenioſiſſimi Galli, † illam Interdictorum vim,
vſumque, ad mandatorum proceſſum cauſamque accommodando, conſtan-
tiſſime obſeruaſſe, ac, ab omni antiquitate, fere ſoli, vna cum Germanis re-
19 tinuiſſe, mihi videntur. Quamuis † & Curia Romana non modo Inter-
dictum, vnde vi, per Canones Redintegranda & alios longe vetuſtiores tum
reſcripta ſua de reſtitutione ſpoliatorum ſed & alios quoſdam Interdictorum
20 ac paratarum executionum caſus egregie illuſtrarit. Vnde † neſcio, qua
contradictoria implicatione, plerique, fontes & cauſas Interdictorum agno-
ſcere potuerint, ipſa vero Interdicta, eorumque proceſſum, quem requirunt,
& antiquitus habuerunt, regium, Imperialem, ac Prætorium, non agnoue-
rint? Sicuti & ipſe Oldendorp. Interdictis, quæ recte mandatis eorumque
proceſſibus accommodarat, non ſecus ac alijs ordinarijs actionibus, ordina-
rias libellandi, procedendi, & ſententiandi formulas præſcripſit: quod ipſum
ex noſtris Iohan. Schneidewin. & alij in Inſtit. Ex Italis vero Specul. & Iohan.
Pet. Ferrar. & omnes denique practicarum ſcriptores, vti & nuper Iacobus
Airer in proceſſu Belialis ad vnde vi interdict. peſſime accommodato, fece-
runt: adeo vt, præcipue quoad proceſſum, ne veſtigium quidem, vllius dif-
ferentiæ Interdictorum & aliarum actionum, nobis reliquum eſſe videatur.
21 Vnde † etiam aperte, & generaliter, ſcriptum legimus, quod tam in poſſeſ-
ſorijs quam petitorijs ordo iuris ſit ſeruandus, Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ.
num. 5.* ex Barth. *l. naturaliter §. nihil com. ff. de acquirenda. poſſeſ.* Panormitan.
C. conſul. & ibi Felin. *in fin. de offic. ind. deleg. & cap. bonæ mem. num. 17. de Appel.*
etiamſi ageretur inter matrem & filium, Balduin. *in l. congruenter C. de pat.
pot.*

22 Eaque † in re, omnium noſtri ſeculi interpretum Coriphæus, Cuiac.
tam craſſe, vel potius incogitanter errauit, vt in Paratit. *ff. hic.* non tantum di-
cat, ad exemplum Interdictorum, vtili in factum actione, & agi & Iudicari, cu-
ius poſſeſſio ſit, qua de re agitur (quemadmodum *& d. obſ. 17.* eundem tam
23 actionis *ex l. 2. de condict. tritic.* quam interdicti effectum eſſe ait) Sed † nul-
las etiam, momentarias poſſeſſiones, iam eſſe: quod euincere conatur, per
inſcriptionem rubricæ Tribonianam, ſeu extraordinarijs, quæ pro his com-
petunt actionibus: Cum tamen, alibi, Tribonianam iſtam, vt ſibi viſum fuit,
24 προσθήκην rectius taxarit. prout in † ſequentibus quoque luculente demon-
ſtrabimus,

Digitized by Google

ſtrabimus, interdicta mere poſſeſſoria, à petitorio ſeparata, momentaneas ſal-
tem poſſeſſiones adhuc iam tribuere. Nec tanc id reprehendimus, quod † In- 25
terdicta actiones nominentur, ac ratione poſſeſſionis, alijs petitorijs actioni-
bus opponantur: cum & ſupra ſub generali actionis appellatione ea venire
probauerimus: *per text. l. pecunia ff. de verb. ſig. l. Pomponius* 40. *l. per procura-
torem* 72. *ff. de procurat. l. ob idem* 45. §. *fin. ff. ad l. Aquil. l. ſicuius* 13. §. *de prate-
ritis ff. de vſufruct. l.* 3. *ff. de mort. infer. l. actionis. ff. de Act. & oblig. l.* 1. *ff. vti poſ-
ſid. &c.* Cum † interdictis poſſeſſionis vel facti quæſtio regulariter verſetur, 26
ſaluo & præſeruato petitorio: *d. l.* 14. §. *fin. ff. de except. rei iudic. l.* 2. §. *fin. ff. ſi
ſeruit. vendic. l. is qui petitorio, ff. de rei vendic.* & per alia quæ de duplici interdi-
ctorum cauſa dicemus infra: Sed † illud erroneum eſt, quod, quo ad proceſ- 27
ſum, tum tractandi & litigandi rationem, ad viam proeedendi & agendi ordi-
nariam, interdicta rediguntur: Cum tamen à cæteris actionibus & contro-
uerſiis, tam iſthoc nomine, quam etiam materia cauſaque multum differant:
per ea quæ de cauſis & fontibus interdictorum dicemus. Sunt † enim actio- 28
nes, ſed quoad cæteras ordinarias, non proprie: Vt recte Mynſing. ad Inſtit.
in princ. numero 2. *& in fin. de Interdict. per d. l. pecunia &c.* Et per ea, quæ ex
Balduino ibidem verbotenus ſequitur & allegat: Ordo † igitur, inquiunt 29
illi, Interdictorum fuit, vt prætores, (qui totam hanc rem à mero ſuo officio
dependere voluerunt) adirentur, vt Interdicta litigaturis redderent, ſub cer-
ta & ſolemni verborum formula ſummatim cauſa cognita: Verum ne quem
temere ſuo Imperio læderent, vel quia ipſis per maiores occupationes, lites
forte dirimere non vacabat, recuperatores dabant, apud quos litigaretur,
ſponſione facta, veluti exequerentur. Poſtea autem, ne ſemper à mero Iu-
dicis officio penderemus, Interdictorum loco, introductæ ſunt actiones in
factum, quibus recta via, apud competentem Iudicem vteremur: Eæ tamen
viderentur retinuiſſe naturam Interdictorum vt miſto Imperio expediren-
tur: cum in alijs actionibus & iudicijs ſeparetur Iuriſdictio à mero Imperio
executionis. ita illi. Et † notanter etiam Pet. Gregorius Syntag. 29. capit. 30
nono, numero primo, pro formulis, inquit, interdictorum parum ſeruatis,
ſubſtantia & cauſa illorum ſeruata, extraordinarijs actionibus hodie vtimur;
per d. §. *fin. Inſtitut. l. fin. C. hoc titulo.* Non minus etiam notanter D. Gotho-
fred. *in notis ad titul. ff. de Interdict. ad verb.* ſiue de extraordinarijs actionibus
ſed tamen, ait, ne intelligas Interdicta ſublata eſſe: ſed tantum Curioſam
verborum ſolennitatem, Nam hodie ſufficit actori ſi extra antiquam ſolen-
nitatem (ideoque extraordinariæ actiones vocantur) factum narret ſimpli-
citer, & vtatur Interdicti exemplo: *l.* 2. *&* 4. *C. vnde vi*, vel experiatur ad in-
ſtar Interdicti. *l. fin. C. de lib. exhib. vtili actione*, §. *fin. Inſtit. hoc titulo.* idemque
† tandem ſenſiſſe Cuiacium quantumuis alias ſibi contrarium, colligere eſt, 31
ex dict. obſeruatione 17. *ſub. fin. libr.* 5. *& nuper* Antonius Faber. *in C. d. titulo* 3.

 lib. 8.

mandando, inhibendo, compellendo, quoad punctum poſſeſſionis vel facti
peragantur: & hoc ipſum † quarto omnibus fruſtrationibus amputatis, *l.3.* 40
fin.C.Quor.bonor. illico & confeſtim, *l.meminerint.C.vnde vi:* Item mox, *l.mo-*
mentaneæ,8.eod. ſine vlla cunctatione, *l.1.C.ſi per vim,&c.* Quinto, † quod ipſa 41
interdicta, nuſquam quoad ſui ſubſtantiam ſublata vel abrogata inueniantur,
ſed ſexto potius, poſt tempora Iuſtiniani, etiam † poſterioribus latinis tem- 42
poribus, ſemper in vſu permanſerint, proceſſibus eorum præ alijs ordinarijs
actionibus, exſecutiue ſemper expeditis: Quod ex Ælij Spartiani, Symma-
chi, Plinij iunioris, Caſſiodori, & aliorum ſcriptis, tum ex libris feudalibus,
quin ex reſcriptis regum Longobardiæ, Caroli Magni & ſequentium Impp.
liquet: Quibus † ſeptimo accedit ius Canonicum: tum Octauo perpetua in 43
hoc vſque tempus Germanorum, Italorum, Gallorum, Hiſpanorum, Anglo-
rum, & omnium denique † gentium præiudicia, tum & ſingularia, quorum 44
in fin.cap.primi, nonnihil meminimus interdictorum nomina ſuis præcipua-
rum nationum linguis accommodata: Vnde antiquiſſima & tralatitia inter-
dictorum obſeruantia ſatis ſuperque aſtruitur. Et † quod triplicia adipiſcen- 45
dæ, retin.& recuperandæ remedia, in Gallijs, etiam, reſpectu ciuiliſſimæ & vi-
gore ſtatuti, delatæ poſſeſsionis, dentur: late probat Tiraquell. tract. le mort
ſaiſit le vif. part. 6. per tot. & generaliter quoad omnia Interdicta, † Ant. Fa- 46
ber. *in doctiſſ.rer.iudic.Codice,d.lib.8.* vbi requiſita, & extraordinarium, omnium
Interdictorum ibidem propoſitorum proceſſum, theoricopractice explicat,
& ab ordinarijs Condictionum actionibus, quæ ex Can. Redinteg. & aliunde,
vel & ex ipſis interdictorum edictis vel Legibus ſumuntur, & ad 30. annos vſ-
que viuere dicuntur, recte diſtinguit. Quamuis † & Canonis Redintegranda 47
mens non fuerit, naturam Interdictorum abolere. Cum † & Pontifices ac 48
Canoniſtæ nuſquam vnquam Interdictorum diſciplinam, tam diuinam, quam
vere Imperatoriam Romanam abrogaſſe inueniantur. Quod enim † non 49
mutatur cur ſtare prohibeatur? *l.ſancimus,C.de teſtam.* Facit denique ipſa, † 50
omnium Interdictorum ratio, fons, & cauſa: quæ adhuc iam, ita obtinent ac
ſtringunt ac vnquam antea: Et quidem apud omnes nationes. Vti enim in re-
medijs adipiſcend. in Quor. bonor. interdicto, adhuc ait Romanus Prætor, † 51
vel potius lex diuina & humana: ſi te defuncti vel defunctæ filium naturalẽ &
legitimum, fratrem, ſororem, vel proximũ conſanguineum, &c. &c, ex edicto
meo, ad hereditatem, vel bonorum poſſeſsionem admiſſum probaueris: per
interdictum Quorum bonorum, tibi poſſeſsionem reſtitui iubeo, idque o-
mnibus fruſtrationibus amputatis, præſeruata, ſi quæ altiorem indaginem re-
quirat, proprietatis cauſa: *l.1.l.2.& 3.C.Quor.bonor.* Ita † adhuc modo (vti- 52
nam vero digno ac regio proceſſu) non in Imperio ſolum Germanico, ſed &
in Gallia, Italia, Hiſpania, &c. eiuſdem legis, tam diuinæ quam humanæ Præ-
tor, poſſeſsionem tibi, vtpote ex lege vel edicto ipſo tibi aſsignatã, cum omni

53 cauſa dari ac reſtitui imperat: quod ſententiis dictarum nationum † quotidie
audimus declarari, & pronunciari, in eos, qui pro poſſeſſoribus vel prædoni-
bus alienas hereditates vel bonorum poſſeſſiones iniuſte detinent. Idque non
tantum ordinarijs ſemper, de quibus quærimur, ac diuturnis actionibus; ſed
pro notoria vel ſaltem probabili cauſæ iuſtitia, etiam reſcriptis poſſeſſorijs, ac
54 recta exſecutiuis. vnde † apud inclytos etiam Britannos, regia de morte an-
receſſoris breuia ſiue chartæ & literæ, aut reſcripta, pro celeri heredis immiſ-
ſione, Interdictoria, adhuc ſunt in vſu: Mandamus vobis & præcipimus, qua-
tenus per probos ac fideles homines antiquiores patriæ, iuſte & [illegible]undum
aſſiſam (hoc eſt legem) terræ recognoſci faciatis, ſi quondam A. Pater vel pa-
truus, &c. B. latoris præſentium obijt, veſtitus & ſaiſitus, vt de feudo de terra
N. cum pertinentijs: Et ſi d. B. ſit filius vel legitimus & propinquior heres
eiuſdem A. &c. Quod, ſi ita inueneritis; illum, qui d. terram iniuſte detinet, ci-
tari faciatis, vt d. recognitioni interſit: ac ſi nihil rationabile oppoſuerit, pro-
pter quod d. recognitio de iure procedere non debeat; talem ſaſinam (hoc
eſt poſſeſſionem & omnimodam occupationem) d. terræ, cum pertinentijs
d. B. iuſte haberi faciatis & ſine dilatione: qualem d. A. ipſius parens, pa-
55 truus, &c. habuit, &c. Vbi † quoad Exceptiones valde notabile eſt, quate-
nus & quomodo, iſthoc etiam iure, vel regni conſuetudine exceptiones, quo-
ad Prætoriam, ex Quor. bonor. breuis vel interdicti aut reſcripti regij exſecu-
tionem, habeantur rationales vel non. Quon. Attach. *cap. 52. d. tit.* Breue de
56 morte Anteceſſoris. Ibi enim † per ſpacia 6. ſeptimanarum breuiſſime pro-
ceditur, & defendenti ſine citato & monito, ad nudam breuis repetitionem
nullum eſſonium, ſiue excuſatio dilatoria datur: ita, vt ſi contra vel ipſum re-
ſcriptum Regis, vel intentionem actoris, nihil proferatur rationabile in poſ-
ſeſſorio iudicio admittendum, recta fiat tranſitio, ad exſecutionem Breuis vel
57 Interdictorij reſcripti. Ita, cum in omnibus omnium † gentium, ac populorũ
nationibus, earumque iudiciis adhuc iam reſonet vox & ſententia vere regalis
& imperatoria, vel potius diuina: Quod ideo ſit, iudiciorum vigor, iuriſq; pu-
blici tutela in medio conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat vltio-
58 nem: ne † in Iudæos quidem, vel viliſſimos alios quoſcunque homines, *l. nul-*
59 *lus, 14. C. de iude.* Item: Quod omnes † qui quid deberi ſibi putant, à poſſeſ-
ſore iniquius denegatum, vel retentum, per iudicem id competentem repo-
ſcere debeant, *l. exſtat, 13. ff. Quod met. cauſ. l. Creditores pen. ff. Ad L. Iul. de vi priu.*
60 Iccirco adhuc † itidem iam, in omnibus, omnium nationum & populorũ fo-
ris, & tribunalibus, interdicta prætoria iſtam eandem in rem comparata vigẽt,
61 & in vſu ſunt quotidiano. Quis † enim, ita ſit vecors, inſolens, ſeu vilis, & nul-
lius momenti Iudex ſeu magiſtratus, qui patiatur ad arma, & rixas procedere &
non iure experiri, partes, quas poteſt, vel & vtique tenetur, iuriſdictione ſua
62 cõponere? *d. Legib.* Sic † interdicta, vti poſſidetis & vtrubi: quibus poſſeſſoris

quieta

Digitized by Google

quieta poſſeſsio defenditur, & Petitor ab omni inſolentia, vel facti vijs, ad ius ordinarium legis & Prætoris, remittitur, apud omnes gentes & populos obſeruata, neque vnquam vllibi locorum abrogata inueniuntur. Quod † vel ſolæ 63
Imperiales noſtræ ſalubertimæ Conſtitutiones, *de pace publ. de pignorationib. de Arreſtis, de litigioſ. poſſeſ. J. &c.* conteſtantur: vt de aliarum, cum regiarum, tum Ducalium nationum legibus & ſtatutis, in quietam & ciuilem conſtitutarum poſſeſsionũ manutenẽtiam ſeu p. tius ſecuritatem comparatis nihil dicamus.
Cum notorijſsimum ſit: non modo † Chriſtianiſsimas alias, cum vinculis S. 64
Imperij, tũ origine ac ſtirpe German's coniunctiſsimas gentes potentiſsimas: Ital. Gallor. Hiſpan. Angl. Danor. Scot. Polon. Suecor. Sed † & exteras atque 65
Barbaras, eiuſdẽ Iuris obſeruantia peritas inveniri; quod de Turcis Codicem, Iuſtinianeum colentibus Ioh. Leonclau. de Moſchis, & alijs, alij comprobant.

Hinc, † vti Romani, Germani, Itali, Galli, &c. ita adhuc iam Britanni, iiſdẽ 66
cum Romanis legibus, de vnde vi Interdicto, ediſſerunt, ſi nõ latiniſsime certe legaliſsime: Si aliquis fuerit in poſſeſsione, alicuius terræ, ſiue iuſte ſiue iniuſte: & ſuperueniat alius, dicendo, ſe verũ eſſe heredem de illa terra: & euertit eum de dicta terra & extra poſſeſsionẽ, propria autoritate & ſine iudicio: ipſe qui pri⁹ fuit in poſſeſsione, debet recuperare ſaiſinã (poſſeſsionẽ) de deiectore ſuo: antequam ei reſpondeat, & recuperatã debet retinere, vel amittere, in forma iudicij: Et deiector erit in foris facto, & miſericordia Domini: hoc eſt, in pœna violentiæ, pro miſericordia regis, & cauſa ſatisfactionis arbitranda, leg Burgor. *c.* 101. *de Burgenſe* deiecto à poſſeſſ. Qualis Lex, non Burgenſes modo, ſed omnes ſtatus cuiuſcunque ſint dignitatis ſtringit: Attach. *cap.* 53. in Breui de diſſaiſina, &c. Vbi † ſancitur, quod ſi audita parte, vel alias, deiectio violenta 67
probetur, petita reſtitutio ſtatim fieri debeat, ſine vlla dilatione, & excuſationis allegatione, &c. Idemque ſæpius repetitum: veluti à Robert. 1. *ſtat.* 1. *c.* 9. Guilhelm. *c.* 4. *& nuper* Du. Iacob 6. *in part.* 7. *c.* 117. Quomodo & † pro ſeueri- 68
tate iuris Romani pertinentiſsime d. Robert. 1. *in ſtatuto*, ſuper recenti deforciatione, h. e. deiectione vel ſpolio. legib Burg. *c.* 135. Quod ſi aliquis conqueratur, propoſito, vel Balliuis Burgi, mediante plegio, (h. e. fideiuſſore de iudicio ſiſti & proſequendo) quod iniuſte deforciatur, ſeu turbatur, aut deijcitur per talem, de tali terra, de tali tenemento, vel tali annuo reditu, deforcians citabitur per ſimilẽ plegium, incontinenti quod cõpareat † ad talẽ terrã vel tenẽ- 69
mentum, ſuper ſolo terræ vel tenementi, coram balliuis & præpoſito Burgi, parti conquerenti reſponſurus, vbi, ſiue veniat monitus ſiue non, curia vel aſſiſa, h. e. iudiciũ procedit, ſine dilatione: & ſi ſumpta † ſummaria informatione 70
facti, querelã fundatam reperit: n n receptis, neq; admiſsis vllis dilationibus, vel eſſonijs, h. e. excuſationibus, ex petitorio forte repetitis, ſtatim fit reformatio poſſeſſorij, reſpectu terræ (h. e. fundi, vel ſoli vere poſſeſsi) vel † tenemẽti 71
(h. e. ſimplicis detẽtionis: *iuxta l. Aquil. Regulus, in fi. ff. de don.*) aut annui reditus.

Vt

Digitized by Google

72 Vt ſic appareat, † theoricopracticum interdicti Vnde vi intellectum, ipſos paſſim reges, rectius intellexiſſe, quam ἄπρακτοι quidam interpretes: quorum nonnulli hæſitant, anne etiam interdicta Vti poſſid & Vnde vi, competant, pro ſimpliciſsimis tenementis, vel detentionibus, veluti legitime con-
73 ſtitutis habitationibus, Colonijs, &c. vel pro annuo reditu. Quomodo, † & illud notabile eſt, in d. ſtatuto regio, quod mentionem faciat deductionis in rem præſentem, terram ſcilicet vel tenementum: hoc enim, ex antiquis Interdictorum ſolennitatibus dimanat: vt ſing. homilia dicemus. Quibus, exempli ſaltem ac teſtimonij ergo, quod interdicta neutiquam ſint abrogata,
74 ſed magno apud omnes Chriſtianos populos in vſu, & alia, † d. eiuſdem gentis interdicta ſubiungere placet: Cum præter d. Breuia, de morte anteceſſoris, ſiue Quor. bon. vel Saiſinæ & diſſaiſinæ, aut deforciationis, vt cum Gallis loquuntur, hoc eſt, retin. & recup. & alia Breuia, hoc eſt, monitoria vel exſecu-
75 tiua interdicta habeant, placitabilia ſiue iudicialia: Veluti † Breue diſtinctionis pro debito: Quon. Attach. c. 49. Item Breue de conuentione: quorum vſus eſt, in parata exſecutione debitorum, vel ex matricula, & regeſtis, actis, Inſtrumentis publicis, &c. vel ex priuatis legitimarum conuentionum cautionibus & ſcripturis liquidorum: de quibus late diximus *in tract. de mandat. iudicialib. Cap. 64 & ſequentib.* cum iſta iure tam Ciuili quam Canonico ſint fundata, *c. præſentium, 3. & ſeq. ext. de pignor. c. peruenit, & c. ſeq. de fideiuſſorib.* Quibus
76 † eiuſdem gentis moribus etiam vicinum eſt breue vel monitorium iudiciale de libetando hominem, à plegiatione, h. e. fideiuſſione ſua: in qua ſcilicet diu ſtetit, & qua ſe, rationabiles ob cauſas exonerari petit: Attach. c. 51. Cum enim officium ſuum, nemini debeat eſſe damnoſum: per notiſ. & ſit fideiuſſio inſtar precatij, hinc monitorium eiuſmodi, contra moroſos & ingratos debi-
77 tores vtiliſsimum eſt: vt ſuo loco dicemus latius. Et prædictis † vicinum eſt, aliud Breue, de Watento, quod aiunt, hoc eſt interdictum vel monitorium laudandi autoris, qui ceſſans, & vel feudi vel venditi, &c. titulo traditam poſſeſsionem, aduerſus euictionem, vel motam alterius contradictionem, prout Iuris, aſſerere & defendere tenetur: Mandamus, quatenus iuſte compellatis, talem, ad Warentiſandum Titio, iuſte & ſecundum leges, terram, vel tenementum, quod de eo ſe tenere clamat hereditarie, iuxta tenorem chartæ: vt ne amplius iuſtam inde querimoniam audiamus, Quon. Attach. *c. 55.* Deſcen-
78 dunt † autem Britannica Warantus, Warantiſare & Warda: vti & Gallica, guarde, guarent, guarandie, garantij, à Germanico wahren/ hoc eſt, ſeruare, aſ-
79 ſerere, cuſtodire, &c. & wahren/durare, continuare. Item eodem iure † in vſu eſt interdictum, Breue de natiuis vocatum, quo originarios, ſeruos, colonos, agricolas, aſcripritios dominis ſuis reſtituere compelluntur, qui eos iniuſte detinent: ibid. c. 56. quod itidem conuenit cum Iure Ciuili, *l. omnes, 6. l. originarios & ſeqq. C. de agric. Colon. & Cenſ. lib. 11. item tit. de Colon. Palæſtin. Thracen. & c. eod.*

cod. Quin † non tantum ſuper poſſeſſorijs, ſed etiam, ſuper ipſo redduntur 80
regia vel prætoria mandata, Breuia de recto dicta: quando ſcilicet ius eſt liqui-
dum ac notorium, *tit.* 57. Ita † pro caſibus interdictorum iuriſpublici, *de loc.* 81
& itin. pub. de flum. pub. de via pub. &c. adhuc iam in vſu ibidem ſunt, breuia de
protectione domini regis: quibus etiam omnes maiores violentiæ fractæ pa-
cis coercentur: Quon. Attach. *c.* 54. quo pertinet *tit. de purpreſturis*, 74. *lib.* 2.
reg. maieſt. vbi tria † violentarum turbationum vel inuaſionum & occupatio 82
num genera, ſub prætorio interdictorum proceſſu aſtringuntur: ita, vt non
tantum ſaiſinæ vel poſſeſſionis, ſed & recti, hoc eſt dominij, & amiſsi iuris cau-
ſa, in maiorem ſcilicet publicæ pacis ſecuritatem, eodem tractetur. Primum † 83
genus eſt, quando violētia fit, in dominio vel poſſeſsionibus ipſius regis, itē in
locis, paſſagijs, vijs, aquis, fluminibus, &c. publicis: ſecundū, † ſi violentia fiat à 84
ſubdito, vel Vaſallo, aut beneficiario, ipſi domino ſuo, inferiori à rege: Tertiū,
ſi fiat aduerſus iura burgi † aut vicinitatis: vbi ſuperior eſt cōpetens Iudex, ibi 85
vero, ipſe rex, vel Dominus. Et ſiquidē in tertio genere, non infra aſsiſam, h.e.
in præiudiciū alicuius litis pendentiæ, fiat violentia, cauſa recti ſimul coincidet:
vbi alias ſimplici retinend. vel vnde vi interdicto res peragitur, ad reformandū
poſſeſsionis ſtatum ſaluo petitorio: ſed & ſalua omnibus caſibus miſericordia,
h.e. vindicta † regis. Quod itidem notatu digniſsimū, propter pœnas, iure ve- 86
tere, ad amiſsionem omnis iuris, ex priuata etiam violentia indictas, *l. extat. ff.*
Quod met. cauſ. l. Creditores, ff. Ad L. Iul. de vi priv. Quæ, amiſsi iuris pœna, etſi
tandem, moribus abrogata dicitur: per ea quæ ſuo loco dicemus: Tamen † 87
ad minimum, & in dubio, omnis violentus, erit, & vtique eſſe debet (vt Bri-
tanni theoricopractice loquuntur) in miſericordia, vel (vt Galli) in amenda
regis: hoc eſt, in vindicta & pœna regis arbitraria: vel, ſi quæ eſt, ſtatutaria:
Quod † ſcilicet, regis & legis autoritatem, imo, maieſtatem, ſibi ipſi, *ἐκ χειρο-* 88
δίκης, ius dicendo, violauerit. Vt vel † ſtultos, vel impotentes, vel iuſticiæ 89
ignaros aut prodigos eſſe reges oporteat: qui facti, violentijs, impune graſſari
permittunt ſubditos: non ruſticos forte tantum vel pauperiores nobiles, &c.
ſed & maioris notæ aut potentiæ ſtatus. Atque iſthæc prætoria interdictorum
† diſciplina olim erat; quæ Rom. Imperium, ob ſummam humanitatis, æqui- 90
tatis, bonæque fidei, iuſti, æqui, & boni obſeruantiam, ad ſummum pertime-
ſcendæ, ſed & peramandæ maieſtatis florem, dicas, ſiue culmen, perduxit: Quæ
veriſsima legum & armorum, vbi legitima ſub diſciplina, coniunctim exercen-
tur, eſt fructificatio: vt ſapientiſsime, & theoricopractice paſsim Iuſtinian.
Imper. ſumma, † ait, reipub. tuitio, de ſtirpe duarum rerum, armorum atque 91
legum veniens, vimq; ſuam exinde muniens fælix Romanorum genus omni-
bus anteponi nationibus, omnibuſque gentibus dominari, tam præteritis ef-
fecit temporibus, quam Deo propicio, in æternum efficiet, &c. *de Iuſtin. Cod.*
confirmand. in pr. Quin † d. quoque verbum, Breue, vel breuia, quo Britanni 92

interdicta regia inſigniunt, non eſt. vel nouum, vel impertinens: Breuis enim, vel Breue, breuiariũ, breuiculũ: in plurali: Breues Breuia &c. breues & ſuccinctos vel cõmentarios vel notas aut catalogos vel ſententias, & reſcripta notat: per ea, quæ ex Sueton. Lamprid. Vopiſc. adduci poſſent: niſi clariſſimi eſſent & iuris noſtri textus: *l. inter, 5. fin. C. de conuen. fiſci debit. lib.* 10. *l. 1. C. de Exactorib. tribut. eod. l. 1. C. de apoch. eod. tit.* C. de Quadrimeſtruis breuib. vbi D. Gothofred. *rubric. tit. C. de ſentent.* ex breuiculo (non periculo) recitand. Et ita, Paul. IC. Breuium libros ſeu, Breuis edicti, commentarios viginti tres edidit: *l. 26. De reb. aut. iud poſſid. l. 55. de Verb. ſig. l. 148. ff. de Reg. Iur.* & per alia quæ Georg Eberlin. *in doctiſſ. commentario ſuo ad tit. de Orig. iuris, c. 52. n. 25.* Ex quibus iam ſole meridiano clarius elucere putamus, interdicta iuris noſtri prætoria, adhuc iam, toto orbe Chriſtiano, maximum ſui vſum, & ita quidem obtinere, vt nefas ſit, ea abolita exiſtimare.

COMMENTARIUS IV.

De caſibus ſiue cauſis ac fontibus interdictorum proprijs: ad l. 1. ff. hoc tit. & part. 2. ordin. tit. 23.

SUMMARIA.

1 *Interdictorum, vtpote quæ nullo iure abrogata, fontes & cauſas intelligere vtiliſſimum.* *(præſcripto reddenda.*
2 *Interdicta enim non ex arbitrio Prætoris, ſed legis diuinæ & humanæ ex*
3 *Vlpian.* l. 1. in pr. & Paul. l. 2 hoc tit. de *rebus, pro quibus interdicta competunt indagare cæperant: ſed toto tit. in nudis ſpeciebus ſubſiſtunt.*
4 *Caſus interdictorum iidem ſunt, qui mandatorum iudicialium vel extraiud. & vice verſa:*
5 *Nouell. imperatoria* part. 2. ordin. tit 23. *elegantiſſima & vtiliſſima, quatuor præcipuos caſus ponit:* num. 6.
7 *Sed & omnes caſus iure com. probatos includit:*
8 *Quatuor caſus ordin. triplicando in duodecim deducuntur: quibus ſedes & cauſæ omnium interdictorum illuſtrantur.*
9 *Primus caſus eſt eorum, quæ ipſo iure cauta præceptaque ſunt: vti legitimarum ſucceſſionum gradus:*
10 *Hinc Quor. bon. interdictum: & n. 11.*
12 *Teſtamentorum cauſa & exſecutio: n. 13.*
14 *Heres non implens voluntatem defuncti perdit omne lucrum.*
15 *Tabulæ teſtam. exhibentur per viam interdicti.*
16 *Teſtamenti exſecutio dependet non ex obligatione partium, ſed ex æquitate naturali.*

17 Vti

Digitized by Google

17 *Vti & depoſiti ac precarii reſtitutio.*
18 *Res iudicatas vel alio modo liquidiſſimas exſequi, cauti eſt iuris: Ergo & interdictis ibidem eſt locus exſecutoriis.*
19 *Quo pertinent caſus &* tit. de edend. exhib. &c.
20 *Aduocatos non habentibus dandi ſunt: Ergo & hi compellendi.*
21 *Spreta noui operis nunciatio, demolitionem ex imperio legis meretur.*
22 *Cautiones prætoria vi legis iniunctæ:*
23 *Vti & ſpoliatorum vel poſſeſſione deiectorum reſtitutio:*
24 *De facto iniquius geſta, de facto ſunt reuocanda.*
25 *Alter caſus, priori contrarius, eſt eorũ quæ ipſo iure prohibita & interdicta.*
26 *Sibi ipſi ius dicere prohibitum: iure experiri ſanctum: n. 27.*
28 *Offenſiones, Turbationes & inuaſiones facti omni iure prohibita.*
29 *Vnde interd.* Quod leg. Vti poſſid. Vnd. vi, &c.
30 *Mandata de non offendendo, turbando, attentando, &c.*
31 *Caſus prohibitarum alienationum ſubiacent interdictis: n. 32.*
33 *Alter hic caſus cauſarum vel ciuilium eſt vel criminalium:*
34 *Adulteria &c* direptiones, *&c. grauiſſime prohibita:*
35 *Vias publicas obſidere contractus gentium impedire.*
36 *Contra ius diuinum quid ſtatuere prohibitū eſt iuris: Ergo omnibus iſtis caſibus interdictis occurrendum.*
37 *Obſequium liberorum, ſeruorum, libertorum ſubiacet imperio magiſtratus.*
38 *Tertius caſus eſt vtilitatis pub. vnde varia interdicta.*
39 *Publice intereſt, publicis viis, locis, fluminibus libere & tuto commeari.*
40 *Item delicta puniri: prouinciam malis hominibus purgari, 41.*
42 *Vbi interdicta ſi opus, omnino ſtringenda.*
43 *Publice intereſt vrbes ac prouincias non deformari, ſed potius exſtrui: vbi mandata frequentiſſima.*
44 *Publicus aquarum fontium, riuorum vſus interdictis ſingularibus anſam*
45 *Vti & Cloacarum purgandarum:* *(dedit.*
46 *Publice intereſt dignitatum ordines ſeruari:*
Locupletes habere ſubditos: Ne quis reb. ſuis abutatur:
47 *Vnde ſtatuta & ordinationes magiſtratuum: & n. 48.*
49 *Publice intereſt, iuſtitiam adminiſtrari, neminem relinqui indefenſum: quo nomine omnia proceſſus requiſita per viam imperii expediuntur.*
50 *Quartus caſus eſt armorum prohibendorum:*
51 *Prætor enim nunquam ad arma ſinit peruenire quos poteſt, vel vtique tenetur iuriſdictione ſua coercere.*
52 *Publice etiam intereſt Ne vis fiat:*
53 *Vis eſt, non modo ſi homines vulnerentur, ſed etiã ſi quid non iure exigatur.*
54 *Alius vim inferre, alius repellere conantibus oriri ſolent rixæ, plagæ & tumultus.*

Digitized by Google

55 *Si homo occidatur is præcipue tenetur, qui cauſam mali dedit.*
56 *Violentiæ ſub nomine multa facinora continentur.*
57 *Præſides prouinciarum cumprimis curare iubebantur, vt conſeruata pace pub.turbas, ſeditiones, populationes coercerent.*
58 *Iudex niſi armorum ſcandalis occurrat, de negligentia tenetur.*
59 *Vbi armorum metus, ibi exſecutiue procedendum:*
60 *Sed ita, ne cui, intuitu poſſeſſionis præiudicium fiat.*
61 *Debita interdum reſtitutio ratione ſcandali ſuſpenditur:*
62 *Si nimirum facultas reſtituendi deficiat, & ſcandalum ſit inevitabile.*
63 *Ex proximis duobus caſibus redduntur interdicta de non offend. turband. armis deponend. militum auocatoria, &c. n. 64.*
65 *Quintus caſus eſt ſi periculum ſit in mora: tunc .n. extra ordinẽ proceditur:*
66 *Et habet locũ etiam extra caſum armorum, tam in ciuilib. quã criminalib.*
67 *Ob mora periculum, ſpernitur noui operis nunciatio:*
68 *Et omne impedimentum prohibetur, ſpreta etiam appellatione.*
69 *Vbi eſt periculum in mora, receditur à regulis ordinariis.*
70 *Excommunicatus, in articulo mortis, facilius abſoluitur.*
71 *Ob mora periculum fit examinatio teſtium extraordinaria.*
72 *In criminalibus, quando ab exſecutione poſſit incipi?*
73 *Ad mora periculum, pertinent interdicta:* Nou. op. dam. infecti: de arbor. cæd. de lib. hom. exhib. de gland. leg. de migrand.
74 *Item, de aq. quot. & æſtiu, de riuis, &c.*
75 *Et cauſa alimentorum: Et carcerum: n. 76.*
77 *Mandata de relaxandis captiuis.*
78 *Caſus inuaſionis hoſtilis: inundationis, ſunt moræ impatientiſ.*
79 *Collecta tempore neceſſitatis imperari poſſunt.*
80 *Neceſſitatis caſus, non ſubiacet regulis iuris:*
81 *Facit licita ex illicitis:*
82 *Ex Laico ſacerdotem. & vice verſa.*
83 *Sextus caſus, eſt damni irreparabilis:*
84 *Caſus irrep. damni, differt ab eo, qui moræ impatiens: & n. 85. 86.*
87 *Theoricopractica,* l. præſes, 3. l. illicitas, ff. de offic. præſ. &c.
88 *Debitorem debitoris mei exigere vel ſiſtere non poſſum: niſi in caſu damni irreparabilis: & 89. 90.*
91 *Fugientem reum capere licet atque ſiſtere: Eiuſue bona ſequeſtrare: n. 92.*
93 *Irreparabilis damni loco eſt, translatio pecuniæ vel perſonæ extra fines regni vel imperii: vbi præiudic.*
94 *Abſenti ſpoliato irreparabilis damni loco eſt, niſi reuerſus illico reſtituatur.*
95 *Irreparabile damnum, facit admitti appellationem ab interlocut.*
95 *Et retardat ſpolii reſtitutionem:*

97 Nul-

Digitized by Google

97 *Nullitatis querela, ſuſpendit exſecutionem irretractabilem.*
98 *Secus in criminalibus notoriis.*
99 *Res litigioſa, alias peritura, licite alienantur.*
100 *Cautela, aduerſus poſſeſſorem, qui res perituras perdi mauult quam vt recuperato precio alienentur.*
101 *Irreparabile damnum eſt, & quod difficulter reparari poteſt.*
102 *Septimus & octauus interdictorum caſus eſt, quo ipſius partis ſtat conventio: vel legis iuſſus & permiſſio. Quod enim propria autoritate fieri permittitur, multo magis fit autoritate iudicis. & n.*104.
103 *Vbi citatio non eſt neceſſaria, niſi cum interdicto vel monitorio.*
105 *Spoliatorem, incontinenti reſpoliare licet: Ergo longe ciuilius hoc officio iudicis celebrabitur.*
106 *Lubecano de iure, heredi intra* 30. *diem, ad coheredem, vel poſſeſſorē ingredi licet. Ergo, &c.*
107 *Dies ſæpe interpellat pro homine.*
108 *Inquilinus, & Emphyteuta ceſſantes expelli poſſunt, &c.*
109 *Debitoris fugientis bona propria autoritate licet occupare.*
110 *Nouum opus vel canalem &c. in meo fundo me inuito poſitum licet intercidere & tollere.*
111 *Ob ingruens incendium, ædes interpoſitas diruere licet, vt ſiſtatur: ſed vt vicini damnum reſarciant.*
112 *Tutor ſoluere ſibi poteſt de bonis pupilli debitoris: & n. ſeq.*
114 *Ergo omnib. ijs in caſibus omnia rectius per magiſtratum fiunt.*
115 *Animalia aliena, in fundo meo, ratione damni dati, licet ſiſtere, de iure Saxon. donec ſatis fiat.*
116 *Idem de iure ciuili, modo non durius tractentur vel celentur.*
117 *Vnde, & iſtis quoque caſib. exſecutiue & ſummarie procedendum &c. num.* 118.
119 **Nonus interdictorum caſus eſt permiſſa reſiſtentia.**
220 **Defenſio inculpata tutela, cum vitæ & corporis, tum rerum ergo permittitur.**
121 L. 1. & 2. C. Quand. lic. ſine iud. ſe vind.
122 *Hic caſus damnum etiam irrecup. & mora periculum & publicam vtilitatem continet.*
123 *Publica vltio permittitur, pro publica quiete.*
124 *Aduerſus etiam palantes milites, ruſticos rebelles, validos mendicantes: & n. ſeqq.*
127 *Exſecutionibus publicis permiſſum eſt reſiſtere ſi modum excedant.*
128 *Item, iudici inferiori enormiter grauanti.*
129 *Quod ob magiſtratus autoritatem non ſatis tutum.*

 130 *Vnde*

130 *Vnde ſuperioris auxilium longe tutius, quod ille impartiri tenetur.*
131 *Socius, ſi communibus ædibus excludatur fores an poſſit effringere.*
132 *Ad hunc, & d. caſum octauum referuntur omnes caſus permiſſa reſiſtentiæ, recuperationis, reſtitutionis, occupationis, &c.*
133 *Decimus interdictorum caſus eſt rei iudicatæ, liquida & manifeſta probationis.*
134 *Proceſſus ordinarius probandi ergo inuentus eſt:*
135 *Non ut liquida & probata per eum diſtrahantur.*
136 *Res iudicata pro veritate habentur: vt &*
137 *Regiſta & monumenta publica tributorum collectarū canonis &c. item acta iudiciorum, n. 138.*
139 *Inſtrumenta publica probant quod cantant.*
140 *Vnde interdictis exſecutioralibus locum faciunt: ſaluis ſaltem ſi quæ ſunt exceptionibus.*
141 *Teſtamenta quoque legitima parata ſunt exſecutionis.*
142 *Inſtrumenta etiam priuata ſub conditione recognitionis expreſſa vel tacita, ſunt exſequibilia.*
143 *Redde quod debes æquiſſima vox omnium gentium.*
144 *Vnde mandata de ſoluendo, & exſecutionales.*
145 *Manifeſta & confeſſæ Conuentiones æque ſunt exſequibiles.*
146 *Notoria probationem, vel proceſſum ordinarium non deſiderant: & n. 147. & ſeqq.*
149 *Ordinarius proceſſus rerum eſt probandarum, non iam probatarum: numero 150.*
151 *Fruſtraneum eſt, demonſtrata ſatis demonſtrare.*
152 *Notorium eſt probata probatio: Non diſputare ſed diſputatum eſſe num. 153.*
154 *Notorij ſpecies ſeptem præcipuæ: reſpectu Euidentiæ rei:*
155 *Publicorum actorum, documentorum, inſtrum,*
156 *Propriæ confeſſionis aut ſcripturæ.*
157 *Sententiæ & rei iudicatæ.*
158 *Geſti publici coram multis vel toto populo.*
159 *Notorium quotnam teſtib. fiat.*
160 *Eſt etiam notorium reſpectu legis. ſtatuti, conſuetudinis.*
161 *Notoria multa dicuntur quæ non ſunt.*
162 *Notoria quædam ſunt iudici. non alijs: & vice verſa.*
163 *Notorium non ex nuda allegatione vel probatione faciendum, ſed probatione iam probata æſtimatur.*
164 *Vt præſumptio veritatis, mandato, ſi quod petitur, locum faciat.*

165 De

165 *De notoriis non ſunt quærendi teſtes.*

166 *Teſtes, vel & populus totus per ſe non efficit notorium antequam atteſtata fuerint legitime recepta & publicata.*

167 *Vnde nec eo caſu ab interdicto incipiendum.*

168 *Niſi iudex ipſe ſit certus: vbi cauſa notorij mandata inſerenda: numero 169.*

170 *Iudex ſi ſolus reuera ſciat, an ex eo condemnare valeat.*

171 *Notorium iuris paratam habet exſecutionem: & quidnam ſit?*

172 *Contumaciæ manifeſtæ pœna etiam abſentib. indicitur.*

173 *Vndecimus caſus eſt eorum, quæ parte etiam præſente invita & inaudita facere liceret.*

174 *Vbi itidem interdicta non vtilia modo, ſed ſæpe etiam neceſſaria: quod exemplis declaratur: n. 175. & ſeqq.*

178 *Spoliatoribus etiam abſentibus iniungitur reſtitutio.*

179 L. 1. l. 4. ff de fideicom. libertat.

180 L. quia 4. l. Recuſ. 6. ff. ad Trebel.

181 *Heres fideicommiſſarius tam abſens quam præſens, adire vel reſtituere compellitur:*

182 *Vbi quartæ commodum amittit.*

183 *Notarius fundato editionis caſu non obſtante alterius coheredis abſentia edere tenetur.*

184 *Ob fratrem abſentem, æqua præſentium diuiſio non ſuſpenditur.*

185 *Vtiliſſimus ergo hic interdicti caſus.*

186 *Ex quo omnia proceſſuum ſubſtantialia etiam abſentibus iniunguntur. & n. ſeq.*

188 *Duodecimus caſus, eſt ſcandali, & qualis?*

189 *Scandalum quid ſit?*

190 *Scandaloſum eſt, oſſa ſepultorum inquietare aut diſpergere: & numero ſeq.*

192 *Senator ratione ſcandali prohibetur arenariam ducere.*

193 *Scandaloſum eſt in repub. turbas & rebelliones ferre.*

194 *Senatus collegam monere poteſt vt ſcandalis abſtineat.*

195 *Ex hoc caſu plurima decreta can. ſunt repertа.*

196 *Scandaloſum eſt, ſi in ciuitatibus non ſint bona diuerſoria: ſi plateæ ſterquilineis fœteant, aut minus ſtrata:*

197 *Magiſtratus Romani viarum curioſi:*

198 *Adeo vt in viis ne rixari quidem permitterent.*

199 *Crimina & ſcandaloſa omnia exſecutiue inhibenda abroganda.*

200 *Scandali dati & accepti differentia: & num. 201. & ſeqq.*

204 *Sedes, & materia, & infiniti interdictorum caſus ſatis iam declarata in fin.* 205.

1 CVM † igitur ſanctam adhuc interdictorum diſciplinam, neque vllibi abrogatam, ſed ſublatis ſaltem, de quibus poſt dicemus, moratoriis veterum ſolennitatum ambagibus pleniſſimam facillimamque & expeditiſſimam factam eſſe conſtet: in fontes & cauſas interdictorum diſquirere fuerit vtiliſſimum, quod ex definitione eruendum.

2 Interdicta † enim diximus eſſe decreta prætoris, non qualiacunque, quæ ex arbitrio prætoris, ſed ex iuris, legumque præſcripto reddenda veniant: 3 quod indagationem requitit. Vnde, † videamus, inquit Iureconſultus, *l. 1. tit. 1. hic*, de quibus rebus Interdicta competunt. Vbi caſus quidem aliquot Interdictorum attingit, qui deinde ſub titulis triginta tribus, & totidem ſaltem Interdictis proponuntur, ſed verum, & genuinum Interdictorum fontem, cauſamque & originem latiſſimam ampliſſimamque non oſtendit. Hoc 4 † igitur capite, de caſibus nunc tractandum erit, quibus interdicta aut mandata proprie reddantur, locumque habeant: quod rem ſubiecti aut obiecti, & materiei continet.

5 Et † ſciendum eſt, vt nouiſſime, ita veriſſime, caſus ac fontes, eoſdem eſſe Interdictorum, qui mandatorum; de quibus, cum elegantiſ. & vtiliſſima exſtet nouella Imperatoria, *part. 2. Ordin. tit. 23.* eam pro ſaluberrima Interdictorum diſciplina, hac homilia, quo ad caſus, ſed quo ad cæteras quæſtiones 6 & materias, infra explicabimus. Et † quamuis ordinatio *d. tit. 23.* quatuor præcipuos caſus enumerat, quos ego in tract. de mandat. cap. 11. ſectione 11. in nouem deduxi: Tamen hic paululum accuratius rem exequemur: præſertim, cum caſus in ordinatione propoſiti vberem latamque ſinguli materiam contineant, & proinde ipſa etiã conſtitutio, ad alios iure expreſſos, caſus ſeſe 7 referat. Vbi † liquido apparebit, quantopere Prætor, in conſtituendis & reddendis Interdictis, ad hos ipſos caſus, iuri naturæ atque gentium, omnium maxime conformes, omnem Interdictorum rationem exegerit: quod vti fi-8 at, quatuor † generaliores ordinationis caſus triplicabimus, & commonſtrandarum ſedium, ex quibus Interdicta ſunt deſumpta, tum etiam declarandi vſus gratia, in duodecim caſus ſpeciales partiemur ac ſecabimus.

9 Primum † igitur, cum ordinatione, caſum pono, ſi fiat Interdictum, vel mandatum, ſuper eo, quod ipſo iure cautum præceptumque eſt: Sic ipſo naturæ gentiumque iure, certi ſunt conſtituti ſucceſſionum ab inteſtato gradus: qui & iure ciuili, tum prætorio ac conſuetudinario ſatis declarati. Sed cum videret Prætor, magnas circa hereditates, controuerſias inde oriri, quod alter præ altero, ſub quocunque prætextu, poſſeſſionem inuolaret, & deinde verum ſæpe heredem, non modo onera petitoris ſubire cogeret, ſed etiam litigiis

Digitized by Google

litigijs tædioſiſſime ſuſtineret: idcirco † Prætor, ex ſumma naturæ & Iuris æ- 10
quitate, Quorum bonorum Interdictum adinuenit: quo inuaſor vel detentator poſſeſſionem, illi, cui ex edicto legis vel naturæ debetur vel ſaltem deberi exiſtimatur, recta per Interdictum reſtituere cõpellitur, & deinde, ad cauſas, ſi quas in contrarium habet, proponendas admittitur: *l. 1. ff. quor. bon. l. 1. l. 2 cũ primis vero & pertinentiſſime l. 3. fin. C. eod. vbi Impp.* Cum prudentiũ, inquiunt † 11
omniũ reſponſa & lex ipſa naturæ ſucceſſores proximos conſanguineos faciãt. Ergo iubemus, vt omnibus fruſtrationibus amputatis, per Interdictũ Quorũ Bonorum in petirorem corpora transferantur ſecunda actione proprietatis non excluſa. At vero † cum & ſupremæ legitimæ voluntatis, de iure omnium 12
fere gentium, & præſertim ciuilis, maxima ſit æquitas tum autoritas, & tanta quidem, vt non priuati, ſed publici Iuris habeatur: *l. teſtamenti ff. Qui teſtam. fac. poſſ.* vt quamdiu teſtamentum legitimum exſtat, ab inteſtato ſucceſſioni non ſit locus *l. quandiu, 68. ff. de reg. iur. l. 8. C. com. de ſucceſſ.* Cum nihil ſit, quod magis hominibus debeatur, quam vt ſupremæ voluntatis, poſtquam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus. & licitum quod nunquam redit arbitrium. *l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Ecce † eandem ob cauſam & hic Interdictis 13
ac mandatis recta poſſeſſio datur: non tantum *ex l. fin. C. de edict.* Diui. Adrian. ſed etiam ex iure veteri, *l. 1. & l. 2. in fin.* ſcriptus heres in poſſeſſionem mitti ſolet: ibidem *l. ſi quis 37.* ibi: toties ſecundum voluntatem teſtatoris facere compellitur, quoties contra legem nihil ſit futurum, *ff. de condit. & dem. l. 8. §. 7. ff. de condit. inſtitut.* Vnde † & heres monitus non implens volunta- 14
tem defuncti, intra annum, perdit omne lucrum, Auth. Hoc melius: vbi Sichard. *num. 4. 5. 12. 14. 15. C. de fideicommiſ.* Quo † pertinet etiam de tabulis 15
exhibendis Interdictum: Item, Quod ipſi etiam heredes aditione hereditatis, ad obſequium ſupremæ voluntatis obſtringuntur: *l. apud Iulianum ff. Quib. ex cauſ. in poſſ eat.* Non quidem † ex conſtituta obligatione, cum ea, quæ teſta- 16
mento ſcribuntur, ad ſolam pertineant ſcribentis autoritatem *L. Quintus Mutius ff. de an. leg.* Sed ex æquitate naturali: præſertim ſi iuſta & æqua ſit teſtandi cauſa: ibid. Vnde Iureconſultus Papin. Quamuis ſtricto, inquit, iure, nulla teneantur actione heredes, ad monumentum faciendum: tamen principali vel pontificali autoritate compelluntur, ad monumentum faciendum: *l. hereditas in fin. ff. de petit. hered.* Sic, † vt depoſita & precario con- 17
ceſſa, ſine difficultate reddantur, ipſa lex & natura poſtulat; Ergo de precario &c. Interdictum iuſtiſſimum eſt. *l. 1. & tot. tit. ff. de precar. l. 2. C. eod.* Sic † 18
rem iudicatam vel quæ alias per publica, vel acta, vel documenta, liquida eſt, exequi, omni iure cautum eſt: *l. 1. & tot. tit. C. de exſec. rei iudic.* Ergo ſi de ijs omnibus conſtet, & in cõtinenti doceatur, ab Interdicto & mandato recte incipitur. Quo † pertinent omnes caſus, de Edendo, exhibendo, totis eam in 19
rem titulis comparatis, & ſimiles, quibus lex vel prætor, recta aliquid fieri iu-

betatq; mandat, ſi negotium tale ſit, quod citra magnam cauſæ cognitionem
20 facile poſſit expediri. Ita † pauperibus & derelictis, aduocatos & procuratores
non habentibus, iudex dare debet *l. Nec quicquam* 8. §. 4. *ff. de offic. proconſ.* Ergo
& aduocati, procuratores, notarii, præſertim ob publici officii rationem cogi
21 poſſunt & ſolent operam accommodare &c. Ita † ſi contra nunciationẽ noui
operis aliquid fiat, ipſa lex, ob ſui, & factæ prohibitionis, publicæque diſcipli-
næ contemptum ac violationem, id omne, quod vetito modo ædificatum fa-
ctumue eſt, demoliri iubet: text. & ibi Barth. Bald. & alii *in l. de pupillo §. memi-
niſſe ff. de nou. op. nunc. l. fin. in fin. ff. Ne quid in loc. pub.*
22 Quo etiam † cautiones prætoriæ veluti iudicio ſiſti, iudicatum ſolui,
damni infecti, vſufructuariæ, fideicommiſſariæ, &c. referendæ: quas prætor
inſtar interdicti & ex officio iniungit: *per notiſ. & quæ late* diximus in tractat.
23 de cautionib. prætoriis. Quemadmodum † ſimili & eadẽ ex cauſa ac ratione,
vi deiectos, illico reſtituendos eſſe vult: vbi ea re à mãdatis inchoari proceſſus
24 poteſt. *l. 1. & tot. tit. ff. & C. vnde vi.* Ita, omni iure cautum eſt vt, † quæ iniquius
vel non iure facta ſunt, iuſto moderamine reformentur: hinc, ſi conſtet, iudi-
cem inferiorẽ, de facto perperam aliquid egiſſe: de facto reuocari, poterit iu-
bere, vel etiam per ſe reuocare: per eã quæ Marian. Socin. *de citat. in caſu* 20.
Rebuf. *l. quod iuſſit, n.* 60. *ff. de re iud.* Alex. 2. *conſi.* 8. Bertrand. 1. *conſi.* 172. *ſub fin.*
Roman. *conſi.* 320. *in fin. latiſſime* Gabr. *de cit. concl.* 1, *lim.* 67. vbi magnus gl. &
DD. pro hac ſententia eſt catalogus.
25 Alter † caſus priori contrarius eſt ille, qui ipſo iure prohibitus, vel in-
26 terdictus eſt: Exempla ſunt quam plurima. Hinc, cum ſibi † ipſi de facto, ius
dicere, ſit omnibus legib. prohibitum: nihilq; magis deceat, quam vt quod de-
27 beri ſibi quis putat, non per vim, ſed potius per † prætorem aut iudicem repo-
ſcat: *l. extat* 13. *ff. Quod met. cauſ. l. creditores ff. de vi priu.* Cum hanc ipſam ob-
cauſam, ius in medio poſitum ſit, ne quis ſibi ipſi valeat permittere vltionem:
28 per ead. *& l. Nullus C. de iude.* Quemadmodum & † de facto, alterum lædere,
vel offendere, alteriuſue poſſeſſiones, atq; bona inuadere, turbare, aut diripe-
re, legibus vetitum eſt, ſub quocunque id prætextu fiat: Ergo æquiſſimũ præ-
29 tori viſum eſt, † varia pro diuerſitate circumſtantiarum interdicta, eam in rem
proponere: qualia ſunt: Quod legatorum: Vti poſſidetis: Vtrubi: Vnde vi:
30 Quod vi aut clam. Quo † pertinent mandata, vel Interdicta, de nõ offenden-
do, de non turbando, & alia deniq; omnia. quibus prætor vim fieri prohibet:
Itẽ omnes tituli in iure prohibitorii: Veluti: Ne lite pendente vel appellatione
interpoſita quid innouetur, & ſimiles. Qui paratiſſimas interdicendi ac in-
31 hibendi materias continent. Sic † minorum & ſimilium prædia, ſine decreto
alienari non poſſunt: *tit. C. de reb. min. c.* 1 *& tot. tit. de reb. Eccleſ. alien. vel non. No-
uel.* 7. §. 55. Qualis conditio quoq; eſt bonorũ litigioſorũ *l.* 2. *ff. & C. de litig. &c.*
32 Ergo † vetitis hiſce caſibus, mandata de nõ alienando redduntur: quod praxi
camerali receptum eſt: de quibus ſuo loco dicemus. Rectiſſime vero hic lo-

Digitized by Google

cus poteſt diuidi reſpectu † caſuum ciuiliū & criminalium, vel illorū, qui tales 33
ſunt, vt ſi perpetrentur, iuxta verba ordinationis pœnis digni ſint atq; habean
tur, vel vt nullo iure iuſtificari queant. Sic † adulteria, ſcortationes, latrocinia, 34
direptiones villarum aut prædiorū, violentiæ publicæ & priuatæ &c. ſub pœ-
nis grauiſſimis prohibitæ ſunt: ſi ergo eiuſmodi caſus imminere videātur, In-
terdictis & mandatis grauiſſimis, eos prohibere vel præuertere, delicturoſq;
continere licet. Cum iſta omnia, & ſimilia, nullo iure queant iuſtificari: *DD.*
Com. d.§ meminiſſe & l. Nec quicquam ff. de offic. procon ſ. quemadmodū † & vias 35
publicas obſidere, Emptiones & venditiones ſimileſq; contractus impedire,
&c. eiuſdem ſunt farinæ. Ita † fieri poſſunt Inhibitiones, à principe, ne moni- 36
tiones, ſtatuta, & conſtitutiones publicentur, aut obſeruentur, quæ contra ius
diuinum militant: DD. vt apud Gabr. *d. concl.* 1 *lim.* 54. *text.* ad iſta omnia nota-
biliſſimus, *in d. l. nec quicquam* §. 3. De plano † autem, inquit Vlp. proconſul po- 37
teſt expedire hæc, vt obſequium parentib. & patronis exhiberi iubeat: cōmi-
nari etiam & terrere filium à patre oblatum, qui non vt oportet, conuerſari di-
catur: poterit ſimiliter & de plano libertum non obſequentem emendare aut
verbis, aut fuſtium caſtigatione. Tertius † caſus eſt vtilitatis publicæ: ex quo 38
varia Interdicta tā prohibitoria quā reſtitutoria, aut compulſorialia prætor re-
petiuit & deſumpſit: vti: *Ne quid in loc. ſac. De loc. & itinerib. pub. Ne quid in loc.*
pub. &c. De via pub. de fluminib. Vt in flumine public. nauig. & ſimilia. Publice † 39
enim intereſt, per flumina, per itinera publica, ſine metu, & periculo, vel impe
dimento, iri ac commeari poſſe: *l.* 1. §. 1. *ff. de his qui deiec.* Sic publice † intereſt 40
delicta puniri, & pœnam delinquentibus non remitti: *l. ita vulneratus. ff. ad l.*
Aquil. l. licitatio §. *quod illicite ff. de pub. l. ſi operis C. de pœn.* Et † prouinciā malis 41
hominib. purgari, vt in quiete permaneat: *l. congruit ff. de offic. præſ. l.* 2. *C. Quand.*
lic. ſin. Iud. Vnde, ſi ſuperior † magiſtratus, inferiorem ciuitatem forte, vel cō- 42
munitatem municipalem, vel & principem ſiue comitem hac in re negligentē
videat, ſub pœna vel pecuniaria, vel etiā amiſſionis priuilegiorū, iubere poteſt,
vt in graſſantia ſcelera ac delicta digne animaduertat: per ead. Sic † publice in- 43
tereſt, vrbē, quinimo & prouinciā non deformari ædificiis, ſed hæc potius ex-
ſtrui & reparari: *l. fin. ff. Ne quid in loc. pub.* Quo reſpectu, cum princeps quidā,
non modo ſubditos aliquos nobiles, in ſuo ipſorum ſolo ædificare, vel ædificia
neceſſaria reparare & exſtruere impediret, ſed etiam architectis, & opificibus,
ne operam locarent, interdixiſſet, mandata pœnalia tam in hos, vt opē ferrent
quam in illum, ne moleſtaret, in camera Imperiali aliquoties reddita memini.
Sic ad † publicam pertinet vtilitatem, aquarum quotidianarum, fontium, ri- 44
uorum, ius integrum ſaluumq; habere, pro neceſſaria Rerum humanarū vtili-
tate. Item † Cloacas purgari, ne aeris ſalubritas inficiatur: ijs igitur nomini- 45
bus, & ſua prætor interdicta propoſuit: *De aq. quot. & æſt. de Riuis: de fonte:*
de cloac. Sic publice † intereſt, vt dignitatum ordo ſeruetur *l. prima* §. 46

ſed etſi ſeruũ ff. de vent. inſpic. item locupletes habere ſubditos: Nouel. *Vt Iud.*
ſine quoque ſuffrag. fiant 8. *cap.* 1. *in præfat.* §. 1. Et ne quis rebus ſuis nimium ab-
47 utatur, §. *ſed maior, Inſt. de his qui ſui vel. al. Iur.* Ergo, † vt æqualitas, & mo-
deratus ordo, in veſtibus, & ornamentis, in ſumptibus & pompis &c. habea-
48 tur, edictis & Interdictis cauere magiſtratus poteſt. Quo † argumento Imp.
præſides prouinciarum puris vti manibus, ſubditosq; indemnes conſeruare,
neq; illiciti quidquam ab ijs exigere vetat: Sic enim locupletes fieri & manere
49 ſubditos d. Nouel, 8. *d.* §. 1. *verſ.* conſiderauimus. Sic cum † publice intereſt iu-
ſtitiam adminiſtrari etiam ſingulis, *l. vn. C. de ſent. præfector. præt.* & neminem re-
linqui indefenſum, etiamſi pauperem vel abſentem *l. ſeruum quoq. ff. de proc.*
hinc varia & hoc caſu dari ſolent monitoria & interdicta: vt cõpulſoriales pro
edendis actis, in puncto Appellationis, vel pro adminiſtranda iuſtitia: Item, ꝙ
ſæpe aduocati & procuratores defenſionẽ ſuſcipere compelluntur &c. deniq;
omnia proceſſus requiſita veluti citat. litis conteſt. libellus, reſponſiones &c.
50 teſtimonia &c. per viam Imperij decernuntur. Quartus † caſus eſt armorum,
cui & priori, admodum affinis eſt caſus publicæ pacis & tranquillitatis, itẽ ſe-
ditionis, atq; ſcandali: Armorum enim caſus latior eſt, quã publicæ pacis, aut
ſeditionis: hæc enim, tumultum & copiam hominum præſupponit: Armorũ
vero, rixarum, duellorũ, & pugnarum caſus, inter pauciores eſſe poteſt: quã-
51 uis vtroq; caſu, prætoris officium latiſſimũ eſt: Quid enim † ad arma, rixas &
tumultus patiatur procedere prætor, quos poteſt Iuriſdictione ſua cõponere:
text. l. æquiſſimum ff. de vſufr. l. fin. ibi: Si tamen quaſi tumultuoſum vel iniurio-
ſum prohibuerint, is abſtinere debet *ff. de offic. procur. Caſ. l. opus nouũ* 3. *ibi: ma-*
teriam ſeditionis ff. de oper. pub. l. pen. in fin. niſi forte tumultus aliter ſedari non poſſit
52 *ff. ad l. Corn. de ſicar.* Hunc † publicæ tranquillitatis caſum ſimiliter reſpexit præ-
tor in omnibus Interdictis: quibus vim fieri prohibet, & vi ablata vel facta re-
ſtitui iubet. *tot. tit. ff. & C. vnde vi. tot. tit. ff. quod vi aut clam.* Cum nihil ad turbã-
53 dam publicam pacẽ & tranquillitatem, ſit † promptius atq; pronius, nihil etiã
iuri & iuſtitiæ magis contrarium, quam vis: quæ non ſolum in eo conſiſtit, ſi
homines vulnerentur, ſed quotieſcunq; quis, quod deberi ſibi putat, non per
iudicem repoſcit: *l. extat. ff. Quod met. cauſ. l. creditores pen. ff. ad l. Iul. de vi priu.*
54 Hinc † enim alijs vim inferre certantibus, alijs cum indignatione reſiſtentib.
verbera cædeſque crebro deteguntur admiſſæ: Theoph. in Iuſt. hic: vnde &
55 placuit, ſi forte quis vel ex † poſſidentis parte, vel eius qui poſſeſſionem te-
merare tentauerit, interemptus ſit, in eum ſupplicium exerceri, qui vim fa-
cere tentauerit, & alterutri parti cauſam malorum dederit; *ita text. l.* Quoni-
56 am † multa facinora ſub vno violentiæ nomine continentur *t. C. ad l. Iul. de*
57 *vi public.* Eoque nomine, pro conſulibus † prouinciarum, admodum impen-
ſe ſemper demandatum, vt vrbes, locaque Commiſſa, ab omni prorſus per-
turbatione quieta conſeruarent, neq; committerent, vt ſeditio aliqua ordinẽ
& ad-

Digitized by Google

& adminiſtrationem reip. corrumperet, vel potentium ſatellites loca depopularentur, aut infeſta redderent: text. Nouell. de proconſul. Cappad. 30. c. 7. §. 1. Atque ita † quidem, iudex, imminentibus armorum ſcandalis, occurrere 58
tenetur: vt niſi opportune faciat, de negligentia puniri poſſit, & in Syndicatu teneatur; per ea quæ Paris *de Put. tract. Synd. verb. Negligentia col. 4. & verb. officialis col. 7.* vbi eum officio deponi poſſe ait. Aretin. *c. in præſentia: de proc. Caſſane. conſ. 1. num. 19.* Neuizan. *conſ. 71. num. 3.* Bald. *l. 1. §. quies, in fin. ff. de Offic. præfect. vrb.* vbi hoc mente tenendum ait. Item, Iaſ. *l. eum qui, col. 2. C. de procur. & d. l. nequicquam, §. vbi decretum, num. 7. de offic. proconſ. & poſt eoſdem* Roland. *à Valle, lib. 4. conſ. 8. num. 26.* Contard. *l. vn. in quinta rat. decid. num. 8. C. ſi de mom. poſſ.* vbi poſt Bald. & Iaſ. rectiſſime ait, quod, vbi † adſit armorum metus, executiue 59
procedatur: Quo propterea caſu, ſummarijſſimum, quod vocant, poſſeſſorium, ſingulariter commendant DD. ibid. & per ea quæ de ſummario poſſeſſorio diximus ſuo loco: vbi recte ad retundendum cōmuniſſimum praxeos errorem diximus. propter metum † ſcandali & armorum, mandatis quidem 60
pœnalibus recta procedere licere: Sed non eo, vt poſſeſſio cui indebite vel auferatur vel detur. Neque enim coercitio armorum, regulariter vllius cum iniuria fieri debet: adeo, vt etiam in prætenſo armorum caſu, attentatorum ratio habeatur; per ea quæ Lancellot *de attent. part. 2. c. 12. ampliat* 7. Niſi forte † 61
irregulariter fiat, & tali caſu, qui alias nulla ratione, vel non facile præcaueri poſſet, ob potentiam forte aduerſarij: Sic enim ratione ſcandali non fieri aiunt reſtitutionem illi, qui alias de iure eſſet reſtituendus: per ea quæ Pute. *deciſ. 316. lib. 2.* Ripa, *l. quod iuſſit, ff. de re iudic.* Quo tamen † caſu vel quandocunque 62
etiam de minimo partis præiudicio agitur, de metu armorum, & certis ſcandali ineuitabilis circumſtantijs, conſtare oportet, partibus etiam citatis & receptis informationibus: Contard. *d. rat. 5. num. 9. & ſeq. per tot.* Menoch. *adipiſ. poſ. remed. fin. num. 13. & ſequentib. & ibid. alii paſſim DD.* Potentia enim quantacunque curari non debet, quæ per ſuperiorem poteſt, aut etiam debeat ſedari.

Cæterum † ex hiſce duobus caſibus, mandata etiam de non offendendo, de non turbando, vel moleſtando, de armis deponendis, item militum 63
auocatoria, & ne iniuſſu principis ſigna moueantur, &c. promanant: de quibus aliquot *tit. part. 2. ordin.* & diximus *lib. 1. de proceſſib. & lib. de mandat. fin. clauſ.* Et quod † hic vterque caſus mandatorum ſit capax, inde liquet, quod nemo ſit 64
dominus membrorum ſuorum: quod nemini liceat ſibi ipſi ius dicere: quod armorum vſus priuatis interdictus: Et deniq; quod ſit res mali exempli, quod in publicam publicæ pacis offenſam, facile trahitur, cum pernicioſiſſima ſui conſequentia.

Quintus † eſt caſus ſi periculum ſit in mora. Quem caſum, licet DD. ad 65
præcedentes armorum & ſcandali, frequentius referant, iiſq; complectantur:

Digitized by Google

Roland.& alij, vt ſupra. Item Gail.1.*obſ.5.& ſeqq.* tamen hic caſus multo eſt ge-
66 neralior: Ita, vt etiam extra † caſus ſeditionis & armorum, locum habeat,
vbicunque tam in criminalibus quam ciuilibus, dilatio, vel mora, periculum
allatura, actionem, vel ſalutem & ſecuritatem perem ptura: quo ſimiliter caſu,
extra ordinem quis cogitur, *l. 1. §. 2. & l.3. ff. de feriis & dilat. c. fin. ext. eod. & ibi*
67 *not. in verb. neceſſitas.* Adeo † vt ipſe prætor contemnendam putauerit noui ope-
ris nunciationem, quoties mora vel dilatio periculum aliquod allatura eſſet,
propter vrgentem neceſſarij operis exſtructionem; *text. l. de pupillo, 5. §. præ-*
68 *terea, 12. ff. de op. noui nunc.* In hiſce enim † caſibus omne impedimentum ac
ſubterfugium prohibetur, non admiſſa etiam appellatione Iaſ. *d. l. 1. §.* ſed ex-
cipiuntur, Specul. *de appellatione, §. in quib. num* 10. Marant *de appell* 319. Franc.
Grammat. Rip. Aſin. vt apud Lancellor. *de attent.* 2 *c. 12. lim. 45. num. 1, & fin.*
vbi propterea & attentata hoc caſu non conſiderari rectiſſime concludit: per
69 rationem: Quod † vbi periculum eſt in mora, merito recedatur à regulis or-
dinarijs, *ibid. num.* 14 Zaſ.& alij, *d. § præterea & com. DD.* citationem partis hoc
caſu non requirentes: Alex.& alij in *l. de vno quoque, ff. de re iud.* & ibi Hippol.
70 *in 1. lim.* Gabriel. *d. concluſ. 1. lim. 1.* Hinc † etſi excommunicatus, ante reconci-
liationem, non eſt abſoluendus: tamen hoc non procedit, neque attendi de-
bet, ſi ſit in articulo vel periculo mortis: *ibid. num.* 2. vbi Franc.& alij, *c. qua fron-*
71 *te, de appell. eſt text. clariſſ c. 7. & c. 10. cauſa, 26. quæſt. 6.* Ita † teſtes ſenes & vale-
tudinarij, vel periculoſo morbo decumbentes, vel longiſſime aut periculoſe
abſfuturi poſſunt contra Stylum, alias ordinarium, vel ante litis conteſtationẽ,
vel appellatione etiam interpoſita, examinari, vti & aliæ probationes alias pe-
72 rituræ recipi: per ea quæ *d. limit. 43. num. 3. & 4. ſequent.* Ita † ſi in criminalibus,
reus alias ſatis conuictus & notorius appellet, & ſit periculum, ne ſi ordinarie
cum eo procedatur, ſcandalum vel tumultus fiat, ſtatim fieri poteſt executio &
poſtea ſcribi proceſſus: *ibid. num. 11. poſt* Boer. *deciſ. 295. num. 5.* quod etiam in
alijs ſimilibus obtinebit.

73 Et in hoc † periculoſæ moræ caſu, fundantur tituli, & ex ijs competen-
tia mandata vel Interdicta, de noui operis nunciat. Item dam. infecti, de arbo-
rib. cædend. de gland. legend. de homin. lib. exhibend. & ducend. de migrand.
In his enim omnibus, periculum agitur damni & incommodi: Cuius auer-
74 tendi gratia, Interdicta iſta redduntur: quemadmodum † & de aqua quot. &
æſtiu: Item, de riuis; *tum de via & itin. pub. vel priv.* Interdicta, præter publi-
cam vtilitatem, periculoſæ dilationis cauſam continent: quod deficiente a-
75 qua homines ſiti necarentur, iuxta Venulei. *l. fin. ff. de riu.* Quo refertur † o-
mnis alimentorum mora, quæ ad ſolum momentum vel vnum diem admo-
dum ſæpe periculoſa: *per ead. & text. l. 1.* ibi vltra debitum tempus media ex-
hauſerit, *C. de Cuſt. reor. &* Mandoſ. *de Inhibit. q. 109. num. 4.*

76 Hinc † cum diuturnos carceres, maximum ſæpe propter moram, peri-
culum

Digitized by Google

ſeulum comitetur: *d. l.* 1. ibi, ne pœnis carceris perimatur, &c. Iccirco ſi conui-
ctos velox pœna non ſubducat, aut liberandos diuturna cuſtodia maceret, *ex d. l. 1. & l. de his, ſ. l. fin. C. d. tit.* mandatum † de relaxando reddi poteſt atque de- 77
bet illi, qui præſumptione vel argumentis non conuictus, in carcere diutius detinetur, nec ad oblatam fideiuſſionem dimittitur, quod ſub tit. de relaxandis captiuis latius explicabitur. Ita † ſi periculum ſit inuaſionis, vel inunda- 78
tionis, aut ne aqua ruptis aggeribus euagetur, cum hominum pecudumque periculo extremo; Nemo non videt, caſum omnis moræ impatientiſſimum, interdictis locum facere, *per l. 1. & tot. tit. ff. de aq. & aq. pluu. arcend. l. 1. & tot. tit. C. de Nili aggerib. non rumpend.* Quo referunt etiam † caſum collectarum, tem- 79
pore neceſſitatis publicæ, indictarum; per ea quæ poſt alios Cácheran. *deciſ.* 86. Lancell. *de attent. part. 2. c. 4. limit 25. & c. 12. d. limit. 13. num. 12.*

Neceſſitas † enim durum eſt telum: neque ſubiacet regulis iuris: 80
Vnde Quintil. id vobis iudices facillime perſuaderi poterit, ſi non tam iniuſtos, neque tam imprudentes exiſtimetis legumlatores fuiſſe, vt neceſſitate præſtringerent ea, quæ præſtari non poſſunt, *declam.* 249. Neceſſitas eſt, inquit Senec. quæ nauigia iactu exonerat; Neceſſitas eſt, quæ ruinis incendia opprimit; Neceſſitas eſt lex temporis, *lib. 4. controuerſ.* 4. Iſta † enim o- 81
mnia ex neceſſitate quadam dependent; quæ facit licita, quæ alias eſſent illicita, *c. quod non eſt: de reg. iur. c. qua propter, ff. eod.* Quali † caſu etiam laicus poteſt 82
ſacerdotem agere & abſoluere: & viciſſim Clericus pro Laico fideiubere, &c. per ea quæ Vincent. Caroc. *de Depoſ. 1. q. 5.*

Sextus † caſus eſt damni Irreparabilis: qui, etſi duobus præcedentibus 83
itidem videatur non tantum valde affinis, ſed cum iiſdem fere vnus: Tamen in aliquibus non † nihil aliud eſt, periculum eſſe in mora, & periculum ſiue 84
damnum eſſe irreparabile, quamuis hoc illud plerunque alias comitetur: Sic inediæ, famis, diuturniorum carcerum, inundationum, & inuaſionum hoſtilium caſus, moræ ſunt impatientes; vtpote qui magnum periculum, & ſi eueniant, vel quem opprimant, irreparabilis etiam damni caſum illi inducunt, quantumuis nolenti ac reluctanti.

Ex eo autem cuiuis & præcedentium caſuum differentia patet: quod moræ † periculum eſſe poteſt, ſed non prorſus irreparabile: vt in noui operis 85
nunciatione: damni infecti: quatenus ſcilicet damnum æſtimabile reſarciri poteſt: Item Interdicto de arboribus cædend. & vaſtationibus ſyluarum, prædiorum & ſimilibus. Item in caſibus inuaſionum, turbationum, & deiectionum particularium, quæ & æſtimari & reſtitui facillime poſſunt: Et † econ- 86
tra, quod damnum verti poteſt irreparabile, vbi nulla adhuc temporis vel mora vel periculum. Vt, ſi caſtrum iam ſit occupatum ab hoſtibus, quod niſi recuperetur, perpetuum ſit damnum regno vel ciuitati allaturum,

propter

propter præreptas & impeditas commeandi & mercandi opeſque ac diuitias
colligendi facultates : vel propter quotidianum, quem hoſtes iſthac habent
87 incurſum ac deprædationes. Ita † ſi magiſtratus aliquis nulliter inique & ty-
rannice procedendo, te quocunque ſub prætextu, vel bonis exuerit, aut plane
exulare coegerit : vbi niſi debite reſtituaris, ad perpetuam redigaris inopiam :
hoc ſane caſu de irreparabili damno agitur : Cui executiuis proceſſibus & pœ-
nalibus iuxta facti apparentiam mandatis ſubueniendum, *l. præſes, 3. l. illicitas, ff.
de offic. præſid. &c.*

88 Hinc † licet debitor debitoris tui, non ſit tuus debitor, neque regulari-
ter einſdem bona tibi affecta : tamen ſi periculum ſit, ne debitor tuus ſoluen-
do eſſe deſinat, vel profugus ſit futurus, vel ob potentiam aut ſolitas tergiuer-
ſationes difficillimam vel prorſus inanem facturus ſit tibi actionem, aut ſolu-
tionem : quam tu, in eiuſdem debitorem, pro quantitate debiti, vel paratam
89 vel commodiorem habere potes : hoc † irreparabili damni caſu, debitum de-
bitoris tui arreſtari vel ſequeſtrari, aut deponi curare potes, mandatumque
vel inhibitionem deſuper obtinere : donec cognita cauſa plene tibi adiudice-
tur, vel alias ſolutio fiat. Pet. Peck. *de iure ſiſtendi, c. 4. num.* 11, idque in camera
Imperiali practicatur & ſunt *text. proprii in l. fin. ff. de leg. commiſſ. l. Nomen,* 4. C.
Quæ res pig. oblig. l. 3. C. de nouat. l. 11. *in fin.* C *depoſ.* & ibi Auth. vbi cum eiuſmodi
inhibitio tantum prohibeatur in depoſito : ergo in vero debito permiſſa. Li-
90 cet † enim creditor, ab alio quam ſuo debitore debitum recipiat : tamen ſuum
accipit, *l. iure,* 5. §. 5. *ff. de dol. except. l. repetitio,* 44. *ff. de condict. indeb. l.* 12. *ff de no-*
91 *uat.* Ita † ſi irreparabile immineat damnum, vel moræ periculum, in eo, quod
debitor meus, vel & alius de crimine ſuſpectus, fugere ſit paratus : Eum fugi-
entem, vel de fuga veriſimiliter ſuſpectum, ipſe capere, vel capiendum & ſi-
ſtendum curare poſſum, idque ſine vlla præuia citatione, *text. l. ait prætor,* §. *de-*
92 *bitorem,* vbi Barth. & alij, vt ap. Gabriel. *d. concluſ.* 1. *lim.* 2. quo † eodem caſu et-
iam à ſequeſtro licet incipere : ibid. lim. 71. Ita irreparabilis damni loco habe-
93 tur, ſi res, vel actio competens peritura, † vel ob translationem ex vno regno
in aliud, vel in potentiorem, difficillima futura ſit, *per text. l.* 1 *& tot. tit. ff. De a-
lien. iud. mut. l.* 1. *& tot. tit. C. Ne liceat potent.* Vnde cum duciſſa quædam, regis
Sueciæ filia, principis Megapolitani vidua, in patriam recedere vellet, vna cum
filia vnica & triginta millia nummorum apud ciuitatem quandam ſub penſio-
ne exiſtentia condiceret : Illa vero pecunia non ab hac vidua, ſed à priore de-
functi principis vxore profecta, & illi ex pacto ad vitam ſaltem relicta eſſet : &
ſic ad ſupplicantes principes eiuſdem patrueles (inter quos tamen ratio-
ne prælationis adhuc erat controuerſia) ſpectare diceretur : illis igitur de irre-
cuperabili damno, ſi extra imperium pecunia illa exſportaretur, mandatum
inhibitoriale ſine clauſula, & facta ad ſiſtendas vſuras depoſitione, arreſtum, in
Camera Imperiali decretum : anno 96. Quamuis econtra citatio ad videndũ
caſſari mandatum impetrabatur.

Eadem

Eadem † eſt ratio, ſi quis abſens, rem ſuam vel poſſeſſionem amiſerit: hic 94
enim æquitas euidens, etiam extraordinarie ſubueniendum eſſe ſuggerit: licet nihil facile ſit mutandũ in ſolennibus: *l. Diuus, 7. ff. de in integ. reſtit.* Nam & hoc ipſo damni irreparabilis aut moræ impatientis, vel & violentiæ forſan in caſu receditur à regulis iuris cõmunis Iaſ. Felin. Loffred. vt apud Contard. *d. l vn. limit. 1. n. 3. & probat text. l. 1. l. 2. C. ſi per vim vel alio mod. abſentis perturbata ſit poſſ.*

Quo nomine † etiam ab interlocutoria, quæ damnum irreparabile contineat, appellare licet, etiam ad inhibendi effectum: DD. ibid. nu. 4. Menoch. 95
adipiſ. remed. 4 n. 817. Talique caſu exceptio admittitur, quæ alias non admitteretur, *d. limit. 1. n. 5.* & ibi prob. Alexand & Suarez. Quod † ipſum etiam in ſpolio admodum alias priuilegiato obtinere omnes aiunt: per ea quæ Gabriel. 96
de reſt. ſpol. concluſ. 1. n. 135. Menoch. *recup. rem. 10. num. 52.*

Hinc † etſi nullitas non ſuſpendit executionem: tamen ſuſpendit, & inhibitioni locum facit, ſi executio ſit irretractabilis: per ea quæ Lancellot. *de attent. part. 2. c. 17. de Attentat. pend. nul. n. 55. & 60.* quod tamen, de † conſuetudine in criminalibus *de quib. d. n. 55.* id aſſeritur, non habet locum: niſi nullitas ſit talis, quæ & iniuſtitiam cauſæ contineat, & illico veriſimiliter deducatur, *per l. ab execut. Quor. appell. non recip.* Ita † ſi res litigioſæ petituræ ſint, alienatio permittitur, *l. alienationes, ff. fam. erciſ.* vbi id notandum ait Alexand. *per text. ibid. & per l. Diuus ff. de petit. hered.* Cæpol. *caut.* 190. Res litigioſ. ſed cum iudicis, niſi inter partes ipſas conueniat, decreto Lancellot. *d. 2. part. c. 4. in præfat. num.* 576. Vbi ſimiliter bona ex hoc cap. practica deſumi poteſt, † ijs caſibus, quãdo pars poſſidens vel tenens res litigioſas, aut reſtitutioni obnoxias, eas deteriorari atque perdi mauult, quam vtiliter diſtrahi, odio ſcil. partis aduerſæ, quam iudicio obtenturam metuit: Tunc enim is de cuius intereſſe agitur, irreparabile iſtarum rerum, vtpote, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, periculum allegando, mandatum vel interdictum competens obtinere poterit, eo, vt res eiuſmodi diſtrahantur, pretiumque in cõmodum victuri, ſequeſtretur, vel ſub cautione, priori rerum poſſeſſori reſtituatur: prout iudicij & actionis qualitas admittit, *per ead. & quæ* Hippol *ſing.* 258. 97 98 99 100

Cæterum † corollarij loco & illud notandum: Quod ſub irreparabili damno & illud veniat, quod difficulter, vel niſi magnis cum laboribus & impenſis, aut non ita plane atq; recte reparari poteſt per ea quæ late Contard. *d. limit. 1, n. 8. & ſequent.* Sic non poſſe dicimur, quod difficulter fit, Crauet. *conſ.* 199. *n.* 7. 101

Septimus † & Octauus eſt caſus, quo ipſius partis ſtat conuentio: ſeu legis ipſius iuſſus & permiſſio: Nam quod propria autoritate fieri permittitur, id longe omnium maxime, autoritate præſidis, fieri poteſt, & plærunq; tutius eſt Sic, creditores ex conuentione poteſtatẽ habentes, pignoris poſſeſſionem ingrediendi, vel occupandi, multo magis & quidẽ ſecurius poſſunt autoritate præſidis, poſſeſſionem nanciſci, competentiaque deſuper mandata impetrare, 102

Digitized by Google

debitoribus inique teliciantibus, *l. creditores 3. vbi DD. C. de pig. l. ſi quis, ff. de*
103 *contrah. empt.* Vnde † etiam, ſtante hac partium conuentione, citationem, ſi videlicet periculum ſit in mora, non eſſe neceſſariam omnes dicunt: Specul. *de citat. §. viſo.* Bald. *l. diem preferre. §. ſi quis litigator, ff. de arbit. in fin.* Gabriel. *d. loc.*
104 *lim. 29.* late & limitate Carpa. ad ſtat. Mediol. *1. cap. 145. in pr.* Ita † ſi pars, proprio ſuo arbitrio, vt ſolet fieri vel iudicialiter, vel alias debito modo, in caſum non factæ ſolutionis, vel executionem, vel quid aliud fieri promittat & permittat, caueatq; & conteſtetur: hic ſane ſibi ipſi legem dixit, qua contra ipſum procedi poteſt; per ead. & Gabriel. *d. loc. lim. 22.* quod infinitis Cameræ Imperialis præiudicijs confirmatur: prout ſuis locis iſta omnia probabuntur. Ita le-
105 ges, † atque iura ſpoliatorē in continenti, iterū ſpoliare, & deijcere permittunt: per notiſ. Ergo hoc multo magis, mediante iudicis interdicto celebrari poteſt: quod, ſi ullum ſcandalum immineat, & melius & ciuilius, *l. 1. §. neceſ-*
106 *ſario 2 ff. ſi vent. nom. mul in poſ. miſ.* Sic, de iure † Lubecano, heredi ad coheredem, vel quem alium, in hereditate exiſtentem, intra trigeſimum diem ingredi licet: Ergo, ſi heres, maioris ſecuritatis vel tumultus vitandi gratia interdictum poſtulet, omnino audiendus, & manu prætoria illico inducendus eſt, &c.
107 Eadem † eſt ratio, ſi ex pacto, vel lege, dies ipſa interpellet pro homine, in
108 certa debiti cauſa: Gabriel. *d. loc. limit. 3.* Ita inquilinum, † finita locationis lege, vel ſi biennio mercedem non præſtiterit &c. expellere licet, *l. Æde 3. l. ſi de fundo 15 & l. ſeq. & vbique not. C. locat. l. pen in fin. & c. fin. eod.* Ita & emphyteutam, triennio, vel in rebus Eccleſiæ, biennio Canonē non ſoluentem expelle-
109 re licet, *l. 2. C. de Iur. emphyt.* Sic debitorem † fugientem, eiuſque bona mobilia, poteſt creditor propria autoritate capere & occupare, *l. ait Prætor, §. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraud. cred. l. 1. l. generaliter, C. Vbi quis decur. vel cohort. Me-*
110 *noch vbi DD. recup rem. 5. n. 25.* Quemadmodum & † nouum opus aut canalem, vel quod ſimile, quod in meo fundo me inuito ſtruitur, ſiue ponitur, de facto amouere vel tollere poſſum & incidere, *l. quemadmodum, §. 1. ff. ad l. Aquil. l. ſi*
111 *actus. § belliſſime, ff. Quod vi aut clam. l. 3. §. 4. ff. Vti poſſid.* Sicut etiā † in magno incendij periculo, domum vicini deſtruere, ne ignis ad meas vel alias ædes contiguas euagetur *l. ſi quis 49 §. quod dicitur, eod. tit. l. qui autem, §. quod ait Prætor, ff. de incend. ruin. nauf.* quo tamen caſu vicinos, pro reſarciendo, contribuere teneri & compelli aiunt, *per l. ſi alius §. eſt & alia ff. Quod vi aut clam, l. ædificio, C. de*
112 *oper. pub. & arg. tit. ff. ad l. Rhod. de iact. Specul. de actor. num. 58.* Ita † tutor ſoluere ſibi poteſt de bonis pupilli, quem vel cuius patrem debitorem habuit, *l. Quotiens 9. §. ſicut 5 ff. de adminiſt. tut. l. creditorem 8. C. Qui dare tut.* (quamuis Iure Nouell. creditor vel & debitor tutor eſſe nequeat, Auth. Minoris ibid.) Sicut & tutor, debitam ſibi ex empto, vel quo alio legitimo titulo pupilli poſ-
113 ſeſſionem apprehendere poteſt, *l. fiſtulas, 78. §. 1. ff. de contrah. empt.* & † heres. poſſeſ-

poſſeſſionem hereditatis vacantis: *per vulg.* Ergo ijs omnibus & ſimilibus in caſibus, vbi, propria poſſes † autoritate, ius tibi ipſi dicere, multo magis 114
poteris, id, Interdictis & mandatis conſequi: quæ prætor imploratus, aduerſus omnem vim impertiri tenetur, iubendo, & inhibendo, & recta exequendo: Si modo Prætoris autoritatem adhibere, in mora periculum non eſt: quod in debitore cum rebus ſuis præter ſpem fugitiuo & ſimilibus euenire ſolet.

Ita † de Iure Saxonico, animalia in fundo meo reperta, ratione damni 115
dati, includere & retinere poſſum, donec ſatis fiat: Landtrecht *lib. 2. art. 47.* Fachſ. *differ. Iur. Ciuil. & Sax. 69. num. 2.* Ergo Iudicem recta adire & animal arreſtari facere rectiſſime potero: Quamuis enim † de iure ciuili, quoad 116
propriam incluſionem, aliter cautum eſſe aiunt, quo, ratione damni dati, competentibus actionibus contra dominũ pecoris experiri licet; *per l. Quintus 39. ff. Ad l. Aquil. vbi DD.* & Sichard. *l. 2. n. 12. C. de ſeruo fugit.* Tamen ſi detentio fiat, ius damni per id non amittitur: Contra l. Extat; ff. Quod met. cauſ. Menoc. *recup. rem. 9. n. 282.* modo pecus in meo deprehenſum in cogendo, non damnificem, ſed vti meum tractem. *per d. l. Quint.* vbi etiam iuxta gloſ. ea ſaltem incluſio prohibetur, quæ fit celandi gratia. Vt ſic ius Saxon. & cõmune parum diſtent. Et proinde, † ex iure quoque Ciuili, non ordinarijs ſolum petitioni- 117
bus, ſed etiam mandatis vel arreſtis executiuis, ad ſarciendum damnum agi poteſt, & ſubueniri debet: niſi forte æſtimatio damni, altiorem indaginem deſideraret: quo caſu, animalis relaxatio, ſed tamen, ſub præſtita cautione, fieret. Præſertim, quod † propriæ autoritati, etiam alibi paſſim, & alicubi 118
in Gallia, hoc caſu, de conſuetudine multum tribuant: Onciac. *quæſt. 5. in fin.* vbi ait: poſſe etiam occidi animal quod plus damni dederit, quam ſit æſtimatio eius, quod mihi minus tutum videtur; Ceteroqui & incluſionem de iure ciuili probant, ſi ignoretur dominus animalis: Specul. *de actor. num. 59.*

Nonus † caſus eſt permiſſæ reſiſtentiæ: vel ſi tale ſit factum, cui pro- 119
pria autoritate, de facto poſſis reſiſtere: qui caſus, priori admodum affinis in eo eſt, quod & ipſe facti ſpeciem contineat, qua ſibi ipſi ius dicere permiſſum: differt autem in eo, quod præcedens caſus, vim extraiudicialis actionis hic vero defenſionis habeat. Quo pertinet † materia defenſionis, inculpatæ tutelæ: 120
tam reſpectu poſſeſſionis, rerumque ſuarum, *l. 1. Cod. Vnd. vi* quam reſpectu vitæ & corporis tuendi: Adeo, vt, cum armis vel violentius aut cum noſtri corporis vel bonorum periculo reſiſtentem occidere liceat, *l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. Cod. Ad l. Cornel. de Sicar. text. expreſſ. & ſing.* † *l. 1. l. 2. & tot. tit. Cod.* 121
Quando liceat vnicuique ſin. iud. liberam inquiunt Impp. reſiſtendi cunctis tribuimus facultatem, vt quicunque militum vel priuatorum ad agros nocturnos populator intrauerit aut itinera frequẽtata inſidijs aggreſſoris obſederit, permiſſa cuique Licentia, digno illico ſupplicio, ſubiugetur, ac mortem, quam

minabatur,excipiat,& id, quod intentabat,incutrat: melius eſt enim in tempore occurrere, quam poſt exitum vindicare: nec parcendum ei, cui obuiare
122 oportet,vt latroni,&c. vnde videmus,hunc caſum, † quandam etiam affinitatem habere, cum illis caſibus, vbi damnum vertitur irreparabile.vel vbi periculum eſt in mora: *ſicut d.l. 1. dicitur*: veſtram, igitur vobis permittimus vltionem: & quod ſerum eſt punire iudicio, ſubiungamus edicto propriæ ſcilicet vltionis. Cui etiam publicæ vtilitatis negotium ineſt,*iuxta d.l. 2.* Qui reſiſtere
123 auſi fuerint,in his velox vbique iubemus eſſe ſupplicium: Cuncti enim † aduerſus latrones publicos,deſertoreſq; militiæ, ius ſibi ſciant, pro quiete communi exercendæ publicæ vltionis indultum. Quibus concordant nouellæ Imperij Conſtitutiones,de an. 1512. §. Vnd ob jemandts/ &c. vbi permittitur,non ſolum læſis, ſed omnibus, qui notitiam habent, de facto, & in conti-
124 nenti reſiſtere ijs,qui publicam pacem turbare moliuntur. Similia † propriæ executionis remedia etiam contra milites palantes &ruſticos rebellantes ſunt indulta: Conſtit.Imperij de Anno 1526 & 29.& 30. Item contra validos mē-
125 dicantes,&c. Quibus & ſimilibus omnibus in caſibus, † magiſtratus imploratus, via regia, mandatis pœnalibus,alijſque extraordinarijs medijs obuiare
126 tenetur; quemadmodum eo nomine, & mutua, † cum vicinarum poteſtatum,tum circulorum prouincialium auxilia iniuncta: Alſo daß die anſtoſſende Obrigkeit oder auch Kreiſe / einer dem andern / in Zeit der Noht helffen ſolle vnd müſſe: dictis Conſtit. Vt vero vtilitatem huius capitis tanto melius aſſe-
127 quamur: Ecce, permiſſum eſt, etiam publicis executoribus, † ſi iniquius nos, vel moleſtent, bonaue nobis auferant,& extorqueant, reſiſtere, *per l. prohibitum,l. defenſio,C. de iur. fiſ. l. contra præcepta, verb. licebit prouinciali, C. de exactor.*
128 *trib. lib. 12.* Quemadmodum † & Iudici inferiori, cum enormi iniquitate grauanti & concutienti, aut ſpolianti, ſimiliter reſiſtere permiſſum, ad tuendas res noſtras: per ead. & quæ dixi *de mandat. ſine clauſ. c. 13. n 5. vide* Marant. *diſp.* 1. Minſing. *cent. 5 obſ.* 18. Iul. Clar. *prax. crim. quæſt. 29. nu.* 2. Hippol. *ead. prax. §. ſecundo, n.* 82. *& ſeq.* Menoch. *adipiſ. poſſeſſ. rem. 5. n.* 779. *& recup. rem.* 1 *n.* 311. Sed
129 quia † hæc traditio, & facultas, cum propter magiſtratus autoritatem legitimam, omnique iure ſanctam; tum propter eius potentiam; tum quod iſthæc reſiſtentia,in caſibus ſaltem moræ impatientibus vel irreparabile alias damnū
130 inferentibus procedat, non vſq; adeo ſit tuta: Cum † magiſtratus vel iudex, quantūuis inferior etiā iniuſte agens, non propterea ſtatim opprimendus,ſed potius iuxta verbū Dei ferendus: Idcirco omnium tutiſſimū eſt,ſuperioris implorato auxilio mandatorū ac Interdictorū remedijs vti; quibus, re perſpecta, atq; ſummarie cognita,iubeatur inferior,ab omni violentia tēperare, ius & iuſtitiā adminiſtrare,&c. per ea quæ dixi, *d. c. 13.* & eleg̃āter Ioh. Bodin. *de repub.* 3.
131 *c. 5. ſub fin.* Cæteroqui † permiſſæ reſiſtentiæ caſū ponūt etiā in ſocio,quē ædibꝰ cōmunibus excluſū,oſtiū effringere,& vi ſe tueri poſſe tradūt DD. ap. Henric.
Roſen-

Digitized by Google

Roſenthal, *de feud. c. 8. concl. 20. n. 12.* ſed cum hic publicæ pacis diſciplina vertatur, eam impune violare haud licebit: Vnde ciuilius fuerit, magiſtratu interueniente iſta peragi. Denique, cum hoc caſu, valde confinis eſt, d. caſus 132
octauus, ratione facti ab ipſo lege permiſſi: quo pertinent omnes caſus permiſſæ propriæ non modo vindictæ vel recuperationis, ſed etiam reſtitutionis, occupationis, &c. quæ omnia quatenus procedant ſuis locis dicemus. Eo notando: Quod vbicunque prætor in Interdictis, cum publicis, tum priuatis, fieri aliquid permittit, & vim facere prohibet, ibi facultatem agendi reſiſtenti tribuat, non minus quam interdicendi: *arg. tit. de loc. & itin. pub. de flumin. de riuis.*

Decimus † Interdictorum vel mandatorum caſus proprius eſt rei iu- 133
dicatæ, item præſumptæ & manifeſtæ probationis, cui etiam quis præſens, non facile præſumitur contradicturus, aut contradicere poſſe: *per text. in l. cum ſeruum §. ſi quis ſeruum* ibi vt ſi præſens eſſet, *& §. ex iuſta*: ibi non eſſe vocati *ff. de fideicom. libert. l. recuſare ff. ad Trebel. &c.* Thom. Grammat. *deciſ. 36. num. 70. 71. & ſeqq.* vbi tali caſu nec citatione opus eſſe ait. Cum enim ordinarius † proceſſus, citatio, litis conteſtatio, reſponſiones, probationes, ijs 134
ſaltem caſibus receptæ ſint, quibus actor intentionem ſuam deducere & probatam facere tenetur, vel opus habet: in liquidis igitur & † manifeſtis, tanto 135
minus ea locum habent, vel habere debent, quod in ijs, quæ iam liquida & probata ſunt, iuris ſit ordinarij, iuris ordinem non ſeruare per vulg. Exempli gratia, omnibus notum, deque iure cautum eſt, Rem † iudicatam, pro veri- 136
tate haberi, & paratam executionem mereri: per vulg. ac notiſſima. Item maximam probandi vim fidemque, & talem † quidem, quam priuatus ali- 137
quis etiam præſens, contradicendo vel impugnando euertere in dubio non poſſit, ineſſe Regeſtis. & monumentis publicis, cenſuum, contributionum, collectarum, canonis, decimarum &c. *l. 4. C. de fid. inſtrum.* ibi inſpectio rationum fiſcalium fidem demonſtrabit: *l. Cenſus, 10. ff. de probat.* Item † actis & 138
documentis publicorum iudiciorum *l. in donationibus quæ actis inſinuantur 31. C. de donat. l. geſta C. de re iudic. cap. cum olim de verb. ſignif.* Item inſtrumentorum † publicorum, quæ probationem faciunt promptam & manifeſtam, ac 139
demonſtrant id, quod cantant: *per ea quæ paſſim DD.* & Roland à val. *libr. 2. conſ. 75. num. 19.* Quia igitur hic parata, & talis adeſt probatio, cui debitor, ob præſumptam veritatem etiam præſens, in dubio, non poſſet contradicere: Icirco, † ab Interdictis & mandatis de ſoluendo, rectiſſime inchoatur proceſ- 140
ſus: eò, vt facta recognitione, nulliſque exceptionibus releuanter oppoſitis, recta iniungatur ſolutio: per ea quæ diximus *in d. tract. de mandat. ſine clauſ. & quidem de re iudic. c. 65. de act. pub. c. 66. de regeſtis matriculis & monumentis c. 67. de inſtrument. pub. cap. 69.* Eademque † eſt ratio teſtamentorum, quoad pa- 141
ratam executionem: *ibid. cap. 68.* Item Inſtrumentorum † priuatorum, ſub 142

conditione ſcilicet expreſſæ vel tacitæ recognitionis *ibid. cap.* 70. Et quamuis *Pet. Heigi IC.* hanc noſtram ſententiam, præcipue quoad priuata chirographa, taxet quæſtionum, *lib.* 2. *q.* 7 *.nu.* 8. quaſi fando ſit inauditum priuatis ſcripturis paratá tribuere executioné: tamen ſententia noſtra quam vir alias doctiſſimus, non recte ſatis, videtur accepiſſe vera eſt & iuridica cum paratam executionem, tam publicis quam priuatis rite in id conceptis inſtrumentis, tribuamus, ſaltem, quoad conceptionem Interdicti & mandati, ſalua recogni-
143 tione, &c. Et rectius ille ipſe † *lib.* 1. *q.* 35. *num.* 3. ex Seneca: Redde quod de-
144 bes, æquiſſimam eſſe vocem omnium gentium. Et quod à præcepto † hic incipere liceat teſtantur mandata ex imperiali Camera quotidie emanátia, de ſoluendo ſine vel cum clauſula: Et ſunt text. ſole meridiano clariores: *l. fin. §. ſin autem C. de bon. autor. iud. poſſ. l. Eum* 5. *§. Iulianus* 3. *ff. de conſt. pecun.* Eademq;
145 † eſt ratio manifeſtarum Conuentionũ: *text. l. ſi ſuper poſſeſſione* 9. *C. de tranſact. late poſt* alios Carpan. *ad ſtat. Mediolan. cap.* 156.

146 Denique ad hunc caſum, omnis † cauſa Notorii pertinet: In notorijs enim, vtpote quæ per ſe iam ſatis probata ac manifeſta ſunt, nec vlteriore vel probatione vel indagine opus habent, nec regulis iuris ſubiacent, iuris eſt,
147 ordinem † iuris non obſeruare, ſed à præcepto & mandatis inchoare, executionem maturando, etiam in criminalibus & pœnis *text. cap. ad noſtram* 21. *de iureiuran. cap. de manifeſta c. manifeſta* 2. *q.* 1. *cap. euidentia: de accuſat. l. ea quidem C. eod. late & eleganter* Hippol. *de Marſil. ad rubric. de probat. n.* 17. Thom. Grammat. *d. deciſ.* 36. *à num.* 41. *vſque ad* 59. *& ibi* DD. Dec. *conſ.* 544. *n.* 6.
148 Ant. Gail. 1. *obſ.* 39 *num.* 2. *& ſeqq. & paſſim alij*: Et ita accipiendum † eſt, quod aiunt, citationem non requiri, cum eſt notorium, vel ex actis conſtat poſſeſſorem nullum ius habere: *per ead. &* Achil. Perſon. *de adipiſcend. poſ. num.* 166. *& alij ad l. fin. C. de edicto* D. Adria. Zuchard. *num.* 131. Sapia, *n.* 609. Menoch. *adipiſ. rem.* 4. *q.* 56. *& recup.* 15. *n.* 259. *& de arbit. q.* 17. *in fin.*

149 Ordinarius † enim proceſſus rerum adhuc illiquidarum, & probationum deductionem requirentium proprius eſt: quod ſecus eſt in notoriis: quæ
150 ſolam † allegationem, vel propoſitionem deſiderant, iuncta deſuper petitione pro executione: releuant enim, ab onere probandi, nec vlteriores informationes vel demonſtrationes deſiderant: *per ead. & per l.* 1. *§.* 8. *ff. de dot. pre-*
151 *leg.* vbi † fruſtraneum eſſe dicitur, quicquid rei iam ſatis demonſtratæ additur *& eſt text. d. l. Ea.* 7. *C. de accuſ. gloſ. l. ciues C. de appel. Barth.* Iaſ. Curt. Socin. vt apud Menoch. *recup. rem.* 15. *n.* 264.

152 Quid autem † ſit notorium quæritur? Et breuiter definiendo, Eſt, quod vel rei, hoc eſt facti, aut iuris euidentia, vel legitimis probationibus, aut ex ipſis actis manifeſtum atque clarum eſt: *d. cap. ad noſtram.* late Grammat. *d. loc.* Vnde ab aliis deſcribitur quod ſit probatio iam probata, vel probatio indubitata & finita, nulla amplius diſcuſſione indigens: Capra, *tract. de notorio, in* 1. *memb.*

Digitized by Google

m:nb. Notorium † enim eſt, non diſputare ſed diſputatum eſſe, vt inquit Bald. 153
l. 1. C. quom. & quand. Iudex ſententiam proferre debeat. Et cum tota notorij
vis, ex legitimis probationibus non colligendis, ſed iam collectis & parenti-
bus depẽdeat: ſtatim efficitur, notoriũ ſiue ſit facti ſiue iuris, (vti diſtinguunt)
ex plenæ & legitimæ probationis ſpeciebus æſtimandum eſſe, quod ita fieri
poteſt: ſi ſpecies † notorii ponamus: 1. reſpectu euidentiæ ipſius facti perma- 154
nentis, quod nulla ratione celari poteſt, *c. euidentia: de accuſ. & 2. q. 1. c. mani-
feſte, & c. quoniam, de fil. presbyt. Innocent. cap. ex parte: de verb. ſignif.* 2. reſpectu
† publicorũ monumentorum, actorum, Inſtrumentorum: vnde dicunt, no- 155
torium eſſe, quod ex actis reſultat. 3. reſpectu propriæ † confeſſionis, propria 156
vel ſcriptura, vel confeſſione, apud acta, vel alias probantiſſima forma editæ &
receptæ. 4. reſpectu † ſententiæ & rei iudicatæ. 5. reſpectu eius, quod noto- 157
rie & publice conſtat, vt hunc vel illum eſſe talẽ & talẽ, ex ea ciuitate & familia
natum &c. 6. reſpectu † eius, quod coram plurib. factum eſt, palam eſſe factũ 158
dicitur: *l. heres palam ff. de teſt.* Vbi † de numero teſtium quæri poſſet quotnam 159
requirantur ad faciendum notorium? vbi alij duos legitimos & idoneos ſuf-
ficere aiunt: DD. vt apud Menoch. *d. remed.* 15. *n.* 266. alij plures, nouem ſcil.
vel decẽ *per ea quæ* Menoch. *de arbitrar. iud. quæſt. caſ.* 166. *n.* 2. *& fin.* Septimo di-
citur † notoriũ, reſpectu legis, ſtatuti, & conſuetudinis, quod notorium à iure 160
ipſo affirmatum vocitant: *ibid. n.* 5. Vide etiam Maſcard. *de probat. verb.* Noto-
rium: & tangit Contard. *d. l. vn. limit.* 9. *C. ſi de mom. poſ.* ſed quoniam † multa 161
dicuntur notoria quæ non ſunt, *c. conſuluit de appel.* Quemadmodum & eorum
quæ manifeſta & notoria dicuntur, quædam † ſunt nota iudici, & incognita 162
alijs quædam manifeſta alijs & occulta Iudici &c. *c. de manifeſta* 2. *q.* 1. Iccirco,
non tam ex ſupplicantis allegatione, † quam rei argumentorumque veritate, 163
ipſi iudici apparente, & non ex conficiendis, ſed iam confectis paratiſque pro-
bationibus, notorium eſt æſtimandum: Ita, vt veritatis præſumptio † man- 164
dato locum faciat: licet poſtea exceptionibus releuanter oppoſitis, notorium
quod videbatur, elidatur, & ſic notorium eſſe deſinat: *per ea quæ d. limitat.* 9.
n. 51. *& ſeq.* Omnia † enim Interdicta ac mandata, quantumuis ſine clauſula, 165
ſub & obreptionis vel alias proprias exceptiones admittunt, per ea quæ ſuo
loco diximus. Et cum paratis & confectis probationib. hic opus ſit (de noto-
rijs enim non ſunt quærendi teſtes, iuxta Ambroſ. *relatum, d. c. de manifeſta:*)
ſtatim † efficitur, teſtes, vel totum etiam populum, per ſe notorium non effi- 166
cere, antequam eorum atteſtata legitime & ſufficienter fuerint recepta & pu-
blicata: Ita, vt publicorum vel actorum vel documentorũ, quæ notorium præ-
ſumptiue inducunt, habeant autoritatem: Vnde † ſuper allegatione teſtiũ nec 167
dum finaliter receptorũ, nec notorium fundari poteſt, nec mandata executo-
rialia decerni debent: Niſi forte † quoad ipſum etiã Iudicẽ, & Iudiciũ res ipſa 168
ſit

ſit notoria & manifeſta: per ead. & Modeſt. Piſt. *lib.* 2. *conſ.* 6. *n.* 10. *& ſeq.* Quo
169 caſu † ipſa notorii cauſa, mandato aut ſententiæ inferenda: ne nulliter, vel ſine præuiis vllis probationibus decretum Iudex interpoſuiſſe videatur. Quam
170 uis † iudicem, cui ſoli ſine aliis probationibus de facto vel delicto conſtar, non recta condemnare, ſed teſtem ſaltem eſſe poſſe, alii volunt: per ea quæ Bodin.
171 *de rep.* 6. *cap fin. n.* 757. Cæterum † quomodo iuris notorium paratam executionem vel ſaltem Interdictum admittat, percipere licet in executione pœnæ, ipſo iure, vel ex lege aut ſtatuto impoſitæ: quia enim, hic, notorii vel probati delicti pœna, & ipſa eſt notoria: Illa patti tam abſenti, & non citatæ, quam præſenti ſoluenda iniungi poteſt: Panorm. Deci. Felin. Franc. *in capit. reprehenſibilis, de appell.* Maria. Socin. *de citat. in caſ.* 13. Hippol. *l.* 1 *col.* 30. *de rapt. virg.* Nicol. *d. concil. gloſſ. fol.* 83. Gabriel. *d. loc. lim.* 35. Quo etiam pertinet caſus
172 manifeſtæ † & rebellis contumaciæ: qui & ipſe in partem quantumuis abſentem, pro vt legitime conuicta fuerit, vel reputatur, interdicta & alia remedia executiua ſtringit: *ibid. lim.* 8. Iaſ. *d. l. nequicquam.* Alex. & Hippol. *d. l. de vno quoque: vterque ſub fin. & paſſim alij.*

173 Vndecimus † eſt caſus ſi præceptum fiat ſuper eo, quod parte altera præſente & inuita concedendum foret: Nam quoties actus explicari poteſt, deque eo diſponi, illo, qui contradicere & impedire molitur, etiam præſente & inuito, tunc etiam poteſt eodem abſente, ignorante & non citato: *text. l. qui poteſt inuitis*, vbi Dec. & alii *ff. de reg. iur. l.* 1. *l.* 4. §. *illud l. cum ſeruum* §. *ſi quis ſeruum* §. *ex iuſto ff. de fideicommiſſ. libertat. l. recuſare* 6. *l. apud* Iulian. 11. *l. ille à quo ff. ad Trebell.* Anton. Gabriel. *de citat. d. concluſ.* 1. *limit.* 16. *& ibi DD.* magno numero allegati: Gail. *lib.* 2. *obſer.* 142. *num.* 2. *& de pac. pub.* 1. *cap.* 5. *num.*
174 12. *& ibi DD.* Quo † caſu, mandata & interdicta, tam inhibitoria quam iuſſoria locum habent, Gail. *ibid.* quæ vtiliſſima, ſæpe etiam neceſſaria ſunt, iis in caſibus, quando quod non rato fieri ſolet, ij, qui in re, quam vel turbare vel morari aut impedire conantur, legitimam vel actionem vel defenſionem vel
175 formatum intereſſe non habent. Exempla † ſatis ſunt obuia & quotidiana: Ecce, ſi heres ab inteſtato tibi futurus, factionem teſtamenti concedere nolit, omnemque eo nomine difficultatem iniiciat, vel, ſi venditionem alias legitimam, nec de iure vel conſuetudine vllatenus prohibitam, impedire, aut re-
176 tractare, traditamque poſſeſſionem inuolare moliatur? Hic, † quod viuentis non ſit hereditas, liberrimumque omnes de ſuis rebus diſponendi habeant arbitrium: mandatis procedere licebit: *per l. in re mandata C. mandat. &c. l.* 1. *& tot. tit. ff. ſi quis aliq. teſtar. prohib.* ſic, non extantibus naturalibus & le-
177 gitimis liberis, poteſt pater † filium naturalem à principe vel comite Palatino, agnatis vel cognatis alias proximioribus, & ab inteſtato ſucceſſuris ignorantibus & inuitis legitimandum curare: Ergo agnatis & hoc nomine negotium faceſſentibus interdici poteſt: per ea quæ Gail. *d. obſ.* 141. *nu.* 1. *& ſeq.* late etiam

etiam Caſtrenſ. *Conſ.* 225. *in Christi nom.* poſt Barth. *in l. Gallus §. & quia ſi tantum ff. de lib. & poſthum.* & poſt eoſdem Iaſ. *in l. ſi quando C. vnde vi, num. 23. & ſeq.* vbi hunc † caſum, ad cauſas quoque ſpoliorum rectiſſime applicat, eo, 178
quod ſpoliatoribus ſine vlla præuia citatione reſtitutio ſit iniungenda: quod & ſi præſens ſit ſpoliator, non poſſit tamen iuſtificare factum ſuum, & obuiare diſpoſitioni *d. l. ſi quando, & ſimilium*: quæ reſtitutionem ſpolii, ante omnia requirunt & expoſtulant. Rot. *deciſ.* 287. *in nouis.* Imolenſ. *in c. fin. Quod met. cauſ.* Alex. *vol.* 1. *conſ.* 130. Caſus etiam † & text. ſingularis *d. l.* 1. *de fideicom.* 179
libert. vbi Vlpian. ſi quidam ex his, qui fideicommiſſam libertatem debeant, præſentes ſint, alii latitent: perinde is, cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt, liber erit, atque ſi ſoli, qui adeſſent, rogati eſſent: Et è contra, ſeruus heres inſtitutus, relicta libertate, hereditatem adire, & creditoribus ſoluere tenebatur: Ergo etiam inuiti & abſentes ad id cogi poterant: *text. d. l.* 4. §. 3. Illud videamus vtrum præſentes eſſe debent, qui libertatem acceperunt, an vero non? & cum inuitis illis poſſunt bona propter libertatem addici, vtiq; etiam abſentibus. Caſus etiam † *elegantiſ. in l. Quia* 4. *& l. recuſare* 6. *ff. ad Trebell.* 180
proponitur, & quidem talis. Etſi heres fideicommiſſo grauatus hereditatem, quam propter metum æris alieni, vel futuræ vexationis ſuſpectam habet, adire compelli nequeat: vetitus ſcilicet, ne damno afficiatur: tamen, ſi fideicõmiſſarius dicat, ſuo periculo adire, & reſtitui ſibi velle: cogetur heres inſtitutus à prætore adire & reſtituere hereditatem, *d. l.* 4. Idque non modo, † ſi 181
præſens heres adire & reſtituere recuſet, ſed etiam, ſi abſens, vel per epiſtolam recuſet: nam etiam aduerſus abſentes poſtulatur decretum: ſiue certior ſit eorum voluntas recuſantium adire & reſtituere hæreditatem, ſiue incerta: adeo præſentia eorum non eſt neceſſaria *d. l.* 4. in princ. Quo inuitæ † & co- 182
actæ aditionis & reſtitutionis caſu, actiones ex Trebelliano tranſeunt, nec quartæ commodo heres in reſtitutione vtetur: adeo vt hoc etiam reſpectu pleniſſime reſtituere cogi poſſit: nam cum alieno periculo adierit hereditatem, merito omni commodo arcebitur *d. l.* 1. *de fideicom. libert.* Quinimo & illos caſus † accidere docuit experientia: quod, notarius, habens penes ſe in- 183
ſtrumenta factæ donationis, vel tranſactionis, vel teſtamenti: illa donatario, ſtipulatori, heredi, vel illi, qui de ſuo intereſſe plene ſatiſque docebat, edere vel exhibere detrectauerit: per rationem, quod hoc ei à quodam, vti aſſolet fieri, contradictore, legitimum tamen formatumque intereſſe non habente, teſtato & ſub pœnis proteſtationum interdictum eſſet: quinimo quod arreſtum etiam, taliter qualiter iniectum: quo facto contradictor ille in militiam vel alio ſe contulerat: Et cum tam notarius, quam contradictor, validum ſuæ intentionis ius non haberet, iſthoc etiam abſente, editio, per præceptum, & recte iniuncta eſt. Ecce ſi tres † ſint fratres, quorum vno abſente, alter omnẽ 184
patris defuncti hereditatem, bonaque occupet: & cum fratre tertio, nullam

Digitized by Google

vel rationem vel diuiſionem inire velit, niſi donec frater abſens redeat: An
hic, fratre diutius emanente, tertio illi per præceptum prætoris conſuli non
poſſit? Et omnino poterit: cum huic, ſua portio, iam formata, atque libera
185 debeatur, etiamſi frater ille vel abſens ſit, ſiue præſens &c. Vnde † apparet
vtiliſſimum eſſe & hunc Interdicti caſum. Ita, pro legitima ac neceſſaria pro-
186 ceſſus & adminiſtrandi † iuris ratione, litis conteſtatione, reſponſionibus,
iuramentis, probationibus item in cauſis appellationum, editione actorum
187 opus eſt, per notiſſima: Ergo & hiſce † & ſimilibus caſibus omnibus, inter-
dicta tantopete ſunt fundata, ad præcipiendum ac mandandum, idque ſub pœ-
nis: vt nulla prorſus citatio vllatenus præmittenda requiratur: Quod ſci-
licet eiuſmodi caſibus tam in abſentes, quam præſentes iudex decernere poſ-
ſit & interloqui: DD. vt ap. Gabriel. *d. l. lim. 36. & ſeqq.*

188 Duodecimus † & poſtremus caſus eſt ſcandali: non quidem armo-
rum, ſeditionum, ac tumultuum, de quibus ſupra: ſed vitæ, morumque, vel
cuius alterius facti inconuenientis, non tantum ſpiritualiter, ſed etiam poli-
189 tice quem offendentis: quo nomine † ſcandalum definiunt: Quod ſit fa-
ctum vel dictum minus rectum, præbens occaſionem non tantum mali ex-
empli & conſequentiæ, ſed cuiuſcunque offenſionis, tam politicæ quam ſpi-
190 ritualis vel Eccleſiaſticæ. Sic ſcandaloſum † & omnibus bonis offendiculo
eſt, oſſa hominum mortuorum, & legitime ſepultorum humi eruta, per pla-
teas, vel extra portas &c. diſpergere: quo nomine & Diui fratres edicto ad-
monuerunt, ne iuſtæ ſepulturæ traditum corpus inquietetur: *l. Diui 39. ff. de
relig.* Quemadmodum & officium præſidis eſt, ne oſſa mortuorum vexentur:
191 text. *l. præced. 38. ibid.* Ergo, ſi corpora † oſſaue hominum terra condita, in-
quietare vexare aut illegitime tractare quis præſumpſerit, ille, vt olim, ita ad-
huc hodie, pœnalibus mandatis coercendus: quod ſacra etiam Imperialis
Camera ſuis præiudiciis, quorum aliquot memini, confirmauit. Sic ſenator,
192 † arenariam ducere, & filia ſenatoris arenario vel viliori perſonæ nubere pro-
hibebantur: ratione ſcilicet ſcandali, quo ſenatorius ordo grauaretur: *per l.
193 manifeſtum C. de nupt. l. 3. §. 1 ff de donat. int. vir. & vx.* Ita † ſcandaloſum eſt,
in repub. tum rebellionis, inobedientiæ, & contemptus, ſenatorii ordinis
quoddam quaſi ſeminarium: ſi, in ciues, atque ſubditos contumaciores non
recte animaduertatur: pœnæ dicantur dicis gratia, & ſine executione: ſi æqua-
lia peccata æqualiter non plectantur: ſi proſopolepſia regnet: Ergo ſi iudex
ſuperior, in iudiciis inferioribus eiuſmodi *ἀταξίαν* videat, interdicere poteſt:
194 per text. elegantiſſimum, Nouel. 17. quemadmodum & † ſenatus collegam
iubere atque cogere, vt à laſciuiis, moribusque toti ordini detrectantibus ab-
ſtineat, ſibique moderetur. *arg. l. 1. §. 2. l. 2. l. 6. ff. Quod cuiuſque vniuerſ. nom.
195 l. Imperator 11. l. ordine 15. l. magiſtratus 25. &c. ff. ad municip.* Et huc † perti-
nent, vel potius hac ex claſſe deſumpti ſunt, omnes tituli atque canones, vel

decreta

Digitized by Google

decreta iuris canonici, quibus in clericos negligentes, luxuriantes, non reſidentes &c. Prælatorum interdicta pœnæque ſtringuntur. Ita vt ad politica redeamus, non leue eſt ſcandalum, † quo præſertim peregrini & aduenæ of- 196
fenduntur, ſi in ciuitatibus, & illis quidem, quæ aliquo alias numero haberi volunt, viliſſima, aut non certa ſint diuerſoria: ſi plateæ fimetis & ſterquilineis fœteant: vel, vbi ſtratæ eſſe debebant, lacunis & rupturis tranſitum difficiliorem præbeant &c. Hiſce † igitur caſibus, veteri Iure Romano, ædiles & 197
magiſtratus, mandatis pœnalibus procedebant: per ea quæ de via pub. ſuo loco dicemus: quo Interdicto, † ratione ſcandali, ne quidem in via rixari per- 198
mittebat prætor. Sic executiuis † proceſſibus cohiberi poſſunt & debent, 199
helluationes, ſcortationes, & alia crimina, facta denique omnia, malum exemplum vel ſcandalum præbentia. Vbi tamen, ratio † habenda, veri & ficti 200
ſcandali, item dati & accepti: & ne ſub vaniſſimo ſcandali prætextu, veritas, vel ius naturale, præſertim vero diuinum violetur: Sæpe † enim ſcandala ac- 201
cipiuntur vel reputantur & habentur, quæ non ſunt: Sicut Pharaſei ſcandaliſabantur ſuper doctrina Chriſti, & propterea apoſtolis interdicebant, ne populo prædicarent. Ita adhuc hodie † Turcæ & ſimiles ſcandaliſantur ex veriſ- 202
ſima Eccleſiæ doctrina de ſacroſancta trinitate, de perſona, paſſione, & merito Chriſti θεανθρώπου. Quamuis † propter ſcandalum, politice, multa in- 203
terdum ferenda, quæ non modo contra ius poſitiuum, quod vulgariter tradunt, ſed ratione neceſſitatis, etiam contra ius gentium, & naturale: vt, cum, propter multitudinem peccantium, pœna omni iure promerita, cõdonatur: vel peccatis cũ violentia aliqua graſſantibus, quoad pœnam conniuetur. Felin. *d. cap. 2. num. 2. & ſeqq.* Atque † iſta quidem pro declaratione quatuor ca- 204
ſuum in ordinat. d. titul. 23. part. 2. propoſitorum, tum etiam pro commonſtratione ſedium, fontiumque & locorum, ex quibus tam Interdicta, quam mandata, quæ ſine clauſula vocantur, deprompta ſunt, & quotidie pro caſuum & circumſtantiarum varietate depromi ſolent, hic dixiſſe ſufficiat. Ex quibus † ſatis apparet, caſus Interdictorum, vel mandatorum ſpecialiſſimos, 205
qui vel in quatuor ordinationis, vel duodecim hoſce à nobis deductos incidere poſſunt atque ſolent, tam varios multiplicesque eſſe: vt iuxta verba conſtitut. Imperii, de anno 1594. ne quidem numerari, omneſque recenſeri queant.

COMMENTARIUS V.

An & quatenus officium Iudicis tribuat Interdictum? *Ad l. 1. ff. de Juriſdict. om. iudic. &c.*

SVMMARIA.

1 *Officio iudicis ſingulare poſſeſſorium remedium tribuunt* DD.
2 *Anne illud officium ex caſibus ſupra relatis dependeat?*
3 *D'D. magna eſt autoritas, vt ad intereſſe teneatur, qui contra communem agat.*
4 *Multi caſus, vbi extra obligationem officium iudicis tribuit actionem:*
5 *Nulla alia actione praſuppoſita.*
6 *Actio & iudicis officium diuerſiſſima ſunt remedia.*
7 *Quibus omnibus contradicit* l. obligationes 17. de oblig. & act.
8 *Qua* l. non de obligat. *vel reprobatis vel inutilib. ſaltem loquitur,*
9 *Sed de ipſis internis tam action. quam obligationis viribus.*
10 *Omnes tam actiones quam obligationes deſcendunt ex contractu vel q. delicto vel quaſi.*
11 *Vnde & interdicta eiſdem ex fontib.*
12 *Officium pratoris extra caſum obligationis parum operatur.*
13 *Iudex vt nudus miniſter legis, nihil amplius quam ipſa lex dare poteſt.*
14 *Actio quidem certa & ſolennis deficere poteſt:*
15 *Vbi tamen non officium iudicis ſed ius ipſum tribuit actionem.*
16 *Declaratur* l. Qui per colluſionem 49. in fine de act. empt. & num. ſeqq.
19 *Vſura ſi extra obligationem ſolo iudicis officio peti poſſent, etiam poſt iudicatum adiudicari poſſent.*
20 *Iudicis officium nihil aliud eſt quam nobile legis miniſterium.*
21 *Officium iudicis, ſemper, ſi non veram conuentionis, tamen quandam facti obligationem deſiderat.*
22 *Iudicis enim officium eſt latiſſimum: & n. 23. & ſeq.*
25 *Officio iudicis continetur interdicere:*
26 *In poſſeſſionem mittere.*
27 *Iudicem, vbi opus eſt, dare: vel ipſum cognoſcere & expedire n. 28.*
29 *Heredes cogere, vt ſepeliant defunctum, legata praſtent.*
30 *Praceptorib. & medicis ſalaria decernere: & n. 31.*
32 *Procuratores inhabiles repellere, & alia agere qua proceſ. requirit: n. 33.*

34 *Res hereditarias mobiles aut perituras venire iubere: & n. 35.*
36 *In finium controuerſiis menſores mittere.*
37 *Officium iudicis in bon. fidei iudiciis tantum valet quantum in ſtrictis actionibus ipſa ſtipulatio.*
38 *Obligatio & officium iudicis æquiparantur:*
39 *Iudicis officio continetur, vt condemnet vel abſoluat.*
40 *Multi ſunt caſus quibus iudex etiam non imploratus ex officio tenetur procedere:*
41 *Non ſuo, ſed legis iuſſu & arbitrio:*
42 *Officio iudicis continetur: vt in caſibus permiſſæ priuatæ reſiſtentiæ vel defenſionis, ipſe exſequi iubeat.*
43 *Et vt manu militari cogat contumaces.*
44 *Vaniſſimum eſt DD. commentum quod iudicis officium aliud nobile, aliud mercenarium faciant.*
45 *Iudex vltra vel præter legis imperium tanquam iuris ſaltem miniſter & exſecutor nihil poteſt, vel & debet agere.*
46 *Omne boni iudicis officium nobile & ſanctum: Cum ipſa etiam iudicia non homini tantum, ſed ipſi Deo exerceantur.*
47 *Mercenarium iudicis officium ad inferos relegandum.*
48 *Vti & mercenaria decreta; mercenarii teſtes.*
49 *Boni iudicis officium, ex Ambroſ.*
50 *Iudex ſemper æquitatem ante oculos habere debet:*
51 *Sed vt æquitatis cenſura non ſuo ex cerebro, ſed ex iure repetatur.*
52 *Æquitas iuri ſcripto repugnans non conſideratur.*
53 *Vbi interdicta locum non habent, neque ibi iudicis officium: num. 54. & ſeqq.*
57 *Remed. recup. vel redintegrand. iudex ex officio ſuo nemini dare poteſt, niſi cui lex ipſa id pollicetur.*
58 *Omnes caſus, qui à Menoch. & aliis officio iudicis aſcribuntur in remed. finalib. tam recup. quam retin. & adipiſ. ad claſſes interdictorum pertinent: n. ſeqq.*
61 *Vaniſſima aſſertio, iudicis officio ordinem iuris non obſeruari.*
62 *Iudex tanquam lex loquens & ſagaciſſimus iuris ſacerdos, ad quid teneatur.*

QVia † vero in officio quoq; iudicis, Doctores plerique ſingularia interdictorũ poſſeſſoriorũ remedia collocant: per eaquæ poſt alios Iacob. Menoch. *in remediis finalib.* Adipiſcendæ, Retinendæ & Recuperandæ latius perſequitur; Icciɾco præmiſſæ homiliæ interdictoriæ, & hæc ipſa nunc proxime ſubiungenda eſt: Anne † igitur præter cauſas, fontes, & caſus ſupra relatos, adhuc 1 2

Digitized by Google

adhuc alij ſint, qui, extra & præter eoſdem, ex ſolo, & quidem fortaſſis nobili, quod aiunt, iudicis officio dependeant? Et ita videri poſſet: non modo
3 propter communem DD. † autoritatem & ſententiam: cui ſane plurimum debetur: adeo, vt parti ad intereſſe teneatur, qui contra eam iudicet: per vulg. Sed etiam propter notoriam ac manifeſtam ipſius iuris diſpoſitionem, ipſorumque iuris conditorum traditionem: Qua ſatis ſuperque in-
4 ſinuatur, eiuſmodi ſæpiuſcule caſus † fieri obuios, quibus, obligatione ac proinde & actione deficiente, nobile iudicis officium actionem det, ſiue porrigat, tribuatque: *per text. expreſſ. l. quæro* 54. *Digeſt. locat. l. Qui per colluſionem* 49. *in fin.* pretij ſorte ſoluta, vſuræ peti non poſſunt, cum hæ non ſint in obligatione, ſed officio iudicis præſtentur, *Digeſt. de act. empt. l.* 8. *Digeſt. de eo, quod cert. loc. l. Seruos, Digeſt. de alim. leg. l.* 7. *Digeſt. de an. legat. l. Imperator* 50. *in fin.* ibi: *Officio iudicis, Digeſt. ad Trebell.* Idque in tantum,
5 † vt eiuſmodi Iudicis officium, nullam prorſus aliam actionem præſupponat: quod tam recentiorum quam veterum Doctorum ſcholæ perſonant: per ea, quæ poſt alios Neguſant, *de pignor.* 4. *princip.* 2. *num.* 51. Gothofred. *ad d. l. Qui per colluſionem in fin.* Anton. Hering. *de fideiuſſorib. cap.* 10. *numer.* 19.

6 Atque ita † actio & iudicis officium diuerſiſſima ſunt remedia: vt, licet à lege, in caſibus quibuſdam negetur actio non tamen & iudicis officium: Barth. & com. DD. *in l.* 5. *vbi* Iaſon. *num.* 8. Deci. *num.* 27. *ff. de iuriſdict. omn. iud.* Menoch. *remed. recup.* 1. *ſub num.* 7. *per leg. plane, ff. de petit. hered.* Qui-
7 bus † ex diametro contradicit *text. in l. obligationes* 27. *ff. de obligat. & action.* vbi Vlpian. obligationes, ait, quæ non proprijs viribus conſiſtunt, neque officio iudicis, neque prætoris Imperio, neque legis poteſtate confirmantur.
8 Quam † legem, licet Accurſ. & plerique alij, de obligationibus ſaltem accipiant ipſo iure, vel reprobatis: veluti de homicidio vel furto faciendo: gl. *ibid:* vel per ſe inutilibus, *l. Nec ex prætorio, & l. pen. ff. de R. I.* Eam tamen, † de in-
9 ternis ac proprijs omnium, tam obligationum quam actionum viribus generaliſſime loqui, textus ipſe clariſſime arguit. Quod & inde compro-
10 batur: Quod omnes, ad vnum omnes, tam obligationes, † quam actiones deſcendant ex contractu vel quaſi, tum ex delicto vel quaſi: vt rectiſſime ac theoricopractice tradit Iuſtin. Imper. *in princip. Inſtit. de obligation. quæ ex de-*
11 *lict. proficiſ.* Vbi abeſſe nequit, quin † & interdicta, ex contractu vel quaſi, delicto ſiue maleficio, vel quaſi, proprijs ſuis, non alienis facti vel obiecti vinculis innodata ſint: argumento omnium titulorum atque iurium de in-
12 terdictis loquentium. Vt ſic † Prætoris officium, extra vel præter obligationis caſum, nihil valeat operari. Idemque probant tituli tres, extra: *De offic. iudic. ordin. de offic. iud. deleg. de officio Iudicis.* Omnis enim magiſtratus,

atque

atque Iudex, dummodo recte faciat, non ſuæ voluntatis, iudicij vel æſtimatio-
nis, ſed legum, æquitatis, & iuris miniſter eſt, & executor; Nihilque † am- 13
plius cuiquam vel dare poteſt, vel adimere, quam Iura atque leges permit-
tunt, iubent, poſtulant: Hoc cum facit, Officium Iudicis facit; ſuum vero
arbitrium, ſuamque pro lege, voluntatem, ſi ſequatur, odio forſan, fauore,
dolo, vel vi, inique inſtitutam: Officium facit, non Iudicis, ſed latrunculi
& prædonis, ſceleroſi ac nefarij hominis, etiamſi millies præturam vel ma-
giſtratum gerat: *§. ſi vero contingit. Auth. vt nulli iudic. l. iudices*, 12. *Cod. de
dignitat.* Papon, *lib. 6. arreſt. tit. 2. arreſt.* 14. Et quamuis † actio ſæpe, 14
qua vtamur, propria, certa, & ſolennis, puta, ex locato, commodato, præ-
ſcriptis verbis, &c. ob defectum verbalis ſiue conceptæ obligationis, ſæ-
piſſime deficiat: Tamen, non iudicis officium, ſed ius ipſum tribuit actio-
nem: quæ † nomine quidem, reſpectu aliarum actionum, quotidianarum 15
forte careat: ſed non legibus, non æquitate, non ratione iuris, iuſti bo-
nique autoritate: qua vel ad cognoſcendum, vel etiam ſimul ad interdi-
cendum, præcipiendum, mandandum, & recta exequendum procedere lice-
at: *per d. l. obligationes*, & omnes interdictorum titulos: *& per d. l. qui per colluſio-
nem 49. in fin.*

Etſi enim vſuræ, † non ſunt in obligatione verbis concepta: tamen 16
ſunt in tacita obligatione facti, ob moram: quam iudex, ſi modo vſuræ in
actionem deductæ, in pronunciando attendere debuiſſet: Quod † cum 17
non fecerit, peti amplius non poſſunt: Non, quod in cauſſa actionis & pro-
inde etiam obligationis non fuerint: ſed quod Iudex ſemel, ſuper cauſſa vel
actione, dicta ſententia, functus iam ſit officio: per notiſ. Adeo, † *vt d. l.* 18
49. §. 1 per quam maxime, d. ſententiam vel potius aſſumptionem infrin-
gat: Quod ſcilicet, etiam, poſt iudicatum in cauſſa, † vſuræ peti poſſent, 19
ſi ex nobili iudicis officio venirent: vtpote, quod, dicta etiam ſententia, o-
mnium maxime perdurat, ſed & durare & vigere debet, ad faciendam exſe-
cutionem.

Vt ſic omne boni Iudicis officium, † per omnia & vndiquaque, nihil 20
aliud ſit, quam nobile & regium iuris & iuſtitiæ miniſterium. Atque ita re-
ctiſſime Doctores licet, inquiunt, iudicis officium, † in quibuſdam, veram 21
ex verborum conuentione profectam obligationem non præſupponit: præ-
ſupponit tamen, quaſi obligationem: gloſſ. *l. ſi ſeruum, §. fin. verb. peti poſſunt*:
vbi & Alex *ff. de verb. oblig.* Gomez. §. 1. *num.* 32. Inſt. *de action.* Menoch. *recup.
rem. 1. num.* 8.

Vnde, Iudicis officium † eſſe latiſſimum, ait Vlpianus: Nam & bo- 22
norum poſſeſſionem dare poteſt, & in poſſeſſionem mittere, pupillis non ha-
bentibus tutores conſtituere, Iudices litigantibus dare, *l. 1. ff. d. iuriſd.* Et idem
Vlpian. *l. vtifrui, in fin. ff. ſi vſufr. pet.* Quid ergo, eſt † officium iudicis, ait, quã hoc 23
vt ſe-

vt ſecurus conſequatur fructuarius fruendi licentiam, proprietatis dominus,
ne inquietetur, *text. l.* 7. Harum actionum euentus hic eſt, vt Victori, officio
Iudicis, aut res præſtetur, aut Cautio. Res ipſa hæc eſt, vt iubeat aduerſarium
Iudex emendare vitium parietis & idoneũ præſtare, &c. *ff. ſi ſeruit. vendic. Et l.*
24 *ſemper* 15. §. *Hoc interd.* 7. Officio † autem Iudicis ita oportere fieri reſtitutio-
nem iudicandum eſt, vt in omni cauſa, eadem conditio ſit actoris, quæ futura
eſſet, ſi opus, de quo agitur, neque vi neque clam factum eſſet, *ff. Quod vi aut*
25 *clam.* Ita ſi quis † cum damno alterius locupletari vel duplex lucrum percipere
conetur: Officio Iudicis continetur interdicere. *l. ſi vulnerauerit* 43. *ff. locat. l. cum*
Is 44. *l. illud* 40. *ff. de hered. pet. vel in integrum reſtituere, l. in contractibus*, vbi male
Sichard. C. *Quibus ex cauſ. maior.* Ita ſi intra diem à Prætore conſtitutum, damni
26 infecti † non caueretur: In poſſeſſionem actor mittebatur, *l.* 4. §. 1. *ff. dam. inf.*
Prætoris tamen vel præſidis officium erat, diem cautioni præſtitutum, ſi fini-
retur, ex cauſa (& non ſolo ſuo præiudicio) vel renouare vel protelare: Et ſi
localem res exigeret inquiſitionem, ad magiſtratus municipales, hoc remit-
27 tere, *ibid. in princ.* Ita † rem damni infecti præſes vel Prætor, ſuæ iuriſdictioni
reſeruabat: tamen, ſi celeritatem deſideraret, & periculoſa dilatio Prætori vi-
deretur, ſi ex hac cauſa iuriſdictionem ſibi reſeruaret: magiſtratibus munici-
palibus non ſolum cautionem & poſſeſſionem, ſed omne negotium recte de-
legabat: Ex officio puta ſuo: quod iuri & æquitati debebat: *Ibid. in principio:*
28 Eademque † ratione, ordinaria alias iudicia, extraordinaria facere poterat,
vel vtique ex officio tenebatur: ſi res deſideraret, vel magna cognitione non
29 indigeret: Et per ipſum Prætorem commodius expediri poſſet. Sic ex † offi-
cio Iudex cogit heredes ſepelire defunctum: *l. 1. vbi Barth. num. 1. ff. fam. erciſc.*
Et ſoluere legata, ad pias cauſas, etiam nemine petente *l. Nequicquam*, § *ſeruare,*
30 *vbi* Barth. *num. 2. ff. de offic. Proconſ.* ſic officio † Iudicis continetur, Præcepto-
ribus, medicis, &c. ſalaria decernere, etiamſi conuentio expreſſa, qua petantur
deficiat: *l. 1 & paſſ. ff. de var. extraord. cog. l. ſalarium ff. Mand. l. properand.* §. *Illo pro-*
31 *cul*, C. *de Iudic.* Licet enim † expreſſa forte conuentio deficiat, tamen tacita
non deficit: Cum ipſo facto, ipſoque medicinæ vſu, obligatio ſit contracta:
32 Ita Iudex ex officio † & debet & poteſt repellere procuratorem notorie inha-
bilem, & alia agere, quæ proceſſus deſiderat, *l. 1. & ibi* Barth. *nu. 5.* C. *vt quæ de-*
33 *ſunt aduocat.* Sic † terminos, in proceſſu præfigere, contumaces pœnis coerce-
re, in caſibus neceſſitatis, examina ad perpetuam rei memoriam decernere of-
34 ficium eſt Iudicis: *per notiſſ.* Quo eodem officio † etiam continetur, iubere
rem hereditariam, præcipue mobilem, venire, pecuniamque ex pretio reda-
ctam ei numerari, cui legata eſt, vel debetur, *l. officio* 26. *ff. famil. erciſcund.* Ca-
35 ſus etiam ſingularis, † *in l. Quintus* 7, *in fin. ff. de an. legat. Et in princip. Inſt. de ſuc-
ceſſ. ſublat.* Vbi creditoribus poſt abrogatas ordinarias actiones, officio Iudicis
36 dari dicitur, bona poſſidere, &c. Ita ad officium † Iudicis de finibus cogno-
ſcendis

Digitized by Google

ſcentis pertinet, menſores mittere, & per eos dirimere ipſam finium quæſtio-
nem, vt æquum eſt, ſi ita res exigit, oculiſque ſubiectis locis, *l.8.ff.fin.reg.* Et
tantundem † in bonæ fidei Iudiciis officium Iudicis valet, quantum in ſtipu- 37
lationibus, nominatim eius rei facta interrogatio, *l.quia ff.de negot.geſt.Quo per-
tinet* † *l.deducta* 58 *in pr.* Vſuræ præteriti temporis, quæ in obligatione, vel of- 38
ficio Iudicis fuerint, computabuntur, *ff.ad Trebell. text.etiam ad ſuperiora ſingu-
laris l.ſi cum dotem* 22.§.6.*ibi*: ideo † officium Iudicis interponendum, vt ſci 39
licet cognoſcat, an & quatenus patri pro repetenda dote filiæ, actio detur, *l.in
Inſulam* 42.*in fin.ibi*: nec officio Iudicis abſolutio continetur *ff.ſol.matrim.* Vn-
de rectiſſime Ouid. 1. Triſt. *Iudicis officium eſt, vt res, ita tempora rerum
Quærere: quæſito tempore, tutus eris.* Sunt quidem † multi caſus, quibus Iudex 40
etiam non imploratus, vel citra partis inſtantiam, & ita nobili, quod eatenus
ſingulariter extollunt, officio, hoc vel illud agere, & Ius miniſtrare tenetur:
De quibus Zaſ.*l.dies cautioni*, §.*in eum, num.* 9.*ff.de damno infect.&c.* Sed enim
† illi ipſi caſus, ex ipſa Iuris diſpoſitione, adeo ſtringunt Iudicem, neque minus 41
obligatum tenent, quam in alijs caſibus contradictorijs, ipſa partis Implora-
tio ac ſollicitatio: *per prædicta: text.etiam* † *clariſſ.in l.ſi alius* 7.§.*belliſſime, in fin.* 42
ff.Quod vi aut clam. Vbi dicitur, quod proprij facti demolitio, non aliter proce-
dere debeat, niſi ex magna & neceſſaria cauſa: alioquin hæc omnia officio Iu-
dicis celebrari oportere, *l.ſi priuſquam* 15.*ibi*: officio Iudicis continebitur, ut
cauere aduerſarium iubeat, *ff.de noui oper.nunc.l.*68. Qui † reſtituere iuſſus, 43
iudici non paret, contendens non poſſe reſtituere, ſiquidem habeat rem, ma-
nu militari, officio Iudicis, ab eo poſſeſſio transfertur, & fructuum, omniſque
cauſæ fit condemnatio, *ff.de Rei Vindic. Quibus* † luce meridiana clarius effici-
tur: vaniſſimum, eſſe DD. noſtrorum commentum: quod, Iudicis officium a- 44
liud mercenarium aliud nobile conſtituant: & quod in hoc ſingularia tam adi-
piſcendæ & retinendæ quam recuperandæ remedia collocent. Cum tamen
Iudex tanquam † miniſter & exſecutor legis atque iuris, ne in claſſicis qui- 45
dem ordinariarum actionum, nedum regijs prætorijſque Interdictorum pro-
ceſſibus, vltra vel præter legis atque iuris rationem quidquam recte decernat,
vel & poſſit aut etiam debeat decernere: per prædicta, tum alia in vniuerſum
iura omnia tam diu na quam humana. Quibus, † omne boni Iudicis officium 46
(vtpote, quod non homini, ſed Deo ipſi iudicia exerceantur) non modo no-
bile, ſed diuinum quoque & ſanctum aſſeritur: mercenario † officio ad infe- 47
ros relegando, & ijs iudicibus deputando, qui mercenariam iudiciorum pra-
xin colunt, non tam iure & legibus, quam vel lucelli aucupijs, vel & v, fraude,
fauore, odio, &c. inſtructam. Qualiter † Cicero mercenarium Prætoris de- 48
cretum nominat: *in Verr.& alibi* mercenarios teſtes, *in Epiſt.* Vnde Ambroſ.
in c.4.Iudices,3.q.7. Bonus, † ait, iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſticæ 49
propoſito voluntatis, ſed iuxta leges, & iura pronunciat, ſtatutis iuris obtem-

perat, non indulget propriæ voluntati, nihil paratum, & meditatum, domo
defert, ſed ſicut audit, ita iudicat, & ſicut ſe habet negotij natura, decernit:
obſequitur legibus, non obuerſatur, examinat cauſæ meritum, non mutat. de-
nique qui iudicat, non voluntati ſuæ obtemperare debet, ſed tenere quod le-
50 gitim eſt. Hinc licet Iudex, † vtpote, quod ſui officij eſt, ſemper æquitatem
ante oculos habere debet *l. quod ſi 4. ff. de eo quod cert. loc. l. ſemper, l. quoties, l. capi-*
51 *enda, l. ambiguu, l. in omnibus, ff. de reg. iur.* Tamen † & illa æquitatis cenſura,
non ex proprio cerebro, ſed ex iure & ratione ſumenda iuſtiſque non temera-
52 rijs decretis temperanda eſt: *per text. d. l. quoties* 86. Cum † æquitas, iuri ſcripto
repugnans, non conſideretur: per ea quæ Menoch. *recup. rem.* 1. *num.* 2. *&* 4.
53 Atq; † ipſius eſt, quod vbi interdicta locum non habent, neque ibi officium
54 iudicis quod inſtar eſt, competere valeat. Vnde † ex officio iudicis quantum-
uis maxime implorato non detur immiſſio, ex teſtamento raſo vel cancellato:
55 DD. vt apud Menoch. *remed. adip. fin. n.* 45. Vel † ad beneficium ex ſola ſigna-
56 tura, aut titulo inualido *ibid nu.* 39. 41. Vel † vbi obſtat notorij criminis exce-
57 ptio: *num.* 50. Sic remedium retinendæ † non datur etiam ex officio iudicis,
aduerſus naturaliter poſſidentem lite pedente illi qui ciuiliter ſaltem poſſidet:
Menoch. *remed. retin fin. n.* 17 vel cui ipſa iuris præſumptio aduerſatur: *nu.* 21.
58 *&* 24. Qualiter † nec remedium recuperandæ aut Redint. ex officio iudicis
datur, niſi illis, quibus id ipſa iuris ratio indulſit: per ea quæ luculéter deduce-
59 mus ſub remedijs recuperandæ. Vbi † omnes caſus, quos Menoch. poſt alios
iudicis officio tribuit, *recup. remed. fin.* ad proprias ſuas ſedes referemus. Quo-
60 modo & † caſus *in remed. finalibus adipiſc. & retin.* ab eodem Menoch. iudicis
officio tributi, ſuis, ex quibus interdicta deſuper petantur, edictis vel reſcriptis
61 prætorijs plane non carent. Vti etiam † vaniſſimum eſt, quod generalius aiunt,
in officio iudicis non obſeruari ordinem iuris, neque libellum requiri, &c.
Iſthæc enim omnia, non aliter ſibi conſtant. quam manifeſto iure, quod hiſce
Commentarijs elucidare ſatagimus comprobetur. Eo hic tamen pro Coro-
62 nide obſeruando, Quod iudicis † officium eatenus & implorare & laudare,
& tam in foro quam ſcholis retinere liceat, quatenus iudex, tanquam lex lo-
quens, & ſagaciſſimus, qui eſſe debet, iuris & iuſticiæ ſacerdos, præſertim de-
ſuper imploratus omnes iuris æqui bonique receſſus media & remedia excu-
tere tenetur, quibus partium deſideria ſubleuentur: etſi illæ, ad rectam ſiue
veram facti narrationem, ipſa quæ poſtulant iuris remedia non intelli-
gant, nec nominatim allegent, quod prædicti & omnes alij
de iudicis officio loquentes textus clariſſime
arguunt.

COM.

COMMENTARIVS VI.

An interdicta locum habeant, ijs caſibus, quibus alias actio ciuilis competit? ad l. interdictum, ff. de precar. &c.

SVMMARIA.

1 *An interdicta iis ſaltem caſibus prodita vbi nulla ciuilis actio?*
2 *Affirmari videtur ex legibus ibi relatis.*
3 *Quæſtio hæc inter veteres iureconſultos valde controuerſa: vid. infra num. 29. & 30.*
4 *Lex niſi in caſu neceſſario noua non adhibet remedia.*
5 *Prætor nihil inducit fruſtraneum.*
6 *Interdicta etiam iis caſibus recepta vbi alias actio ordinaria ciuilis eſſet.*
7 *Probatur hoc legibus longo ordine relatis ibid. à n. 7. vſque ad 24.*
24 *Quoties tractatio negotii ob liquidas & receptas iure qualitates per ſe clari & notorii celeritatem meretur, ibi (miſſis ordinariis ciuilib. actionibus) prætoriis interdictis proceditur.*
25 *Vel etiam extra omnem prorſus ordinem, manu militari: & n. 26. 27.*
28 *Remedium ciuile non facit ceſſare prætorium, quando hoc illo pinguius:*
29 *Vel commodius: ad reprimendam litigantium improbitatem: Quo nomine Prætor per interdicta valuit inclareſcere.*
30 *Interdictorum doctrina tanquam vtiliſ. & neceſſaria ſpecialiſ. & notabilem tractationem poſtulauit.*
31 *Notabiliter quæ ſunt ſpecialiter notanda, ne videantur neglecta.*
32 *Interdicta etiam maximam ciuilitatis publicæque pacis rationem, in eo, habent, quod ſecus ac multæ ciuiles vel aliæ ordin. actiones, non infament: ſed publice ſaltem, ac humaniter, de reſtituendo, de non turbando agant.*
33 *Ad leges contrarias in principio citatas quintuplex datur reſponſio:*
34 *Vel enim duplex lucrum præſupponunt: vel caſum ſingularem: & n. ſeq.*
35 *Retentiones multis caſibus fiunt vbi aliæ actiones deſicerentur.*
36 *Vel loquuntur in caſu quo per legem prætoriam nihil noui aut ſingularis remedii affertur.*
37 *Vel loquuntur in caſibus, non à præcepto, ſed citatione inchoandis.*
38 *Vel loquuntur per oppoſitionem extraordinarii antiqui per manum milit. & ordinarii remedii: quod interdictorum quoque fuit: & num. 39.*

40 *Vel perperam citantur, non ab illa, ſed hac noſtra ſententia facientes.*

41 *Sunt bonorum poſſeſſiones prætoriæ:*

42 *Quæ petitorium quidem continent, ſed poſſeſſorium cumprimis præparant.*

43 *Interdicta etiam, tam olim, quam hodie loco ciuilis ordinariæ actionis intentari poterant.*

44 *Poſſeſſionis quoque ius ſub lata dominii ſignificatione venit.*

45 *Cuius reſpectu etiam in poſſeſſoriis dantur vindicationes:*

46 *Et condictiones: n. 47. 48. & 49.*

50 *De poſſeſſione agitur per actionem, interdict. vel præiudicium; & n. 51.*

52 *Vel per Exceptionem.*

53 *De poſſeſſione agi poteſt ſex modis: vt ibi.*

1 VBi, explicatis iam Interdictorum, fontibus cauſiſque ante omnia illa nobis quæſtio reſoluenda, an Interdicta, de ijs ſaltem rebus prodita ſint, quorum nomine, actio ciuilis non introducta? Et quamuis nonnulli, interque
2 eos Ioh. Vaud. *1. quæſt. 33. n. 6.* Affirmatiuam † tenent, *per l. Interdictum de precariis* merito introductum, quia nulla eo nomine iuris ciuilis actio eſſet, *ff. de precar. l. Et ita* 3. §. 1. ibi: miretur *ff. Naut. caup. ſtab.* quaſi fruſtra deſideremus actionem honorariam, cum legitima comparata ſit, *per ead.* præcipue cum & minus debetur, quod act one prætoria in petitionem venit, quam quod ciuili, *per l. ſi creditori meo*, §. 1. *ff. de leg. 1. §. de conſtituta. Inſt. de act. text.* qui ſingulariter ad hoc allegari poſſet, eſt *in l. 1. §. 1.* Merito ait Prætor nondũ vſucaptum: nam ſi uſucaptum eſt, habet ciuilem actionem, nec deſiderat honorariam, *ff. De public. in rem act.* Quibus ego addo, *l. cum vt proponis* 4. *C. de ædificiis priuat. l. 3. §. 1. in fin ff. de op. noui nunc. l. quadam 9 ff de edend.* Quædam, inquit Paul. ſunt perſonæ, quas rationes edere nobis oportet, nec tamen à Prætore, per hoc edictum compelluntur: Veluti, cum procurator res rationeſue noſtras adminiſtrauit, &c. ſcilicet, quia id conſequi poſſum per mandati actionem: ſed nec tutorem cogit prætor pupillo edere rationes, ſed iudicio tutelæ ſolet cogi edete, text. *l. etſi* 14. §. 12. *l. Labeo* ait, quotiens, quis aliam actionem habet, de funeris impenſa conſequenda, funeraria eum agere non poſſe, *ff. de relig. & text.* Paulin. *l. damni* 18. §. 2. *&* §. 4. *ff. de dam. infect.* Vbi inter fructuarium & proprietarium, ſuperficiarium ac dominum ſoli, cautionem damni infecti non reddi dicitur, per Interdictum puta: quia hic actionem locati & conducti habeant: Illic proprietarius, cum fructuario, actionem habeat, vt arbitrio boni viri vtatur, fruatur, text. adhuc clarior, *ibid.* §. 9. quod alia actione quæri poteſt, id in ſtipulationem damni infecti omnino non deducitur, & *l. ſi ædibus 32. in fin.* eſt plane noſtrorum præceptorum ſententia, inutilem eſſe damni infecti ſtipu-

Digitized by Google

ſtipulationem, quo caſu damnum alia actione ſarciri poſſit: & *l. ſeq. eod.* Ex † 3
qua eadem lege conſtat, etiam inter veteres Iureconſultos, hanc ipſam quæſtionem controuerſam, Gaiumque & Paulum & aliquos alios, acerrimos huius affirmatiuæ defenſores fuiſſe. Quippe quod & fauore pleniſſimū de precario interdictum, ei non competat, qui de re ſibi reſtituenda cautum habet: *l. Et habet. 15. ff de precar.* Quo facit, † quod lex, niſi in caſu neceſſario, non ſo- 4
leat noua remedia adhibere: *l. 1. §. ex hoc reſcripto ff. de vent. inſpiciend. l. vn. §. 5.* Taceat (.in dotis actione.) retentionum verboſitas: quid enim opus eſt, inducere retentionem, a'ioauxi io ex conſtitutionibus introducto? vel ex qua cauſa ob res donatas retentio introducatur, cum ſit donatori facultas, per actionem in rem directam, vel per vtilem, vel per condictionem, ſuo iuri mederi: *C. de rei vx. actio.* neque † enim quidquam fruſtra ſtatuere vel inducere ſolet 5
prætor, *l. hac ſtipulatio, §. diuus. ff. vt leg. nom. caueat l. poſtliminij, in fin. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* Menoch. *in remed. Vti poſſid. num. 111.* dicens per ead. contra Lanfrancum: *quod interdict. Vti poſſid.* pro æquæductu. & aliis ſeruitutibus, nō detur, ex quo ſingu'aria pro iis alia Interdicta prodita ſint.

Attamen † verius eſt, mandata & interdicta, pro qualitate caſuum & 6
negotiorum, non ſo'um competere, ſed in iure etiam introducta eſſe, & ibi, vbi a'ias actio competeret: *text. elegans. l. repeti 5. § fin. & l. 6. ff.* Quibus modis vſusfruct. amit. vbi V'p. & Pompon. Si areæ ſit vſusfructus legatus, & in ea ædificium ſit poſitum, rem mutari, & vſumfructum extingui conſtat: plane ſi proprietarius hoc fecit, ex teſtamento, vel de dolo tenebitur: Sed & Interdictum, quod vi aut clam, vſufructuario competit. Et *text. l. loci corpus, 4. §. 5.* Si 7
quis mihi itineris, vel actus, vel viæ controuerſiam non faciat, ſed reficere ſternere non patiatur: Confeſſoria actione mihi vtendum: nam, Etſi arborē impendentem habeat vicinus, quæ viam, vel iter inuium, & inhabile facit, iter petendum, vel via vindicanda: ſed de refectione viæ, & Interdicto vti poſſumus, quod de itin. actuque reficiendo competit: *ff. ſi ſeruit vendic.* quo † facit 8
& d. l. ſi quando 17. in fin. eod. Etſi enim IC. ibi interdictum, omnium maxime concedit ratione loci publici: Tamen ſi euidens ſit ratio, ius ſterquilinium ita habendi non competere, etiam priuato dabitur interdictum, Et *l. etſi forte 6. §. 1.* ædificantem me prohibere poteſt & ciui'i actione, & Interdicto, quod vi aut clam: idem & ſi iactu lapilli impedierit. *& §. fin.* parietem me'iorem quidem quam ita ſeruitute impoſitum eſt, facere licet: deteriorem ſi facit, aut per hanc actionem, aut per operis noui nunciationem prohibetur, text. etiam *l. 8. §. 5. eod.* Sic † de arboribus cædendis eſt Interdictum, eſt & actio ex duodecim 9
tab. per vulg. vel & vindicatoria, aut confeſſoria & negatoria *d. §. 5.* De † reuo- 10
candis iis, quæ in fraudem creditorum geſta ſunt, eſt actio in factum, ſiue Pauliana, quæ proponitur, *in l. 1. ff. Quæ in fraud. credit.* Sed datur & interdictum fraudatorium, quod proponitur, *in l. ait Prætor eod. tit.* De † tabulis exhiben- 11
L 3 dis,

Digitized by Google

dis, datur interdictum, etiamſi & actio competat, ad exhibendum per notiſ.
12 ex titulis eiuſdem nominis. Sunt actiones, † quibus rem perſequimur & poſ-
ſeſſiones: ſunt & Interdicta: &c. In quibus omnibus & ſimilibus actionum
& Interdictorum idem ſane effectus eſt ſed forma & ordo procedendi diuer-
13 ſiſſimus: Cuiacius *lib. 5. obſ.* 17. Ita † ſi fiſtulæ, per quas aquam ducas, ædibus
meis applicatæ damnum mihi dent: in factum actio mihi competit: ſed & da-
14 mni infecti ſtipulari potero: *l. 18. ff. de ſeruit.* Ita, ſi is, † qui vrbanum prædium,
iuſſu prætoris cœperit poſſidere, & poſſidendo dominium capere aut non ad-
miſſus aut eiectus inde fuerit vtile Interdictum vnde vi, vel publicianam actio
nem eum habere, vel & actione in factum experiri poſſe, Paul. ait: *l. damn.* 18.
15 *§. pen. ff. de dam. infect.* Ita † ſi communes ædes vel parietem reficere, vel de-
moliri, vel in eum immittere quid, opus ſit: cōmuni diuidundo Iudicio agen-
dū, aut etiā Interdicto vnde vi experimur: Vlp. *in l. ſi ædes,* 12. *ff. com diuid. d. l.*
16 3. *§ 3. de nou. oper. nunc.* Ita, pro † locis, rebuſq; ſacris & religioſis ſingularia prodi
ta ſunt interdicta: per ea, quæ ſuo loco diximus: *& l. 1. §. 1. d. tit. l. liberū ff. de re-
lig. & ſumpt. fun.* Sed nihilominus & operis noui nunciatio, damni etiam Infe-
cti cautio, locum habet, ſi quid noui in ijs fiat, *ibid. §. 17. & text. ſing. l. de pupillo*
5 *§. 10. eod.* vbi non tantum nunciationis Interdictum, ſed etiam quod vi aut
clam aut vti poſſidetis, cōpetere, ait Vlp. ſi forte in noſtro aliquid facere, quis
17 perſeuerct. Sic † de ſuperficie eſt interdictum eſt etiā actio *l. 1. §. 3 de ſuperfic.*
18 Sunt petitiones hæreditariæ, † prætereа etiam prætoriæ bonorū poſſeſſiones
per notiſ. ſunt tamē nihilominus Quor. bon. Quod legat. & ſimilia Interdicta,
19 Eſt actio ex † edicto: Quemad. teſtamenta aperiantur: eſt etiam de tab. exh.
20 Interdictum Gail 1. *obſ.* 134. *n.* 11. Eſt actio † depoſiti, eſt & Interdictū ſiue man-
datum reſtitutorium, per *l.* 11. C. *Depoſ. Liberti* in patronos ingrati, officio iu-
dicis, ſiue per Interdicta, in priſtinam ſeruitutem reuocantur, vel per actionē
21 ordinariam: arg. *l. 1. & ſeq. C. de libert. & eor. liber.* Eadem † ratione, ei, qui in flu-
mine publico, vel mari, piſcari, nauigare prohibetur, competit actio iniuriarū:
l. 13. §. fin. ff. de Iniur. l. 2. §. ſi quis in mari 9. ff. Ne quid in loc. publ. Sed tamen his nō
obſtantib. & Interdictum competit, *per tex. in l. 1. § publicano 7 ff vt in flum. pub.*
22 *nauig. lic. l. ſane 14. ff de iniur.* De precario † eſt Interdictum: Eſt & actio incer-
ti vel præſcriptis verbis, *l. 2. l. duo 19. §. fin. ff. de precar.* quod per incogitantiam,
23 ſiue memoriæ lapſus negare videtur Paul. *d. l. Interdictum eod.* Ita † contra eum,
qui vi fundo deiecit, condictio datur triticaria, ad condicendū fundum, ſi do-
minus, vel poſſeſſionem, ſi alius deiectus ſit, *l. 2 ff de condict. tritic.* Sed nihilo-
minus, & ſaluberrima, longeque vtiliora Vnde vi, & ſimilia Interdicta propo-
ſuit prætor, quibus quam celerrime, & inter ipſa cognitionis auſpicia, poſſeſſio
reformetur.

24 Atque hinc certum † indubitatumque, & omnino ſequendum eſt, quo-
ties rei tractatio celeritatem deſiderat, vel alias per ſe clara, liquida, & expedita
eſt,

Digitized by Google

eſt, vel negotiorum & litigatorum qualitas expoſcere videtur, etiam ijs caſib-
quibus actio ciuilis vel ordinaria competit, officium iudicis locum habere, vt
extraordinarie, ſummarie, & velo leuato, per Interdicta, & mandata, vel etiam
recta exequendo poſſit procedere. Guibert. *quæſt. iur.* 10. *num.* 13. *text. l. ſi quis*
3. *in princ.* & §. 1. *ac ſeq. ff. Ne vis fiat ei qui in poſſeſ. legat.* & *text.* † *l.* 1. §. 1. ibi: 25
Nam poteſt maritus iure ſuo filium, per Interdictum deſiderare aut exhiberi
ſibi, aut ducere permitti extra ordinem *ff. de inſpic. vent.* & *c.* qui textus omnes
etiam extraordinarium proceſſum, in claris & notorijs probant, etiamſi alias
ordinaria, vel actio, vel Interdictum competant: *text.* † *etiam l. eſſe* 8. §. *fin.* 26
actio in factum vel Interdictum ff. de relig. ioſ. text. l. etſi 14. §. 2. Si cui funeris ſui Cu-
ram teſtator mandauit, & ille accepta pecunia, funus non duxerit, de dolo a-
ctionem in eum dandam Mela ſcripſit: credo tamen, & extra ordinem eum à
prætore compellendum funus ducere: eod. text. etiam † *ſing. in l. fin. C. de act.* 27
empt. vbi expulſis de fundo per vim, ad Inſtar Interdicti, ſeu actionis permiſſæ
(in factum) experiendum eſſe, ait Imp. & faciunt textus omnes ſupra relati:
quibus probatum eſt Interdicto, & officio iudicis, ad iubendum vel compel-
lendum eſſe locum, ſi circumſtantiæ ferant, etiamſi alias, ordinaria actione
communiter agendum eſſet: *l. 7. & ſeq. ff. Si ſeruit. vend.* In ſumma † & bre- 28
uibus dicendo: Remedium ordinarium vnum quantumuis ciuile, non facit
ceſſare aliud, vel & extraordinarium, vel quale quale prætorium: quando
hoc pinguius & exuberantius eſt illo: licet pro eadem re, & contra eundem
competant: DD. *in l. in prouinciali ff. de minorib.* Natta. *lib. 3. conſ.* 548. *num.*
9. & 30. Andr. Gail. *de pignor. obſeru.* 21. *num.* 9. & hoc ipſum † admittunt. 29
text. expreſ. *d. l. Et ita* 3. §. 1. *ff Naut. caup.* vbi ita Vlpian. §. 1. Ait Prætor, niſi
reſtituent, in eos iudicium dabo. Ex hoc edicto in factum actio proficiſcitur.
Sed, an ſit neceſſaria, videndum: quia agi ciuili actione ex hac cauſa poterit:
ſi quidem merces interuenerit, ex locato, vel conducto: ſed ſi tota nauis loca-
ta ſit: qui conduxit, ex conducto etiam de rebus quæ deſunt, agere poteſt ſi
vero res perferendas nauta conduxit, ex locato conuenietur: ſed ſi gratis res
ſuſceptæ ſint, ait Pomponius depoſiti agi potuiſſe: Miratur igitur, cur hono-
raria actio ſit introducta cũ ſint ciuiles. Niſi forte (inquit) vt innoteſceret præ-
tor curã agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum: & quia in lo-
cato conducto culpa, in depoſito dolus duntaxat præſtatur: ad hoc edicto, o-
mnimodo, qui recepit, tenetur, etiam ſi ſine culpa eius, res perijt, vel damnũ
datum eſt, niſi ſi quid damno fatali contingit. Inde Labeo ſcripſit, ſi quid nau-
fragio, aut per vim piratarum perierit, non eſſe iniquum, exceptionem ei dari.
Idem erit dicendum, & ſi in ſtabulo aut in caupona vis maior contigerit. *Et l.*
Item apud 15 §. 25 & *ſeq ff. De iniur.* vbi idẽ Vlpian. Ait † Prætor,: Nequid in- 30
famandi cauſa fiat, ſi quis aduerſus ea fecerit, prout quæq; res erit, animaduertã.
§. 26. Hoc edictum ſuperuacuũ eſſe Labeo ait: quippe cũ ex generali iniuria-
rũ agere poſſumus; ſed videtur & ipſi Labeoni, & ita ſe habet, prætorẽ candẽ

Digitized by Google

31 cauſam ſequutum, voluiſſe † etiam ſpecialiter de ea te loqui: Ea enim, quæ
notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta. *Et l.1. §. 2.*
32 *ff. de publican.* Dixerit † aliquis: Quid vtique hoc edictum propoſitum eſt?
quaſi non & alibi prætor prouiderit furtis, damnis, vi raptis; ſed è re putauit, &
ſpecialiter aduerſus publicanos edictum proponere. Et §. 3. Quod quidem
edictum in aliqua parte mitius eſt: quippe, cum in duplum datur: cum vi bo-
norum raptorum in quadruplum fit, & furti manifeſti æque in quadruplum.
d. l. damni 18 §. 4. *in fin. l. 20. & d. l. 12. cum ſeq. ff.* de dam. infect. Quo perti-
net, quod interdicta non ſint famoſa ſicut multæ actiones ciuiles: *l. Neque* 13.
ff. de vi & vi arm.
33 Neque † obſtant *l.1. §.1. ff. de public. in rem act.* & ſimiles ſup. citatæ, cum
ad eas, pro textuum diuerſitate quintuplex ſit ſolutio: vel enim loquuntur, in
34 caſu, quo per legem, vel actionem alteram, duplex † quis lucrum perceptu-
rus eſſet: *per text. expreſ. l. ſemper* 15. *§. fin.* ſi quis a'ia actione fuerit conſecutus
id, quod interfuit, opus non eſſe factum: Conſequens erit dicere, ex interdi-
cto nihil eum conſequi oportere: *ff. Quod vi aut clam. & per alia à me allegata in*
35 *tract. de contin. cauſ. c. 10. diſt. 8.* vel † loquuntur in caſu ſingularis priuilegii: vt
d. l. vn. §. tacet. C. de rei vxor. act. Cum retentiones aliis mille caſib. obtineant,
etiam ordinarias actiones admittentibus: late Pet. Molignat. *de Retent. per tot.*
36 *& paſſim alibi.* vel loquuntur † in caſu, quo per legem nouam, nihil amplius
remedii, vel re ipſa, vel procedendi forma introducitur, quam in ea eſt, quæ
iam introducta eſt. Et hac conſideratione, Paulum accipio, *d. l. Interdictum de
precariis.* Quod ſcilicet illud merito introductum à prætore, quod etſi alias
actio precarii recepta, tam promptum tamen recuperandi remedium, iure ci-
37 uili, antea non extiterit: vel loquuntur † in eo caſu, quo propter ordinarias,
& mutuas partis allegationes, vt in cauſis mandati, & tutelæ fieri ſolet, ab or-
dinaria potius cognitione, quam interdicto vel præcepto inchoandum eſt:
38 vel, vt † *d. l. quadam*, de antiquo extraordinario prætoris cõpulſu loquuntur,
quo is ſtatim exequi ſolebat: per ea quæ diximus: hoc enim, vbi partis allega-
39 tiones audiendæ, fieri commode non poteſt. Sed quia Interdicta, † tanquam
pars iuris ordinarii, allegationes partium neceſſarias, ſemper admiſerunt, li-
cet à præcepto inchoarentur: hinc neruoſiſſime efficitur, *d. l. quadam*, non
obſtare, quo minus in caſibus ibid. propoſitis, poſſit etiam Interdictum vel
40 mandatum reddi: Sicut † etiam d. l. damni 18. noſtram ſententiam apptime
confirmat. Deinde *d. l. 3. §. 1. ff. Naut. Caup.* ſuperiori ſententiæ prorſus con-
traria eſt: ſicuti *& d. l. 14. §. 12. de relig. & ſand.* refellit: dum ait poſt familiæ
41 erciſc. Iudicium, & funerarium competere. Quin † & alias, ordinariæ actio-
nes, ſuper poſſeſſionibus proditæ fuerunt, quas facile inuenire & referre eſt:
Ità ſunt bonorum poſſeſſiones prætoriæ ab inteſtato, Item contra & ſecund.
tab. de quibus diximus. quæ interdicti Quor. bon. præparatoriæ ſunt: &c.

Licet,

Digitized by Google

Licet enim † & illæ petitorium contineant: tamen poſſeſſionis cauſa 42
potior eſt, quæ & ius ipſum ſecum trahit. Ita ſi cui vel ex lege, vel teſtamen-
to, vel pacto, poſſeſſio debeatur, is & ciuilem pro ea tam conſequenda quam
retinenda, & recup. actionem habebit: vel ex teſtamento, vt ille cui habita-
tio vel vſus legatus eſt: vel ex lege: vt mulier, cui dotalitium debetur, vel quæ
poſſeſſionem ratione dotis illatæ retinet, aut retinere poteſt.

Taceo, † quod quædam interdicta, etiam olim, ciuiles actiones præ- 43
buerint, & adhuc omnia, eaſdem præbeant, iis in caſibus, quibus propter ob-
ſcuriores facti, vel iuris circumſtantias, vel quod tardius, aut contra heredes,
intententur, ab ordinaria potius actione, quam præcepto, vel interdicto, in-
choatur proceſſus: per ea, quæ in ſequentib. dicemus: & recte tangit Cuiac.
5.d.obſ.17.in fin.

Ita, cum † poſſeſſionis quoque ius, ſub latiſſima dominii ſignificatione 44
veniat: *per l. ſemper, §. 8. ff. Quod vi aut clam. l. 2. ff. de ſuperfic. & alia*, quæ Ioh.
Robert. *3. ſent.* 18. Goeddæ. *l. Recte dicimus 23. num. 7. & l. bonor. 49. num. 8.
de verb. ſign.* Hinc reſpectu huius iuris qualis qualis, † etiam vtilis vindicatio 45
dabitur: *per l. 3. §. eſt autem*: ibi: qualicunque in rem actione: *ff. Ad exh. & l.
officium 9. l. Iulian. 19. in fin. l. 73. l. fin. & c. ff. de rei vindic.* Siquidem enim vin-
dicatio rei, contra poſſeſſorem regulariter datur: quin & tam ipſius poſſeſſio-
nis nomine dari, quam in rem quoque ſingulariter agi poſſit, nulla eſt ratio;
Quamuis id negare videatur Hotoman. *Illuſt. quæſt. 31. ſub princ.* rectius idem
affirmans conſil. 19. num. 6. quemadmodum † etiam condictiones pro cauſis 46
poſſeſſoriis ſunt & fuerunt communiſſimæ: vt rectiſſime gloſ. quam Barth.
ibid. num. 1. Zaſ. *num.* 4. & reliqui omnes ſequuntur in *rub. ff. de Interd.* Item
Iohan. Faber. & Eguin. Baro. *ad fin. Inſt. de interd.* poſſe, aiunt, actorem, loco
Interdicti vnde vi, vel cuius alterius, actionem aliquam ordinariam, vel con-
dictionem ex legibus, aut conſtitutionibus Imperatoriis, vel pontificiis inten-
tare. Barth. etiam & alii in *l. indebiti §. ſed ſi nummi ff. de condict. indeb. Et in l. in
hac ff. de condict. tritic.*

Quamuis † condictionem Triticariam, vtpote quæ ad omnes res per- 47
tineat, tam ſoli, quam mobiles, tam corporales quam incorporales, æſtima-
biles (præter pecuniam, quod hæc per ſe æſtimata ſit, & condictione certi ve-
niat, Cuiac. in parat. eod.) hoc caſu generaliſſimam eſſe volunt gloſſ. Barthol.
Zaſ. *& com. alij, in d. rubric.* pro qua ſententia † eſt text. poſſeſſorias condictio- 48
nes inſigniter probans, *in d. l. 2.* ſed & ei qui vi aliquem de fundo deiecit, poſ-
ſe fundum condici Sabinus ſcribit: & ita Celſus: ſed ita, ſi dominus ſit, qui
deiectus condicat: ceterum ſi non ſit, poſſeſſionem cum condicere Celſus
ait, *ff. de condict. Trit.* ſed & indebiti † condictionem, ſi non directam, ſaltem 49
vtilem, æque generalem hic eſſe iudico. Cum per explicationem iuris cano-
nici: quo poſſeſſio etiam ſine vi & indebite penes quē exiſtens recte auocatur:

Digitized by Google

Tum per text. admodum generalem, *in d. l. indebiti* §. 1. ſed & ſi nummi alie-
ni dati ſint, condictio competet, vt vel poſſeſſio earum reddatur, quemadmo-
dum ſi falſo exiſtimans, poſſeſſionem me tibi debere alicuius rei tradidiſſem,
condicerem: ſed & ſi poſſeſſionem tuam feciſſem, ita vt tibi per longi tempo-
ris præſcriptionem auocari non poſſit, etiam ſic recte tecum, per indebiti cō-
50 dictionem agerem. Et facit, † quod iureconſultus, de poſſeſſione agi dicit,
per actionem, vel Interdictum, vel præiudicium: per actionem, ordinarias
vindicationum & condictionum petitiones, intelligit ex ipſis edictorum aut
Interdictorum formulis, ordinaria via inſtitutas: per ead. quæ infra paſſim di-
cemus. Interdicto autem, de poſſeſſione, quando & quomodo agatur, hoc
tractatu planiſſimum faciemus.

51 Quemadmodum etiam ſatis nota eſt vis & natura actionum † præiudi-
cialium: quæ in materia poſſeſſionis præcipue intelliguntur, ratione poſſeſ-
ſionis, quæ ventris nomine datur, vel ex edicto Carboniano &c. tum ratione
aliarum cauſarum præiudicialium: qualiter liberas perſonas, quæ ſunt iuris
noſtri, non per rei vindicationem, ſed aut præiudiciis, aut interdictis, aut co-
gnitione prætoria peti ait Vlpian. *l.* 1 §. 2. *ff. de rei vindic.* aut etiam vtili actione
52 vindicatoria: *per text.* eundem. & ibi gloſſ. Quibus adde, † quod etiam per
exceptionem agi poteſt de poſſeſſione vt puta, ſi creditor poſſeſſor. deberet
rem dimittere inuitus, alii creditori, recepto debito: tunc enim excipere po-
teſt de poſſeſſione, cuius vigore ius habet offerendi pignoris: *l. Paul.* 12. §. *qui
pignoris ff. Quib. mod. pignus. l. cum res*, vbi gloſſ. *C. de probat. &c.* Etiamſi aduer-
ſarius ius pignoris habeat antiquius, per ea quæ Menoch. *adipiſ. rem.* 3. *quæſt.*
31. *in fin.* Ita ſi de re agatur duobus vendita, vel donata, vel locata, & alter iam
ſit in legitima poſſeſſione, hic contra alterum antiquius alias ius habentem ex-
cipere poteſt de poſſeſſione: *l. quoties* 15. *C. de rei vindic. vbi com. DD. &c.*

53 Vnde patet, quod de poſſeſſione † agi poteſt, ſex modis: vindicatione,
condictione, Interdicto, Præiudicio, prætoria cognitione, vel executione,
& exceptione: Eo hic notando: quod per prætoriam cognitionem, vel Ex-
ecutionem, modus procedendi plane extraordinarius accipiatur: prout in-
fra dicemus: qui modus, & qui proceſſus, adhuc eſt iuſtiſſimus, vbi tanta fa-
cti eſt iniuſtitia, aut exorbitantia & notoria nullitas, vt iudicis
ne Interdicto quidem, ſed ſola regia vindicta, execu-
tione, & reſtitutione opus ſit.

COMMENTARIVS VII.

De Interdictorum diuiſionibus: *ad l. 1. & ſequent. ff. de Interdict.*

SVMMARIA.

1 *Maxima eſt diſtributionis vtilitas.*
2 *Interdicta de rebus competunt diuinis vel humanis.*
3 *Et hac de rebus qua ſunt nullius vel alicuius.*
4 *Res qua iure gentium ſunt nullius occupanti cedunt, vel & vſurpanti.*
5 *Earum nomine interdicta dantur, vel actio iniuriarum &c.*
6 *Interdicta rerum vel publicarum ſunt vel priuatarum: n. 7. 8.*
9 *Et hac rei vel familiaris, vel officij, aut iuris qualiſcunq.*
10 *Officij verbum latiſſimum: n. 11.*
12 *Iuris tuendi cauſa plurima ſunt Interdicta.*
13 *Relata diuiſiones res obiectas reſpiciunt.*
14 *Interdicta ſunt vel prohibitoria, vel reſtitutoria, vel exhibitoria.*
15 *Vel iuxta dichotomian prohibitoria vel iuſſoria: n. 16.*
17 *Inhibitionis definitio.*
18 *Iuſſoria, ſunt vel reſtitutoria, vel exhibitoria, vel compulſorialia.*
19 *Reſtitutoria ſunt vel adipiſcenda vel recuperanda poſſeſ.*
20 *Interdicta pleraque poſſeſſionis, quadam proprietatis cauſa comparata:*
21 *Exſecutoriales rei iudicata, vel publicorum &c. inſtrumentorum proprietatem reſpiciunt.*
22 *Incorporalium & ſpiritualium rerum iudicia plerunque ſunt petitoria.*
23 *Interdicta ſunt, vel adipiſc. vel retinen. vel recuperanda poſſeſſionis.*
24 *Primus gradus eſt retinenda, proximus recup. n. 25.*
26 *Fauorabilior eſt cauſa ſuum repetentis, quam lucrum captantis.*
27 *Impoſſibilis vel nimis impendioſa recuperationis remedium eſt obliuio.*
28 *Tertius gradus eſt acquirenda poſſeſ.*
29 *Hac diuiſio non modo ad res familiares ſed & publicas pertinet:*
30 *Et anguſtior eſt quam vt omnes interdictorum cauſas comprehendat.*
31 *Sicut & pracedens diuiſio.*
32 *Retinenda poſſeſſionis interdicta quid?*
33 *Quid Recuperanda & adipiſcenda? n. 34.*
35 *Retinendi verb. tam futurum quam praſentem ſtatum reſpicit.*
36 *Reſtituendi verb. omnia in priſtinum reponit.*

37 *Reſtitutio fit vel ſumptu eius qui fecit, vel ſaltem patientia ſi non fecit.*

38 *Interdicta ſunt vel perpetua, vel temporalia.*

39 *Quædam in præſens, vel futurum, vel & præteritum referuntur.*

40 *Quædam tam in præſens, quam præterit. vel futurum.*

41 *Interdicta, vti pleraque, vel annalia ſunt vel perpetua.*

42 *Item Perſonalia, vel in rem ſcripta.*

43 *Interdicta quidam realibus actionibus annumerant: quod reprobatur: & diſtinguitur: n. 43. & ſeq.*

45 *Interdicta quatenus mere perſonalia: vel & in rem ſcripta: n. 46.*

47 *Perſonalia interdicta perſonas non egrediuntur.*

48 *Vnde vi interdictum perſonale eſt, ſed & reale: n. 49.*

50 *Interdicta perſonalibus magis quam realibus actionibus accenſenda.*

51 *Interdicta etiam quædam noxalia ſunt, quædam ſecus.*

52 *Quatenus domini, ex facto officialium teneantur interdictis.*

53 *In quibuſdam interdictis, habetur ratio fructuum: in quibuſdam non.*

54 *In recup. & adipiſcend. interdictis omnis cauſa rei venit.*

55 *Reſtituendi verb. lat iſſimum, omnemque cauſam comprehendit.*

56 *Et omne quod petitor habere poterat ſi poſſeſſio prærepta non eſſet.*

57 *Occupatio violenta dolo non caret.*

58 *Ibique habetur ratio fructuum non modo naturalium, ſed & ciuilium:*

59 *Exceptis tribus caſibus:*

60 *Fructuum & damnorum computatio fit non in ipſo interdicto, ſed in iudicio, quod reſtituta poſſeſſione ſequitur.*

61 *In retinenda, & inhibitoriis interdictis quatenus fructuum ratio habeatur? & n. 62.*

63 *Interdicta regulariter non ſunt famoſa: quædam tamen atrocitatem facinoris præſupponunt. n. 64*

65 *Et hæc, quatenus in perſonas reuerendas reddantur? & 66.*

67 *Condictiones ſimplices, etiam non ſunt famoſæ, ſed Interdicta tamen præcellunt. & n. ſeqq.*

70 *Interdictorum quædam ſunt duplicia, quædam ſimplicia: n. 71. & ſeq.*

73 *Vt tria iudicia diuiſoria ſunt duplicia: Ita quædam interdicta num. 74.*

75 *Veluti poſſeſſorium, quod inter riuales redditur etiam duplex.*

76 *Vti poſſidetis, & Vtrubi, Interdicta non ſunt ſemper duplicia: n. 77.*

78 *Duplicia etiam poſſunt eſſe tam recup. quam adipiſ. Interdicta: & num. 79.*

80 *Veluti Saluian. Quor. bonor. &c. num. 81.*

82 *Cuiac. male diſtraxit verb. fin. l. 2. ff. de Interdict. n. 83. & ſeq.*

84 *Hereditas perſonæ vicem ſuſtinet, & ſpolij reſtitutionem petere poteſt.*

85 *Inter-*

Digitized by Google

85 *Interdicta retin. recup. & adipiſ. quatenus cumulari queant?*
86 *In duplicibus iudiciis actor habetur, qui primo agit.*
87 *Interdicta quædam pœnalia ſunt, quædam non:*
88 *Quædam in heredes dantur, quædam non: & quatenus: n. 89.*
90 *Quatenus heredes, poſt vel citra litis conteſtationem teneantur: n. 91.*
92 *Litis conteſtatio in delictis ſaltem priuatis vel & publicis rei non perſecutoriis actionem ad heredes tranſmittit.*
93 *In publicis quibuſdam delictis citra litis conteſtationem tenentur heredes.*
94 *Vti & in pœnis quæ ipſo iure imponuntur: n. 95.*
96 *Heredes vel in ſolidum tenentur, vel non:*
97 *In ſolidum vox πολύσημος eſt:*
98 *Quædam interdicta ad nudam ſupplicantis narrationem decernuntur, quædam non: n. 99. & ſeq.*
101 *Vbi manifeſta eſt præſumptio creditur narratis.*
102 *Interdictorum quædam ſunt directa, quædam vtilia: quod declaratur: num. vſque ad nu. 109.*
109 *Quædam interdicta, vti & mandata, vel iudicialia ſunt, vel extraiudicialia: quod declaratur vſque ad n. 116.*
116 *Diſtinctio arguit varietatem cauſarum: & n. 117.*
118 *Quædam interdicta vel legis ſunt vel hominis.*
119 *Interdictum aliud eſt facti, aliud pœnæ.*
120 *Pœnale interdictum, vel Eccleſiaſticum eſt, vel ſeculare:*
121 *Vtrumque vel ex lege vel ex ſententia: & num. 122. & ſeqq.*
125 *Interdictorum quædam vniuerſalia ſunt, quædam ſpecialia:*
126 *Quædam quoque vel legitima & iuſta: quædam ſecus.*
127 *Quædam & arbitraria, &c.*
128 *Quædam ſimplicia vel arctiora, redintegrata vel caſſata aut moderata.*
129 *Quædam iuſtificatoria vel pura: cum vel ſine clauſula.*

DIſtributioni † quantum deferendum ſit: Cum Philoſophi intellexe- 1
runt teſte Ariſt. 1. *Analyt. c.* 22. tum non minus Iureconſulti, qui hac in re vbique accuratiſſimi fuerunt, ad indagandam factorum & ſpecierum, vt diuerſitatem, ita & veritatem, iuriſque conſonantiam. Vnde *l. 1. & tot. tit. ff de Interdict.* diuiſiones ſaltem atque ſpecies Interdictorum, præcipue atque obiter recenſentur, quas nos hac homilia quam fieri poteſt breuiſſime perſtringe-
mus & explicabimus. Primo † ait Vlpianus ſciendum eſt, Interdicta aut de 2
diuinis rebus, aut de humanis competere. Diuinis rebus, vt de locis ſacris vel religioſis, vel vt Paul. *l. 2. §. 1.* paulo explicatius: Interdicta competunt vel ho-

hominum cauſa, vel diuini Iuris aut de religione. ſicut eſt. Ne quid de in loco ſacro fiat, vel quod factum eſt reſtituatur: & de mortuo inferendo, vel ſepulchro ædificando &c.

3 Secundo † autem de rebus hominum interdicta redduntur. aut de his, quæ ſunt alicuius, aut de his quæ nullius: quæ ſunt nullius hæc ſunt. Liberæ perſonæ, de quibus ducendis exhibendis, interdicta competunt. *l. 1. in princ. d. tit.* Sed quia & feræ beſtiæ, aues. piſces, gemmæ & lapilli in littore maris in bonis nullius eſſe dicuntur, *§. feræ 12. Inſt. de rer. diuiſ. L. item lapilli 3. ff. eod.* utpote

4 quæ † naturali ratione occupantis fiant, ibid. Ergo ſi quis contra hanc Iuris naturalis gentiumque libertatem prohibeatur. ſimiliter interdicta vel inhibitoria vel iuſſoria impetrare poterit: ſi modo libertas illa, præſcriptionis vel cu-

5 ius alterius iuris contraria non habeat obſtaculum. Videtur quidem † alicubi negare ICtus huiuſce in cauſis interdicta competere, quod iniuriarum actio ſit ordinaria *l. 2. § 9. Ne quid in loc. pub. vel itin. fiat.* Sed hoc de directis ſaltem interdictis intelligendum eſt, quod vtilem eorundem poteſtatem non excludit. Quomodo etiam ICtus. non tam de poſſeſſionis cauſa quam ordinaria iniuriarum actione ibid. loquitur: Ita vt & directum interdictum iſthic competere non abſurde dicamus.

6 Tertio † de rebus quæ ſunt alicuius, redduntur interdicta, quæ iuxta Vlp. *d. l. 1. in pr.* aut publica ſunt aut ſingulorũ ſiue priuata. Vel vt Paulus *d. l. 2. §. 1* ibidem explicatius ait: Hominum cauſa competunt interdicta vel ad publicam vtilitatem pertinentia vel ſui iuris tuendi cauſa, vel officij tuendi cauſa, vel rei

7 familiaris. Publica † vel publicæ vtilitatis interdicta ſunt, de locis publicis, de vijs & fluminibus publicis, vt ijs vti liceat, Ne quid in ijs fiat &c. quæ & popularia dicuntur. quod cuilibet de populo legitimum intereſſe habenti redduntur, *l. 2. § 34. Ne quid in lo. pub.* Quia vero ſingulorum res & proinde priuata deſuper competentia interdicta non ſunt vnius generis, vti etiam ex verbis Pauli apparet.

8 Quarto † igitur Vlp. non abs re ſingulorum vel priuata interdicta aut ad vniuerſitatem aliquam ſeruire pertinere ait: vti quorum bonorum, quibus adde *l. fin. C. de edict. diui Adriani toll.* Aut ad ſingulas res, vti quod legatorum, de glande leg. *de arb. cad. Vti poſſid. Vnde vi, &c.*

9 Sed ex citatis Pauli verbis Quinta † interdictorum diuiſio colligi poteſt. cum elegans tum in praxi admodum vtilis. Quod ſcilicet priuata vel ſingularem rerum interdicta, aut rei familiaris gratia reddantur aut officij vel cuiuſcunque alterius iuris gratia: Ad rem familiarem pertinent ea omnia, de quibus ſub diſtinctione præcedenti diximus. ſiue ad vniuerſitatem quandam, ſiue

10 ad ſingularem bonorum referantur, &c. Officij † cauſa dari ait Paul. interdictum de libero homine exhib. Etſi enim is in alterius poteſtate vel iure non

non eſt, tamen officium pietatis, & publicæ diſciplinæ requirit illum exhi-
beri. Ita publica dicuntur quædam delicta *per tit. de pub. iudic.* vbi ſimiliter ra-
tione officij citra vllum rei familiaris intereſſe interdicta peti reddique poſ-
ſunt: puta reſpectu ſcandali publicæ pacis & tranquillitatis, &c. Sed hoc
officij † caput longe adhuc latius eſt: Hinc cum quilibet officium ſuum, 11
etiam priuatim ſibi iniunctum, non negligere ſed agere debeat, *per l. cum hi* 8.
§. 17 *ff. de tranſact.*

Quemadmodum & varia ſunt officiorum genera, vt matris viduæ in pe-
tendis pupillorum ſuorum tutoribus, item aduocatorum, notariorum, pro-
curatorum, officialium, &c. Ergo ampliſſimæ, tum ſæpiſſime per quam neceſ-
ſariæ hic quotidie occurrunt interdicendi, mandandi, vel iubendi & prohi-
bendi materiæ & occaſiones.

Iuris † autem ſui tuendi cauſa dari ait Paul. interdicta de liberis exhiben- 12
dis, item liberto exhibendo; quo etiam referri poteſt vſus publicorum loco-
rum, & ſimilia, quæ in mero iure conſiſtunt, & ad relatos ſupra interdictorum
fontes caſuſque referri poſſunt, ita vt à præcepto incipere liceat. Et quinque † 13
iſtæ diuiſiunculæ materiam vel ſubiectum interdictorum proprie concer-
nunt, rerumque ſuper quibus interponuntur qualitates & differentias.

Porro diuiduntur interdicta reſpectu ipſius mandantis, & formularum
interdicti: quo nomine Imp. *in princ. Inſtit. de interdict.* Summa † ait diuiſio 14
interdictorũ hæc eſt, quod aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibi-
toria: vel vt Vlpian. *d. l.* 1. §. 1. interdictorum autem dicit, tres ſunt ſpecies,
exhibitoria, prohibitoria, reſtitutoria: Sunt tamen quædam interdicta &
mixta, quæ & prohibitoria ſunt & exhibitoria. Sed & iſta pro vſu & praxi quo-
tidiana aliquanto clarius proponi poſſunt.

Cum † ipſa interdictorum definitio dichotomian nobis tradat reſpectu 15
prohibitionis vel iuſſionis: dicente Iuſtiniano Imp. Quod interdicta ſunt
formulę quibus prætor aliquid fieri vel prohibeat, vel iubeat *in princ. Inſt. de in-
terdict.* Interdicebat enim Prætor iuxta Theophil. ἢ ὡς κωλύων aut ſicut prohi-
bens, ἢ ὡς κελεύων aut ſicut iubens.

Sexto igitur † interdicta vel ſunt inhibitoria quibus fieri aliquid pro- 16
hibetur, vel iuſſoria, aut potius compulſorialia, quibus aliquid fieri iniungi-
tur & mandatur. Et cum in definitionibus inhibitionum non nihil varient,
nec ſatis ſibi conſtent DD. ſciendum eſt † inhibitionem eſſe decretum iu- 17
dicis competentis, ne quid fiat, legitime prohibens. Et inhibitoria quidem,
vtpote quæ vnicum atque ſolum impediendi arcendi, prohibendi finem effe-
ctumque reſpiciunt, vnius ſunt generis: Iuſſoria autem vel compulſorialia plu-
res ſpecies comprehendunt.

Septimo

Digitized by Google

18 Septimo † enim illa Interdicta vel mandata quibus aliquid fieri iniungitur, ſunt vel Reſtitutoria, vel exhibitoria, vel quo alio fine aut ratione compulſorialia: vt de edendis actis in cauſis Appellationum, de edendis & reddendis rationibus, & alijs trecentis vel mille caſibus; quibus Iudex mandando, iubendo & compellendo procedere poteſt: prout ex præced. & ijs quæ fuſe in ſequenti parte altera afferri poterunt, licebit videre.

19 Deinde † reſtitutoria Interdicta iterum ſunt duplicia: vel enim ſunt adipiſcendæ vel recuperandæ: de quibus ſpeciebus iam dicemus. Reſtitui enim in iure & latina lingua nobis dicitur, non modo id quod antea habuimus, & nobis ereptum redditur, vti fit in reſtitutione ſpoliatorum, & canone redintegranda: Sed etiam id, quod nunquam habuimus, & ab alio occupatum, vel detentum nobis redditur: vti fit, in Quor. bonor. quod legat. & ſimilib. Interdictis. Item in executorialibus & mandatis executiuis.

20 Octauo † diuiduntur Interdicta reſpectu poſſeſſionis & proprietatis: Etſi enim pleraque interdicta omnia poſſeſſionis potiſſimum cauſa inuenta ſunt, & redduntur: *Inſtit. hoc tit. & ibid.* Theophil. Quædam tamen & proprietatis cauſam continent: veluti *de itin. actuque priu. de aq. quot. & æſtiu.* ſed & illa Interdicta quæ de locis ſacris, & religioſis proponuntur, veluti proprietatis cauſam continent: Item illa de liberis exhib. & alia quæ iuris tuendi cauſa diximus competere: Vt non ſit mirum, ſi quæ interdicta ad rem familiarem pertinent, proprietatis non poſſeſſionis cauſam habeant: ita Paul. *d. l. 2. §. 2.*

21 egregie & quidē practice: Sic † enim & illa Interdicta vel mandata, quæ ſuper re familiari ex ſententia, vel re iudicata, aut inſtrumētis, & documentis publicis, iuxta ea, quæ homilia 4. caſu 10. diximus, redduntur, & multa alia proprie-

22 tatis cauſam continent. Et argumento *d. l. 2. §. quædam, ff. de interd.* Nonnulli, † omnia interdicta quantumuis poſſeſſoria, quæ circa res incorporales, item ſacras & ſpirituales, vel & circa decimas & beneficia redduntur, cauſam proprietatis continere aiunt: quatenus illarum poſſeſſio, ſine iuſtificatione tituli ſtare nequit: gloſſ. *Clem. 1. in fin. de cauſ. poſſ. & propr.* Steph. Aufrer. *deciſ. 15.* Ioh. Waimeſ. *conſ. 81. num. 2.* Quamuis & in his ſæpe, ita poſſeſſorium à petitorio diſtinguatur: vt illud etiam laici iudicis forum ac competentiam admittat: *per notiſ.*

23 Nono † reſpectu ipſius poſſeſſionis diuiduntur Interdicta quod quædam ſint aut adipiſcendæ poſſeſſionis, aut recuperandæ, aut retinendæ, *d. l. 2. §. 3.* vel iuxta Imp. Sequens diuiſio Interdictorum eſt hæc: quod quædam adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparata ſunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ, §. 1. *Inſt. hoc tit.* Vbi tria ſaltem mihi monenda veniunt: Primum,

24 † quod ordo omnium commodiſſimus eſſe videtur, vt primum locum, retinendæ, alterum recuperandæ, tertium adipiſcendæ poſſeſſionis interdictis tribuamus: Præcipuum enim eſſe debet, vt parta & bene acquiſita tueamur:

Vnde

Digitized by Google

Vnde Moralis Poeta: Non minor eſt virtus quam quærere parta tueri.
Proximum † eſt,vt legitime parta & acquiſita,ſed dolo,vi aut clam,&c. amiſſa 25
recuperemus: Quo pertinet Saluatoris & domini noſtri Ieſu Chriſti parabo-
la,in Euangelio,de vna oue & drachma amiſſis; tum multa iuris remedia qui-
bus res ſuas indebite amiſſas vindicare & repetere cuilibet permiſſum: longe
† enim fauorabilior eſt cauſa ſuum repetentis, quam lucrum captantis *per l.* 26
ſcimus 22.§.Si vero Creditores 5.C.de iur.delib.& ibi not. Niſi forte deſperata vel
† nimium impendioſa aut impoſſibilis foret recuperatio: tunc enim auiculæ, 27
ex manibus detentoris, ſub vana ſpe redeundi dimiſſæ, cantiuncula ſequenda
erit,quæ arbori inſidens,monuiſſe dicitur:

Si quid habes ſerua,ſed quæ periere relinque.

Rerum enim irrecuperabilium melius remedium non eſt quam obliuio.

Tertium † vero eſt acquirere, & adipiſci, iiſque quæ iam habes adijce- 28
re: Adde parum paruo, tandem cumulatur aceruus: Deme parum paruo,tan-
dem exhauritur aceruus. Et iſte ordo etiam quadrat ſuperiori partitioni,qua
Interdicta, vel prohibitoria,vel reſtitutoria vel exhibitoria eſſe dixerat Impe-
rator, *d.§.1.Inſt.* Alterum quod monere volui eſt,quod Paul. *d.l.2.§.3.* hanc
† ipſam diuiſionem,ad Interdicta quæ circa rem familiarem verſantur, perti- 29
nere dicens,non præciſe & ſimpliciter,ſed cum modificatione κατὰ τὸ πλεῖ-
στον accipiendus ſit,quod ſcilicet vt plurimum,& plerunque retinendæ, recup.
& adipiſc. poſſeſſionis Interdicta, ad rem familiarem ſpectent: ſæpe enim &
publici iuris gratia redduntur,&c.

Tertio notandum, † quod hæc diſtinctio retinendæ, recup. & adipiſc. 30
poſſeſſionum, longe anguſtior ſit, quam vt omnis interdictorũ ratio,omneſ-
ue caſus eo referri queant: qualia ſunt ea Interdicta, quæ diuini vel publici iu-
ris cauſa,extra poſſeſſionis conſiderationem reddi diximus, quo etiam perti-
nent caſus armorum,ſcandali, ſequeſtrationum, & arreſtorum, &c. Quem-
admodum & præcedens † diuiſio, qua Interdicta in prohibitoria, reſtituto- 31
ria,& exhibitoria,vel etiam compulſorialia diſtinguuntur, non omnes præto-
riarum executionum caſus comprehendit: Vt immiſſionum,vel earum exe-
cutionum,quæ fiunt in res ab alio non detentas,non quidem via ordinaria In-
terdictorum; vtpote,quæ proprie inter duos pluresue redduntur: Sed inſtar
tamen Interdictorum & via regia.

Retinendæ † autem poſſeſſionis interdicta ſunt,quæ ad tuitionem poſ- 32
ſeſſionis comparata ſunt,& quibus, vis, vel impedimentum aut turbatio fieri
prohibetur: velut,vti poſſidetis interdictum,& vtrubi &c.

Recuperandæ † poſſeſſionis vel Reſtitutoria Interdicta ſunt, quibus 33
poſſeſſionem noſtram iniuſte vel indebite amiſſam recuperamus. Adipiſcen-
dæ poſſeſſionis † ſunt Interdicta,quæ competunt his,qui ante non ſunt nacti 34
poſſeſſionem: Veluti quorum bonorum,&c. Saluianũ quoque interdictum,

Digitized by Google

quod eſt de pignoribus, ex hoc genere eſt: Et quo itinere venditor vſus eſt, quo minus emptor vtatur, vim fieri veto, *d.l.2.§.3. Et §. adipiſc. 3. cum trib. ſeq.*
35 *Inſt. eod.* Sicut autem retinendi † verbum & interdictum eam poteſtatem habet, vt omnia in ſuo ſtatu relinquantur, nec vllatenus turbentur, quatenus quis poſſeſſionem qualemcunque habet, aut & iure poſſeſſionis fruitur, *l.2.§. habere 38. Ne quid in loc. pub.* Non id tantum comprehendens ac prohibens,
36 quod ſtatim in præſentiarum, ſed & poſtea nocere poſſit; *ibid.§.31.* Ita † verbi reſtituere ac interdicti reſtitutorij ea vis eſt, quod omnia in priſtinum ſtatum reducit: quod fit, ſi quis tollit id, quod factum eſt, vel reponat, quod ſu-
37 blatum eſt: & interdum ſuo ſumptu. Nam † ſi ipſe, cui quis interdixit, fecerit, vel iuſſu eius alius, aut ratum habitum ſit, quod fecit: ipſe ſuis ſumptibus debet reſtituere: Si vero nihil horum interuenit, ſed habet factum: tunc dicemus patientiam ſolam eum præſtare debere, *d.l.2.§. Reſtituas* 43. quod poſtremum intellige, ſi ad eum, qui factum habet, nihil peruenerit, nec hereditatis vel quo alio nomine teneatur. Alias enim & latiſſimum eſt reſtitutionis verbum, non modo quoad omnem rei cauſam, ſed etiam quoad heredes, vt infra dicemus.

38 Decimo † diuiduntur interdicta, reſpectu temporis: Idque dupliciter, reſpectu vel durationis vel turbationis. Durationis quod interdicta vel perpetua vel temporalia, & ex his quædam annua, duorum vel amplius annorũ dici poſſunt. Perpetuum, hoc ſignificatu, interdictum dicitur, quod perpetuo ligat, atque afficit, temporale, quod ad certum tempus: *text. in l. moris 9. & l.*
39 *fin ff. de pœn. l. falſi* 13. §.1. *ff. Ad l. Cornel. de falſ.* Ratione † turbationis quædam interdicta in præſens, quædam in futurum, quædam in præteritum tempus referuntur: Hæc quæ ratione poſſeſſionis, vel facti præteriti redduntur: vt, vnde vi, & alia reſtitutoria: Iſta in quibus ratio habetur temporis præſentis: veluti in vti poſſid. & vtrubi interdict. Illa in quibus futuri: vt de itin. actuq; priv.
40 Item de aq. quotid. & æſtiua. *d.l.1.§.2.* Quo † diuerſi temporis reſpectu, & mixta eſſe poſſunt quædam interdicta: in quibus ratio habetur, tam præteriti temporis, reſpectu damni dati, quam præſentis & futuri reſpectu præſentis poſſeſſionis, & futuræ, quæ inhibenda venit, moleſtationis.

41 Vndecimo, † interdictorum quædam, reſpectu inſtituendæ actionis, annalia ſunt quædam perpetua: *text. l.1.§. fin. l. ex quibus cauſis* 4 *ff. h.t.* quod latius explicabimus homilia ſequente.

42 Duodecimo, † quædam interdicta ſunt perſonalia, quædam realia, vel perſonalia in rem ſcripta: Etſi enim Vlpian. interdicta omnia, licet in rem videantur concepta, vi tamen ipſa perſonalia eſſe, dicit: *d.l.1.§.3.* Vnde & Iohan. Igneus, *in l. Neceſſarios* 5.§ 2. *ff. ad SC. Syllan. n.* 521. vrget; interdicta, eſſe iudicia
43 perſonalia. Vbi alij, † econtra realib. actionibus ea annumerant. D. Herm. Vultei. *in Inſt. de interd. n.* 4.5. *Et iuriſp.* 2. *c.* 21. cuius ſententiam plurib. reprobat

D. God-

D. Godfrid. Anton. *in Anti-Vult. 3. à theſ. 136. vſque ad* 152. per rationes: quod
primo, omnia interdicta ex delicto vel quaſi, contumacia, vel quaſi & ſic qua-
dam obligatione proficiſcantur: *l. obligamur* 52. §. *iure honorario*, vbi Cuiac. *ff.*
De Oblig. & act. Donell. 15 *com. 37. vbi interdicta de precario, & migrando* male
excipit. Deinde, quod interdicta, *d. l. 1. §. 3 h. tit.* in genere, & paſſim in ſpecie,
perſonalibus actionibus annumerentur: *vt interd. vnde vi*, *Quod vi aut clam.*
l. 38 ff. De Vſur. Tum quod in tertium poſſeſſorem non dentur, *l. cum à te, 7 ff. de*
vi & vi arm. ſed in perſonam, etiamſi dolo poſſidere deſierit, *l. 1. in pr. & §. 35. &*
ſeqq. l. 15. ibid. l. 1. l. 2. vti poſſid &c. Tamen † cum à potiore ſumatur denomina- 44
tio: quædamque interdicta præcipua vel ſui poteſtate, vel actoris intentione,
in rem, quædam vero in perſonam potius dirigantur: iccirco, & hanc diuiſio-
nem retinere placet: Ita interdicta de locis ſacris, & publicis; Item Saluianum:
De precario: *Vti poſſidet. l. fin. C. de edict.* Diui. Ad. &c. potiſſimam rei conſide-
rationem habent: *l. 1. l. 2. C. de precar. & ſal.* ſicut & damni infecti, item nuncia-
tionis noui operis: l. operis noui nunciatio, in rem fit, non in perſonam: 10 *&*
l. fin. ff. de nou. op. nunc. Idem de ſuperficiebus: *l. 1. §. 1. in fin.* longe vtile viſum eſt,
interdictum proponere & quaſi in rem actionem polliceri: *ff. De ſuperfic.* quo
etiam pertinent immiſſiones, arreſta, & ſequeſtrationes prætoriæ: Interdicta
† vero de non turbando, de non offendendo, de migrando, & plæraque inhi- 45
bitorialia, multa etiam iuſſoria, & ſic denique omnia, quæ ratione delicti, vel
quaſi, veluti turbationis, inuaſionis, &c. redduntur, in perſonalibus videntur
conſiſtere: quod ex caſibus interdictorum latius licebit colligere. Sed vbicun-
que † reſpectu poſſeſſionum redduntur interdicta, generaliter cum Vlpian. 46
dicendum eſt, quod ſint perſonalia in rem ſcripta. Eaque diſtinctio vtilitate
non caret: quod quatenus realia ſunt, eatenus etiam rem ipſam ſequantur:
Vnde Iauolen. *d. l. fin.* ſi is, cui opus nouum nunciatum erat, vendidit prædium:
emptor ædificauit: & hic, tanquam dominus prædij tenetur, & obligatus eſt:
ex eo, quod locum poſſidet, in quem opus nouum nunciatum eſt: quia nun-
ciatio operis ſit, non perſonæ.

Ceterum, † quatenus in perſonas redduntur interdicta, eatenus etiam 47
illas non egrediuntur: Vnde illud: Quod inhibitio non liget, niſi illum, in
quem concepta eſt: Item, quod actiones pœnales ad heredes non tranſeant.
Sic † etſi Vnde vi interdictum, perſonale eſt, quoad perſonam ſpoliantis: ta- 48
men reale eſt, quoad res ſpoliatas, eoque reſpectu, non modo in vniuerſalem,
ſed & ſingularem ſucceſſorem redditur; Si non directum: de quo *d. l. 7 ff. de vi*
& vi arm. ſaltem Vtile † interdictum: *l. 1. l. 2. C. de precar. & Salv. text. l. ſi quis ad* 49
ſe fundum 7. C. de vi pub. vel priuat. ibi: quid ad quem peruenerit poſſidentem.
Et c. ſæpe De Reſtit. ſpol.

At vero † nec ea tamen re, interdicta realibus actionibus accenſa ſunt: 50
Nam primo, & principaliter & directo, ſunt perſonalia, quoad interdictum in

perſonam conceptum, quoad rei vero perſecutionem ſunt in rem ſcripta: per prædicta. Et ita interdicto, ac quod eodem proſequimur poſſeſſorio tanquam perſonali, opponitur in rem actio: *l. & an eadem* 14. §. *fin. ff. de Except. Rei iudic.* Facitque ad prædicta, quod regulariter & com. DD. interdictis, inſtar Conditionum vel actionum facti vtantur: iiſque proinde 30. annorum metas præſtituant: vti alijs perſonalibus actionibus, quod eatenus recte nuper Anton. Faber, *in Cod. ad tit. Vnde vi: defin.* 1. *n.* 5. Quod enim, ait interdictum, actio in rem ſcripta eſt, non facit, quo minus hæc ſit perſonalis, & perſonalium iure cenſeri debeat: imo ſi eſſet omnino in rem, tanto facilius præſcriberetur: præſertim iure ciuili, &c.

51 Decimo tertio † diuiduntur interdicta, reſpectu hominum, & perſonarum: quædam enim noxalia ſunt, quædam ſecus. Interdicta noxalia, ea ſunt, quæ ob delictum vel factum eorum, quos in poteſtate habemus, dantur: veluti cum vi deiecerunt, aut vi, aut clam, opus fecerunt: ſed & officio Iudicis continetur: vt dominum ſua impenſa opus reſtituentem abſoluat: patientiam tollendo operi præſtantem, noxæ dedere iubeat, & abſoluat: ſi non dedat: quantum impenſæ in tollendo opere erogatum ſit, tantum condemnet. Si neque patientiam præſtet neque ipſe tollat, cum poſſit, in tantum condemnet, quantum iudex æſtimauerit, atque ſi ipſe feciſſet: Ita Paul. *l. fin. ff. de Interd.* Item Vlpian. *l. ſi alius* 7. §. 1. *ff. Quod vi aut clam.*

52 Quæ ipſæ † ob ſimiles leges, magnum quoque in praxi vſum habent, ſi non in iudicio vere noxali, ſaltem per quam proximo. Ita in cauſis arreſtorum, pignorationum, deiectionum, atque ſpolij, domini, ſemetipſos non raro purgantes, omnem, in officiales & miniſtros, culpam factumque reiiciunt, & tamen illos, iuri parere, ablata vel arreſtata reſtituere, cum poſſent, non compellunt: vbi in ipſum dominum, quod cauſam per id ſuam faciat, Interdicta merito redduntur. Quo pertinet *text. elegantiſ. l.* 1. §. 11. *& nouem ſeq. ff. de vi & vi armat. l. aut* 5. § 8. *& ſeq. per tot. l.* 6. *l. denique* 13. §. *pen. & fin. ff. Quod vi aut clam.* de quibus paulo poſt.

53 Decimo † quarto, reſpectu fructuum diuiduntur interdicta: In quibuſdam enim, fructuum ratio habetur, in quibuſdam non: Et in illis quidem, fructuum ratio exinde habetur, ex quo edita ſunt, non retro: teſte Vlpian. *l. in Interd.* 3. *ff. de Interdictis*, quod caute & limitate de illis ſaltem caſibus intelligendum eſt, vbi ex contemptu reddiri interdicti, fructuum cauſa æſtimatur: vti fit,
54 in cauſis inhibitionũ, & interdictis retinendæ, & ſimilibus alijs. Alia † eſt ratio, interdictorum recuperandæ, & adipiſcendæ poſſeſſionis, præſertim vero illorum in quibus, ex ipſa interdicti natura, etiam fructus, omniſq; adeo ipſius rei cauſa rem ipſam ſequuntur: *text. l.* 1. §. 40. Ex die quo quis deiectus eſt, fructuum ratio habetur: quamuis in ceteris interdictis, ex quo edita ſunt, non retro computantur, *Digeſt. de vi & vi armat. text. l. videamus* 38. §. 11. In inter-

Digitized by Google

interdicto quoque quod vi aut clam magis eſt, vt omnis fructus & cauſa reſti-
tuatur *ff. de vſur.* Cuiac. *lib.4. obſ.11. in fin. ita in Quor. bonor.* Interdicto, vel &
eo, quod ex *l.fin.C.de edict.* Diui Adrian. competit, omnis, bonorum, vel he-
reditatis, cauſa venit. Reſtituendi † enim verbum (quod cumprimis recu- 55
perandæ, tum etiam adipiſcendæ interdictis accommodatur) pleniſſimam
habet poteſtatem, non modo rem ipſam, ſed fructus etiam, plerumque etiam,
damna, & omne intereſſe comprehendens : *text. notab. d.l. videamus 38. in prin.*
& §. 5. 10. & ſeq. ff. de vſur. l. in condemnatione, §. 1. ff. de reg. iur. l. in conditione l.
cum prætor, & l. fin. §. fin. ff de verb. ſignif. l. Iulian. § idem Iulian. & l. præterea ff. de
Rei vendic. l. cum fundus ff. ſi cert. pet. c. accedens, in fin, vt lit. non conteſt. Et reſti-
tuere iuſſus tantum reſtituere debet quantum ablatum, vel præreptum eſt, vel
inique præoccupatū : per ead. & Barth. *l. fin. 6. de ſent. paſſis.* Quinimo † omne 56
id ineſt, quod petitor habere potuerat, ſi res illi prærepta vel ablata non fuiſ-
ſet : dictis legib. *& l. Reſtituere 1. & 2. ff. de verb. ſignif. l. proinde ſi ſeru.* ibi : non
ſolum perempti corporis æſtimatio facienda eſt. ſed & eius ratio haberi debet,
quod cætera corpora depretiata ſunt : *d. J. 1. §. Non ſolum ff. de vi & vi armat.*
Accedit, † quod ſpoliatio, vel occupatio, dolo non careat : vbi merito omniū 57
vtilitatum & acceſſionum ratio habenda : *l. quod te, ff. de reb. cred. l. 2. §. doli. ff. vi*
bon. rapt. l. ſi ex legati cauſ. ff. de verb. oblig. l. ſi ex plagis, §. Faber. ff. Ad l. Aquil.
& operarum quibus quis caruit, aut cariturus eſt : ibid. *& l. Ex hac lege, ff. ſi*
quad. paup. Ita, vt † ratio hic habeatur, non tantum fructuum & acceſſionum 58
naturalium, ſed etiam ciuilium : vt. lucri ceſſantis, & damni emergentis : item
omnis depretiationis, vel Corruptionis : per ead. late poſt alios, And. Gail.
de pign. obſ. 17. per tot. & com. DD. ad d. l. reſtituere, & d. l. fin. ff. de verb. ſignif. &
ad d. l. in condem. §. 1. ff. de reg. iur. vbi & Deci. *qui in fin.* excipit † caſum : Niſi 59
talis reſtitutio fiat in præiudicium tertii : per ea quæ ibid. vbi & Carol. Molyn.
addit alterum caſum : Niſi reſtitutio fiat, non tam ex debito iuſticiæ, quam ex
gratia : tunc enim fructus non reſtituuntur. Quibus adde & tertio illū caſum,
quando poſſeſſor bonæ fidei, de fructibus reſtituendis non tenetur : de quo
paſſim DD. Et dixi *ad tit. de acquir. vel amit. poſſeſ.* Eo tamen hic † notando ; 60
quod fructuum, & præſertim damnorum ac intereſſe ratio, tanquam perplexa
communiter & intricata, ac difficilis, non tam in ipſo Interdicto, quam iudi-
cio, quod dabatur, & olim expedita fuerit : vti adhuc hodie fit : ita vt Interdi-
ctum in omnem cauſam concipiatur : & deinde, reſtituta re ipſa de fructibus,
& intereſſe, ſummarie receptis, allegationibus, ac probationibus, cognoſca-
tur : Vbi ſæpe coniecturis ac præſumptionibus res agitur : per ea quæ Gail. *d.*
obſ. 17. Cæterum, † Interdicta, in quibus fructuum ratio regulariter non ha- 61
betur, ſunt retinendæ, & inhibiroria : item, quæ de locis publicis : & ſimilib.
tum ijs in caſibus redduntur, quib iura ipſa nullam fructuum cauſam admit-
tunt : quod intellige, ſi interdicta, re adhuc integra reddantur, ſi enim † tur- 62
N 3 batione,

Digitized by Google

minum cauſa, vel diuini Iuris aut de religione: ſicut eſt, Ne quid de in loco ſa-
cro fiat, vel quod factum eſt reſtituatur; & de mortuo inferendo, vel ſepul-
chro ædificando &c.

3 Secundo † autem de rebus hominum interdicta redduntur, aut de his,
quæ ſunt alicuius, aut de his quæ nullius: quæ ſunt nullius hæc ſunt, liberæ
perſonæ, de quibus ducendis exhibendis, interdicta competunt, *l. 1. in princ. d.
tit.* Sed quia & feræ beſtiæ, aues, piſces, gemmæ & lapilli in littore maris, in bo-
nis nullius eſſe dicuntur, *§. feræ 17. Inſt. de rer. diuiſ. l. item lapilli 3. ff. eod,* vtpote
4 quæ † naturali ratione occupantis fiant, ibid. Ergo ſi quis contra hanc Iuris
naturalis gentiumque libertatem prohibeatur, ſimiliter interdicta vel inhibi-
toria vel iuſſoria impetrare poterit: ſi modo libertas illa, præſcriptionis vel cu-
5 ius alterius iuris contrarij non habeat obſtaculum. Videtur quidem † alicubi
negare ICtus hiſce in caſibus interdicta competere, quod iniuriarum actio ſit
ordinaria, *l. 2. § 9. Ne quid in loc. pub. vel itin. fiat.* Sed hoc de directis ſaltem in-
terdictis intelligendum eſt, quod vtilem eorundem poteſtatem non excludit.
Quomodo etiam ICtus, non tam de poſſeſſionis cauſa quam ordinaria iniu-
riarum actione ibid. loquitur: Ita vt & directum interdictum iſthic compete-
re non abſurde dicamus.

6 Tertio † de rebus quæ ſunt alicuius, redduntur interdicta, quæ iuxta Vlp *d.
l. 1. in pr* aut publica ſunt aut ſingulorũ ſiue priuata. Vel vt Paulus *d. l. 2. § 1.* ibi-
dem explicatius ait: Hominum cauſa competunt interdicta vel ad publicam
vtilitatem pertinentia, vel ſui iuris tuendi cauſa, vel officij tuendi cauſa, vel rei
7 familiaris. Publica † vel publicæ vtilitatis interdicta ſunt, de locis publicis,
de vijs & fluminibus publicis, vt ijs vti liceat, Ne quid in ijs fiat, &c. quæ & po-
pularia dicuntur, quod cuilibet de populo legitimum intereſſe habenti red-
dantur, *l. 2. § 34. Ne quid in loc. pub.* Quia vero ſingulorum res, & proinde pri-
uata deſuper competentia interdicta non ſunt vnius generis, vti etiam ex ver-
bis Pauli apparet.

8 Quarto † igitur Vlp. non abs re ſingulorum vel priuata interdicta aut ad
vniuerſitatem aliquam rerum pertinere ait: vti quorum bonorum, quibus ad-
de *l. fin. C. de edict. diui Ad. toll.* Aut ad ſingulas res, vti quod legatorum, de glan-
de leg. *de arb. cad. Vti poſſid. Vnde vi, &c.*

9 Sed ex citatis Pauli verbis Quinta † interdictorum diuiſio colligi po-
teſt cum elegans tum in praxi admodum vtilis. Quod ſcilicet priuata vel ſin-
gularum rerum interdicta, aut rei familiaris gratia reddantur, aut officij vel cu-
iuſcunque alterius iuris gratia: Ad rem familiarem pertinent ea omnia, de
quibus ſub diſtinctione præced. diximus, ſiue ad vniuerſitatem quandam, ſiue
10 ad ſingularitatem bonorum referantur, &c. Officij † cauſa dari, ait Paul. in-
terdictum de libero homine exhib. Etſi enim is in alterius poteſtate vel iure
non

non eſt, tamen officium pietatis, & publicæ diſciplinæ requirit illum exhiberi. Ita publica dicuntur quædam delicta *per tit. de pub. iudic.* vbi ſimiliter ratione officij citra vllum rei familiaris intereſſe interdicta peti reddique poſſunt: puta reſpectu ſcandali publicæ pacis & tranquillitatis, &c. Sed hoc officij † caput longe adhuc latius eſt: Hinc cum quilibet officium ſuum, 11
etiam priuatim ſibi iniunctum, non negligere ſed agere debeat, *per l. cum hi* 8. *§.17. ff. de tranſact.*

Quemadmodum & varia ſunt officiorum genera, vt matris viduæ in petendis pupillorum ſuorum tutoribus, item aduocatorum, notariorum, procuratorum, officialium, &c. Ergo ampliſſimæ, tum ſæpiſſime per quam neceſſariæ hic quotidie occurrunt interdicendi, mandandi, vel iubendi & prohibendi materiæ & occaſiones.

Iuris † autem ſui tuendi cauſa dari ait Paul. interdicta de liberis exhiben- 12
dis, item liberto exhibendo; quo etiam referri poteſt vſus publicorum locorum, & ſimilia, quæ in mero iure conſiſtunt, & ad relatos ſupra interdictorum fontes caſuſque referri poſſunt. ita vt à præcepto incipere liceat. Et quinque † 13
iſtæ diuiſiunculæ materiam vel ſubiectum interdictorum proprie concernunt, rerumque ſuper quibus interponuntur qualitates & differentias.

Porro diuiduntur interdicta reſpectu ipſius mandantis, & formularum interdicti: quo nomine Imp. *in princ. Inſtit. de interdict.* Summa † ait diuiſio 14
interdictorũ hæc eſt, quod aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibitoria: vel vt Vlpian. *d. l.* 1. *§.* 1. interdictorum autem dicit, tres ſunt ſpecies, exhibitoria, prohibitoria, reſtitutoria: Sunt tamen quædam interdicta & mixta, quæ & prohibitoria ſunt & exhibitoria. Sed & iſta pro vſu & praxi quotidiana aliquanto clarius proponi poſſunt.

Cum † ipſa interdictorum definitio dichotomian nobis tradat reſpectu 15
prohibitionis vel iuſſionis: dicente Iuſtiniano Imp. Quod interdicta ſunt formulę quibus prætor aliquid fieri vel prohibeat, vel iubeat *in princ. Inſt. de interdict.* Interdicebat enim Prætor iuxta Theophil. ἢ ὡς κωλύων aut ſicut prohibens, ἢ ὡς κελεύων aut ſicut iubens.

Sexto igitur † interdicta vel ſunt inhibitoria quibus fieri aliquid pro- 16
hibetur, vel iuſſoria, aut potius compulſorialia, quibus aliquid fieri iniungitur & mandatur. Et cum in definitionibus inhibitionum non nihil varient, nec ſatis ſibi conſtent DD. ſciendum eſt † inhibitionem eſſe decretum iu- 17
dicis competentis, ne quid fiat, legitime prohibens. Et inhibitoria quidem, vtpote quæ vnicum atque ſolum impediendi arcendi, prohibendi finem effectumque reſpiciunt, vnius ſunt generis: Iuſſoria autem vel compulſorialia plures ſpecies comprehendunt.

Septimo

Digitized by Google

18 Septimo † enim illa Interdicta vel mandata quibus aliquid fieri iniungitur, ſunt vel Reſtitutoria, vel exhibitoria, vel quo alio fine aut ratione compulſorialia: vt de edendis actis in cauſis Appellationum, de edendis & reddendis rationibus, & alijs trecentis vel mille caſibus; quibus Iudex mandando, iubendo & compellendo procedere poteſt: prout ex præced. & ijs quæ fuſe in ſequenti parte altera afferri poterunt, licebit videre.

19 Deinde † reſtitutoria Interdicta iterum ſunt duplicia: vel enim ſunt adipiſcendæ vel recuperandæ: de quibus ſpeciebus iam dicemus. Reſtitui enim in iure & latina lingua nobis dicitur, non modo id quod antea habuimus, & nobis ereptum redditur, vti fit in reſtitutione ſpoliatorum, & canone redintegranda: Sed etiam id, quod nunquam habuimus, & ab alio occupatum, vel detentum nobis redditur: vti fit, in Quor. bonor. quod legat. & ſimilib. Interdictis. Item in executorialibus & mandatis executiuis.

20 Octauo † diuiduntur Interdicta reſpectu poſſeſſionis & proprietatis: Etſi enim pleraque interdicta omnia poſſeſſionis potiſſimum cauſa inuenta ſunt, & redduntur: *Inſtit. hoc tit. & ibid.* Theophil. Quædam tamen & proprietatis cauſam continent: veluti *de itin. actuque priu. de aq. quot. & æſtiu.* ſed & illa Interdicta quæ de locis ſacris. & religioſis proponuntur, veluti proprietatis cauſam continent; Item illa de liberis exhib. & alia quæ iuris tuendi cauſa diximus competere: Vt non ſit mirum, ſi quæ interdicta ad rem familiarem pertinent, proprietatis non poſſeſſionis cauſam habeant: ita Paul. *d. l. 2. §. 2.*

21 egregie & quidē practice: Sic † enim & illa Interdicta vel mandata, quæ ſuper re familiari ex ſententia, vel re iudicata, aut inſtrumētis, & documentis publicis, iuxta ea, quæ homilia 4. caſu 10. diximus, redduntur, & multa alia proprie-

22 tatis cauſam continent. Et argumento *d. l. 2. §. quædam, ff. de interd.* Nonnulli, † omnia interdicta quantumuis poſſeſſoria, quæ circa res incorporales, item ſacras & ſpirituales, vel & circa decimas & beneficia redduntur, cauſam proprietatis continere aiunt: quatenus illarum poſſeſſio, ſine iuſtificatione tituli ſtare nequit: gloſſ. *Clem. 1. in fin. de cauſ. poſſ. & propr.* Steph. Aufrer. *deciſ. 15.* Ioh. Waimeſ. *conſ.* 81. *num. 2.* Quamuis & in his ſæpe, ita poſſeſſorium à petitorio diſtinguatur: vt illud etiam laici iudicis forum ac competentiam admittat: *per notiſ.*

23 Nono † reſpectu ipſius poſſeſſionis diuiduntur Interdicta quod quædam ſint aut adipiſcendæ poſſeſſionis, aut recuperandæ, aut retinendæ, *d. l. 2. §. 3.* vel iuxta Imp. Sequens diuiſio Interdictorum eſt hæc: quod quædam adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparata ſunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ, §. 1. *Inſt. hoc tit.* Vbi tria ſaltem mihi monenda veniunt: Primum,

24 † quod ordo omnium commodiſſimus eſſe videtur, vt primum locum, retinendæ, alterum recuperandæ, tertium adipiſcendæ poſſeſſionis interdictis tribuamus: Præcipuum enim eſſe debet, vt parta & bene acquiſita tueamur: Vnde

Digitized by Google

Vnde Moralis Poeta: Non minor eſt virtus quam quærere parta tueri.
Proximum † eſt, vt legitime parta & acquiſita, ſed dolo, vi aut clam, &c. amiſſa 25
recuperemus: Quo pertinet Saluatoris & domini noſtri Ieſu Chriſti parabo-
la, in Euangelio, de vna oue & drachma amiſſis; tum multa iuris remedia qui-
bus res ſuas indebite amiſſas vindicare & repetere cuilibet permiſſum: longe
† enim fauorabilior eſt cauſa ſuum repetentis, quam lucrum captantis *per l.* 26
ſcimus 22. §. Si vero Creditores 5. C. de iur. delib. & ibi not. Niſi forte deſperata vel
† nimium impendioſa aut impoſſibilis foret recuperatio: tunc enim auiculæ, 27
ex manibus detentoris, ſub vana ſpe redeundi dimiſſæ, cantiuncula ſequenda
erit, quæ arbori inſidens, monuiſſe dicitur:

Si quid habes ſerua, ſed quæ periere relinque.

Rerum enim irrecuperabilium melius remedium non eſt quam obliuio.

Tertium † vero eſt acquirere, & adipiſci, iiſque quæ iam habes adijce- 28
re: Adde parum paruo, tandem cumulatur aceruus: Deme parum paruo, tan-
dem exhauritur aceruus. Et iſte ordo etiam quadrat ſuperiori partitioni, qua
Interdicta, vel prohibitoria, vel reſtitutoria vel exhibitoria eſſe dixerat Impe-
rator, *d. §. 1. Inſt.* Alterum quod monere volui eſt, quod Paul. *d. l. 2. §. 3.* hanc
† ipſam diuiſionem, ad Interdicta quæ circa rem familiarem verſantur, perti- 29
nere dicens, non præciſe & ſimpliciter, ſed cum modificatione κατὰ τὸ πλεῖ-
ϛον accipiendus ſit, quod ſcilicet vt plurimum, & plerunque retinendæ, recup.
& adipiſc. poſſeſſionis Interdicta, ad rem familiarem ſpectent: ſæpe enim &
publici iuris gratia redduntur. &c.

Tertio notandum, † quod hæc diſtinctio retinendæ, recup. & adipiſc. 30
poſſeſſionum, longe anguſtior ſit, quam vt omnis interdictorũ ratio, omneſ-
ue caſus eo referri queant: qualia ſunt ea Interdicta, quæ diuini vel publici iu-
ris cauſa, extra poſſeſſionis conſiderationem reddi diximus, quo etiam perti-
nent caſus armorum, ſcandali, ſequeſtrationum, & arreſtorum, &c. Quem-
admodum & præcedens † diuiſio, qua Interdicta in prohibitoria, reſtituto- 31
ria, & exhibitoria, vel etiam compulſorialia diſtinguuntur, non omnes præto-
riarum executionum caſus comprehendit: Vt immiſſionum, vel earum exe-
cutionum, quæ fiunt in res ab alio non detentas, non quidem via ordinaria In-
terdictorum; vtpote, quæ proprie inter duos pluresue redduntur: Sed inſtar
tamen Interdictorum & via regia.

Retinendæ † autem poſſeſſionis interdicta ſunt, quæ ad tuitionem poſ- 32
ſeſſionis comparata ſunt, & quibus, vis, vel impedimentum aut turbatio fieri
prohibetur: velut, vti poſſidetis interdictum, & vtrubi &c.

Recuperandæ † poſſeſſionis vel Reſtitutoria Interdicta ſunt, quibus
poſſeſsionem noſtram iniuſte vel indebite amiſſam recuperamus. Adipiſcen- 33
dæ poſſeſsionis † ſunt Interdicta, quæ competunt his, qui ante non ſunt nacti
poſſeſsionem: Veluti quorum bonorum, &c. Saluianũ quoque interdictum, 34

N quod

Digitized by Google

quod eſt de pignoribus, ex hoc genere eſt: Et quo itinere venditor vſus eſt, quo minus emptor vtatur, vim fieri veto, *d.l.2.§.3. Et §. adipiſc. 3. cum trib. ſeq.*
35 *Inſt. eod.* Sicut autem retinendi † verbum & interdictum eam poteſtatem habet, vt omnia in ſuo ſtatu relinquantur, nec vllatenus turbentur, quatenus quis poſſeſſionem qualemcunque habet, aut & iure poſſeſſionis fruitur, *l.2.§. habere 38. Ne quid in loc. pub.* Non id tantum comprehendens ac prohibens,
36 quod ſtatim in præſentiarum, ſed & poſtea nocere poſſit; *ibid.§.31.* Ita † verbi reſtituere ac interdicti reſtitutorij ea vis eſt, quod omnia in priſtinum ſtatum reducit: quod fit, ſi quis tollit id, quod factum eſt, vel reponat, quod ſu-
37 blatum eſt: & interdum ſuo ſumptu. Nam † ſi ipſe, cui quis interdixit, fecerit, vel iuſſu eius alius, aut ratum habitum ſit, quod fecit: ipſe ſuis ſumptibus debet reſtituere: Si vero nihil horum interuenit, ſed habet factum: tunc dicemus patientiam ſolam eum præſtare debere, *d.l.2.§. Reſtituas 43.* quod poſtremum intellige, ſi ad eum, qui factum habet, nihil peruenerit, nec hereditatis vel quo alio nomine teneatur. Alias enim & latiſſimum eſt reſtitutionis verbum, non modo quoad omnem rei cauſam, ſed etiam quoad heredes, vt infra dicemus.

38 Decimo † diuiduntur interdicta, reſpectu temporis: Idque dupliciter, reſpectu vel durationis vel turbationis. Durationis quod interdicta vel perpetua vel temporalia, & ex his quædam annua, duorum vel amplius annorū dici poſſunt: Perpetuum, hoc ſignificatu, interdictum dicitur, quod perpetuo ligat, atque afficit, temporale, quod ad certum tempus: *text. in l. moris 9. & l.*
39 *fin ff. de pœn. l. falſi 13. §.1. ff. Ad l. Cornel. de falſ.* Ratione † turbationis quædam interdicta in præſens, quædam in futurum, quædam in præteritum tempus referuntur: Hæc quæ ratione poſſeſſionis, vel facti præteriti redduntur: vt, vnde vi, & alia reſt. tutoria: Iſta in quibus ratio habetur temporis præſentis: veluti in vti poſſid. & vtrubi interdict. Illa in quibus futuri: vt de itin. actuq; priv.
40 Item de aq. quotid. & æſtiua. *d.l.1.§.2.* Quo † diuerſi temporis reſpectu, & mixta eſſe poſſunt quædam interdicta: in quibus ratio habetur, tam præteriti temporis, reſpectu damni dati, quam præſentis & futuri reſpectu præſentis poſſeſſionis, & futuræ, quæ inhibenda venit, moleſtationis.

41 Vndecimo, † interdictorum quædam, reſpectu inſtituendæ actionis, annalia ſunt quædam perpetua; *text. l... §. fin. l. ex quibus cauſis 4 ff. h.t.* quod latius explicabimus homiliâ ſequente.

42 Duodecimo, † quædam interdicta ſunt perſonalia, quædam realiâ, vel perſonalia in rem ſcripta: Etſi enim Vlpian. interdicta omnia, licet in rem videantur concepta, vi tamen ipſa perſonalia eſſe, dicit: *d.l.1.§.3.* Vnde & Iohan. Igneus *in l. Neceſſarios 5.§ 2. ff. ad SC. Syllan. n. 522.* vrget; interdicta, eſſe iudicia
43 perſonalia. Vbi alij, † econtra realib. actionibus ea annumerant. D. Herm. Vultei *in Inſt. de interd. n. 4. 5. Et iuriſp. 2. c. 21.* cuius ſententiam pluribus reprobat D. God-

D. Godfrid. Anton. *in Anti-Vult. 3. à theſ. 136. vſque ad* 152. per rationes: quod
primo, omnia interdicta ex delicto vel quaſi, contumacia, vel quaſi & ſic qua-
dam obligatione proficiſcantur: *l. obligamur 52. §. iure honorario*, vbi Cuiac. *ff.*
De Oblig. & act. Donell. 15 *com. 37. vbi interdicta de precario, & migrando* male
excipit. Deinde, quod interdicta, *d. l. 1. §. 3 h. tit.* in genere, & paſſim in ſpecie,
perſonalibus actionibus annumerentur: *vt interd. vnde vi, Quod vi aut clam.*
l. 38 ff. De Vſur. Tum quod in tertium poſſeſſorem non dentur, *l. cum à te, 7 ff de*
vi & vi arm. ſed in perſonam, etiamſi dolo poſſidere deſierit, *l. 1. in pr. & §. 35. &*
ſeqq. l. 15. ibid. l. 1. l. 2. vti poſſid &c. Tamen † cum à potiore ſumatur denomina- 44
tio: quædamque interdicta præcipua vel ſui poteſtate, vel actoris intentione,
in rem, quædam vero in perſonam potius dirigantur; iccirco, & hanc diuiſio-
nem retinere placet: Ita interdicta de locis ſacris, & publicis; Item Saluianum:
De precario: *Vti poſſidet. l. fin. C. de edict.* Diui. Ad. &c. potiſſimam rei conſide-
rationem habent: *l 1. l. 2. C. de precar. & ſal.* ſicut & damni infecti, item nuncia-
tionis noui operis: l. operis noui nunciatio, in rem fit, non in perſonam: 10 *&*
l. fin. ff. de nou. op. nunc. Idem de ſuperficiebus: *l. 1. §. 1. in fin.* longe vtile viſum eſt,
interdictum proponere & quaſi in rem actionem polliceri: *ff. De ſuperfic.* quo
etiam pertinent immiſſiones, arreſta, & ſequeſtrationes prætoriæ: Interdicta
† vero de non turbando, de non offendendo, de migrando, & plæraque inhi- 45
bitorialia, multa etiam iuſſoria, & ſic denique omnia, quæ ratione delicti, vel
quaſi, veluti turbationis, inuaſionis, &c. redduntur, in perſonalibus videntur
conſiſtere: quod ex caſibus interdictorum latius licebit colligere. Sed vbicun-
que † reſpectu poſſeſſionum redduntur interdicta, generaliter cum Vlpiani. 46
dicendum eſt, quod ſint perſonalia in rem ſcripta. Eaque diſtinctio vtilitate
non caret: quod quatenus realia ſunt, eatenus etiam rem ipſam ſequantur:
Vnde Iauolen. *d. l. fin.* ſi is, cui opus nouum nunciatum erat, vendidit prædium:
emptor ædificauit; & hic, tanquam dominus prædij tenetur, & obligatus eſt:
ex eo, quod locum poſſidet, in quem opus nouum nunciatum eſt: quia nun-
ciatio operis ſit, non perſonæ.

Ceterum, † quatenus in perſonas redduntur interdicta, eatenus etiam 47
illas non egrediuntur: Vnde illud: Quod inhibitio non liget, niſi illum, in
quem concepta eſt: Item, quod actiones pœnales ad heredes non tranſeant.
Sic † etſi Vnde vi interdictum, perſonale eſt, quoad perſonam ſpoliantis: ta- 48
men reale eſt, quoad res ſpoliatas, eoque reſpectu, non modo in vniuerſalem,
ſed & ſingularem ſucceſſorem redditur; Si non directum: de quo *d. l. 7 ff. de vi*
& vi arm. ſaltem Vtile † interdictum: *l. 1. l. 2. C. de precar. & Salv. text. l. ſi quis ad* 49
ſe fundum 7. C. de vi pub. vel priuat. ibi: quid ad quem peruenerit poſſidentem.
Et c. ſæpe De Reſtit. ſpol.

At vero † nec ea tamen re, interdicta realibus actionibus accenſa ſunt: 50
Nam primo, & principaliter & directo, ſunt perſonalia, quoad interdictum in

Digitized by Google

perſonam conceptum, quoad rei vero perſecutionem ſunt in rem ſcripta: per prædicta. Et ita interdicto, ac quod eodem proſequimur poſſeſſorio tanquam perſonali, opponitur in rem actio: *l. & an eadem 14. §. fin. ff. de Except. Rei iudic.* Facitque ad prædicta, quod regulariter & com. DD. interdictis, inſtar Condictionum vel actionum facti vtantur: iiſque proinde 30. annorum metas præſtituant: vti alijs perſonalibus actionibus, quod eatenus recte nuper Anton. Faber, *in Cod. ad tit. Vnde vi: defin. 1. n. 5.* Quod enim, ait interdictum, actio in rem ſcripta eſt, non facit, quo minus hæc ſit perſonalis, & perſonalium iure cenſeri debeat: imo ſi eſſet omnino in rem, tanto facilius præſcriberetur: præſertim iure ciuili, &c.

51 Decimo tertio † diuiduntur interdicta, reſpectu hominum, & perſonarum: quædam enim noxalia ſunt, quædam ſecus. Interdicta noxalia, ea ſunt, quæ ob delictum vel factum eorum, quos in poteſtate habemus, dantur: veluti cum vi deiecerunt, aut vi, aut clam, opus fecerunt: ſed & officio Iudicis continetur: vt dominum ſua impenſa opus reſtituentem abſoluat: patientiam tollendo operi præſtantem, noxæ dedere iubeat, & abſoluat: ſi non dedat: quantum impenſæ in tollendo opere erogatum ſit, tantum condemnet. Si neque patientiam præſtet neque ipſe tollat, cum poſſit, in tantum condemnet, quantum iudex æſtimauerit, atque ſi ipſe feciſſet: Ita Paul. *l. fin. ff. de Interd.* Item Vlpian. *l. ſi alius 7. §. 1. ff. Quod vi aut clam.*

52 Quæ ipſæ † ob ſimiles leges, magnum quoque in praxi vſum habent, ſi non in iudicio vere noxali, ſaltem per quam proximo. Ita in cauſis arreſtorum, pignorationum, deiectionum, atque ſpolij, domini, ſemetipſos non raro purgantes, omnem, in officiales & miniſtros, culpam factumque reiiciunt, & tamen illos, iuri parere, ablata vel arreſtata reſtituere, cum poſſent, non compellunt: vbi in ipſum dominum, quod cauſam per id ſuam faciat, Interdicta merito redduntur. Quo pertinet *text. elegantiſſ. l. 1. §. 11. & nouem ſeq. ff. de vi & vi armat. l. aut 5. § 8. & ſeq. per tot. l. 6. l. denique 13. § pen. & fin. ff. Quod vi aut clam.* de quibus paulo poſt.

53 Decimo † quarto, reſpectu fructuum diuiduntur interdicta: in quibuſdam enim, fructuum ratio habetur, in quibuſdam non: Et in illis quidem, fructuum ratio exinde habetur, ex quo edita ſunt, non retro: teſte Vlpian. *l. in Interd. 3. ff. de Interdictis*, quod caute & limitate de illis ſaltem caſibus intelligendum eſt, vbi ex contemptu redditi interdicti, fructuum cauſa æſtimatur: vti fit,

54 in cauſis inhibitionũ, & interdictis retinendæ, & ſimilibus alijs. Alia † eſt ratio, interdictorum recuperandæ, & adipiſcendæ poſſeſſionis, præſertim vero illorum in quibus, ex ipſa interdicti natura, etiam fructus, omniſq; adeo ipſius rei cauſa rem ipſam ſequuntur: *text. l. 1. §. 40.* Ex die quo quis deiectus eſt, fructuum ratio habetur: quamuis in ceteris interdictis, ex quo edita ſunt, non retro computantur, *Digeſt. de vi & vi armat. text. l. videamus 38. §. 11.* In inter-

Digitized by Google

interdicto quoque quod vi aut clam magis eſt, vt omnis fructus & cauſa reſti-
tuatur *ff. de vſur.* Cuiac. *lib. 4. obſ. 11. in fin. ita in Quor. bonor.* Interdicto, vel &
eo, quod ex *l. fin. C. de edict.* Diui Adrian. competit, omnis, bonorum, vel he-
reditatis, cauſa venit. Reſtituendi † enim verbum (quod cumprimis recu- 55
perandæ, tum etiam adipiſcendæ interdictis accommodatur) pleniſſimam
habet poteſtatem, non modo rem ipſam, ſed fructus etiam, plerumque etiam,
damna, & omne intereſſe comprehendens : *text. notab. d. l. videamus 38. in prin.*
& §. 5. 10. & ſeq. ff. de vſur. l. in condemnatione, §. 1. ff. de reg. iur. l. in conditione l.
cum prætor, & l. fin. §. fin. ff de verb. ſignif. l. Iulian. §. idem Iulian. & l. præterea ff. de
Rei vendic. l. cum fundus ff. ſi cert. pet. c. accedens. in fin. vt lit. non conteſt. Et reſti-
tuere iuſſus tantum reſtituere debet quantum ablatum, vel præreptum eſt, vel
inique præoccupatũ : per ead. & Barth. *l. fin. 6. de ſent. paſſis.* Quinimo † omne 56
id ineſt, quod petitor habere potuerat, ſi res illi prærepta vel ablata non fuiſ-
ſet : dictis legib. *& l. Reſtituere 1. & 2. ff. de verb. ſignif. l. proinde ſi ſeru.* ibi : non
ſolum perempti corporis æſtimatio facienda eſt. ſed & eius ratio haberi debet,
quod cætera corpora depretiata ſunt : *d. l. 1. §. Non ſolum ff. de vi & vi armat.*
Accedit, † quod ſpoliatio, vel occupatio, dolo non careat : vbi merito omniũ 57
vtilitatum & acceſſionum ratio habenda : *l. quod te, ff. de reb. cred. l. 2. §. doli. ff. vi*
bon. rapt. l. ſi ex legati cauſ. ff. de verb. oblig. l. ſi ex plagis, §. Faber. ff. Ad l. Aquil.
& operarum quibus quis caruit, aut cariturus eſt : ibid. *& l. Ex hac lege, ff. ſi*
quad. paup. Ita, vt † ratio hic habeatur, non tantum fructuum & acceſſionum 58
naturalium, ſed etiam ciuilium : vt. lucri ceſſantis, & damni emergentis : item
omnis depretiationis, vel Corruptionis : per ead. late poſt alios, And. Gail.
de pign. obſ. 17. per tot. & com. DD. ad d. l. reſtituere, & d. l. fin. ff. de verb. ſignif. &
ad d. l. in condem. §. 1. ff. de reg. iur. vbi & Deci. *qui in fin.* excipit † caſum : Niſi 59
talis reſtitutio fiat in præiudicium tertii : per ea quæ ibid. vbi & Carol. Molyn.
addit alterum caſum ; Niſi reſtitutio fiat, non tam ex debito iuſtitiæ, quam ex
gratia : tunc enim fructus non reſtituuntur. Quibus adde & tertio illũ caſum,
quando poſſeſſor bonæ fidei, de fructibus reſtituendis non tenetur : de quo
paſſim DD. Et dixi *ad tit. de acquir. vel amit. poſſeſ.* Eo tamen hic † notando ; 60
quod fructuum, & præſertim damnorum ac intereſſe ratio, tanquam perplexa
communiter & intricata, ac difficilis, non tam in ipſo Interdicto, quam iudi-
cio, quod dabatur, & olim expedita fuerit : vti adhuc hodie fit : ita vt Interdi-
ctum in omnem cauſam concipiatur : & deinde, reſtituta re ipſa de fructibus,
& intereſſe, ſummarie receptis, allegationibus, ac probationibus, cognoſca-
tur : Vbi ſæpe coniecturis ac præſumptionibus res agitur : per ea quæ Gail. *d.*
obſ. 17. Cæterum, † Interdicta, in quibus fructuum ratio regulariter non ha- 61
betur, ſunt retinendæ, & inhibitoria : item, quæ de locis publicis : & ſimilib.
tum ijs in caſibus redduntur, quib iura ipſa nullam fructuum cauſam admit-
tunt : quod intellige, ſi Interdicta, re adhuc integra reddantur, ſi enim † tur- 62

batione vel vi quacunque damnum ſit illatum, etiam ante litis conteſtatio-
nem: illud ſane cum omni Intereſſe, Interdicto etiam retinendæ vtiliter com-
præhenditur: per l. ſi duo §. fin ff. vti poſſid. vnde & prætor ipſe; quanti ea
res erit, &c. Hotom. 3. *obſ.* 10. Menoch. *retin. rem. 3. quæſt. 39.* Sic enim, vt in
alijs ordinariis actionibus, item Interdictis recuperandæ, ac Adipiſcendæ, ita
etiam retinendæ, omnis iſtius rei ratio, merito habetur: qua per dolum, cul-
pam, factumve alterius aliquid nobis abeſt: per ead. quæ ſupra.

63 Decimo † quinto, licet neque vnde vi, neque aliud Interdictum famo-
ſum eſt. *l. Neque 13. ff. de vi & vi arm.* quod ſingulariter, in praxi, iis præſertim
in caſibus notandum, vbi alias ordinaria actio, vel criminalis, vel turpis & fa-
moſa eſſet futura. Tamen, quædam ſunt Interdicta, quæ, quod atrocitatem
64 † facinoris in ſe habent, ſecus atque aliæ ciuiles actiones, liberto in patronum,
vel liberis aduerſus parentes, & ſubditis in magiſtratum ſuum, non dantur:
veluti: Interdictum vnde vi, fraudatorium, funerarium, de non offendendo,
&c. *per text. l. 1. §. 43. ff. de vi & vi arm. l. 2. §. fin. ff. de obſeq. par. & patron. præſt.*
65 dummodo † intelligamus, iſta verba Vlpia. modificanda & explicanda, per
66 verb. non facile: Et, niſi vera ac probabili vrgente cauſa: Deinde † explicat
ſe Vlpian. *d. l. 2. in prin.* quod eatenus Interdictum non facile detur, ſi actio in
manifeſta doli & iniuriarum cauſa fundetur & ad vindictam tendat: ſecus ſi
ſolius pecuniarii commodi ſit perſecutio: l. falſi quidem 5. *C. Ad l. Cornel. de
falſ.* Quod autem in praxi notandum eſſe diximus, Interdicta, famoſa non
67 eſſe: ad illud inferri † poſſet. quod etiam ceſſet ignominia in condictionibus,
quamuis ex famoſis cauſis deſcendant: *l. ceſſat. 36. ff. de Oblig. & act.* ſed diffe-
rentia facile colligitur, ex condictione rei furtiuæ, vel ob turpem cauſam, &
ſimplici Interdicto. Illic enim ipſiſſima delicti cauſa exprimitur: hic vero
non. Vt ſi res hereditarias furto ablatas repetere, nec tamen infamare re-
um vel vllatenus furti inſimulare ſatagas: citra vllā furti mentionem, ex vtru-
bi, vel Quorum bonorum Interdicto agere potes, vel, ex quod legatorum:
68 prout ratio intentionis poſtulat. Ita ſi vicinus, † vel quis alius, ædes, vel fe-
neſtras tectumve fregerit, reſque mobiles furtim abſtulerit: Quod vi aut
clam Interdicto agere licet, ſimulque hanc vel illam rem eſſe ablatam inten-
dere, & reſtitutionem vtriuſque petere: *l. 7. in fin. ff. Quod vi aut clam. & per l.*
69 *1. §. ſi fundus 32. ff. De vi & vi armat.* Ita † cum frater, fratris, vel domicellus
quidam, ſui ſubditi, vel officialis, vel & alterius cuiuſdam prædium aut ædes,
prædonco more involaſſet de nocte: & ita quidem, vt ſeruus, vel familia au-
fugere coacta ſit: vbi ille interea, clam multa abſtuliſſet: & furti vel vi bono-
rum raptorum actio grauior nonnihil actori videretur: Etſi prædium, vel
ædes facta ſpoliatione, reliquiſſent illi: tamen ex Vnde vi, cum poſſeſſio de-
tineretur, vel Vti poſſideris, cum derelicta eſſet, ita agebatur: vt actor, ſe vi
deiectum aut turbatum eſſe diceret: Et quamuis prædium paulo poſt reſti-

tutum

Digitized by Google

ſtitutum eſſet: tamen hæc, vel illa mobilia, adhuc deeſſe: petendo, vt & illa reſtituerentur *per d. §. ſi fundus.*

70 Decimo † ſexto Interdictorum quædam duplicia ſunt, quædam ſimplicia. Duplicia dicuntur, vt Vti poſſidetis: ſimplicia, ſunt ea: veluti, exhibitoria, & reſtitutoria, item prohibitoria, De arboribus cædendis, & de Itiner. actuque: ita Paul. *d. l. 2. in princ. ff. de interdict.* quem text. luculente neruoſe atque practice exponit nobis Iuſtin. Imper. §. 7. *Inſtitut. eod.* Tertia, ait, diuiſio Interdictorum hæc eſt, quod aut ſimplicia ſunt, aut duplicia. Simplicia ſunt, veluti in quibus alter actor, alter reus eſt: qualia ſunt omnia reſtitutoria aut exhibitoria. Nam actor is eſt, qui deſiderat aut exhiberi, aut reſtitui: reus autem is eſt, à quo deſideratur, vt reſtituat aut exhibeat: Prohibitoriorum † autem Interdictorum alia ſimplicia ſunt, alia duplicia. Simplicia ſunt, veluti cum prætor prohibet in loco ſacro, vel in flumine publico ripaue eius aliquid fieri. Nam actor eſt qui deſiderat, ne quid fiat: Reus eſt, qui aliquid facere conatur. Duplicia ſunt, veluti vti poſſideris interdictum & vtrubi. Ideo † autem duplicia vocantur, quia par vtriuſque litigatoris in his conditio eſt, nec quiſquam præcipue reus vel actor intelligitur: ſed vtriuſque tam rei, quam actoris partes ſuſtinet: eſt etiam *text. in l. 37. §.* mixtæ ſunt actiones in quibus vterque actor eſt, vtpote *fin. reg. fam. ercisc. com. diuid.* Interdictum *vti poſſid. & vtrubi. ff. de oblig & act.* 71 72

Ex quibus † apparet, quod ſicut tria iudicia diuiſoria, finium regundorum, famil æ erciſcundæ, & Communi diuidundo duplicia vocantur, ex eo, quod in his vnuſquiſque litigantium actoris & rei locum ſuſtinere cenſeatur: *l. 2. §. 1. com. diuid. l. 2. §. 3. l. 44. §. 4. fam. erciſc. l. 10 ff. fin. reg. cap. ex literis. de probat.* Ita eodem † ſenſu Interdicta quædam duplicia vocentur, in quibus vtraque pars, quoad ſe inuicem & rei & actoris partes ſuſtinent: vtpote ſi vterque alter præ altero poſſidere ſibiq; rem habere moliatur & ſatagat, quemadmodum in vti poſſid. & vtrubi Interdictis fieri ſolet, *l. ſi duo §. 1. ff. Vti poſſid. l. 1. §. proponitur ff. de ſuperficie.* quibus † adiungi poteſt veluti poſſeſſorium, quod inter riuales redditur *l. 1. § ſi interd. 26. ff. de aqu. quot. & æſtiu.* Cuiac. *lib. 4. obſ.* 11 ſed ipſa etiam Imperatoris verba explicationem deſiderant: Primo enim † Vti poſſidet. & vtrubi Interdicta, non ſemper, ſed tunc demum ſunt duplicia, quando vti dixi, incerta adhuc dubiaque poſſeſſionis cauſa, vterque ſe poſſidere contendit & alter alterū ſubmouere molitur, d. § ſi inter Si vero † certa & conſtituta apud partem alterā, poſſeſſionis cauſa pars altera turbare & moleſtare conetur, & ſic Interdicto conueniatur: hic ſane nō duplex ſed ſimplex eſt interdictum: ita vt generalis illa duorū horum Interdict. incluſio, ita mollienda ſit, vt videlicet communius & plerunque duplicia ſint, habeanturque. Deinde † non duo iſta Interdicta prohibitoria tantum, duplicia eſſe ſolent: 73 74 75 76 77 78

ſolent: ſed quædam etiam Interdicta, tam recuperandæ quam adipiſcendæ poſſeſſionis duplicia eſſe poſſunt, prout Paul. ſeipſum latius explicat, *d. l. 1. in fin. hoc tit.* Vt, ſi ego, cum me fundi poſſeſſione deieciſſes ea te in continenti iterum deiecero, *per l. 3. §. cum igitur ff. de vi & vi arm.* vel ſi me abſente, ſed redeunte & animo poſſeſ continuante, & tibi poſſeſſionem vſurpes *l. clam §. qui ad nund. ff. de acq. poſſ.* Et ita alter contra alterum æquis tam rei quam actoris
79 conditionibus experiatur: vel † ſi inuaſam ab vtraque parte poſſeſſionem iudex, propter ſcandalum armorum ſequeſtrari fecerit, & ſic vterque litigator agendo & defendendo, vel ordinario proceſſu, vel implorato ſuperioris iudicis auxilio, petitoque forſan Interdicto recuperandæ, *ex l. meminerit C. vnde vi* vel quo alio prætenſæ iniquitatis aut nullitatis fonte experiatur. Duplicis adi-
80 piſcendæ † Interdicti exemplum ſumi poteſt ex Saluiano Interd. Etenim, ſi Colonus, res ſuas in fundum duorum, pignoris nomine intulerit, ita vt vtriq; domino in ſolidum obligatæ ſint, conſtat non tantum ipſis duobus dominis aduerſus extraneum, ſed etiam inter ipſos Saluianum Interdictum reddi poſſe: *l. 1. §. 1. ff. de Salu. Interdict.* vbi iterum hoc poſteriore caſu, eadem vtriuſq; partis conditio: vtraque ſcilicet, tam actorem quam reum agente, & vtraque
81 idem ſibi ius aſſerente. Ita † in quor. bonor. vel & legis *fin. C. de edict. Diu.* Ad. interdictis, duplex iudicium ſæpiſſime ſolet euenire, iſtis caſibus, cum vtraq; pars ſe vel ab inteſtato, vel ex teſtamento heredem, vt ad bonorum poſſeſſionem ante omnia admittendam eſſe contendit. Hoſtienſ. in ſumma titul de interdict. ad Quor. bonor vbi hoc exemplificat, in emptore & herede. Anton.
82 Faber. *Coniectur. 2. c. 18.* vbi recte taxat † Cuiacium *d. obſ. 11.* in eo, quod verba finalia dictæ *l. 2. ff. de Interd.* ſunt Interd. cta, vt diximus, duplicia, tam recuperandæ quam adipiſcendæ poſſeſſionis non modo ſuccidenda & diuidenda putauit, ita, vt quinque prioribus dictionibus dictæ *l. 2. pro finali exitu relictis, reliqua legi ſeq. 3.* aggregarit: ſed quod etiam, vel miſſa vel neglecta, quam in principio eiuſdem obſeruationis recte propoſuerat, vera duplicis vt iudicii, ita etiam Interdicti poteſtate, prauum, & ſalua viri alias doctiſſimi autoritate, fere puerilem ſenſum verbis Pauli vel ſaltem ſcriptoris affingit; quaſi Interdicta quædam eſſe velit textus, quæ ſui natura ſimul & recuperandæ ſint & adipiſcendæ poſſeſſionis: Quod etiam putauit dn. Borcholt. ad *§. tertia 7. Inſt.*
83 *de interd.* dicens illa verba ſuppoſititia eſſe &c. qui ſenſus, † tam à verbis, quam mente ipſius *l. eſt alieniſſimus*: cum hoc velint, iſta verba: Non tantum retinendæ, (*vti in pr. l. dixerat.* Paul. & male ita reſtringunt Cuiac. & Borcholt.) ſed & recuperandæ, tum adipiſcendæ quædam interdicta duplicia eſſe poſſe.
84 Quinimo poſito † talem ſenſum IC. fuiſſe, eum optimo iure defendi poſſe dicimus: veluti ſi hæreditas, in cuius poſſeſſionem te immitti petis, ſit ſpoliata, ſic enim ipſa hereditas perſonæ vicem ſuſtinet ſeque reſtitui cupit: *text. l. 13. §.*
85 *5.* ibi: accedit *ff. Quod vi aut clam l. ſi ſeruus 40. ff. de noxal act.* adeo † vt omnia

reſpe-

reſpectiue retinendæ, adipiſcendæ tum recuperandæ interdicta cumulari poſ-
ſint: veluti ſi quis in poſſeſſione exiſtens, ſe heredem declarari, & tam ante
quam poſt aditam vel poſſeſſam hereditatem, ſpoliata reſtitui & in omnibus
ſine turbatione manuteneri petat. Ceterum † etſi in duplicibus Iudiciis, 86
quoad intentionem cauſæ, vtraque pars agere videtur: tamen quoad proceſ-
ſum, ille actor eſt, & habetur, qui primo ad iudicium prouocat, *l. in tribus 13. ff. de iudic.* Bald. *l. non cogendum §. fin. de procur.* Barth. *l. de pupillo §. ſi procurator n. 1. de nou. op. nunc.* Decimo † ſeptimo quædam interdicta pœnalia ſunt, quæ- 87
dam non: per ea quæ homilia ſingulari dicemus infra.

Decimo † octauo, quædam interdicta, & in hæredes dantur, quædam 88
non. *l. in honorariis 35. ff. de oblig. & actionib.* Et in hæredes ceteroſque ſucceſ-
ſores vel & bonorum poſſeſſores dantur Interdicta in id, quod ad illos perue-
nit, doloue malo eorum factum eſt, quo minus perueniret, *l. 1. §. fin. l. dolo 2. l. 3. §. fin. ff. de vi & vi armat. l. denique 13. §. quæſitum eſt. 5. ff. Quod vi aut clam.*
Hinc † ſi plures ſunt heredes, vnuſquiſque non in amplius, quam ad eum per- 89
uenerit. Qua de cauſa interdum in ſolidum tenebitur is, ad quem totum per-
uenerit: quamuis pro parte hæres ſit: *l. ſi plures 9. & l. in Interdicto 16. ff. de vi & vi arm. text. etiam l. ſemper 15. §. hoc Interdict. 3. ff. Quod vi aut clam.* Attamen etſi
† nihil peruenit, vbicunque formatum ius, vel Intereſſe, ex vi, vel turbatione 90
illata competit, & heres tenebitur, ſi is, qui vim fecit, vel aliquid deliquit, poſt
litis conteſtationẽ defunctus ſit: *l. 1. C. Ex delict. defunct. in quant. hered. conuen.*
Quin & citra † litis cum defuncto factam conteſtationem, vel & rei participa- 91
tionem heres tenebitur, ex eo ſolum, quod defuncti, vtpote ſui auctoris facto
aliquid actori abeſt, vel alias obligatio hæreditaria acquiſita: *per l. vn. C. vt actio. & ab hered. & cont. hered. l. 1. & toto tit. C. de hered. action.* litis enim † conteſtatio 92
in delictis ſaltem priuatis, vel & publicis, rei non perſecutoriis, actionem ad
heredes tranſire facit: *l. 1. ff. de priu. delict. & ibi* Barth Bald. *d. l. vn. C. Ex delict. def.*
Gail. de *pac. pub. 1. c. 20. n. 13.* In publicis † autem, vel quibuſcunq; aliis delictis, 93
læſæ maieſtat. repetund. peculat. furti, bonor. raptor. &c & citra litis conteſta-
tionem tenentur heredes: *l. ſi pro fure 7. §* condictio rei furtiuæ, quia rei habet
perſecutionem contra heredem quoque furis: &c. *l. in condictione 9. vbi Barth. ff. de cond. furtiu.* Weſenb. *eod. n. 6.* Pet. Fab. *l. 157. §. fin. n. 2. & l. 38. n. 20. ff. de Reg. iur.* Anton. Faber. 4. *coniect. 1.* Vultei. *in iuriſp. c. 19. n. 30.* licet Cuiac. 7. *obſ. 37. aliter ſentiat.* prout † etiam in pœnis, quæ ipſo iure imponuntur: late Barth. *l.* 94
1. ff. de priu. delict. Gail. *d. loc. n. 11. & ſequentib.* Vnde, licet in cauſis fractæ † pa- 95
cis, pœna banni corporalis, contra heredem defuncti Rei, non poſſit exequi:
de pœna tamen pecuniaria bis mille marcarum auri, item damnis & expenſis
heres recte conuenitur, & executiuis etiam proceſſibus pulſatur: ibid. n. 17.
Quinimo † Interdictorum in heredes competentium, quædam in ſolidum 96
dantur, quædã non: Vbi in ſolidum, id enim πολύσημον, non eo ſaltem ſignifi-

Digitized by Google

ficatu accipio, quo vtitur Vlp. *d. l. ſi plures* 9. *& d. l. in conditione* 9 *ſed eo etiam quo idem vtitur in l ſemper* §. 2. *ff. Quod vi aut clam.* Si in ſepulchro, inquit, alieno terra congeſta fuerit, iuſſu meo: agendum eſſe, quod vi aut clam mecum Labeo ſcribit: Et ſi communi conſilio p'urium id factum ſit: licere vel cum vno, vel cum ſingu'is experiri, opus enim quod à pluribus pro indiuiſo factũ eſt, ſingulos in ſolidum obligare ſi tamen proprio quis eorum conſi'io hoc fecerit: cum omnibus eſſe agendum ſcilicet in ſolidum. Itaque alter conuentus alterum non liberabit: quinimo perceptio ab altero: ſuperiore enim caſu alterius conuentio alterum liberat &c. Vbi videmus, † quod ſolidum *in d.*
97 *l. ſi plures*, reſpiciat quantitatem totius debiti vel intereſſe. *In d. vero l. ſemper*, non modo quantitatem totius intereſſe, ſed totam etiam obligationem, cum quodam electionis arbitrio: vti fit in pluribus correis ſtipulandi vel debendi: quorum quiſque in ſolidum reſpectiue agere vel conueniri poteſt, Auth. *præſente C. de fideiuſ.*

98 Decimo † nono, Interdictorum mandatorumque diuiſionem eam facio: quod quædam ad nuda ſupplicantium narrata decernuntur: quædam vero tunc demum ſi quædam adſit probatio: quæ tunc plerunque requiritur, cum pro eo, contra quem petitur mandatum, ſtat aliqua præſumptio: vti in caſibus de non offendendo contra pacem publicam, quam nemo, alterum crudeliter lædendo facile violare velle præſumitur. Sic † in cauſis noui ope-
99 ris documentum nonnulli deſiderant, quo nunciationem factam eſſe probe-
100 tur, ad id, vt mandatum demolitorium obtineas. Sic † quia iuris præſumptio eſt pro Iudice, quod citra nullitatem legitime proceſſerit: Iccirco in cauſa nullitatis, inhibitio non facile decernitur, niſi de nullitate doceatur: quod pro
101 regula in Camera obſeruari teſtatur Gail, 1. *obſ.* 144. *n.* 7. Cæterum † vbi manifeſta præſumptio, probationem non requirit, & narrata alias veriſimiliter qualificantur, ibi in caſibus propriis, etiam citra documentum, mandata decerni debent: ne quis inique prematur vel periculo ſubiiciatur: cum in dubio reus ipſe exceptiones ſaluas habeat & proferre poſſit, quibus narratorum, ſi quam contineant, falſitatem arguere & indicare queat.

102 Vigeſimam † Interdictorum diuiſionem facio quinimo inuenio: quod alia ſint directa, alia vtilia: *l.* 2. §. *cum* 6. *&* §. *vnde* 39. *ff. Ne quid in loco pub. &c.* Illa quæ vt actiones directæ, ex propria legis ac Interdicti verbis, vi, ac poteſtate diriguntur, reſpectu veræ atque propriæ poſſeſſionis, vel quaſi: hæc, quæ vtiliter ſa'tem compe'unt, cum quadam extenſione. *l. ſi longius* 19. §. 1. *De tutic.* §. *fin. Inſtit. ad l. Aquil. l. pen. ff. ſi quadrup. pauper.* Donel. *l.* 1. *num.* 4. *C. de*
103 *interdict.* ve, ſi illis reddatur Interdictum, quibus vera propria poſſeſſio, vel ſaltem verum propriumq; Interdictum, ſeu potius edictum, ex quo illud reddendum poſtulatur, alias non competeret: *l. is qui,* 11. §. *plane* 9. *& tribus*
104 *ſequentibus ff. quod vi aut clam, l. ſi duo* §. *ſeptimo ff. vti poſſidetis* ita ad † exemplum

emplum Interdicti, de arboribus in alienum fundum vel ædes propenden-
ribus cædendis propoſiti, etiam vtiliter agitur Interdicto, ſi radices arborum
noceant *d. l. 1. C. hoc tit. text. etiam & caſus l. is qui 7. §. 1. ff. de relig.* Ita † In- 105
terdictum de fluminibus, ea tantum flumina comprehendit, quæ ſunt naui-
gabilia: ſed vtiliter etiam ad alia qualiacunque extenditur *l. 1 §. Non autem 12.*
ff. de flumin. ita † vnde vi Interdictum ad res ſoli tantummodo pertinere ait 106
Iuriſconſultus ſcilicet directum: nam vtiliter etiam ad res mobiles pertinere
ſuo loco probabimus. Ita † & ijs, qui non poſſident, ſed potius ſunt in poſ- 107
ſeſſione non propria, ſed vtilia ſaltem dantur Interdicta: *per ead.* & quæ infra
vel ſi † contra eos reddantur, qui alias Interdicto proprie non tenerentur, vt 108
tutores vel curatores, qui non ſuo, ſed pupilli aut minoris nomine aliquid fe-
cerunt: *text. d. l. Is qui §. ſi tutoris iuſſu 6.*

Vigeſimo † primo, quædam Interdicta, vel & mandata, tam inhibitoria 109
quam iuſſoria, iudicialia ſunt & habentur: quæ in ordinaria litis inſtantia de-
cernuntur, quædam extraiudicialia, quæ extra eandem. Vnde Cicero, 1. de
inuent: iudiciale eſt quod poſitum in iudicio habet in ſe accuſationem & de-
fenſionem: petitionem aut recuſationem. Sic, iudicialis moleſtia: iudicialis,
vel iudiciaria controuerſia: apud eund. & alios. Dicuntur † quidem genera- 110
liſſime omnia mandata, quæ à Iudice competente decernuntur, iudicialia: ſed
hoc larga verbi ſignificatione, quoad perſonam iudicis potius, quam quoad
rationem iudicii & proceſſus: quod, vel qui, à citatione ſolet inchoari, & à litis
examine, hoc igitur reſpectu, mandata, inhibitiones & Interdicta, quæ in vim
proceſſus, & Examinandæ litis decernuntur, iudicialia dicuntur: vel qua,
quæ ex abrupto, vel extra, & citra iudicii formam veniunt, extraiudicialia vo-
cantur. Vbi quæri † poteſt, an citatio, quæ omnium primo emanat, vel man- 111
data aut Interdicta, quæ ad inſtantiam partis extra & citra citationem & audi-
tionem partis decernuntur, ſint iudicialia vel extraiudicialia? Et ſiquidem
illa Interdicta vel mandata & citationes in mero imperio, factique quod in-
iungunt neceſſitate, conſiſtant, legitimam defenſionis cauſam non admitten-
tia, vel præſupponentia, extraiudicialia plane eſſe & manere dubium non eſt,
per l. 1. C. de execut. rei iudic. Sin vero † ad proceſſum & defenſionem tacite vel 112
expreſſe prouocent, quæſtionis cui non ita definitæ poſſit videri; Cum enim
citra litis conteſtationem, & parte nullatenus audita decernantur, nihilomi-
nus extraiudicialia haberi poſſunt: per rationem: quod, iudicium proprie
loquendo, à litis conteſtatione incipiat, *l. amplius ff. ratam rem hab. l. 15. l. qui*
ſe obtulit ff. de rei vind. adeo vt eiuſmodi citationes & mandata quantumuis ad
Iudiciū euocantia, puncti inſtar ſint, eiuſque rationem habeant, qui neq; linea
neq; lineæ pars eſt, licet eius ſit principium. Et † ita citationis actum, plane 113
extraiudicialem eſſe, qui & propterea die feriata, & domi expediri poſſit,
ait cum aliis Andreas Gail, *1. obſ. 53. num. 4.* Qualiter ſupplicationibus pro

O 2 man-

Digitized by Google

mandato aliquo ſine clauſula, ſi illud denegetur, inſcribi ſolet: iudicia iter:
114 hoc eſt, vt petita, iudicialiter, ſiue ordinario proceſſu exigantur. Sed † cum
cauſa & finis merito diſtinguat actum, & rerum verborumq; poteſtatem: id-
eo citationes quoque nedum prætoria, non ſine digna cauſæ cognitione, ex
præſcripto iuris, reddita interdicta, aut mandata, iudicialia vocare decebit, di-
cique merebuntur: quod iudicium merito incipiat ab ea parte, quæ eſt de in
ius vocando §. *fin. Inſt. de pœn. tem. litig.* Barth. *in rubr. ff. Ne quis eum qui in ius
voc.* Specul. *de citat. in princ.* Multoque ergo magis, ſi non citatio tantum, ſed
imperiale vel prætorium, ſummo iure fundatum præceptum, ſimul emanet,
& ad iuris æqui bonique diſciplinam aſtringat. Et licet actus citationis ſit &
dicatur eſſe extraiudicialis, quoad ſtrepitum iudicii & allegationum: tamen
non deſinit eſſe iudicialis reſpectu iuris & iudicii inchoandi, fundandi & exſe-
115 quendi. Porro † iudicialia ex ipſo crepero iam proceſſu repetita mandata, vel
in punctis appellationum, vel in aliis cauſæ & litigii capitibus incidunt: ibi
compulſoriales pro edendis actis, & Inhibitiones, iudicis à quo, vel & partis
appellatæ, grauare aut moleſtare inſiſtentium locum habent: hic pro variis
proceſſus requiſitis, varia etiam præcepta obtinent, de reſpondendo, de agen-
116 do, de non calumniando, de iurando, de ſatiſdando, & ſimilia. Quorum †
omnium & ſimilium conſideratio, ad varietatem quoque cauſarum pertinet:
vtpote ex quarum generibus, ipſas quoque inhibitionum & Interdictorum
materias, ac differentias, vel ſaltem ſpecies metiri liceat.

117 Vbi primo † diuerſa ipſorum Interdictorum, tum ſubiectorum gene-
ra ſeſe produnt: quorum quædam, vel iuſſoriis vel inhibitoriis ipſarum le-
gum titulis & conſtitutionibus definita ſunt: quædam vero ex vi & poteſtate
legum definienda in medio relicta ſunt, pro rerum & factorum, æqui boni-
que ratione, & Iudicis pietate: qualia in parte ſecunda & tertia latius expli-
cabuntur.

118 Vigeſimo † ſecundo, Quædam interdicta vel mandata tam iuſſoria
quam inhibitoria, vel legis ſunt, vel hominis: per vulg. & ea quæ Mendoſ. *de
Inhibit. quæſt.* 1. Et illa legis vel diuinæ vel humanæ: hæc quæ ab homine hoc
eſt Iudice, non tamen ſine legis & iuris ratione decernuntur: quæ diuiſio, ad
præcedentem pertinet eamque explicat.

119 Vigeſimo † tertio aliud Interdictum eſt facti, quo aliquid fieri iube-
tur vel prohibetur, qualia ſunt Interdicta, de quibus hic agimus: quoddam
vero Interdictum eſt pœnæ executiuum: *de quo titul. ff. de Interdict. & relegat.*
120 *lib.* 48. *titul.* 22. Et huius † vigeſimo quarto aliud eſt Eccleſiaſticum, aliud ſe-
121 culare: Petr. Gregor. *Syntag.* 21. *cap.* 9. *num.* 19. Et viceſimo † quinto vtrum-
que iterum duplex, aliud quod ipſo iure ex pœna legibus ſtatuta inducitur, a-
122 liud quod per ſententiam iudicis. Eccleſiaſticum † Interdictum ſpeciem ex-
communicationis & ſuſpenſionis à diuinis habet: quod ipſa iuris diſpoſitione
afficit,

afficit, vt Simoniacum, vſurarium, hæreticum, templa polluentem, &c. Iudi-
cis autem † ſententia afficit, cum perſona aliqua, vel ciuitas, aut prouincia, ex 123
iuſtis & legitimis cauſis interdicto ſupponitur. Lancellot. *Inſtit. Iur. Can. 4. tit.*
pen. Seculare † interdictum eſt, quo ex ciuili vel & alia enormi cauſa, cui a- 124
qua & igne vel ciuitate, prouincia aut regno interdicitur, quod fit in bannitis
deportatis & relegatis: *vide d. tit. de interdict. & releg.* Pet. Greg. *d. c. 9. n. 8.*

Vigeſimo † ſexto, quædam interdicta ſunt vniuerſalia ſeu generalia, quę 125
omnes ligant: quædam vero, ſpecialia, quæ ſpecialem ſaltem intentionem aut
coercitionem habent: vbi interdicta tam iuſſoria quam inhibitoria non ligant
tertium, ſed eas ſaltem res & perſonas, in quas redduntur: *per l. moris, §. 1. &*
quat. ſeq. ff. de pœn. &c.

Vigeſimo † ſeptimo, quædã interdicta ſunt legitima, quæ ratione cauſæ & 126
formæ legitime decernuntur, quædã nulla & illegitima & iniuſta, quæ contra:
qualia effectum proprie nullum habent, nec paritionem merentur: ita tamen,
vt ob reuerentiam iudici debitam legitimis potius exceptionibus, vel ſi opus
eſt, prouocationibus, quam rebellione & contumacia declinentur.

Viceſimo † octauo, quædam interdicta dicebantur arbitraria, reſpectu 127
ſcilicet intereſſe & æſtimationis damni. Eguin. Baro. *Inſt. de Interdict. ſub princ.*
Quæ diſtinctio non eo ſaltem accommodatur, vbi prætor iudicem dabat, cum
hac clauſula, Ni ea res arbitrio tuo reſtituatur, exhibeatur, quanti ea res erit
condemnato: quaſi poſt redditum ſaltem interdictum, ex eo quod in præiu-
dicium actoris & interdicti factum eſſet, arbitratio hæc locum habuerit: ſed
& illa, quæ ante redditum interdictum facta erant, eidem arbitrio ſubijcieban-
tur, *l. 1 ff. Ne vis fiat ei, qui in poſ. l. 1. ff. vti poſſid. in princ.* vbi cum tali formula for-
ſan Iudex datus: ſi paret L. Titium Seio ædes iſtas recte poſſidenti vim feciſſe,
quominus ita poſſideret, quanti ea res erit condemnato. Baro. *d. loc.*

Vigeſimo † nono, reſpectu redintegrationis vel caſſationis, aut etiam 128
moderationis, aliquod interdictum dici poteſt redintegratum, aliquod caſſa-
tum, vel reuocatum, vel & moderatum: per ea, quæ ſub homilia de cognitio-
ne & ſententijs interdictorum dicemus infra. Vbi & arctiora, quæ in praxi di-
cuntur, vel interdicta vel mandata obſeruanda, tam inhibitoria quam iuſſoria.

Trigeſimo † & poſtremo, vti mandata hodie, ita etiam ipſa interdicta, 129
vel cum clauſula emanare dicuntur, vel ſine eadem: Vnde iuſtificatoria, vel
pura. Nam cum quædam interdictorum materies, adeo ſit omni iure nõ modo
recepta, ſed etiam approbata, quinimo per ſe interdicta: quædam vero, quæ
& ipſa quidem eodem iure ad præcipiendum & mandandum recepta ac fun-
data, ſed quæ tamen, partis exceptiones admittat, & aliquam cauſæ cognitio-
nem deſideret: hinc palam eſt, & harum clauſularum diſtinctionem, olim
quoque, in reddendis interdictis, ſi non ſemper expreſſe, ſaltem tacite, obſer-
uatam eſſe: vt latius dicemus infra.

Digitized by Google

Commentarius VIII.

Quod annua regulariter ſint Interdicta: & quo reſpectu ſic dicantur; *ad l. 1 § fin. & l. 4. ff. de Interdict.*

Summaria.

1 *Interdicta, quæ, & quatenus, annua ſint, perplexiſſimum eſt:*
2 *Interdictum vnde vi, annale dicitur alibi:*
3 *Alibi, perpetuum:*
4 *Ita, vt ad 30. annos vſque dicatur competere.*
5 *Retinendæ Interdicta ſimiliter alibi annua dicuntur:*
6 *Alibi iterum perpetua:*
7 *Qualiter & ea, quæ, de locis & viis publicis proſtant.*
8 *Quor. bon. interdictum perpetuum eſt:*
9 *Vti & Quod Legatorum.*
10 *Et l. fin. C. de edict. diui Adri. toll.*
11 *De tabulis exhib. interdictum poſt annum quoque datur:*
12 *Mandata ex conſtitutionibus imperij, de pignorat. arreſtis, &c. etiam poſt tertium, quartum, vel amplius annos à factis turbationibus redduntur.*
13 *Omnia regulariter interdicta ſunt annalia: & n. 16.*
14 *Annus reddendorum interdictorum eſt vtilis.*
15 *Interdicta cum cauſa cognitione ex iuſta cauſa etiam poſt annum redduntur.*
17 *Recuperand. & retinendæ interdicta ſunt annua:*
18 *Vti & adipiſcendæ:*
19 *Momentariæ poſſeſſionis interdicta non modo recup. vel retin. ſed etiam adipiſcendæ habentur.*
20 *De tabul. exhibendis interdict. regulariter annuum eſt.*
21 *Heres monitus non implens teſtamentum intra annum perdit lucrum.*
22 *Annalia eſſe interdicta. celerrima quam ſecum ferunt reſtitutio, & annuum prætoris officium arguit.*
Annuarum actionum vitas Imperatores nullibi ſuſtulerunt.
24 *Interdicta pleraque aliquam delicti vel quaſi celeriter reformandi, cauſam continent.*
25 *Interdictorum longe alia eſt ratio quam DD. vulgo putarunt.*
26 *Interdictis illico debet quis experiri vt celerem reformationem mereatur:*
27 *Abſentes ſi turbentur vel deijciantur, reuerſi, annum habent.*

28 Spacium legibus præfinitum, de quo l. 1. C. ſi per vim, eſt annuum.
29 Annua poſſeſſionis reformatio & vindicta ex Symmacho, & n. ſeq. 30.
31 Theodoric. Gothorum & Italiæ regis reſcriptum.
32 Omnibus temporibus magna fuit habita ratio annui fatalis interdictorum.
33 Legis diffamari actio non diu nimis poſt diffamationem differenda.
34 Interdicta reformidabilem regiæ maieſtatis autoritatem præ ſe ferunt.
35 Interdictorum & commiſſionum reſcripta ipſa ſunt annalia, & n. 36.
37 Reſcripta ad ius publicum neque certum tempus habentia ſunt perpetua, & num. 38. & ſeq.
40 Poſſeſſoriæ querelationes in Galliis & alibi intra annum turbationis deferendæ.
41 Triennalis poſſeſſor non debet facto turbari, in cauſis tam ſecularibus quam Eccleſiaſticis.
42 Hiſpanorum lex regia de interdictis intra annum reddendis.
43 Interdicta eſſe annua eſt com. DD. ſententia.
44 Danico iure ſpoliationes intra annum perſequendæ.
45 Olim, anno, vel biennio, iure ciuili, præſcriptum: Vnde annalia, protimiſeos & inueſtiturarum fatalia.
46 Guarenda ſiue aſſecuratio vnius anni & diei quæ?
47 Leges Saxonum intra annum & diem, ablatorum vel occupatorum reſtitutionem fieri poſtulant;
48 Annalis quietus poſſeſſor de iure Sax. adeo tutus eſt, vt & interdictis, pro tuenda poſſeſſione vtatur:
49 Idque, in iuribus etiam alienis.
50 Annali occupatione ſi non dominium, tamen poſſeſſio acquiritur.
51 Britannico iure, vti apud Saxones, pleniſſimum poſſeſſorium acquiritur, anno & die.
52 Idem iure Lubecano, in mobilibus, & noui operis nunciatione.
53 Britannico iure, Spolii & turbationum cauſa, intra proximam certam aſſiſam ſeu, conſtitutum iudicii tempus deducenda.
54 Tempus inſtituendi interdicti, præſertim in cauſis inuaſionum, variè apud Anglos & Scotos mutatum: ita tamen, vt ad triennium ſaltem reductum ſit.
55 Quod in grauioribus ſpoliis, à iure com. non alienum:
56 Simplicis, & violentæ, ſeu nouæ inuaſionis differentia.
57 Statutaria poſſeſſio, tribuit interdictum recup. vel ret.
58 De tabulis exhibend. interdicti antinomia apud Cuiac. & n. 59.
60 Audacula textuum correctiones, ſunt corruptelæ.
61 Corrigendum non eſt, quod ſcriptura originalis antiquitatem habet.
62 Conciliatio Pauli & Vlpiani circa interdicta de Tab. exhib.

63 Inter-

Digitized by Google

63 Interdictis etiam poſt annum experiri licet, legitimis ex cauſis: & n. 64. 65.
66 Annus interdictorum eſt vtilis:
67 Et à tempore actionis iam natæ computandus.
68 Initium anni interdictorii vnde incipiat?
69 Quod vi aut clam interdicti ſingularis eſt ratio.
70 Conſtitutiones Imperii, pro mandatis ſine clauſula reſtitutoriis, nouitatem facti exigunt:
71 Neque remotiores & alieniores caſus admittunt: quod exemplis de[...]tur: & num. 72.

1 VNdecimam † diximus interdictorum eſſe diuiſionem, quod quædam, reſpectu inſtituendæ actionis, annalia ſunt, quædam perpetua: *text. l. 1. §. fin. l. ex quibus cauſis 4. ff. hoc tit.* vbi duæ perplexiſſimæ quæſtiones nobis explicandæ: Quænam ſcilicet interdicta ad hanc vel illam ſpeciem pertineant: Tum quanto tempore alterutri præſcribatur?

2 Etſi enim † primo Vnde vi interdictum, annale nuncupatur: *l. 1. in prin. & §. annus 39. ff. De vi & vi arm. l. vi pulſos 2. C. vnd. vi l. licet vnde vi interdictum intra annum locum habet, 5. C. de except. & præſcript. l. in honorariis 35. in fin. princ. ff. de*
3 *oblig. & act.io.* Attamen, † per expreſſam, quæ videatur antinomiam, idem vnde vi interdictum perpetuum eſſe dicitur: non tantum reſpectu eius, quod ad quem peruenit; *d. l. 1. in princ. l. quod eſt, 3. §. hoc interdictum 12. ff. de vi & vi arm.* Sed etiam reſpectu ipſius interdicti: *d. l. 3. §. 12. communi 7. §. Iulianus 5 ff. com. diuid.* vbi Vlp. inter prædones com. diuidundo iudicium non dari ſcribit, ne poſt annum quidem; quia etiam poſt annum in eum, qui vi deiecit interdi-
4 ctum reddatur. Adeo † vt poſſeſſionum inuaſarum reſtitutio detur & promittatur ad 30. annorum vſque curricula: *text. l. fin. C. vnd. vi l. 1. C. ſi per vim vel al. mod. abſ. can. redintegranda 3. q. 1. l. quæſitum, 8. §. pen. interdictum hoc & poſt annum competere, ff. de precar.*

5 Secundo † ſimilis antinomia exſtare videtur, reſpectu interdictorum retin. Etſi enim & illa, intra annum vtilem, reddi innuit Vlp *l. 1. in fin. pr. ff. vti poſſid. l. ſemper 15. §. 3.* hoc interdictum in heredem cæteroſque ſucceſſores datur, quantum ad eos, peruenit: at poſt annum non competit: *& §. ſeq. annus*
6 *autem, ff. Quod vi aut clam.* Tamen † non tantum communis ratio, qua etiam abſurdum videtur, ſi poſſeſſoribus præſertim iuſtis & legitimis iuſtiſſima retinendæ remedia, perpetua eſſe negemus: ſed & com. interpretum ſententia reluctatur; per ea quæ Menoch. *remed. ret. 3. q. 85.* ſiue de eo, quod ad quem peruenit agatur, quod generaliſſimum eſt: *per d. l. 4. de interdict.* &c. ſiue de ipſa poſſeſſione: text. qui priori contrarius habeatur, *d. l. ſemper 15. §. ſed ſi ii ſit locus*
7 *5. & per text. generaliſſ. in l. omnes, C. de præſcript. 30. an.* Et probat † text. ad retinendæ remedia pertinentiſſ. *in l. 1. §. fin. ff. de via pub. & itin. pub.* quod perpetuo

dari

dari ait Vlp.*text.l.*2.§.24.hoc interdictum perpetuum eſt: *&* §.*pen.* interdi-
ctum hoc, non eſſe temporarium. *ff. Ne quid in loc. publ. text. l. pretor* 10.§.6.
hoc interdictum perpetuo datur,&c. *&* §.*fin.* hoc interdictum etiam poſt an-
num & heredi cæteriſque ſucceſſoribus competit, *ff. de nou. op. nunciat, l. quæſi-
tum.*8 §.*pen.* interdictum hoc & poſt annum competere, *ff. de precar.*

Vbi † tertio minus eſt dubij reſpectu interdictorum adipiſcendæ: Adeo, 8
vt Quorum bonorum interdictum tam diu competere dicatur, quamdiu ni-
hil vſucaptum ſit, *l.* 1. *ff. Quor. bonor.* quod triginta vel 40. annis communiter
definiri, communis eſt opinio: per ea quæ Menoch *ibid. remed. adipiſ.* 1. *q.* 28.
Quod † in legatorũ etiam interdicto obtinere conſequens eſſe videtur, quod 9
heredibus & ſucceſſoribus detur, *l.*1.§.3.*ff. Quod legat.* circa quæ omnia clariſſi-
mus eſt *text in l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* vbi ſane illud † adipiſcendæ remediũ, 10
non modo poſt annale tempus, ſed & maioris æui curricula, niſi tantum tem-
poris effluxerit, quod poſſit vel poſſeſſori clariſſimam dominij ſecuritaté præ-
ſtare, vel actori omnem intentionem excludere, miſſionem pollicetur: late
poſt alios Menoch. *ibid. rem. adip.* 4. *queſt.* 93 *& ſequent.* 94. Quibus † aſti- 11
pulatur, quod etiam de tabulis exhib. interdict. poſt annum detur, *l. totum*
3. §. *penult. Digeſt. de tab. exhib. licet* Cuiac. *lib.*16. *obſ.*28. impenſiſſime contra-
rium defendat, ex Pauli ſententijs. Vt tandem ſilentio inuoluamus: quod 12
hodie, † in priuilegiatiſſimis etiam S. Imperij, de relaxandis pignoratis
arreſtatis, litigioſæ poſſeſſionis, &c. Conſtitutionibus: Arreſtata, pignorata,
impedita, ablata, & ſpoliata repetantur, & relaxanda vel reſtituenda imperen-
tur: etiam duobus, tribus, quatuor, quinque vel amplius annis ante factis tur-
bationibus atque ſpolijs, &c. quod S. Imperialis Cameræ præiudicijs & exem-
plis poſſet doceri: Quomodo exempli gratia, 24. Maij 609. in cauſa Comitis
I. contra Ciuitatem G. ſuper conſtitut. pignorationis mandatum pœnale ſine
clauſula decretum, & 22. Feb. 613. per ſententiam redintegratum, quo in cauſa
venationis reſtitutio & relaxatio iniuncta eſt, non modo admodum nuper ſu-
periore menſe abductorum pignorum & captiuorum, ſed ſimul etiam pigno-
rum, Bombardę ſcilicet atque ſicç venatoriæ 12. Maij anno 605. ablatorum, vt
de alijs multis præiudicijs nihil dicamus.

At vero † hiſce non obſtantibus, omnia regulariter interdicta annalia eſſe 13
hoc eſt intra annum vtilem, à turbatione, moleſtia, deiectione, præoccupatio-
ne numerandum, competere, ſiue petenda & reddenda eſſe defendimus: niſi
quatenus manifeſta vel lege vel ratione vltra annum porrigantur. Cum & hoc
alias vtili † anno (quippe omnem agentis vtilitatem commoditatem vel & 14
neceſſitatem continente) comprehendatur: per leges prædictas, *& text. vere
aureum & ſing. d. l. ſemper* 15.§.3. *& ſeqq ff. Quod vi aut clam.* Sed ſi is inquit Vlp. ſit
locus, in quo opus factum eſt qui facile non aditetur: vt ſi in ſepulchro vel ab-
dito alio loco, vel ſub terra fieret, opus, &c. etiam poſt annum, cauſa cognita

Digitized by Google

15 competit interdictum de eo, quod factum eſt: Nam cauſa † cognita annuam exceptionem remittendam: hoc eſt, magna & iuſta ignorantiæ cauſa interueniente: *& §. 6. ibid. l. 1. ff. de diuerſ. temp. præſcript. l. annus, ff. de calumniat.* Quam
16 ſententiam probamus: Primo † *per d. l. 1. §. fin. ff. de interd.* vbi generaliſſime & ſub tit. generali interdicta ita diuiduntur: *deinde per text. itidem generaliſſ. d. l. 4. ex* quibus cauſis, annua ſunt interdicta, ex his, de eo, quod ad eum, cum quo agitur, peruenit, poſt annum iudicium dabo, eod. tit. ita, vt, perpetuum interdictum, vel potius ex eodem actio detur, in nuda rei perſecutione: per ea quæ paſſim, d. legib. Facit quoque, *text. l. ſi quis 8. §. pen.* ibi intra annum ſe offerenti cautionemque ſuſcipiendæ litis danti, eandem recipere, C. de præſ.
17 30. an. Secundo, † probant hanc concluſionem, d. leges quas recup. & retinendæ interdictis, pro eadem, paulo ante retulimus: item, *d. l. licet, §. 5. C. de except. d. l. in honorariis, d. l. ſemper, §. 3. & ſeqq.* Facit etiam & inſigniter probat, *text. elegantiſſ. in l. ab hoſtibus 15. §. fin. ff. ex quib. cauſ. maior.* Vbi qui ab hoſtibus captus fuerat, aduerſus vſucapientem poſſeſſiones ſuas, reſtituitur, ſi intra modicum tempus, poſtquam rediit, reſtitutionem petat: Nam eum, qui differt reſtitutionem (ex interdicto) non audiendum, Neratius ſcribit. Quem-
18 admodum † & tertio, adipiſcendæ remediorum eadem eſt ratio: quod ſcil. eadem, cum retinendæ & recuperandæ interdictis claſſe reponantur: *l. 1. & tot. tit. ff. & C. Quor. bon.* Item, *Quod legat. &c.* text. etiam generaliſſimus & notabilis, *in l. Momentaria* poſſeſſionis interdictum, quod non ſemper ad vim publicam pertinet vel priuatam, mox audiri meretur: *C. Vnd. vi.* Vbi clariſſi-
19 me † docent Imperatores, momentariæ poſſeſſionis interdicta, non tantum in caſibus vis publicæ vel priuatæ, quoad retinendā tuendamque vel recuperandam poſſeſſionē, ſed & extra vis publicæ vel priuatæ caſus competere: vbi ſcil. edictum perpetuum, illis locum dedit: per ea quæ late diximus ſup. de caſibus interdictorum proprijs: *d. tit. Quor. bon. Quod legat. l. 3. C. de Edicto diui Ad.*
20 *toll. l. fin. C. Vnd. vi.* Facit † pro adipiſcendæ interdictis impenſiſſime, quod etiā de tabulis exhibendis interdictum intra annum regulariter detur, non poſt: Paul. 4. *ſentent. tit. 7.* vbi Cuiac. niſi forte iuſta ſit cauſa, quæ & poſt annum illud dari iubeat vel permittat: quod probe Vlpian. *l. locum 3. §. pen. ff. de tab. exhib.*
21 item † quod heres monitus non implens voluntatem defuncti intra annum
22 perdat lucrum: Auth. Hoc melius vbi Sichard. *C. de fideicom.* Quarto, † conſtat, omnia interdicta, cum ratione prætorij edicti, cum ratione celerrimæ reformationis regulariter eſſe annua; vti & ipſum quondam prætoris officium: text. *vbi gloſſ. & Dd. d. l. in honorariis 35 ff. de oblig. & action. in princ.* Inſt. *de perpet. & tempor. act. l. 14. §. 1. ff. Quod met. cauſ. l. 1. §. 9. l. 3. ff. vi bon. rapt. l. 2. §. fin. ff. Ne vis fiat ei qui in poſſ. &c.* Cuiuſmodi actionum vitas, ſe neutiquam mutaſſe teſtan-
23 tur Imperatores ipſi, *in l. ſicut, 3. l. omnes 4. C. de præſcript. 30. annor.* Quinto † licet interdicta pleraque rei ſint perſecutoria: vnde etiam, vi quidem perſo-

nalia,

nalia,ſed & in rem ſcripta : per ea, quæ diuiſ. duodecima diximus , & reſpectu
eius,quod ad quem peruenit,poſt annum quoque competunt*: per text.gene-
ral. d.l. 4.&c. & d.l. in honorariis*: Tamen , † cum omnia plæraque interdicta, 24
præſertim quatenus ſunt perſonalia,etiam maleficij vel quaſi,delicti vel quaſi,
contumaciæ vel quaſi , & deniq; publicæ legis & diſciplinæ prætoriam vindi-
ctam præ ſe ferant & contineant: quoad eam ſane,regulariter,annua eſſe cõ-
ſequitur: quod, *d.l.in honorariis* (adducto ibid. vnde vi exemplo) luculentiſſi-
me demonſtratur : vt † ineptiſſimum,& à vera,tam legis quam praxis ratione, 25
alieniſſimum ſit,quod aiunt,vti poſſid.& ſimilia interdicta, ratione intereſſe,
& præteritæ turbationis,annalia eſſe,alias vero perpetua : Menoch. *retin. rem.
3.d.q.85.verſ.* Tertius eſt caſus : cum longe aliæ ſint cauſæ & fontes interdicto-
rum : per ea quæ ſupra. Sexto † annalia eſſe interdicta, & ſtatim, mox,atque 26
illico intentanda eſſe, ſi celerẽ prætoris reformationẽ mereri velit acturus: p-
bant text. expreſſiſſimi, *l.fin.C.de interd.l.meminerint 6.ibi.* ſed illico quidẽ poſ-
ſeſſio ei à quo eſt ablata reddatur, *& d.l. Momentariæ poſſeſſionis interdictum mox
audiri meretur* 8.C.*Vnd.vi.l.Non abs re,in med.*ibi.recuperare ſecundũ leges vo-
lentibus: ac ibi:& non protinus *: eod. tit. l. 1. ſub med.* ibi : Vt eos momentariæ
perinde poſſeſſioni ſine vlla cunctatione reſtituant, ac ſi reuerſis dominus li-
tigaſſet: Cui tamen domino quolibet tẽpore reuerſo actionẽ poſſeſsionis re-
cuperandæ indulgemus, *C.ſi per vim vel alio mod.* Vbi itidem innuunt hic Con-
ſtantin.ibi vero Iuſtin.Impp.Licere dominis reuerſis inuaſã ſe abſentibus poſ-
ſeſsionẽ interdictis recuperare, ſed ſi reuerſi, hoc eſt protinus mox,atq; illico,
vbi poſſunt,experiantur : & hoc ad ſummũ,intra annum : text. inſignis † no- 27
ſtráq; in ſententiam vere aureus, *in l.ſemper* §.6. ſi quis reipublicæ cauſa abfuiſ-
ſet : deinde reuerſus interdicto,Quod vi aut clam vti vellet : verius eſt non ex-
cludi anno eum : ſed reverſum annum habere : Nam etſi minor viginti quinq;
annis reipub. cauſa abeſſe cæperit : deinde maior effectus ſit dum abeſt reip.
cauſa: futurũ vt ex quo redit,annus ei computetur,non ex quo impleuit vice-
ſimum quintum annum : & ita diuus Pius & omnes principes reſcripſerunt,
ff.Quod vi aut clam. Septimo † facit quod *d.eadem l.*1. Imp. Conſtantin. poſt e- 28
lapſa quoq; ſpacia recuperãdæ poſſeſsionis legibus præſtituta,reuerſis domi-
nis,ſed litigium ſtatim inferẽtibus interdicti auxilium largiatur : ibi enim, per
ſpacia legibus præſtituta , annuum, quod vrgemus,interdictorũ inſtituendo-
rum fatale inſinuatur : gloſſ. Barth. Salicet. & alij com. DD. *ibid. per prædicta.*
Octauo † notãter quoq; Symmachus *6.Epiſt.*11. ſamniticæ poſſeſsionis refor- 29
matio & vindicta mandata eſt : tantum vacuatos dotibus agros ſero docuiſtis.
Quaſi dicat : Interdictum quidem vnde vi recte intentatum emiſſumque
eſt: attamen ſerius illud factum eſſe obijcitur: prout ex ſequentibus verbis vl-
terius eſt colligere: Adhuc tamen neſcio, ait, quid exhibitio iniuncta profece-
rit cuius me exſpectatio rus ire non patitur : Vereor enim , ne quod ſæpe factũ

P 2 eſt,

eſt,clandeſtina aliquid tentet obreptio: Quare aut inſtruite quod ſuperſit ne-
gotijs explicandis aut ſi res in vado ſint, viam mihi vſurpandæ ſeceſsionis ape-
rite. Vbi iterum arguit Symmachus, quod forte iudici, tardiore querela ſit ob-
reptum, poſt annum turbationis vel deiectionis: Vnde iudex ſpecificationem
30 temporis atque loci, commiſſæq; violentiæ exhiberi iuſſerit. Quomodo † ex-
plicatius idem Symmach. *lib.*10.*Epiſt.*41. Quando, aut per quos deiectus eſſet,
examino: (conſulem enim & Prætorem aliquoties egit ſub Theodoſ. Imp.)
ſecundum vero vel tertium menſem manare conſentiunt, vt eum clariſsimæ
31 domus homines expulerint. Quibus adſtipulatur. & † proinde notatu digniſ-
ſimum eſt Theodorici Gothorum & Italiæ regis reſcriptum, præter alia, 103.
quo Theobaldo viro illuſtri, mandaſſe legitur, ex prætorio ſcilicet vnde vi in-
terdicto: Vt ſupplicanti Domitio, occupata nuper, ſi momenti tempora ſuf-
fragarentur, cum omnibus quæ direpta ſunt, reſtitui faceret, ſine aliqua dila-
32 tione. Vt ſic † appareat omnibus temporibus magnam habitam eſſe rationem
momenti, ſiue annui fatalis, in reddendis regulariter interdictis. Vnde ſapien-
ter & ex ſtylo vſuque Cameræ Imp. Blarer. monet *ad l. diffamari, C. de ingen. ma-*
33 *numiſſ.* Quod † ſi quis ſuper iſta lege, vtpote quæ in Imperio ad pacis publicæ
tutelam, reſpectu fundatæ aduerſus priuilegiatas principum inſtantias iuriſdi-
ctionis Cameralis præcipue accõmodata eſt, mandata de non offendendo ex-
trahere velit, diffamationes ſiue minas, aduerſus publicæ pacis cõſtitutiones,
nuper, nec multa ante tempora factas eſſe oporteat: Quod ſcil. & ibi, vt & alias
in caſibus, moræ, vel periculi, vel legis ergo, impatientibus, ſine magna cũcta-
34 tione & protinus agendum, prætorq; implorandus ſit: Quippe † quod inter-
dicta non tantum ſint actiones prætoriæ, quæ vt iam ante dictum, regulariter
omnes, intra annum competunt, *d. l. in honorariis, & text. expreſſ. in princ. Inſt. de
perpet. & temporal. act.* ſed quod etiam prætoria poteſtate reddantur, cum refor-
midabili regiæ maieſtatis ſeu autoritatis miniſterio: *d. l. 1. in pr. C. ſi per vim.* Vbi
ſingularē emphaſin habet, quod iubeat Imperator omnes iudices reformida-
bile illud ſuæ, vel potius legis & regiæ autoritatis miniſterium obijcere his,
qui alienas poſſeſsiones iniquius obtinere ſatagunt vel inuadere. Quomodo
enim imploratus iudex, interdicto ſeſe. ſubito, mox. illico, & cum formidine
ſuæ autoritatis interponet & obijciet, ſi actor ipſe, querelam moræ impatien-
35 tiſsimam, qua eum commoueat, non obijciat. Nono † facit, quod ipſa etiam
prætoris mandata ſiue interdicta, vti & commiſsiones & reſcripta, regulariter
ſint annalia: eo, vt niſi intra annum, poſtquam decreta ſunt, exſequendo expe-
diantur, pro circumductis caſſiſq; habeantur: *text. expreſſ. l. falſo 2.* ibi: ſi modo
tempus &c. *C. de diuerſ. reſcript. c. plerunque 23. de reſcript.* vbi Innoc. ſtatuimus,
inquit, vt ſi quis noſtras literas impetrans intra annũ. poſtquã copiam iudicum
habuerit, ex malitia vel negligentia poſtpoſuerit eis vti, autoritate poſteriorũ
literarum valeat conueniri, licet in ipſis, nulla de prioribus mentio habeatur.

Quod

Digitized by Google

Quod † in S. quoque Imperiali Camera ita ſtricte obſeruatur: *per ea quæ dixi* 36
de mandat. c. 21. Sichard. Auth. *qui ſemel n. 8. C. Quom. & quand. iud. Et Galli:*
les lettres aprez vn an, non valables: hoc eſt: Literæ vel reſcripta regia, & pro-
inde cuiuſcunque prætoris, poſt annum, ſi nimirum intra eum intimata vel
exſecuta non fuerint, nihil amplius releuant ſiue valent. Maſuer. *in prax. titu.*
de literis & notat. n. 38. quod & iure Britannico ita obtinet: vt ſæpe clauſula in-
feratur breuibus ſiue reſcriptis: hiſce vltra annum non valituris. Quod † in- 37
telligendum eſt de reſcriptis priuatas ad cauſas redditis: Ad ius enim publi-
cum ſi fiant, neque certum tempus comprehendant, quo aſtringantur, aliter
ſtatuendum *d. l falſo l. 1. & tot. tit. ff. & C. de legib. Item de conſtitut. princip. &c.*
Quin † intra annum etiam mandata & reſcripta exſpirant, ſi intra terminum 38
præfinitum non fiat inſinuatio: per notiſ. Et quamuis *d. l. falſo*, reſcripta cer-
tum tempus non habentia excipiat, quaſi ea etiam poſt annum recte exſequã-
tur: tamen hoc de iis accipiendum quæ ad ius publicum emanant: ſecus ſi ad
priuatum. Vnde † fit, quod licet monitoria vel interdicta & reſcripta genera- 39
liter inhibitoria præfinitum paritionis tempus non comprehendant: quod
ſcilicet regulariter perpetuo ligẽt ne quid fiat: Caualcan, *part. 1. deciſ. Finizan.*
27. n. 35. nihilominus tamen intra annum exſequenda veniant: per præd. Et
ratio huius deciſionis nonæ ſumitur ex loco à maiori ad minus: Item à vi rela-
torum. Siquidem enim ipſum prætoris interdictum regulariter annuum ſaltẽ
eſt reſpectu exſecutionis faciendæ: Ergo etiam ipſa querela, vel actio obti-
nendi, eodem ſpacio finitur: præſertim, quod tam actor, quam ipſe prætor
interdicat: *l. 3. §. Labeo ff. vti poſſid. l. 1. §. cum autem ff. de vi & vi arm. l. 1. §. ſi tibi*
ff. de itin. actuq; priu. &c.

Decimo † hæc noſtra ſententia doctiſſimis Parlamentorum Galliæ, & 40
Italiæ præiudiciis generaliſſime confirmatur: quibus ordinationes Regiæ &
ducales ex iure, de quo hic agimus, & quod hic in vſum reuocare ſatagimus,
etiam communi, definierunt: *que complaintes à la ſuitte d' Interdiz poſſeſſoires,*
ne ſont recuës aprez L' an du trouble, tant en benefices, que choſes profanes: hoc eſt.
Quod querelationes poſſeſſoriæ ad inſtar Interdictorũ, non recipiantur poſt
annum factæ turbationis vel inuaſionis, tam in beneficiis Eccleſiarum, quam
profanis in cauſis: Papon. *Arreſt. lib. 8. tit. de complaint poſſeſ. 4. Arreſt. 12.* Ta-
nard. *ad l. 1. num. 25. C. vti poſſid.* & nuper admodum, ex legati obſeruantia iudi-
ciorum inclyti imperialis ducatus Sabaudiæ: Anton. Faber. *in C. lib. 8. ad titu.*
vnde vi. defin. 1. & defin. 31. vbi theoricopractice ait, ex ſententia ſenatus Pede-
montani: Quod licet condictiones ex *can. Redint. &c.* triginta annis durent,
vt cæteræ actiones perſonales: *l. ſicut 3. C. de præſ. 30. an.* Interdictum tamen
vnde vi, ſicuti & cætera, eſſe annuum. Item: Quod † pacifica poſſeſſio tri- 41
ennalis, in cauſis tam Eccleſiaſticis quam profanis impediat vel excludat ſe-
queſtrationem, prouiſionem, aut reformationem, en cas de complainte &

P 3 nouel-

nouellette, in caſibus Interdictorum retinendæ aut redintegrandæ. Quamuis in cauſis Eccleſiaſticis, poſſeſſio trienna lis, præcipui & grauioris ſit præiudicii. Cum in cauſis prophanis, licet poſt triennium poſſeſſionis, celerrima interdicti reformatio non competat, tamen in caſu petitæ ſequeſtrationis ſummaria cognitio admittatur, modo non diu nimis differatur: per clem. vn. ibi: dum tamen triennio pacifice per eum non fuerit poſſeſſum: De ſequeſtratio. poſſeſ. Pap. *d. l. 8. titul. Du Triennal. Paiſible 9. Arreſt. 1. & ſeq.* & ibi ſanctio pragmat. & Rebuff. de pacificis quæ omnia ad rectam & genuinam Interdi-
42 ctorum ſalubetrimorum explicationem ſunt notanda. Accedit † etiam Lex Regia in Hiſpan. *lib. 4. tit. 1. & in Caſtil. Lex. 2. tit. 5. lib. 2. ordinat.* vbi cauetur quod iudex ſecularis etiam in poſſeſſorius rerũ ſpiritualium interdictis recup. vel retin. &c. procedere poſſit, inter clericos, dummodo lis moueatur intra annum turbationis vel deiectionis, notat etiam Aluar. Valaſc. *deciſ. Luſit. 11.*
43 *in fin.* Vndecimo † quod interdictum vnde vi, vel reſtitutio ſpoliatorum, ac proinde & reliqua interdicta regulariter intra annum à die ſpoliationis vel reſiſtentiæ aut turbationis competant, eſt gloſ. *in c. cum ad ſedem, verb. Interdictũ: de reſt. ſpol. gloſſ.* & Panor. *c. ſignificauerunt: de teſtib. late & clare* Tyraquel. *de conſt. poſſeſſ. part. 6. declar. 4. n.* 8. Menoch. *recup. rem. 1. n.* 408. *&* 447. Honded. 2. *conſ.* 18. *n.* 19. & impenſe faciunt quæ gloſſ. *ad c. redint. 3. cauſ. 3. q. 1. ex d. l. 1. ff. de vi & vi arm. l. ſi cum exceptione* §. 1. *& ſeqq. ff. Quod met. cauſ. &c. Maſuer. in prax. tit. de poſſeſſ. n. 33. &* 37. Marant. *par. 4. diſt. 7. n.* 32. Damhud. *tit. de iure nouit.* Franciſ. March. 2. *q.* 430. Pet. Gilcken. *ad l. edita. n.* 238. C. *de Edend.* Et nuper Frid. Pruckman. 1. *conſ.* 36. *n.* poſt Panormit. *cap. ſollicitanum.* 14. *de reſtit. ſpol.* Luc. *de pen. l. ſi coloni q.* 20. C. *de agric. & cenſit. lib.* 11. Hoſtienſ. *in ſumma tit. de cauſ. proprietatis ſub n.* 6. ibi: Hoc tamen regulare videtur, vt interdictum quodlibet anno terminetur: nam & ipſius prætoris imperium annale erat: §. *eas vero,* Inſt. *de perp. & tempor.* ea ibidem allata diſtinctione; quod, ſi ratione maleficij vel quaſi, reddatur interdictum, etiamſi & pœna coincidat, ſit annale: ſi vero rei perſecutionem, præſertim in hæredes contineat, ſit
44 perpetuum. Duodecimo † concordare quoque videntur iura Danica, quæ & ipſa cauſas ſpoliorum, inuaſionum, & turbationum, intra annum iudicialiter perſequendas eſſe volunt: *part. 2. c. 53.* Adeo vt & ſacra, quam dicunt mulcta, heilig brüche/ hoc eſt, ſpoliatio, rapina, violentia diebus Deo ſacratis facta, vltra annum non ſit proferenda: ipſo etiam die commiſſæ violentiæ indican-
45 do: *eod. cap.* 85. Denique † faciunt & alia Iura, veluti, quod olim anno, vel biennio præſcriptum fuerit, *in princ. inſtit. de vſucap.* Item & illa, quæ annalem poſſeſſorem ſecurum manere nolunt: veluti protimiſeos ſeu retractus iura:
46 *per notiſſ.* Item petendæ inueſtituræ feudalis: *per vulg.* Item † quod multis & nationum & prouinciarum & populorum ſtatutis ſiue legibus, vnius anni & diei guarenda ſit, ſi poſſeſſor interea non conueniatur: vnde ſi quis feudum

ſciente

ſciente domino per annale ſpacium poſſederit, ac ſeruitia præſtiterit, tutus e-
rit, reſpectu cum poſſeſſorii tum petitorii: *per ea, quæ* Roſenthal. *6. quæſt.* 79.
*n.*22. vbi DD. Et leges † Saxonum: Welchem ſein guth mit gewalt genommen/ 47
der muß es in Recht gebürlich/vnd Jährlich beklagen: Cui bona ſua vi occupata
detinentur, is donec ea recuperet, annuatim ea iudicialiter proſequi tenetur,
ne ius ſuum remiſiſſe cenſeatur, & alter præſcribat: Lehenrecht *c.* 11. *in princip.*
& latius gloſſ. *cap.* 22. *ſub fin. &c.* & Landrecht 2. *art.* 27. *& art.* 44. vnde Matth.
Coler. *de proceßib. executiuis p.* 1. *cap.* 3. *num.* 145. Si quis † ſemel alienam poſſeſ- 48
ſionem, ea mente ingreſſus eſt, vt ius in fundo vicini ſibi acquirat: & poſſidet
per annum & diem ſine iudiciali contradictione ipſius domini, is dicitur ha-
bere, ſaltem de iure Saxon. legitimam poſſeſſionem, in qua vti poſſid. inter-
dicto, aduerſus omnem vim prætor eum merito tuetur: per d. art. 44. vbi † 49
dicitur: Wer ein guth hat in ſeiner gewehr Jar vnd Tag/ ohn rechtliche wider-
red/ der hat daran eine rechte gewehr/ hoc eſt, quicunque poſſidet bona aliqua
per annum & diem, abſque iuſta cuiuſquam contradictione, is iuſtum habet
guardam vel poſſeſſionis ſecuritatem, hoc eſt, verus efficitur poſſeſſor. Quod
etiam valet in iuribus alienis; addit. ibid. & Lehenrecht *cap.* 14. *&* 32 Etſi enim
† annali occupatione, Dominium non acquiritur, tamen poſſeſſio vel quaſi 50
conſtituitur: *per ead. l.* 1. *ff. de itin. actuque pri.* Matth. Coler. *d. c.* 3. *n.* 109. *&*
ſeq. Quibus concordant iura Britannorum: Quicunque † aiunt, tenuerit 51
terras ſuas in pace per annum & diem ſine calumnia (hoc eſt ſine accuſatio-
ne) quam fideliter emit (vel & alias acquiſiuit) per teſtimonium duodecim
vicinorum ſuorum: ſi quis eum calumniauerit poſt annum & diem & fuerit
in eadē regione, & de ætate, & nō in carcere, & ipſe intra prædictum terminū
clameum (hoc eſt, actionem) non mouerit, nunquam audietur: *tit.* 9. de ter-
ra tenta in pace per annum & diem. Et ius † Lubecanum *lib.* 1. *tit.* 8. *de præſcrip.* 52
Von verjährung: Alles guth ſo in dieſe Statt kompt/doch nicht vber See oder
Landt/vnd ein Mann bey ſich hat/ Jar vnd tag/ mag er ſolches beweiſen/ ſo kan
jhm das niemandt mit recht abgewinnen oder vor geſtolen vnd geraubt guth an-
ſprechen/ doch ſo fern derjenig ſo ſolch guth anſprechen will/ auch binnen Landes
gewſen: *Item art.* 2. *ibid.* Wann vber Jar vnd Tag/ein gebew vnangeſprochen
geſtanden/ das kan nach Jar vnd Tag/ nicht mehr angeſprochen werden: Vbi
& vindicationis poſſeſſoriæ rerū mobiliū, & nunciationis noui operis &c. ad
annuū fatale aſtringūtur. Et Britāni quidē † literas vel breuia ſaiſinarū, h. e. in- 53
terdicta poſſeſſoria, & nouæ cū primis diſſaiſinæ, deiectionis, ac recuperandæ,
intra certā aſſiſam, h. e. conſtitutū iudicii tēpus proponi & deduci voluerunt:
lib. 3. *c. ſt.* quod olim arctiſſimum quadraginta ſaltē dierū fuit, adeo vt niſi quis per
breue vel literas diſſaiſinæ, infra 40. dies litē moueret, poſtea breui eiuſmodi,
vel recuperādæ interdicto, experiri nō poſſe:, ſed ad actiones alias ordinar. re-
mitteretur: Libel. de terminis iuris verbor. Angl. *verb. aſſiſe. & ſuper.* Ioh. Sche-
næ, ad lib, 2. *maieſt. regia. c. fin.* Quamuis † hoc poſtea varie mutatū: dū in legi- 54

Digitized by Google

bus Angliæ Richardi ſecundi *c.* 9. ſpatium anni, iuxta leges ciuiles fuit præſcriptum, quod Heinricus Octauus, ad quinquennium extendit: Eliſabetha vero regina, vti & ante Heinricus ſextus, ad triennium, reduxit: quod nunc ſereniſſimus dn. Iacob. VI. Parliamento *6. cap. 81. confirmauit.* Ita vt in caſibus nouellæ diſſaiſinæ, hoc eſt violentarum nouationum vel recuperandæ &c. tam ſuper ſpolio mobilium, quam deiectione ac turbatione immobilium, infra triennium experiri oporteat, ad obtinendam celerem ac prætoriam interdicti re-
55 formationem: quod reſpectu, † & in odium violentiarum præſertim grauiorum, etiam à iure Ciuili Digeſtorum, & Codicis & proin ſtylo ſacræ Imperialis Cameræ, non videtur eſſe alienum: per prædicta, & ſecundum ea, quæ latius deducentur in ſequentibus. Vt & ſic, nihilominus conſtet, vel intra annum, ſi fieri poſſit vel ſane, iuſtis ex cauſis, non diu poſt, interdictis experien-
56 dum eſſe. Quo † reſpectu & interdicta ſimplicis ſaiſinæ, vel adipiſcendæ poſſeſſionis, etiam poſt annum dantur in Gallia: Tauard. *l. 1. in fin. C. vti poſſid.* & ibi ordinat. Franciſci regis. Imbert. & Rebuff. &c. quando ſcilicet violentiæ, vel attentati aut diſſaiſinæ crimen non coincidit, quod regulariter intra annũ vt prætoria & celeri reformatione corrigatur perſequendum: per omnia quæ præced. & ſequuntur: & grauiſſime ac notabiliſſime excellentiſſimus quondam iurecõſultus practicus D. Tyraquel *in tract. le mort ſaiſit le viſ. p. v. declar.* 4.
57 *n. 13. & ſeq.* vbi in ſtatutaria † eiuſmodi poſſeſſione turbato contra eum, qui occupauit vel inuaſit hereditatem, interdictum retinendæ poſſeſſionis competere & ita moribus Galliæ obſeruari, ſed & hoc intelligendum notandumque ait, vt heres intra annum occupationis, poſſeſſionem, interdicto vel alio legitimo modo ſibi reuocet: Nam ſi id tempus anni, tacite labi ſinat, hanc poſſeſſionem amittit, nec amplius admittetur in remedium poſſeſſorium, ſed neceſſe ei eſt, ad petitorium, veluti ad extremũ auxilium confugere: ita ex Maſucr. *ad tit. de poſſeſſ. §. item datur quod ille:* Et hoc ex communi vſu, tum ex poſſeſſionis quorundam locorum ſtatutis aut moribus liquere, dicit Tyraq. *d. declar.* 4. *n.* 14.

58 Vbi † proximum fuerit, vt relatam ſupra Pauli & Vlpiani, ad tit. de tabulis exhib. antinomiam, nonnihil plenius extricemus, Etſi enim Vlpian. *d. l. locum 3. §. pen. iſto tit.* ait, interdictum hoc & poſt annum competere conſtat: Tamen Cuiac. *lib. 16. Obſeru. 28. in princ. & ad* Paul. 4. *ſent. d. tit.* 7. quaſi in contrarium aſſurgens, imo, inquit, vero, non conſtat eſſe perpetuum: Itaque ex verbis Pauli quæ ita ſonant: Edicto perpetuo cauetur, vt ſi tabulæ teſtamenti non apparerent, de earum exhibitione interdicto reddito, intra annum agi poſſit: quo ad exhibendum compellitur qui ſupprimit. Vnde plus quam manifeſtum eſt, (ait ille) de tabulis exhibendis interdictum reddi, & eodem agi
59 intra annum, non poſt annum: Et quod † propterea ita legendus ſit Vlp. *d. §. pen.* Interdictum hoc & poſt annum non competere conſtat. Quam lectio-

nem

nem & inde aſtruit, quod ſi aduerſatiua ſeq. paragraphi fin. ſed & heredi ceteriſque ſucceſſoribus competit, tanto melius quadret. quemadmodum & ſimilis ſit ſententia atque textus *l.* 1. §. *banc actionem fin. ff. Ne vis fiat ei qui in poſſeſ. miſ.*

Et ſane, † niſi audaculas coniecturas & correctiunculas, quibus magnã 60
ſibi in ipſos legum textus nonnulli licentiam ſumunt, tanquam corruptelas, odiſſemus, iſta Pauli ſententia & Cuiacii contentio, mirum in modum, noſtram ſententiam confirmaret: quod ſcilicet, intra annum vtilem Interdicta adhibenda veniant: per ea quæ ſup. Sed † enim, quia corrigere non placet, 61
quod ipſis iuris auctoribus placuit: & quod antiquitatis, ipſorumque voluminum & ſcripturæ præſumptionem pro ſe habet: Mihi iſta neutiquam contraria eſſe videntur. Primo enim verum eſt, quod † Interdicta, vti contendimus, intra annum regulariter ſint reddenda: Et proinde etiam veriſſimum, 62
quod Paul. IC. d. tit. vti de aliis, ita etiam de tabulis exhibendis interdicto, intra annum agi poſſe affirmat. ſed & iterum non minus verum, quod interdictis etiam poſt annum experiri liceat: ſi vel † ratio ipſorum hoc ferat, vel 63
ipſius facti atrocitas, aut euidentia, vel clandeſtinitas quædam, aut neceſſaria actoris abſentia coincidant: Vel ſi, vt Vlpian. *in d. l. ſemper*, ait, magna & iuſta ſit cauſa. Alias enim non à præcepto vel interdicto, ſed Citatione inchoandum. Et quod Vlpian. † interdictum poſt annum competere ſcribit *d. §. pen.* 64
Ex eo non ſtatim ſequitur, quod iuxta Paul. intra annum eodem agi nequeat. Et cum in heredes, quoque poſt † annum reddantur interdicta, cum alia, 65
tum etiã in quo Cuiac. nonnihil præſidii ponit, illud, *Ne vis fiat ei qui in poſſeſſ.* Quemadmodum & tabulæ ad heredem peruenire, ſed ab eodem exhibitio denegari, tum actio longe poſt annum delatæ ſed ignoratæ hereditatis naſci primum poſſunt: vel iſthinc erro facillime poteſt deprehendi. Nam † 66
cum annus interdictorum reddendorum ſit vtilis; vtiliter quoque & non captatorie eſt accipiendus: & quidem ab eo tempore, quo agendi, non ſolum eſt facultas, ſed & neceſſitas: per ea quæ ſup. Quid enim, ſi decem, vel amplius ante annos, tabulæ ſint confectæ, teſtatorque deceſſerit: mihi vero † iam primum Intereſſe meum exoriatur, ita vt iam modo, mox, atque 67
ilico, tabulas inſpicere vrgeat & expoſtulet ipſa teſtamenti cauſa: Ecquid ne tempore, quoad interdicti beneficium ero excluſus? Et ſane non putamus: *per d. l. ſemper* §. 6. *ff. Quod vi aut clam.* & alia prædicta, de vtili anno loquentia text. etiam ſing. l. ſuper annali, ſub fin. C. de annali except. qua & ipſa lege, ſententia noſtra comprobatur: dum Iuſtin. Imp. annalis exceptionis ratione Italicorum contractuum, inſignem abuſum quoad decennium vel quinquennium à nonnullis producebatur damnat, ſed & ita tollit, vt reliquas omnes præſcriptiones, ſiue 40. 30. 20. 10. annorum vel minoribus ſpaciis concluduntur, ſuum vigorem retinere iuſſerit. Dici quidem poſſet, Paulum

Q

Digitized by Google

lum *in d. loco velle*, quod poſt redditum interdictum intra annum eodem agi oporteat: ſed illa explicatio, vtpote quæ aliam ſui rationem habet de qua ſup. minus elegans eſt, neque Paulinæ ſententiæ conformis: ita vt in prædictis ſedeat viſæ nonnullis d. antinomiæ ſolutio. Cæterum † de initio quoque fata-
68 lis huius anni interdictorii, vt diſpiciamus, Vlpian. facit, *d. l. ſemper* 15. §. 4. *ff. Quod vi aut clam*. Vbi ita ait: Annus autem cedere incipit, ex quo id opus factum perfectum eſt, aut fieri deſiit, licet perfectum non ſit: alioqui ſi à principio cæpti operis annum quis numeret, neceſſe eſt cum his, qui opus tardiſſime facerent, ſæpius agi. &c. Quali ex textu iterum magnas antinomias extruere poſſemus, ſi ſyllabas captare vellemus: Cum idem Vlpia. *l.* 1. §. 4. ita dicat: Hoc interdictum ad ea ſola opera pertinet, quæcunque in ſolo vi aut clam fiunt: In ſeq. tamen §. de opere vi vel clam iam perfecto loquatur, & omnibus modis abſoluto: quaſi alias ſæpius agi oporteat. Sed reſpondendum
69 eſt: primo † ſingularem interdicti Quod vi aut clam, eſſe rationem; ita, vt de opere vi vel clam iam nũc perfecto accipiendũ veniat. Deinde perfectionẽ operis, ex præſentanea non tã perfectione quã damnificatione æſtimari eiuſq;
70 ſcientia. Ex quib. omnibus, & ea, quæ ex ſtylo & præiudicijs † auguſtiſſimæ Cameræ Imperialis allata ſunt, facillimum eſt declarare. Cum ſemper obſeruatum ſit, & adhuc iam obſeruetur, vt ex conſtitutionibus Imperij, quæ ſuper interdicto vti poſſid. & pro practica eiuſdem obſeruantia, de relaxandis rebus vel hominibus pignoratis, arreſtatis, &c. publicatæ ſunt, ſupplicaturi, non in remotis multorum, nedum 10. 20. vel 30. annorum curriculo antiquatis, ſed admodum nuperis ac recentiſſimis turbationum ac inuaſionum Caſibus ſeſe fundent, deſuperque mandata ſiue interdicta, de relaxando, reſtituen-
71 do, non turbando obtineant: Neque † remotiores caſus aliter admiſceantur, quam & iuris & facti connexitas admittit. Quod vel ex ſolo ſupra allegato exemplo de 24. Maii 609. colligere eſt: quo ad conſtit. de pignorationibus, à parte dn. Comitis actoris narrabatur, quomodo nuper pauculos intra annos, inquieti quidam ciues, & ſclopetarij in G. occeperint, per vicinum quidem illis, ſed indubium & confeſſum hactenus dn. actoris bannum venatorium eiuſque diſtrictum, non modo clam feras beſtias iaculando ferire, ſed etiam, ad ſenatus, qui amicas & vicinas dn. Comitis interpellationes fruſtra habuerit, conniuentiam; vſitata hactenus pignora, exigentibus, qui forte fortuna in rem præſentem venirent, ſiluæ vel venationis præfecto & miniſtris recuſare: in tantum, vt & 12. Maii 605. NN. Ciuis, cum itidem ad capream iam collimare deprehenſus eſſet, inſuper venientes dn. actoris miniſtros ſolitaque pignoratione factum vindicantes, ſclopetum, prædoneo more exploſerit, magnoque inſuper edito clamore, alios conciues haud procul abſentes permouerit, qui confeſtim accurrentes, non modo d. pignus vi receperint, tandemque per modum repignerationis, bombarda & ſica venatoria

mulcta-

Digitized by Google

mulctatos dimiſerint: non ſine expreſſis comminationibus, & alios, qui ſimile quid attentarent, haud impune habituros: Quamuis vero dn. Actor, pro legitima venatorij ſui banni & diſtrictus, quem ab imperio feudi titulo recognoſceret, tuitione, ſolitis nihilominus pignorationibus, pro re nata, diligentius & legitime, ſuos iuſſerit incumbere: hoc tamen, reos, tam parum affeciſſe, vt etiam in regia via, ibi & ibi, venationis magiſtrum ſiue præfectũ, & comminiſtros, quaſi pacifrage inuadere, violare & pulſare præſumpſerint: præſertim vero, cum nuper admodum, ſub finem Aprilis, iſti, quod ciuem NN. præcipuum & veteranum ferarum iaculatorem, ob inſtantes nundinas prædam ambire intellexiſſent, diſtrictus venatorios, in equis circuiſſent, & præmemoratum NN. habiliſſimo ad feriendum ſclopo armatum, tum alio ciue ſtipatum, verſus ſiluam contendentem, inueniſſent, comprehenſumque pignus poſtulaſſent, tum quod in eos, adducto in ignitabulum galliculo, exonerare tentauerit, humi proſtratum legitime pignorarint & teneri fecerint: quod d. ſocius illico profugus, oppidanis conciuibus ferali voce renunciarit: Hoſce, ad ſonitum omnium fere campanarum, magno numero, ad centum vſque foras erupiſſe, nec modo d. veteranum foreſtæ turbatorem, vna cum pignore liberaſſe, ſed & magna inſolentia, cum lapidibus & alijs varijs armis, tum diris iniurijs, dictos domini actoris præfectum & miniſtros infeſtaſſe, partimque per quam male, & cum vitæ etiam, ni pauculi pacatiores ciues, id auertiſſent, diſcrimine, tractaſſe, tandem vero quinque Comitatenſes, interque eos, & ipſum venationis magiſtrum N. non ſecus, ac ſi manifeſti eſſent prædones, in ciuitatem captiuos abduxiſſe: &c. Vnde † patet, quod, etſi hic, non tantum nouiſſimi, ſed & remotiores prætenſarum turbationum actus ab aliquot annis, in querimoniam deducti fuerint, deſuperque interdictum redditum, & reiectis, ex mero iuris & facti petitorio petitis exceptionibus redintegratum: ea tamen actuum repetitio, non modo iuris & facti, tum pauculorum ſaltem proximorum annorum, ſed & continuatæ defenſionis cohærentiam habeat. Quo reſpectu & 29 Maij 613. inter eaſdem, ſed ciuitati, contra dn. Comitem, quod ciues in notoria iuris lignandi poſſeſſione pignorari feciſſet, ex ead. Conſtitutione ſuper quatuor diuerſiſſimis turbationum ac pignorationum actibus, veluti de 28. Nouemb. 610 Item 8. Decemb. 612. hinc 22. Ian. & 4 Feb. d. anno 613. &c. reſtitutorium interdictum ſiue mandatum eſt decretum, reiectiſque exceptionibus, redintegratum. Sequitur iam vt de perpetuis quoque Interdictis ſeu actionibus, & quatenus ſic dicantur diſpiceamus. 72

COMMENTARIVS IX.

De perpetuis Interdictis & actionibus: Quidnam ſint, & quatenus ſic dicantur?

SVMMARIA.

1 *De perpetuis interdictis & quatenus ſic dicantur, difficillima eſt quæſtio:*
2 *Can. redintegranda non niſi centum annis præſcribitur.*
3 *Quamuis alij triginta annorum præſcriptionem admittant de iure tam can. quam ciuili.*
4 *Abſurdiſſimũ eſt, poſſeſſionis cauſam centum annis durare, cum dominium 30. vel 40. præſcribatur.*
5 *DD. circa præſcriptionem Can. redintegranda diſcordantiſsimi, dum alij 30. alij 100. alij mille & amplius annos admittunt: quod explanatur:*
6 *Cum vera & notoria mala fide non præſcribitur in æternum, nedum centum vel 30. annis.*
7 *Cum bona fide & titulo vel quod inſtar eſt præſcribitur 30. vel 40. annis.*
8 *Cum mala fide non euidenter notoria ſed præſumpta, centum demum annis præſcribi aiunt.*
9 *Præſumptam malam fidem alij 10. annis purgari dicunt.*
10 *Quatenus tunc bonæ fidei præſumptio, per contrariam malæ fidei non eliditur: alias enim remed. Can. Redint. durat centum annis.*
11 *Poſt centum annos aduerſus præſumptam bonam fidem non admittitur probatio:*
12 *Quam ſententiam ſequitur Rota Romana:*
13 *Rota Rom. DD. opinionem de tricennali Can. Redint. præſcriptione prorſus exploſit: Herculis manibus clauam excutere, facilius eſt quam prauas opiniones detrudere ex Curia.*
14 *Sententias maiorum reuoluere difficillimum.*
15 *Probata antiquiore poſſeſsione in remedio retinendæ, iunior præſumitur vitioſa.*
16 *An & quatenus ſit aliquod medium inter vere bonam & malam fidem.*
17 *Iuſta dubitatio vel ignorantia, ad bonam potius quam malam fidem propendet.*
18 *Poſſeſsio, cuius vel nullus vel inualidus titulus an centenaria præſcriptione roboretur.*
19 *Spolij vitium eſt reale tranſiens ad heredes.*
20 *Canoniſtæ, an vincula præſcriptionum conuellant?*

21 *Tricena-*

21 *Tricenaria nedum centenaria praſcriptio, quoad pretoriam tam Can. redint. quam interdicti vnd. vi reformationem eſt abſurdiſſima.*

22 *Perpetua interdicta, longe alio ſenſu, quam DD. putarunt, accipienda ſunt:*

23 *Perpetuum verb. plurium eſt ſignificationum: de quib. vſque ad n. 29.*

29 *Interdicta dicuntur eſſe perpetua, quatenus vel in heredes vel poſt annum redduntur, quod ad 30. annos neutiquam eſt protendendum.*

30 *Vti & alia pratoria actiones, reſpectu annalium dicuntur perpetua, licet ſolo biennio, vel alio certo ſpacio circumſcribantur, n. 31.*

32 *Septima perpetua actionis ſignificatio à paucis intellecta vnde declaretur?*

33 *Vſucapionum ratio iure ff. longe arctior fuit, quam iure Cod.*

34 *Litis conteſtatione perpetuantur actiones, cum tamen fieri poſſit vt anno vel biennio exſpirent.*

35 *Celerrima & pratoria interdictorum reformatio, calidam adhuc & ſpirantem poſſeſſionis vel amiſſa vel turbata cauſam poſtulat, n. 36.*

37 *Qui multis tum decem, vel amplius annis amiſſam poſſeſſionem non repetit, animum poſſidendi, retinendi, abdicaſſe cenſetur.*

38 *De vi priuata interdictum, eſt annuum. De vi publica, poſt annum datur, ſed ita, vt abſque oſcitantia illico moueatur.*

39 *Ciceronis teſtimonium, quatenus de vi armata interdictum ſit perpetuum.*

40 *Cunctabundi nimis, in poſtulandis interdictis, ad ordinarias actiones remittendi ſunt.*

41 *Perpetua interdicta, quod etiam poſt annum redduntur, de modico tempore veluti, ex iuſta, cauſa, biennii, triennii, &c. eſt intelligendum, & num. ſeq.*

42 *Qui nimium differt petere reſtitutionem, ea eſt indignus.*

43 *Ius Can. reſtitutionem ſpolii, iuxta leges ciuiles fieri mandat, etiam quoad Can. Redintegrand.*

44 *Tempus talionis. quoad ſpolium & terminum de non reſpondendo, quomodo intelligendum?* (retur.

45 *Ciuilis poſſeſſio amiſſa cenſetur, ſi naturalis, longo tempore non recupe-*

46 *Vel & biennio, per iudicem arbitrando.*

47 *Tricennale interdictorum fatale videtur ſtabiliri in l. 1. ff. Quor. bon. l. fin. C de Edict. Diu. Ad. l. fin. C. Vnd. vi.*

48 *Et per rationem abſurdi.*

49 *In d. iam legibus diſtinguendum eſt inter actorem & reum: cum huic, non illi fatale iſtud indulgeatur.*

50 *Interdictum actori competere poteſt, etiam tunc, cum reus, ſe praſcriptionem compleuiſſe putat.*

51 *L. 1. ff. Quor. bon. de praſcriptione 30. annorum loqui vel intelligi non poteſt, quod ea iure ff. fuerit incognita.*

Digitized by Google

52 *Petenda bonorum poſſeſſioni, liberis & parentibus anni ſpacium, reliquis centum dierum erat præfinitum.*
53 *L. fin. C. de Edict. Diu. Adriani quatenus maioris æui ſpacia indulgeat?*
54 *Ordinaria actio competere poteſt, vbi prætoria interdicti exſecutio denegatur.*
55 *Quoad ordinariam actionem, immiſſio nullis temporum anguſtiis (ſcilicet annuis) coarctatur.*
56 *Interdictum vti poſſid. quatenus, & annale, & perpetuum, & n 57.*
58 *Publica non tam facile præſcribuntur quam priuata, & n. 59.*
60 *Notorietas, & Euidentia facti, recens orta, etiam poſt annum interdicto locum facit.*
61 *Vti in precario, & locato quod poſſeſſor interuertere molitur: & n. 62.*
63 *Perpetuo ad 30. ſcilicet annos dari poſſunt interdicta, quoad ordinariam agendi viam.*
Vbi, non tam interdicta, quam iudicia, ex interdictis proficiſcentia reddi ſciendum eſt.
64 *Interdictum, ab actione in factum, ex cauſa interdicti, competente, differt: & num. 65. 66.*
67 *Reſtitutiones in integrum dantur, aduerſus lapſa interdictorum fatalia:*
68 *Idque duplici reſpectu: cauſa & temporis.*
teſt cumulare.
69 *Corpore deiectus, ſed ciuiliter poſſidens, interdicta retinendæ & recup. po-*
70 *Reſtitutionem in integrum petere poteſt, qui metu, aut vi, aut minor, vanis perſuaſionibus poſſeſſionem dimiſit.*
71 *Ratione temporis qualiter petatur reſtitutio?*
72 *Caſus practicus, quibus interdictorum fatale non labatur.*
73 *Mora iudiciorum non annumeratur præſcriptioni:*
74 *Repetita die aliquid fieri dupliciter dicitur.*
75 *Præſcriptione longiſſimi temporis excluduntur regulariter actiones ordinariæ tamen poſſeſſoriis quam petitoriis: idque, extra curiam Rom. tam in Eccleſiaſticis, quam ſecularibus iudiciis.*
76 *Bona fides etiam ſine titulo haberi poteſt.*
77 *Titulus in longiſſimi temporis præſcriptione non requiritur.*
78 *Longi temporis curſus & ſine titulo bonæ fidei præſumptionem conciliat.*
79 *Longiſſimi temporis curſus, purgata malæ fidei præſumptione, bonam fidem & titulum repræſentat:*
80 *Etiam contra ius commune, ſi de præiudicio priuati agatur.*
81 *Vel contra antiquiorem poſſeſſionem.*
82 *Longiſſimi temporis præſcriptio poſſeſſorem in dubio tutum reddit, in omnibus ordinariis actionibus.*
83 *Saxonico iure poſt 30. annos, nulla habetur ratio malæ fidei.*
84 *Innocent. iura præſcriptionum videtur tollere voluiſſe.*

85 *Lon-*

Digitized by Google

85 *Longiſſimi temporis præſcriptio eſt fauorabiliſſima.*

86 *Ius Can. notoriam ſaltem & mortalis peccati conſciam fraudem, malamue fidem in præſcriptionibus damnat.*

87 *Cum mala fide, & vitioſo ex titulo qualiter non præſcribatur? & n. 88.*

89 *Præſumpta mala fides in longiſſimi temporis præſcriptione non attenditur: niſi vere mala fides probetur: & n. 90. 91.*

92 *Præſumpta mala fides quænam dicatur?*

VBi nunc † conſequens, ſed & magnopere neceſſarium fuerit, vt alteram 1
quoque quæſtionem, quid ſcilicet ſint, & quantonam tempore, perpetua quæ dicuntur interdicta circumſcribantur, definiamus: quod non vſque adeo videtur eſſe expeditū: dū plærīq; eam iuris Ciuilis & Canonici, hoc caſu differentiam ponunt, quod Can. redintegranda, & ſimilia Canonici iuris † 2
remedia, etiam ad centū annos deiectis vel ſpoliatis dentur: quippe quod non præſcribantur, niſi tēpore immemoriali vel centum annis: Puteus *lib. 1. deciſ.* 116. Simonet. *deciſ.* 61. Viuius *com. opin. in verb.* ſpoliatus quandocunque. Pontan. *de Spol.* 3. *c.* 2. *nu.* 90. proque ea ſententia, ſemper Rotam decidiſſe & decidere teſtatur, ex diuerſis præiudicijs, Lancellot. *de Attent.* 3. *c.* 23. *n.* 64. vbi poſt collectores deciſionum, hanc communiſſimam eſſe ſententiam ait omnium Canoniſtarum: quæ in ipſo etiam foro Romano obtineat, licet alias ſit ſtatutum, quod inter Romanos ſeruetur ius Ciuile. Communem etiam hanc ſententiam eſſe ait, Contard. *ad l. vn. limit.* 2. *rat. mixt. num.* 2. 4. *& ſeq. C. ſi de mom. poſſ.* Licet † alij exiſtiment communem tam Canoniſtarum quam legiſtarum 3
opinionem eſſe in contrarium, quod videlicet, triginta ad ſummum annis, tam remedio Canonis redintegranda vel reſtitutionis Spoliatorum, quam interdicto vnde vi, præſcribatur: quod probatur, *d. l. fin. in fin. Cod. Vnd. vi. l.* 3. *& tot. tit. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. gloſſ. & com. DD. d. l. prætor* 20. §. 6 *ff. de op. noui nunc.* Marant. *diſtinct.* 7. *n.* 5. *in fin.* Balb. *de præſcript. quart. part.* 4. *princ. quæſt.* 24. *in fin.* Decian. *conſ.* 302. *n.* 24. Parit. *conſ.* 1. *n.* 144. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 61. *n.* 13. *lib.* 1. Bellon. *conſ.* 36. *n.* 2. Crauet. *conſ.* 124. *n.* 14. Anton. Crauat. *ad Veſtrium lib.* 7. *c.* 3. *n.* 41. Benintr. *deciſ.* 10. *circ fin.* Cephal. *conſ.* 235 *n.* 29. *lib.* 2. Roland. à Valle *vol.* 2. *conſ.* 72. *n.* 19. *& conſ.* 50. *n.* 28. & alij vt apud Contard. *d. limit. n.* 26. & Menoch. *rem. recup.* 15. *quæſt.* 31. Crauet. *conſ.* 124. *nu.* 14. Socin. *l. rem quæ nobis, n.* 18 *ff. de acq. poſſ. & alij DD. relati* ab Anton. Gabriel. *lib.* 5. *de reſtit. ſpoliat. concl.* 5. *num.* 64. Caualcan. 2. *deciſ.* Fiuizan. 23 *n.* 42. *vbi* Plot. *& alij.* vnde & Cuiac. actionem momenti, quotiens abſentis occupata eſt poſſeſſio, triginta annis præſcribi ait. Pet. Gilkenius *de vſucap.* 2. *memb.* 2 *c.* 2. *n.* 36. concludentes, abſurdum † videri, 4
poſſeſſionis cauſam adhuc agitari debere, cum ipſa proprietatis cauſa præſcriptione ſit deciſa & ſopita. Quoniam vero DD. de præſcriptione remedij Canonis redintegranda vel reſtitutionis Spoliatorum intricatiſſime, & quaſi cōtradi-

5 tradictorie † loquuntur: dum alij, de triginta, alij de centum, alij de mille an-
nis ſermocinantur: Ideo breuiſſime hic diuerſas & diſcordantiſſimas eiuſ-
modi opiniones conciliabimus vel ſaltem explanabimus: idque ſub triplici
præſcriptionis diſtinctione.

6 Vel enim † de vera mala fide ſpoliatoris ſiue poſſeſſoris præſcribentis
docetur & apparet: ac ne per mille quidem annos dictis iuris Canonici reme-
dijs præſcribitur, ſiue poſſeſſorio agatur ſiue etiam petitorio: per commune
omnium tam legiſtarum, vti aiunt, quam Canoniſtarum axioma: Quod cum
mala fide non præſcribatur in æternum, multo minus centum annis: per vulg.
c.fin.de præſcript. Balb. 2.3. *princ. q.6.num.*20. Vaſqui. *illuſt. cont.2.c.*81.*num.*10.
Idque etiam in Rota Romana & Camera Imperiali ita obſeruatur: Lancel-
lot. *de Attent.3.c.23.num.66.* Minſing.3.*obſ.68.Gail.2.obſeru.* 18. *num.* 7. *&* 10.
& multis præiudicijs firmari poteſt, & eſt com. opinio infinitis DD. autoritati-
bus comprobata, vt paſſim videre licet, & nouiſſime ap. Ioh. Koppen. *q.57.nu.*
30. *&* 35. *& ibi.* Tiraq. *de præſcr.*§.1.*gloſſ.*2. Modeſt. Piſt. 1. *conſ.17.num.57.& conſ.*
49. *num.*18. dicentes ibidem hanc concluſionem valere etiam in herede vni-
uerſali, qui à ſe præſcriptionem inchoare velit.

7 Aut † conſtat, vel docetur & apparet de bona fide, & titulo, & alijs le-
gitimæ præſcriptionis requiſitis, & tunc Reus conuentus, contra intentionem
Actoris ſpoliatum ſe dicentis, &c. præſcriptionem 30. vel 40. annorum rectiſ-
ſime opponit: & ita accipiendi ac intelligendi ſunt DD. in caſum reſtitutio-
nis ſpoliatorum de præſcriptione longiſſimi temporis loquentes, Pariſ. *vol.* 1.
conſ.1.n.155.166.& per tot. &c. & luculente, Roland, à Vall. *lib.3.conſ.6.nu.*41. *&*
alii vt ſup.

8 Aut † nec de vera mala fide docetur vel apparet, ſed tantum, de præ-
ſumpta qualiter fit, ſi actor de antiquiore poſſeſſione, & ſic ſpoliatione edo-
cet, & reus iunioris ſuæ poſſeſſionis nullum titulum legitimum habet, &c. Et
tunc quicquid ex iure tantum ciuili, de 30. annis dicant Roland. *vol.2.conſ.*7.
num.pen.& Maſcard. *vol.2.Concluſ.*100.*num.*8. *& ſeq. & num.*16. Condictioni
Canonis Redintegranda non præſcribitur, niſi centum annis: *per ea* quæ Vaſq.
*d.cap.*81.*num.*2.6. *& ſeq.* Grauet. *conſ.*146.*num.*7. Weſenb. *conſ.2.num.86.* Kœp-
9 pen. *d.loc.nu.*31. *ibi.* ex ſola tamen præſcriptione *& num.*41. Et licet † præſum-
ptam malam fidem, alij poſt 20. Vaſq. *d.loc.num.* 2. Cæpol. *de ſeru. ruſt. præd. c.* 20.
*num.*1. alij poſt 30. annos non amplius allegari poſſe, ſed tanto ſpacio extingui
bonamque fidem poſſidentis præſumi dicunt, *per l.fin. C. Vnd.vi. late DD. vt a-*
10 *pud* Weſenb. *d.conſ.2.num.86.* Tamen hoc † eatenus ſaltem obtinet, quate-
nus præſumptio bonæ fidei in poſſidente per contrarias malæ fidei præſum-
ptiones, non poteſt elidi: *DD.ibid.n.*87. Et hac ratione remedium d. Canonis
impræſcriptibile eſſe, vt ſcil duret 100. annis, de æquitate Canonica, omnium
veriſſima com.nuniſſimaque nonnullis eſt ſententia: Hoſtienſ. *in ſum. de cauſ.*
poſſ.

*poſſ.& prop.ſub fin.verſ.is igitur.Imol.& alii c.ſollicite 2.de reſt.ſpol.*Salic.*l.* 1.*in* 3.*op. C.ſi per vim.* Luc.*de pen.l.ſi coloni q.* 20.*Cod.de agric.& cenſ.* Alex.*conſ.*6.*vol.*5. Gozadin.*conſ.*7.*colum.*4.*verſ.*7. Corſet.*reg.ſpoliatus fallent.fin.* Panorm.*cap.* 1. *de reſtitut.ſpol.*Franciſc. Viu.*com. opin.verb.ſpoli*... Crauet. *de antiquit.temp.* 4. *part.§.materia num.*24.*& ſingulariter* 27. Vbi ait, agenti poſſeſſorio, obſtare præſcriptionis tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, etiamſi agatur de poſſeſſorio ad decimas; poſt Gozad. vt ſup. & Rot. *deciſ.* 259. Et † tunc contra præſumptam bonam fidem non admittitur probatio in 11
contrarium: quod ſecus eſt, ſi poſt 30. vel intra 100. annos poſſeſſorio agatur: quia tunc in contrarium admittitur probatio: vti eleganter DD. conciliat Crauet. *d.§.materia num.* 21. Iſtamque ſententiam in terminis probauit Pariſ. *volum.*1.*conſ.*104. *n.* 105.*& ſeq. & conſ.*107.*n.* 39.*conſ.*101. *& paſſim alibi.* Henning. Gœden. *conſ.* 2. *de interdict. reſtitut. num.*16. *ibi: eadem ratione,* Weſenbec.*d.conſ.*2.*num.*87. Et hanc † ſententiam perpetuis ſuis præiudicijs 12
confirmauit, & ſecuta eſt Rota Romana, cuius obſeruantiam defendit etiam Gabri:l.*lib.*5.*De reſt.ſpol. concluſ.*5.*num.* 65.*& ſeq.* Accum ſubinde ab Aduocatis contrariæ † DD. opininiones, quod nimirum 30. anni ſufficiant, allegarentur: Anno 1541. in pleno fuit reſolutum & deciſum: Quod opinionibus iſtis exploſis, hoc remedium ſit impræſcriptibile & perpetuum, vt ſcilicet in caſu prædicto duret ad centum annos: Cæſar Contard. *ad d.l.vn.limit.* 2.*rat. mixt. num.* 24 *& ſeq. C.ſi de mom.poſſ.* vbi ait hanc ſententiam, velis nolis, ſequendam eſſe, quod facilius clauam extorſeris de manu Herculis, quam hanc tam receptam ac perſuaſam opinionem deijcere poſſis ex curia: Cum ſit difficillimum ſententias maiorum reuoluere. 13

Et quamuis † Menoch. *recup.rem.*15.*quæſt.*31. inter malam fidem præ- 14
ſumptam & veram bonam fidem nihil videtur diſtinguere: dum indiſtincte putat longiſſimi temporis præſcriptionem contra Can. recte obijci: quemadmodum & Contard. *d.loc.multis numeris ſeq.* Legiſtarum doctrinam amplecti videtur: Iſti tamen quam Menoch. tener. opinioni, Rotæ & aliorum DD. autoritas, hoc caſu rectius forte anteponitur: præcipue quos & ipſe indiſtinctius & confuſe allegat.

Loquuntur enim plærique ab ipſo ibid. citati, vti & Pariſ. *volum.*1.*conſ.* 1.*num.*145. in caſu legitimæ præſcriptionis, quæ titulum bonamque fidem ratione initij habet. Et ita etiam ſentire alioſque DD. explicare & reſtringere videtur Contard.*d.limit.num.penult.& fin.* Atque hanc † ſententiam in facto 15
quoque Imperialis Cameræ iudicio teneri & obſeruari, annuit Minſing. *cent.* 3.*obſeru* 85.*& reſponſ.*48.*num.fin.* eaque multis præiudicijs confirmata: quibus poſſeſſio recentior, quæ titulo alijſque legitimis requiſitis careret, habita fuit violenta, clandeſtina, vitioſa, & turbatiua, præſertim vero ſi in terminis

retinendæ hæreret controuerſia *c. licet cauſam* vbi Felin. *num. 9. de probat. & DD. magno numero relati cum ab alis tum* Matth. Weſenbec. *conſ.* 58. *num.* 3. *&* 30. Couat. *c. poſſeſſor, part.* 2. §. 1. *num.* 2. *& ſeq.* Menoch. *ret rem.* 3. *num.* 726.

16 Schrader. *conſ.* 4. *num.* 284. Et videtur † huius diſtinctionis ratio probari, ex eo, quod ſit & dicatur medium aliquod eſſe inter vere bonam & malam fidem, ratione ſcilicet dubitationis, aut ignorantiæ, *per l. Qui ſcit, §. bonæ fidei, ff. de vſur. c. vigilanti c. ſi diligenti de præſcript. DD. vt ap.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 225. *num.* 17. Couat. *d. c. poſſeſſor.* §. 7. *num.* 5. Gilken. *de præſcript.* 2. *memb.* 2. *c.* 2. *num.* 132. *&* 137.

17 Quamuis iſta † dubitatio vel ignorantia, in dubio, ad bonam potius, quam malam fidem inclinare cenſeatur, *l. benignius. ff. de legib.* Menoch. *& alii vt ſup.* Licet concurrentibus poſtmodum alijs contrarijs indicijs, & meliore vel antiquiore alterius poſſeſſione, iſtoc præſumptionis medium elidatur, *per*

18 *præd. & quæ DD. apud* Menoch. 3. *præſumpt.* 130. *num.* 18. Quod ad † centum annos vſque extendunt canoniſtæ; vt ſup. Vnde poſſeſſionem, cuius titulus vel nullus vel inualidus reperitur, ne centenaria quidem vel immemoriali temporis præſcriptione roborari, aiunt, Pariſ. 1. *conſ.* 27. *num.* 119. *& conſ.* 114. *num.* 8. Caſtrenſ. 2. *conſ.* 423. *num.* 2. Crauet. *conſ.* 290. *num.* 6. Alciat. *conſ.* 164. *num.* 4. Menoch. *retin. rem.* 3. *num.* 638. Honded. 2. *conſult.* 8. *num.* 77.

19 Et quoad † recuperandæ remedium rationem certiſſimam afferunt, quod ſpolij vitium ſit reale odioſum, & fere criminale, quod perduret, & ad heredes etiam tranſeat, *per text. l. vitia poſſeſſionum, Cod. de acquir. poſſ. §. furtiuæ Inſtitut. de* [illegible] *cap.* Balb. *de præſcript.* 3. *quæſt.* 12. Alexand. *volum.* 1. *conſil.* 84. *& volum.* 3. *conſil.* 172. *num.* 23. Panorm. 2. *conſ.* 3. *quæſt.* 16. vbi dicit, quod regina N. eiuſue heredes ne 100. quidem annis præſcribere potuerint, Comitatum N. ob violentam malæ fidei præſumptionem, qua Regina illum occuparit, la-

20 te Tiraquel. *d. §.* 1. *gloſſ.* 2. *verſ.* nec ſufficit, Fachin. 1. *cap.* 66. Exiſtimant † quidem legiſtæ nonnulli, quaſi Canoniſtæ hac in parte vincula præſcriptionum conuellant, ſed alij [illegible]gant: Cum & Ciuilis præſcriptionum doctrina bonam fidem præſcribentis, & liberam veteris domini dimiſſionem (quæ & in ſupina negligentia verificatur) requirat, quæ ſane in ſpolijs & inuaſionibus non præſumitur, ſed contrarijs probationibus ac præſumptionibus elidatur.

21 At vero, † ſi, quod ipſa iura, ipſique iuris conditores ſuggerunt, profiteri licet, mihi equidem, ſalua omnium maiorum pace, iſthæc omnia, non tantum, quæ valde ὑπερβολικῶς de centum, ſed etiam de triginta annis afferuntur, quoad prætoriam ſeu potius regiam interdictorum, tum Canonum Redintegrandæ, diſciplinam, inconſiderate & erronee prorſus, tam indiſtincte ac generaliter tradi videntur: quemadmodum & Barth. d. gloſſæ explicationem

ctionem dicentis, quod perpetua ſint interdicta, quæ ad 30. annos competunt, falſam eſſe ait, quod iſta præſcriptio de iure Digeſt. fuerit incognita: *quod conſtantiſſima om. DD. eſt ſententia.* Licet enim perpetua † eſſe dicantur quædam 22 interdicta: Sicut & ſpoliatorum reſtitutionem perpetuo dari ſiue competere: tamen non tam laxa, & quaſi effrenis atque profuſa verbi iſtius eſt poteſtas, prout DD. plærique inconſultius exiſtimarunt: quod ex poteſtate verbi repetendum.

Perpetuum enim primo † dicitur illud, quod eſt æternum & immortale: Vnde Plaut. in Ciſtel. vt ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum: Sic quæ temporalia ſunt ad agendum, ea perpetua ſunt ad excipiendum, per *vulg. & l. ſufficit 56. ff. de condict. indeb.* Et primo hoc ſignificatu, eleganter aliquid non perpetuum eſſe dicitur, pro non ſemper verum, *in l.* 40. Qui exceptionem perpetuam habet, ſolutum per errorem, repetere poteſt, ſed hoc non eſt perpetuum *ff. de condict. indeb.* 23

Secundo perpetuum † eſſe dicitur, id, quod continuum eſt, à tempore vel loco, ad tempus vel locum: Vnde Ouid. *in Metamorph.* Ad mea perpetuum deducite tempora carmen: Ita Plaut. *in Aſin.* opto mihi in hunc annum perpetuum huius operas. Ita ratione officij perpetui, quis perpetuus conſul, Rector, &c. eſſe dicique poteſt. 24

Tertio perpetuum † aiunt, quod eſt mille vel centum annorum: qualiter perpetua dicitur actio competere aduerſus malæ fidei poſſeſſores: Et ita Can. redintegranda non præſcribi aiunt, niſi centum annis. 25

Quarto perpetuum vocant, † quod eſt 30. vel 40. annorum: quibus vt alijs actionibus, ita & interdictis, per iura ciuilia præſcribi aiunt: & eſt communior: per ea quæ ſup. quod ego falſum eſſe, & ἔλεγχον τῆς ἀγνοίας καὶ διαφορέστως incurrere iudico. 26

Quinto enim, † & id perpetuum dicimus, quod indefinitum tempus habet, ita tamen, vt quotidie fieri poſſit: ſic, quam diu viuit, is, qui furtum fecit, non perit furti actio, *l. ſi cum* 41 *§. 1. ff. de furt. text. ſimilis, l. 1. ff. pro ſocio.* ita arbitrium receptum, ſine temporis præfinitione, perpetuum eſſe dicitur, licet quotidie fieri poſſit, vt morte arbitri, aut qua alia interdum ratione ſoluatur, *Auth. ſi tamen C. de temp. appell.* Iaſ. & alij DD. *in l. ſi quis arbitratum, ff. de V. O. fac. c. in literis, & ibi* Felin. *nu.* 8. Dec. *ſub fin. De conſtit. vide* Menoch. *de arbitr. quaſt. in princ. quaſt. 22. per tot.* 27

Sexto † perpetuum eſſe dicitur, quod heredibus & in heredes datur: qualiter litis conteſtatione actiones perpetuari dicuntur; per notiſſ. vel & tranſitione rei: per ea quæ ſeq. 28

Septimo n. in prætorijs actionibus † dicitur perpetuum, quod non eſt annale: Et ita tribus hiſce poſterioribus ſignificationibus interdicta dicuntur eſſe perpetua, quæ vel heredibus in heredes, vel poſt annũ cõpetunt & redduntur, 29

ita text. ſunt, clariſſ. in d.l.1. §. fin. & d.l.4 ff. de interdict. l.3. §. 1. hæc actio quæ ad heredes, cæteroſque ſucceſſores pertinet perpetuo competit, quia in ea rei perſecutio continetur: *Et §. hoc interdictum 12. ead. d.l. prætor 20. §. fin. Digeſt. de noui op. nunc. d.l. in honorariis 35. de obligat. & act. &c. d. legibus ac paſſim. text.* etiam pro hac noſtra ſententia clariſſimus ac notabilis, *in princip.* Inſtit. *de perpet. & tempor. act. ibid.* aliquando tamen & in perpetuum redduntur, id eſt, (vt ipſe Imperator explicat: non 30. vel 40. annis, vt DD. noſtri autumant: ſed) vſque ad finem conſtitutionibus introductum.

30 Quem † finem non de triginta ſaltem annis, quod abſurdiſsimum foret: qualiter bonorum poſſeſsio, & hereditatis petitio, ad id æquantur, vt 30. annis durent: ſed de quacunque actionum prætoriarum, vltra annum extenſione, accipit Imp. per verſ. furti quoque manifeſti actio, &c. Cum

31 ea actio, cum furti vita extinguatur: Quomodo † & doli actio, antea annalis, ex conſtitutione *l. fin. C. de dol. malo*, biennalis facta: veluti & conſtitutiones interdictorum, mox, illico, confeſtim, ruptis omnibus ambagibus agere iubent: per ea quæ ſupra.

32 Vnde patet, quod † omnis actio prætoria, cui non annus, ſed vltra præfinitum fuit, perpetua dicatur reſpectu annalis: Quomodo ſeptima hæc perpetuæ actionis ſignificatio, à paucis obſeruata, etiam ex *l. intra quatuor* 10. *Digeſt. de diuerſ. tempor. præſcript.* explicari poteſt: Cum enim ibi quadriennij tempus bonis vacantibus nuntiandis præſcriptum eſſet: adeo, vt intra illud tempus, vel poſt irritum teſtamentum, vel repudiatam ab herede bonorum poſſeſsionem, alter petere potuerit: Hinc & hoc ipſum quadriennium, reſpectu annalis temporis perpetuum reputabitur.

Idemque luculentiſsime probatur, *l. Temporales 2. Cod. Quand. libell. principi oblat.* vbi actiones annali tempore arctatę per oblationem precum & principis reſcriptione dicuntur perpetuari, hoc eſt, vltra annum porrigi.

33 Accedit † octauo vſucapionum ratio, quæ vt ſupra iam diximus, quoad res mobiles & immobiles (quarum poſſeſsionem interdictis perſequimur) longe arctior fuit iure Digeſtorum, quam iure Cod. *d.l.1. & tot. tit. ff. de diuerſ. temp. præſcript. & Imp. Inſt. de vſucap.*

34 Ita licet † nono litis conteſtatione, actio perpetuari, & ad heredes porrigi dicatur: *vt itidem ſupra meminimus*: Tamen eſſe poteſt vt anno, biennio, triennio, quadriennio, &c. præſcribatur, per notiſſ. Et ſic nunquam ad heredes tranſeat: *per l. fin. Cod. de præſ. 30. an. l. Non ſolet 86. Digeſt. De reg. iur. &c.* Vti & inſtantiæ litis, biennio vel triennio vel & minori tempore pereunt non agendo: *per l. Et poſt edictum, §. circumducto, Digeſt. de iudic. l. properand. C. eod.* Gail. 1. *obſ.* 59. ſicuti etiam emphyteuſis perpetua exſpirat, ſi Canon biennio vel triennio non ſoluatur: per notiſſ.

Decimo

Decimo † hoc conuincit ipſa ratio interdictorum, qua non modo ab 35
aliis actionibus differunt: ſed & prætoris officium vrgent & implorant offi-
cioſiſſime, maturiſſime, vt enim promptiſſime quis, itē ſummariiſſime, & ſine
cunctatione reſtituatur, ex interdicto † vel canone: calidā adhuc, vt ita lo- 36
quar, ſeu ſpirantē, recentemq; poſſeſſionis vel amiſſæ vel turbatæ aut adipiſcē-
dæ cauſam eſſe oportet. Vnde Vlpian. Si quis vi de poſſeſſione deiectus ſit,
perinde haberi debet, ac ſi poſſideret: Cum interdicto vnde vi recuperandæ
poſſeſſionis facultatem habeat: l. 17. ff. de acq. poſſ. text. l. 4. §. 26. ſi dominus
fundi poſſeſſorem vi deiecerit, non videri in poteſtatem eius rediiſſe, quando
Interdicto reſtituturus ſit poſſeſſionem, ff. de vſurp. & vſucap. Is autē, † qui in- 37
tegris quinque decem, viginti, vel triginta annis, ademptam poſſeſſionem
non requirit: haud is haberi poteſt, vel debet perinde, ac ſi poſſideret. Iura
enim vigilantibus ſcripta. Et cum annus † vtilis interdicto præfinitus ſit: d. l. 38
4. ff. de interd. l. 1. C. vnd. vi: quod tamen de vi priuata ſaltem intelligendum
eſt: ſane quod vi armata deiectis, etiam poſt annum interdictum dari dicitur,
ad ocioſum extremamque vicennalem ſeu tricennalem deiecti aut ſpoliati
oſcitantiā non eſt extendendum: text. d. l. momentariæ. 8. C. d. tit. Quemadmo-
dum particulæ mox, ſtatim, illico, non tantum Iudicis, ſed & maxime ipſius
partis reſpectu intelliguntur: ita vt violentiis & deiectionibus non tarda, ſed
celeri reformatione vndiquaque obuietur.

Cuius † vndecimo conſideratione, Cic. lib. 15. Famil. d. Epiſt. 15. ad 39
illud de vi armata Interdictum alludens. Quare, inquit, ſi iam biennium, aut
triennium eſt, in integro res nobis erit. Vbi id, quod poſt annum reddi In-
terdictum dicitur, non ad decem, viginti, vel 30. annos, ſed ad biennium vel
triennium, circa extendit: tanquam ad modicum tempus quo deiectus vel
ſpoliatus adhuc dignus eſſe videatur, cui recuperandæ poſſeſſorio mox & ce-
lerrime ſuccurratur: Illo, qui citra probabiles excuſationes, ad longum vel lō-
giſſimum tempus, quinimo diutius, poſſeſſionis recuperandæ ſtudium depo-
ſuit, tanquam minime vigilante, ad ordinariam potius actionem remittendo:
per text. ſingularem. l. 1. C. ſi per vim, vel al. mod. Vbi Imperat. Conſtant. eos,
† quibus abſentibus poſſeſſio occupata, ſine vlla cunctatione atque illico re- 40
ſtituendos iubet, etiam ſi elapſa quoque fuerint ſpacia recuperandæ poſſeſſio-
nis legibus præfinita, ſi videlicet reuerſi ſtatim expetiantur: per ea quæ ſup.
Alias enim, in factum actio magis competet: quæ etiam heredibus & in he-
redes potius dabitur, ſi poſt annum quis interdicto vti velit: per text. notab. in
d. l. prætor. 20. §. 8. plane ſi quæratur, an in heredem eius, qui fecit opus, inter-
dictum competat: ſciendum eſt, Labeonem exiſtimaſſe, in id quod ad eum
peruenit, duntaxat dari oportere, vel ſi dolo malo eius factum ſit, quo minus
perueniret: nonnulli putant in factum eſſe dandam, quam interdictū, quod
verius eſt. ff. de non. Oper. nunc. Quod igitur perpetua interdicta † etiam poſt 41

Digitized by Google

annum reddi & competere dicuntur, de modico ſaltem tempore intelligendum fuerit: vti anno proximo, vel iuſta ex cauſa biennio *l. cum dominij. ff. locat.* vel triennio, aut quadriennio: *per prædicta: & fac. l. 1. §. quod dict. ff. de ſeparat. §. multum Inſt. de lit. obleg. facit text. elegans d. l. ab Hoſtibus* 15. *§. fin. ff. Ex quibus cauſ. maior:* vbi, qui ab hoſtibus captus fuerat, aduerſus vſucapientem poſſeſſiones ſuas, reſtituitur, ſi reuerſus intra modicum tempus quam rediit, reſtitutionem petat: Nam eum qui differt reſtitutionem, non audiendum, Nera-

42 tius ſcribit: Quod notatu digniſſimum. Menoch. quidem, † poſt alios, modicū tempus Iudicis arbitrio committendum putat: *de Arbitr. q. caſ.* 31. *&* 33. quod ſane in hac interdictorum cauſa ex quodam mox atq; illico æſtimandū eſt: per ead. *& per tex. longe clariſſimum, in d. l. ſemper* 15. *§.* 5 *ff. Quod vi aut clam. l. 1. C. de fideicom.* vbi multum temporis etiam ſolo triennio circumſcribitur. Et faciunt plurimumque probant ea, quæ de pacifica triennali poſſeſſione ac poſ-

43 ſeſſore diximus ſup. Porto, quod de iure etiam † Canonico, Can. redintegranda &c. ad id, vt paratiſſimam deiectus habeat reſtitutionem, non nimis ſit diu differendus, inde patet, quod ius Canonicum, reſtitutionem iuxta leges fieri vbiq; velit: deinde quod reſtitutis tantum tempus indulget, antequā ſpoliatori in iudicio reſpondere cogantur, quantum intra deiectionem fa-

44 ctamque reſtitutionem interceſſit: *c. 1. & 6. cauſ. 3. q. 2.* Quamuis † hoc talionis tempus, ad anniuerſarias, vel aliquot menſium inducias poſſit referri: *c. 5. & 8. ead.* Siquidem enim, deiectus, poſt 20. vel 30. annos, primum ex Interdicto reſtituendus, totidem annis gaudere poſſet vel deberet, antequam in iure reſpondere cogeretur, omnis actio facillime eludi poſſet. Eademq; & ſpecifice quidem in remedio recuperandæ, multorum ante nos Doctorum ſen-

45 tentia fuiſſe, vel iſthinc probatur: quod alii dixerunt: Si ciuiliter poſſidens, † naturalem poſſeſſionem, per decem annos, vel amplius, iterum adipiſci vel recuperare neglexerit, ipſam etiam ciuilem amiſiſſe cenſeatur: *per tex. in l. furtum §. fundi: vbi not. ff. de vſucap. l. ſi finita § pen ff. de damn. inf. Dyn. c. fine poſſeſſione 3. de reg. iur. in 6. n.* 32. *per l. ſi de eo* 40. *§. ſi forte 1. ff. de acquir. poſſeſ. vbi* Barth. & Alex. *in l. 1. in princ. ad fin. eod. gloſſ.* & Panorm. *c. cum veniſſent, de elect.* Ant. Neguſant.

46 *de pignor. 2. memb. 3. part. n.* 4. Alij vero dixerunt, † Quod ciuilis poſſeſſio, ad recuperandam illico naturalem amittatur per obliuionem ſeu negligentiam biennij, iudicis cognitione arbitrandam: Alex. Imol. Ludouic. Roman. *& alij d. §. ſi forte, Addit. ad* Dyn. *d. n.* 32.

47 Cui noſtræ perpetuorum interdictorum explicationi, magnam † quis inſtantiam fecerit, *ex l. 1. ff. Quor. bonor. l. fin. C. de edict. diui Adriani tollend. l. fin. C. vnde vi.* Cum enim, *in d. l. 1. ff quor. bonor.* Prætor interdictum largiatur ſi de his bonis, quæ interdicto repetuntur, & quis, pro herede aut poſſeſſore poſſidet, nihil vſucaptum eſſet: Conſequens eſt, quanto tempore, præſcriptionum ſpacia (quæ ad decē aut viginti, triginta vel 40. regulariter annos aſcendunt:

Digitized by Google

ſunt: non fuerint impleta, tanto etiam tempore, Interdicto quorum bonorum,& alijs, quibus expreſſe annus præfinitus non eſt, locum eſſe. Præſertim quod Imperator, hoc ipſum ita clariſſime explicet, *in d.l.fin.C. de edict. diu. Ad.* impenſe ſanciendo, quod miſſio in poſſeſſionem, ex cauſa teſtati omnino procedat, ſiue poſt annale tempus, ſiue poſt maioris æui curricula decernatur & petatur &c. pollicendo etiam, *in d.l.fin.C.vnd.vi*, paratiſſimum reſtitutionis auxilium, ſi non ex die, qua poſſeſſio detenta eſt, triginta annorum exceſſerint curricula. Tertio † accedit ratio ab abſurdo,& mala conſequentia: Si enim 48
turbatus in ſua poſſeſſione, intra annum ſtatim non ageret ex interdicto, propterea quod in poſterum vel ſæpius hoc euenturum non ſperet: & deinde imminente iterum poſt octo vel 10. an. periculo ſupplicare pro mādato aut Interdicto velit: hoc non poſſet obtinere. Quemadmodum & in via publica, quid factū eſſe poſſet, quod intra annū, biennium vel triennium, ex Interdicto non reſtitueretur vel impugnaretur: vbi tunc ſimiliter inconſequens eſſet, interdicti auxilium poſtmodum ceſſare: Cum tamen prætor illud perpetuo reddi dicat, *l.1.in fin.ff.de via pub.&c.* Ex quibus & ſimilib. rationib. effici, quis merito contendat, veriſſimam eſſe DD. ſupra relatorum ſententiam: perpetua eſſe,& dici interdicta illa, quæ ad 30. vel 40. annos competunt & redduntur. Sed nō vna hic patet reſponſio: Primo enim † diſtinguendum neceſſario eſt, inter A- 49
ctorem & reum, vel eum qui petit interdictum, & eum contra quem petitur: Nam quod dictæ *l.1.quor.bon,d.l.3.fin.C.de Edict.Diu.Adr.& d.l.fin.C.vnd.vi, de* præſcriptionis vel vſucapionis conditione apponitur, de exceptione & defenſione rei conuenti omnino atque vnice intelligitur: quod ad diuturnā actoris in petendo Interdicto oſcitantiam, neutiquam eſt extendendum. Quemadmodum † & ſecundo, caſus euenire poteſt, vt actori, vel actio, vel facultas a- 50
gendi, naſcatur tunc, quando reus ferme præſcriptionē impleuiſſet: vbi tunc ante finitam vel & cæptam vſucapionem, interdictum adhuc omnino cōpetit: *text. inſignis. l. quæſitum* 8. §. *pen.* interdum hoc & poſt annum competere Labeo ſcribit, & hoc iure vtimur: Cum enim nonnunquam in longum tempus, precarium concedatur: abſurdum eſt dicere interdictum locum non habere poſt annum: ff.de precar. Et ita, ratione abſentis ſpoliati ſed poſt reditū, reſtitutionem æquiſſimam iuſtiſſimam illico petentis loquitur *d.l.fin.C.vnd.vi*
Tertio † Prætor *in d.l 1.ff.quor.bonor.* de triginta annorum præſcript. tanto mi- 51
nus loqui poteſt, quod illa, tempore *ff. non fuerit in vſu*: vt rectiſſime contra gloſſ. Barth. Gilken. *d.part.2.16.n.34.* Quarto notiſſimum eſt, quod Prætor, petendæ bonorū poſſeſſioni, † ſimiliter non 20. vel 30. annos, ſed liberis qui- 52
dem & parentibus anni ſpacium, reliquis centum dierum præfinierit: *l.1.§.8. & §.12.ff.de ſucceſſ.edict.§.4.Inſt.de bon.poſſ.* vbi com.DD. *l.Carbonianum 3.in fin.ff.de Carbonian.edict.* Quinto conſtitutio Iuſtiniani *d.l.fin.C.de edict. diu.Adrian.* eatenus † ſaltem maioris æui ſpacium miſſioni indulget, quatenus 53
nullus adeſt contradictor, vel alias qui legitime poſſideat. Deinde duplicem

Digitized by Google

procedendi ac immittendi modum arguit ſummariſſimæ ſcilicet exſecutionis: quæ regulariter intra annum vtilem competit: *per præd. Et, per text. ſing. in l. fin. C. de repud. hered.* Vbi idem Iuſtin. Imp. ijs, qui repudiatam hereditatem paternam, ſed nec dum legitime translatam, poſtmodum adire cupiunt triennium præſcribit. quod ſpacium, pro vtili anno, qui antea reſtitutionibus dabatur, ijs præſtitutum ſit; facit & *d. l. ſi quis. 8. §. pen. C. de præſcript. 30. an.* vel ordinariæ cognitionis: quando ſcilicet legitimus adeſt contradictor. Etſi
54 enim † tunc prætoria huius interdicti vel remedij exſecutio, præſertim aliquo temporis lapſu intercedente non competit: Actio tamen, & cognitio ordinaria non denegatur, ante completa præſcriptionis tempora. Sic enim
55 † nullis anguſtijs temporum (quod de anno interdictorum ordinario rectiſſime intelligunt gloſſ. Cuiac. & alij plærique) huiuſmodi miſſio tractatur: quod Iuſtinian. aduerſus captioſas inuaſorum interpretationes, quibus annuo fatali tutos ſe putabant, æquiſſime repetiuit potius & confirmauit, quam introduxit: Cuiac. *in parat. ibid.* cum & vtilis interdictorum annus captioſas eiuſmodi temporis anguſtias iam ante excluſerit: rationabiles immittendi cauſas etiam poſt annum admittendo: *per ea quæ ſup.*

56 Sexto † quoque d. abſurditatio nihil militat: Etſi enim & vti poſſid. interdictum annale eſt: quod ſcilicet læſus intra annum turbationis & moleſtationis, de ea conqueri debet: Sicut etiam in turbatione amiſſa, per interdi-
57 ctum repetere intra annum poteſt: *l. 1. in princ. ff. vti poſſid.* Tamen † ſi poſt interualla temporis, vel longi, vel longiſſimi, iterum turbare reus præſumat: hoc nomine tanquam ſuper noua turbatione ſemper interdictum competit: Barth. *d. l. 1. n. 11. & ad eundem* Alex. Gilken. *de vſucap. 2. 3. & 4. n. 27. text. l. ſemper 15. §. annus, 4. in fin. ſæpius agi ff. Quod vi aut clam.* Quod enim turbationes, ſpolia, pignerationes, tot quærelæ & mandata: vt in foro imperiali lo-
58 quimur. Et quod ſeptimo † de via vel loco publico allatum eſt argumentum, inde ſolui poteſt: quod in cauſis publicis, longe alia ſit ratio hoc in caſu, quam in priuatis; cum nec publica tam facile præſcribantur ſic vt priuata: ſicut & fieri poſſet, vt reſpectu huius vel illius, actio vel interdictum non competeret, ob præſcriptionem: reſpectu vero alterius, qui de opere nihil ſciuiſſet,
59 adhuc pateret. Atque ita † de via locoque publico, interdicta, fortaſſe quidẽ perpetua ſunt, vt Accurſ. vult, reſpectu publici intereſſe: ſed ratione priuati alicuius intereſſe, ſunt tantum annua, *per ead.* & Cuiac. *de præſcript. c. 20.* O-
60 ctauo aliquid etiam tribuendum eſt † notorietati, & euidentiæ facti, & alijs circumſtantijs: quibus militantibus, etiam poſt annum, biennium, vel triennium faciliore eſſe iudex poſſet, in reddendis interdictis, quam alias; omnia
61 *per d. l. fin. C. vnd. vi, & l. 1. C. ſi per vim vel alio mod.* Nono † *d. l. quæſitum 8. §. pen. ff. de precar.* elegantiſſimum praxeos caſum ſubminiſtrat. Vnde ſi quis alicui fundum vel prædium locaſſet, vel in vſum fructum & emphyteuſin, vel anti-

antichreſin conſtituiſſet ad decem, 20 30. vel amplius annos, aut ad vitam, &
poſtmodum conductor vel emphyteuta &c. vellet interuertere domino cau-
ſam, prædiumve alienare, & ſic dominum in quaſi poſſeſſione proprietatis &
dominii turbare; Hic interdicto poterit intercedere, & inhiberi facere, ne a-
lienet &c. vbi † tempus interdicti animum, non à tempore locationis, ſed tur- 62
bationis repetendū eſt. Deniq; reſponderi poteſt, ad ſuperiora omnia, & verū
eſt: perpetua Interdicta † longi vel longiſſimi temporis ſpacijs æſtimari, quo,
ad ordinariā agendi viam, per condictiones, aut vindicationes, *l. 2. ff. de condict.* 63
tritic. l. ſi quis 8. C. de præſcript. 30. annor. vel per in factum actiones ex ipſis in-
terdictis deſumptas, ratione ſcilicet eius, quod ad quem peruenit; Quam re-
ſponſionem duplici fundamento corroboro: primo *per text. expreſſ. d. l. 4. pen.*
ff. de interd. Ex quibus cauſis annua ſunt interdicta, ex his de eo, quod ad eum
cum quo agitur, peruenit, poſt annum iudicium dandum Sabinus reſpondit.
Vbi expreſſiſſime non tam interdicta, quam iudicia ex interdictis proficiſcen-
tia, poſt annum reddi dicuntur. Secundo † quod itidem expreſſiſſime, hoc
ipſo nomine interdictum ab actione in factum ex cauſa interdict proficiſcen- 64
te paſſim diſtinguitur, *tex. notab. l. prætor 20. §. plane in fin. ff. de nou. op. nunc. l. ſi*
quis §. 2. ff. Ne vis fiat ei qui in poſ. text. l. oſſa, §. fin. ff. de relig. & ſumpt. fun. l. fin. C.
de act. emp. Ita vt † non tam Interdicta, quam actiones ex cauſa eorum venien-
tes perpetuæ dicantur: *tex. l. 1. in fin.* Ex cauſa huius interdicti in heredem & 65
bonorum poſſeſſorem, cæteroſque ſucceſſores in factum actio competit, in
id, quod ad eos peruenit *ff. de vi & vi arm. & l. 2. & l. 3. in prin. & §. 1. eod. l. cum*
heres 11. ibi, precarium heredem ignorantem non teneat, nec interdicto recte
conuenietur: *ff. de diuerſ. temp. d. l. in honorariis 35 ff. de act. & obligat.* Et ita † in
terminis condictionis vel ordinariæ actionis, ex Can. redintegranda, inſtitu- 66
endæ, loquuntur DD. ſupra relati, B. lb. *d. part. 4. princip. queſt.* 24 Roland à
Valle 2. *conſ. 72. &c.* ac rectiſſime nuper Anton. Faber. *in C. lib. 8. ad tit. Vnd.*
vi. Vbi præterea notandum, quod contra lapſum temporis interdicto pe-
tendo præfiniti, ex legitimis cauſis, etiam † reſtitutiones in integrum com-
petant: *text. expreſſ. notabilis, & ſingularis in l. 1. §. 9. ff. de itin. actuque priu.* Si 67
quis, ait, Vlpian. propter innundationem vſus non ſit itinere actuque hoc an-
no cum ſuperiore vſus: poteſt repetita die hoc interdicto vti per in inte-
grum reſtitutionem ex illa parte: Si qua iuſta mihi cauſa videbitur. Sed etſi
per vim hoc ei contigerit: in integrum eum reſtitui oportere: Marcellus pro-
bat, præterea & alijs caſibus interdictum repetita die competit, ex quibus in
integrum quis reſtitutionem impetrare ſoleat. *Et §. ſeq. 10.* præterea ſciendum
eſt, ſi dilatione data aduerſario, futurum eſt, vt cauſa interdicti mei deterior
fiat: æquiſſimum eſſe repetita die reddi interdictum. Vbi dupliciter † etiam
in interdictorum cauſis, reſtitutiones in integrum firmantur: ratione ſcilicet 68
tam ipſius cauſæ interdicti, quam temporis petendo interdicto præfiniti, ra-

tione cauſæ: vt ſi quis animo poſſidens, corpore poſſeſſionem tenere prohi-
beatur arceatur, quod varijs fieri modis poteſt: Sic enim impedimentum
hoc pro vſu eſt, vel ad minimum tale, vt reſtitutionem mereatur, & repræ-
69 ſentationem poſſeſſionis inducat. Vnde † etiam colligere eſt, quod poſſeſ-
ſione corpore deiectus, quam animo adhuc retinet, poſſit vel ſaltem hac con-
ſideratione interdictum retinendæ & redintegrandæ cumulare: vt in poſſeſ-
ſionem, quam animo adhuc habet etiam corpore redintegretur, facta, ſi o-
70 pus ſit, in integrum reſtitutione: *l. 1. & tot. tit. C. ſi aduerſus vſucap.* Ita † is,
qui vltro poſſeſſionem dimiſit, vi, metu, aut vanis perſuaſionibus inductus,
interdictum vnde vi non habet: attamen ſi minor, vel & maior, metu inſtan-
tis periculi ſeſe poſſeſſionem dimiſiſſe probet, hinc reſtitui poterit: *per d. §. 9.*
text. etiam l. 1. §. præterea 23. ff. de aq. quot. & æſt. & per alia quæ Menoch. *re-*
cuper. rem. fin. vbi officio iudicis tribuit, quod ipſis legibus, ipſi iuri tribuen-
71 dum. Ratione † autem temporis ita reſtitutio in integrum competet, ſi in-
terdictum quod intra annum forte reddendum fuerat poſt annum petatur,
hic enim legitimæ excuſationum & reſtitutionum cauſæ admittuntur, vt et-
iam poſt annum quis ad Interdictum admittatur: quod *in d. §. 10.* per exem-
plum declaratur, ſi forte reus iudicialiter vel extraiudicialiter monitus, ſe poſ-
ſeſſione, quam inique obtinet, deceſſurum vel in poſterum vi omni abſten-
72 turum promittat, neque faciat, & ita tempus interdicti labatur. Vbi † & illas
quæſtiones in praxi habuimus: Titius, Sempronio, prædium aliquod præoc-
cupabat, & vt actione etiam præuerteret, miſſis ad Sempronium notario &
teſtibus, ſe inaudiſſe fingit, quaſi hic prædium propria autoritate repetere
vellet: quod & ſi minus ſperaret: cum iura in medio poſita ſint: tamen ſe re-
ſponſum petere, & in euentum etiam proteſtari &c. Et cum Sempronius, Ti-
tij factum digne reprehenderet, ſibique prædium iſtud ſuum, iuſtiore titulo
recuperare, quam illi involare diceret licere, ille, actionem *ex l. diffamari in-*
tendit: quam Sempronius per exceptionem ſpolij, & negationem diffama-
tionis ſuſtinet: ſe enim, iſta, non diffamationis, ſed iuris competentis gratia
dixiſſe, deque via non facti, ſed iuris intellexiſſe: quemadmodum & reſtitu-
tionem ſpolij peteret. Quia autem, iſto iudicio, quod pro more, quadrien-
nium vel quinquennium hæſerat, Titius, id quod volebat, non conſequeba-
tur: ob prauam ſcilicet iuris interpretationem, qua, reſtitutiones ſpoliorum
in exceptiones non venire autumant: Propterea, ad interdictum vnde vi cō-
uolat, eoque actorem ſeſe prodit: vbi Sempronius excipit, Interdictum intra
annum competere, qui iam pridem effluxerit. Sed, Interdictum, adhuc vtile
73 eſſe dicebam, per † rationem, quod mora iudiciorum, non annumeretur præ-
ſcriptioni, vel culpæ aut facto agentium *l. contra 18. C. de inoffic. teſt. l. 1. C. de præ-*
ſcript. long. temp. Quod ſi vero decem, viginti, vel triginta anni interea ef-
flu-

ſuxerint, quibus lis pependerit, an adhuc interdicto, quaſi repetita die locus
ſit? Etitidem videtur; quamuis cauſa eſſe queat, vt in vim ordinatiæ condi-
ctionis potius intentetur, & per viam citationis quam præcepti expediatur.
Repetita † autem die, id eſt repræſentata, dupliciter dicitur, pro retrorſum 74
computata die, vel & pro anticipata, quam prochroniſmon vocant, *l. repetita*
3. ff. de fid. inſtrum. l. 51. §. 2. ff. ad l. Aquil. l. 9. §. 6. ff. ad exhib. l. 5. § 7. ff. de noui
Op. nunc. l. 15. § 31. de dam. infect. l. 3. 4. in fin ff. de oblig & act.

Denique † ordinariis in factum ex ipſis interdictis, vel ex condictionū 75
aut vindicationum titulis repetitas actiones, quod attinet: in foro cum ciuili,
tum etiam extra curiam Romanam Eccleſiaſtico, regulariter, tam poſſeſſorijs
quam petitorijs cauſis præſcribitur 30. vel 40. annis: *per ea quæ ſup. n. 3. & ſeq.*
& per ea quæ ratione bonæ fidei, Menoch. 3. *præſump.* 130. & ratione tituli:
præſumpt. ſeq. 131.

Siquidem † enim, bona fides, etiam ſine titulo haberi poteſt: *per ea* 76
quæ doctiſſim. Hiſpan. Couarru. *ad cap. poſſeſſor p. 2. §. 8. num. 1. 2. & ſeq.* Et
alij vt apud Menoch. 3. *d. præſumpt.* 130. *n.* 17. Quamuis & titulus in longi ſal-
tem temporis præſcriptione requiritur: *l. Nullo* 24. *C. de rei vindic. l. fin C. de rei*
vindic. l fin. C. de vſucap. transfor. l. diutina 4. *& l. ſeq. C. de præſcript. long. temp.* Non
† vero in longiſſimi temporis 30. vel 40. annorum: Auth. *malæ fidei: ibi:* ſpe- 77
ratur ergo 30. annorum defenſio C. *de præſcript. long. temp. l. omnes l. ſicut* C. *de*
præſ. 30. an. Math. Coler. *c. Quoniam n. 26. in med. de præſcript.* Et latius *cap. de*
quarta, n. 38. & trib. ſeq. eod. vbi, n. 41. ait, hoc etiam apud Canoniſtas ita obtine-
re: *per c. placuit 2. §. præſcriptionum, verſ. ſi autem nullo titulo, 16. q. 3.* Ita tamen,
vt ſolus longi † temporis, decem aut viginti annorum curſus, etiam ſine titu- 78
lo, bonæ fidei præſumptionem conciliet: quod ſcilicet, eius, contra quem
præſcribitur patientia, pro titulo, & reali vel traditione aut conceſſione ha-
beatur: *per l. 1. & tot. tit. C. de long. temp. præſcript. Barth. l. Celſus. n. 17. ff. de vſucap.*
Oldrad. Bald. Dec. Panorm. Iaſ. Roland. val. & alij, vt apud Menoch. *d. præſ.* 130.
n. 17. Maſcard. *de probat. concluſ.* 228. *n.* 6.

Hinc, de tricenaria, vel certis caſibus quadragenaria præſcriptione, tan-
to minus dubitari poteſt, vel debet: Quod † ſcilicet, malæ fidei præſumptio- 79
nem purget, tollat & elidat: & econtra bonam fidem titulumque planiſſime
repræſentet: tam in poſſeſſorio, quam petitorio: *per d. l. Omnes, & tot. titul.*
C. *de præſcript. 30. ann.* Balb. *ad d. l. Celſus. num. 106. ff. de Vſucap.* Menoch. *de*
arbitrar. iud. quæſt. caſ. 43. num. 1. 2. 6. & 7. Et recup. *remed.* 13. *num.* 70. &
d. præſumpt. 130. *n.* 7. 8. 9. 10. & 11. Maſcard. *de probat. concl.* 224. *& ſeq.* Veral.
1. *deciſ.* 68.

Etiamſi, † poſſeſſio, ſit alias, contra ius cōmune: dummodo de ſolo pri- 80
uati præſcriptionē paſſi præiudicio agatur: *per ea quæ* Pan. *c. ſi diligenti n.* 16. (&

ibid. Felin. *n.* 4. *de præſcript.*) & 1. *conſ.* 102. Alex. 1. *conſ.* 110. *n.* 6. Menoch *d.*
præſ. n. 9. Innocent. Imol. Butri. vaſqui. &c. *vt ap.* Ludolph. Schrader. 1. *conſ.*
4. *num.* 286. per rationem: Quod longiſſimi temporis curſus habeat vim le-
81 gis: *l. hoc iure* §. *ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æſt.* vel, etiamſi † de antiquiore
poſſeſſione. (vtpote, quæ eatenus quidem longiſſimi temporis curſu anti-
quata) appareat, ſiue doceatur: Barth. *l. fin. in fin. C. vnde vi.* Franciſc. Balb.
d. l. Celſus num. 105. Menoch. *d. præſ. num.* 12. Et recup. *rem.* 13. *num.* 70. & *d.*
caſ. 43. *n.* 8 & *ſeq.* Franciſ. Rip. *c. cum Eccleſia Sutrina nu.* 99. *de cauſ. poſſeſ. & pro-*
priet. Vaſqui illuſtr. controu. 2. *c.* 79. *n.* 16. Schrader. *d. conſ.* 4. *n.* 285.
82 Atque ita, longiſſimi † temporis, 30. vel 40. annorum præſcriptionem
tam in poſſeſſoriis, quam in petitoriis, contra ordinarias etiam actiones, titu-
lum bonamque fidem præſtare, & poſſeſſoris cauſam tutiſſimam reddere,
communiſſima, & vera eſt DD. traditio: *per ea quæ ſup.* Matth. Coler. *de pro-*
83 *ceſſ. Execut.* 1. *cap.* 3 *num.* 136. & *ſeqq. l.* (*Vbi* † poſt Matth. Weſenbec. *conſ.* 14.
de fideiuſſorib. num. 77. recte affirmat: quod de iure Saxon. in terris non modo
prouincialibus, ſed omnibus vicinis, poſt 30. annos nulla amplius habeatur
ratio bonæ vel malæ fidei) & *part.* 2. *c.* 3. *n.* 293. & *ſeqq.* & *c. de quarta n.* 46. &
84 *ſequentib.* & *c. quoniam, fin. per tot. vbi n.* 26. *ait.* Innocentium † d. capituli fin.
conditorem, qui iurat tutori debuiſſet, nihil aliud egiſſe, quam, quod, iura
eneruarit, & quaſi in totum tollere, aut euertere voluerit, præſcriptionum
materiam, obſeruatione, & tot vigiliis imperatorum excogitatam & inuentã:
contra *l. ſi quando,* 35. *in fin. pr. C. de inoffic. teſtam.*
85 Cum tamen † longiſſimi temporis præſcriptio, ſumme ſit fauorabilis
& æquitate, tam naturali, quam ciuili nitatur, eatenus: quatenus, cum pati-
entia, & quaſi conceſſione aut permiſſione: eius, contra quem præſcribitur,
procedit: *per ea quæ late* Coler. *ibid. in ſequentib.* & Cæpella Tholoſ. *quæſt.* 74.
Carol. Molin. ad Alex. 4. *conſ.* 99. quicquid nimis generaliter contradicat
Anton. de Padil. *l. ſi quas actiones n.* 42. C. *de ſeruit. & aq.* Etſi enim, & in perſo-
nalibus actionibus bona fides requiritur: quod recte cum aliis Padil. Ta-
men, anne triennalis aduerſarii patientia & præſcribentis poſſeſſio fidem bo-
nam præſtent, conſiderandum eſt.
86 Quomodo conſtat, & ipſe, textus d. c. fin. clariſſime arguit, † notoriã
tantummodo & intolerabilem, ac quaſi mortali cum peccato coniunctam
malam fidem, longiſſimi etiam temporis præſcriptionẽ impedire: Quatenus
ſcilicet, ob perpetuam, vel iuris publici, & communis, vel partis reſiſtentiam,
vel & doloſæ fraudis conſcientiam, mala fides præſcribentis corrigi, aut in
bonam transformari nequit: Innocentius. *cap.* 2. & *ibi Iohan. Andr. num.* 6.
de in integ. reſtitut. Balbus *d. l. Celſus. num.* 105. Panormit. *cap. ſi. diligenti. num.*
15. & *ibid.* Pariſ. *n.* 26. *de præſcript.* & 1. *conſ.* 40. *num.* 33. & *conſ.* 100 *n.* 67 Fer-
rarienſ. *in form. reſponſionis rei conuenti, verb. præſcriptionis num.* 17. Plot. *l. ſi quando,*
n. 199.

Digitized by Google

*nu.*199.*&* 260. vbi de mala fide loquitur doli præſumptionem habente, Cra-
uet.*conſ.*142.*n.*12.Roland. Vall.4.*conſ.*60.*n.*47.Pinel.*ad l.*2.*p.*2.*nu.*37. C.*de re-
ſcind.vendit.* Rip.*c.cum eccleſia n.*24.*de cauſſ.poſſ. & propriet.* Menoch.*d.præſ.*130:
*n.*13.33.*vſque ad n.*40. Et ita † accipio,DD.dicentes; cum mala fide,non præ- 87
ſcribi,in æternum:*per ea quæ ſup.* Et quæ poſt alios Henric.Roſenthal.*de feud.*
6.*concl.*77.*& ſequentib. vſque ad* 84. vel: poſſeſſionem etiam immemorialem,
nihil efficere,ſi de initio conſtet vel appareat vitioſo: Alciat.*reſponſ.*164.*nu.*4.
Pariſ.1.*conſ.*27.*n.*119.*& conſ.*114.*nu.*8.Syluan.2.*conſ.*67.*n.*28.Carol.Molin.*ad
conſuet.Pariſ.*§.5 *n.*91.Hartm.Piſt.2.*quæſt.feud.*46 *n.*25. Cacheran.*deciſ.*101.*nu.*
31. Honded.1.*conſ.*96.*nu.fin.*Menoch.3.*præſ.*131.*nu.*49.& poſt eoſdem,Erneſt.
Cothm.*Reſp. Acad.*30.*n.*29.

Et † iſtam ſententiam noſtram,inſinuat quoque,Ludolph.Schrader.1. 88
*conſ.*4.*n* 285.& ſeqq.vbi DD.ratione iuris reſiſtentis: & nu.ſeq.reſpectu pro-
bandæ ſcientiæ & patientiæ eius,contra quem præſcribitur: Et Alex.3.*conſ.*9.
*ſub fin & *4.*conſ.*11.*&* 16.Afflict.*deciſ.*107.*ſub fin.*Roland.Vall.1.*conſ.*2.127.Ga-
briel.Roman.1.*de præſumpt.concluſ.*1.*n.*59.*&c.*

Atque hinc eſt, quod,ſecus atque ſup.*n.*8.ex alijs dictum,præſumpta † 89
mala fides,in longiſſimi temporis præſcriptione, ob bonæ fidei præſumptio-
nem allegari vel attendi non poſſit aut debeat:*per præd.& quæ.* Barth.*l fin.*17.
C.*Vnd.vi.*Decian.*conſ.*558.*n.*12.Couarr.*d.*§.8.*n.*4. vbi ait hanc opinionem eſſe
communem, & tutam, etiam in longi temporis curſu,dummodo mala fides
clariſſime non probetur: *& ibi. DD.* vt ſic, tanto communiſſima & tutiſſima
ſit,in 30. vel 40.annorum præſcriptione: Roland. Val.1.*conſ.*3.*n.*93.Pariſ.3.
*conſ.*32.*in fin.* Cephal.2.*conſ.*240.*n.*17.Carol.Ruin.4.*conſ.*44.*n.*17. Hondede,
1.*conſ.*83.*n* 44.*& ſequentib.& per ea quæ* Ant.Faber, *C.rer.iudic.*7 *tit.*13.*defin.*17.
Et quod, † in foro etiam Eccleſiaſtico,malæ fidei præſumptio, 30.vel 40.an- 90
nis elidatur,titulusque deficiens ijſdem ſuppleatur; teſtis eſt, Iohan.Wameſ.
*conſ.*147.vbi expreſſiſſime,completam aduerſus eccleſiam 40.annorum præ-
ſcriptionem exigit, ob bonæ fidei & tituli defectum. Probantque eandem
hanc noſtram ſententiam † iura clariſſima: quibus, aduerſus ipſam etiam Ec- 91
cleſiam Rom.centenaria: aduerſus alios, vti & reſpubl. & minores, quadra-
genaria: aduerſus autem priuatos, tam clericos quam ſeculares, tricenaria
præſcriptio admittitur: *per communiſſ.& iura,& DD.tradita.*

Præſumptam vero malam fidem hic,eam eſſe aiunt, quæ † vel ex anti- 92
quiore poſſeſſione, vel dubijs & incertis coniecturis,vel ex, neſcimus, qua,
præſcribentis dubitatione ignorantia,vel errore,quaſi ex ſilice ignis excutitur:
quod iura tam canonica,quam ciuilia nullibi tradiderunt: per prædicta: *&
per ea quæ late* Coler.*d.c.fin.de præſcript. per tot. Et per communiſſ. iuris axiomata?*
Quod ſemper in dubio, meliorem in partem,facienda ſit interpretatio: Et,

quod temerarijs etiam, vel dubijs, aut erroneis ex cauſis excluſa fraude vel dolo, pro bona fide præſumatur: per notiſſ. DD. allegata.

COMMENTARIUS X.

De interdictis vel actionibus pœnalibus & non pœnalibus.

SUMMARIA.

1 *Ex decima ſeptima interdictorum diſtinctione quædam ſunt pœnalia vel non pœnalia.*

2 *Pœnalia interdicta in heredes quatenus dentur?*

3 *Actio aliquando ſumitur pro interdicto.*

4 *Interdicti & pœnæ puncta diſtincte tractantur.*

5 *Ex eodem edicto datur interdictum, & actio.*

6 *Diſtributio huius Commentarii per quatuor quæſtiones.*

7 *Pœnalis actio, citra vllam intereſſe conſiderationem, concernit, rei, quæ de agitur, æſtimationem & n. 8.*

9 *Vel & abuſiue econtra ratione doli & contumaciæ.*

10 *Pretium rei, & poſſeſſionis, longe aliud eſt:*

11 *Intereſſe pœnam continet, & n. 13.*

12 *Pœnalis quæſtio, in omnibus interdictis locum habet, vbi probabile vertitur intereſſe.*

13 *Pœna intereſſe quoad fructus, ex tempore non litis conteſtatæ, ſed deiectionis & turbationis venit.*

14 *Præſtatio intereſſe, an debitorem liberet, difficilima eſt quæſtio:*

15 *Affirmatiua, quatenus procedat?*

16 *Et quatenus negatiua:*

17 *De tertio, æſtimationem, & intereſſe præſtantem longe magis dubia diſputatio:*

18 *Diuinatoria & erronea Cuiacii & Antonii Fabri correctio l. 51. §. 1. de re iudic. & n. 19.*

20 *Textuum ſententia retinenda eſt reiectis DD. correctiunculis vel corruptelis, n. 21.*

22 *Alius pro alio etiam inuito rectiſſime ſoluit, & quatenus n. 23. & ſeq.*

25 *Gloſſa in aliquibus quidem errat, ſed plærunque ſolida eſt & neruoſa. Correctiuncula DD. plærunque ſunt erroneæ.*

26 *d. l. 51. §. 1. ff. de re iudic. eſt planiſſima, & ſeqq.*

29 *In realibus, poſſeſſor conuenitur.*

30 Poſ-

30 *Poſſeſſor in realibus qualiter liberetur? & n.31.32.*
33 *Papin. & Vlp. antinomia: & n.34.*
35 *Verb. alius, eſt plarumque alterius excluſiuum.*
36 *Relata circa textus aliquot pugnæ ſubtiles magis, quam practicabiles.*
37 *Pœnalis interdictorum cauſa, omne intereſſe perſequitur.*
38 *Intereſſe illud ad punctum non præcepti, ſed iudicii pertinet.*
39 *Reſtitutio rei ſufficit regulariter quoad interdicti cauſam.*
40 *Saluis tamen aliis, ſi quid præterea abſit, actionibus.*
41 *Interdicta pœnalia, vel pecuniariam, vel banni aut priuationis pœnam comminantur.*
42 *Suntque vel ſimplicia vel arctiora, & n.43.*
44 *Pœnalium interdictorum quædam corporales pœnas interminantur.*
45 *Vel pœnam priuationis, ſuſpenſionis, excommunicationis, & n.46.47.*
48 *Pœnalia interdicta regulariter ſub mulctis pecuniariis decernuntur.*
49 *Reales ob iniurias, emenda viginti milium flor. indicta.*
50 *Sunt plurima comminationum & pœnarum formulæ.*
51 *Pœna litis pro conteſtata habendæ quidnam importet.*
52 *Pœna iniungendarum reſponſionum, &c. n.53. & ſeq.*
55 *Pœnale interdictum, ſi contraueniatur, declaratoriam requirit.*
56 *Clauſulæ comminatoriæ Ex nunc pro vt tunc, &c. citationem poſtea vel & declaratoriam ex neceſsitate non requirunt, n.57.*
58 *Appellationis decendium currit à tempore ſententiæ, non termini præfixi.*
59 *Pœna amittendi iuris, ex l. exſtat: Quod met. cauſ. & n.60.61.*
62 *Teſtes moroſi mandatis pœnalibus compelluntur.*
63 *Pœna conuentionalis, quando valeat, & ſit exſequibilis? & n.64.*

PRo decima † ſeptima interdictorum diuiſione, diximus, quædam 1
eſſe pœnalia, quædam non. Cuius diſtinctionis argumentum nobis præbuit non tantum generaliſſima iuris ratio, qua vel ſub pœna aliquid iniungitur, vt ſolet ordinarie fieri in mandatis pœnalibus, ſeu ijs, quæ dignã coercitionem expoſtulant, vel ſine pœna, qualiter aduocatis, tutoribus, notariis, &c. interdici poteſt: vt, reſpectiue, patrocinium præſtent, defendant, acta recipiant, calumnijs abſtineant, bona minorũ ſine decreto non alienent, &c.
ſed † etiam Vlpian. *in l. 1. §. Hanc actionem 8. ff. Ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ.* vbi 2
hanc actionem, ait, exempta legatorum miſſione, intra annum competere, & non poſtea ſciendum eſt, cum ſit pœnalis, nec in heredes ſimileſque perſonas
dabitur, niſi in id, quod ad eas peruenit, &c. Vbi actio † ſumitur pro inter- 3
dicto: quippe, quod omnia etiam interdicta, ſub generali actionis nomine ve-
niant, per ea quæ ſuo loco diximus. Quamuis diſtinctus † & diuerſus ſit inter- 4
dicti, tum pœnalis actionis, vel pœnæ punctus: Ibi enim, prætor, recta & prætoria autoritate, turbantem, vel impedientem coercet, miſſumque vel tuetur, vel etiam expulſum reſtituit. Hic

Digitized by Google

5 Hic autem, pœnæ nomine, iudicium † dat: *d.l.1.Vnde vides*, inquit Ol-
dendorp. quomodo ex eodem edicto prætoris, ex eadem cauſa, concedatur
interdictum, & actio: vides, quomodo pertineant ad eundem finem: in for-
ma duntaxat differunt: Interdicto prohibetur, mandatur moleſtatori, cum
clauſula iuſtificatoria: (vel ſine eadem) Actione autem, ſimpliciter vocatur
in ius, & conuenitnr aduerſarius, nullo præcedente mandato, *claſſ.2.act.5.affir-
mat.1.* Quod poſterius ad differentiam actionis ordinariæ & interdicti per-
tinet: de qua alibi: Prius autem membrum, quo punctum vel cauſam man-
dati, à puncto vel cauſa ipſius pœnæ diſcernimus, huius eſt loci. Vbi 4. nobis
6 quærenda: quidnam † hic pœnali actione veniat, & quibuſnam interdictis
locum habeat? tum an præſtatio intereſſe debitorem liberet? quarto quot
modis pœnalia interdicta reddantur: Et quamuis proprie, actiones mere &
7 vere † pœnales, habeantur eæ, quæ non ad id, quod reuera actoris intereſt:
ſed ratione qualiſqualis delicti, citra vllam intereſſe conſiderationem com-
petunt, ad rei, de qua controuertitur, æſtimationem, *l.1.§.fin.ff.ſi quis ius dicen-
ti non obtemp. l.ſi per alium, §.1.ff. Ne quis eum qui in ius voc. vi exem. l. in eo quod
plus, §.in heredes, ff. De reg. iur. Et text. ſingul. & expreſſiſſimus, in l.579. inter hæc verba:*
8 quanti † ea res erit, vel quanti eam eſſe paret, nihil intereſt, in vtraque enim
clauſula placet veram rei æſtimationem fieri, vbi late & docte Goddæ. *& text.
in l.193.* Hæc verba: Quanti eam rem paret eſſe, non ad id quod intereſt, ſed
ad rei æſtimationem referuntur, *ff. de verbor. ſignif.* vnde & perſecutorias, qui-
bus ad intereſſe agitur, non tollunt, *l.45. & duab. ſeq. ff. pro ſoc. text. ſingul. & no-
9 tab. in l. ſi dies 4.§.7.ff. de dam. infect. l. ſtipulatio 21. §. 7. ff. nou. op. nunc.* Tamen †
abuſiue, & illa actio pœnalis dicitur, qua reus, ratione doli, vel contumaciæ, in
intereſſe contemnatur & tenetur, *l. ex operis 12. tanti ſtipulatio committitur,
quanti iudicatum eſt, d. tit. text. expreſſ. d. l. 1.§* Hæc verba quanti ea res erit, &c.
continent vtilitatem creditoris, vt quantum eius interſit poſſeſſionem habe-
re, ei tantum, qui prohibuit, condemnetur, *ff. Ne vis fiat, & l. ſi duo, §. 11. eod.*
In hoc interdicto condemnationis ſumma refertur ad rei ipſius æſtimationem
quanti res eſt, quod ſic accipimus quanti vniuſcuiuſq; intereſt, poſſeſſionem
retinere.
10 Seruij autem † ſententia eſt, exiſtimantis, tanti poſſeſſionem æſtiman-
dam, quanti ipſa res eſt, ſed hoc nequaquam opinandum, longe etiam aliud
eſt rei pretium, aliud poſſeſſionis, *text. etiam l. fin. ibid.* idque etiam pro actione
pœnali habetur, *d.l.1.§ fin. & d.l.4.§.7.* Anton. Faber, *coniect.4.c.19.* Quod re-
11 ctiſſime ante eum, & Zaſ. *in d.l. ſi dies 4.§. in eum 7. dicens*, quod & intereſſe, †
pœnam contineat, quoad ſoluentem: Vnde etiam aliqua ratione pœnalis
actio dicitur, *per l. fin. ff. de eo per quem fact.* Et huiuſmodi pœnalis perſecutio,
non tantum in d. interdicto, Ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ. ſed etiam in ſeq. in-
terdicto de tabulis exhib. locum habet, *text. l. locum 3.§.11.* Condemnatio autē
huius

Digitized by Google

huius iudicij quanti interfuit æſtimari debet. Sed nec in his † duobus ſolummodo interdictis, pœnali, quoad intereſſe, iudicio locus erit, ſed etiam in 12
alijs, vbi probabile intereſſe dolo rei conuenti cauſatum eſſe, prætor intelligit, & iura alias communia admittunt, *per text. clariſſ. in l. 2. §. 5. ibid*: ſi quid fiet, quod priuato noceret, prætor intercederet interdicto ſuo: Et text. adhuc expreſſior *ibid. §. pen. ff. Ne quid in loc. pub. vel itin. fiat*, vbi dicit Vlpian. Quod condemnatio ex eo facienda eſt, quanti actori is interſit, tolli quod factum eſt: Vnde & Vlp. *l. qui reſtituere 68. tres caſus pœnalis reſtitutionis proponit, ff. de rei vindic.* Atque ita † etiam in vnde vi interdicto, non modo pecorum demor- 13
tuorum, aut villarum exuſtarum, rerumque omnium, quantumuis alienæ fuerint, ablatarum, corruptarumue, ſed etiam omnis intereſſe ratio habetur, & æſtimatio, per reſtitutionem facienda venit, ita vt fructus & omnis vtilitas, in actionem interdicti veniat, ex tempore non litis conteſtatæ, ſed deiectionis, *l. 1. §. 3. & §. Rectiſſime 34. & ſeqq. ff. de vi & vi arm. vide* Donell. *ad l. 3. & ſeq. C. Vnd. vi. lib. 16. com. cap. 8. poſt princ. & com. DD. ad princ. Inſt. de perpet. & tempor. præſcr. & in l. honorariis, ff. de act. & obligat.*

Tertia † autem quæſtio: An præſtatio intereſſe debitorem liberet, vel omnem interdicti cauſam ſtatim tollat, difficilior eſſe videtur. Et Vlpian. quidem, *d. l. 1. d. §. hæc verba 5. ff. Ne vis fiat ei, qui in poſſ.* affirmatiuam non obſcure tenet. Cui conuenit, quod idem iuris autor, *in d. l. locum 3. De tab. exhib. d. §. 11. in ſequentibus explicando*: Quare inquit, ſi hæres ſcriptus, hoc de tab. exhib. interdicto experiatur, ad hereditatem referenda eſt æſtimatio, §. 12. Et ſi legatum ſit, tantum venit in æſtimationem quantum ſit in legato, §. 13. Et ſi ſub conditione legatum ſit, quaſi conditione exiſtente, ſic æſtimandum eſt, quia pœna contumaciæ præſtatur, ab eo qui non exhibet, §. 14. inde quæritur ſi hinc conſecutus æſtimationem legatarius, poſtea legatum petat, an ſit audiendus? Et putem, ſi heres idem præſtitit, exceptione doli repellendum: ſi alius, repelli non oportere? Et ideo etſi heres ſit, qui interdicto vſus, eſt æſtimationem conſecutus, eadem eſt diſtinctio, §. 15. Ita Vlpian. *d. l. 3.* Et iſta quidem 14
affirmatiua † planiſſima eſt, quoad primum allatæ ab Vlp. diſtinctionis membrum, quod ſcilicet debitor, præſtatione iſtius intereſſe plane liberetur: ſi modo illa æſtimatione & præſtatione, creditor, omne quod ſibi, cum rei, tum intereſſe nomine debetur, recte conſequatur: ſic enim doli exceptione repelli poteſt, quod idem bis exigat. 15

Ceterum, † ſi intereſſe ſaltem particulare aliquod præſtetur, vel tale, quod omnem tam rei debitæ, quam intereſſe cauſam, non aſſequatur, in id quod deeſt, actio vel interdictum non ceſſabit, *per l. Qui ſeruum 34. ff. de oblig. & act. vide quæ dixi de contin. cauſar. c. 10. n. 8. & ſeq.* Sed alterum † diſtinctionis membrum, quoad alium, intereſſe & æſtimationem omnem præſtantem, valde dubium, & controuerſum eſt, *per l. ſi quis dolo, 51. §. 1. ff. de re iudic.* vbi Paul. 16 17

Si quis creditorē miſſum in poſſeſſionē rei ſeruandæ cauſa non admiſerit: ſi venditor præſtiterit creditori quanti eius intererit, quæſitum eſt, an debitor liberetur? Et puto, improbum eſſe eum, qui velit iterum conſequi, quod accepit.
18 pit. Etſi enim † Cuiac. ad ſentent. Pauli 4. *tit. 7. in fin. & obſ.* 12. c. 33. iſtam legem reformare & corrigere conatur, in eo, quod, pro venditor, legendum putat debitor: vbi alij nonnulli, ſed barbare, vetitor legerunt, alij emptor, &c. omnes vt caſum iſtius legis, iuxta prætactam Vlpiani diſtinctionem, in eadem
19 debitoris perſona, loqui euincant: iſta tamen emendatio, præter † id, quod per ſe diuinatoria in plærisq; & periculoſa ſit, cum alijs, tum etiam nobis non tantum plane diſplicet, ſed nulla etiam, in ipſo diſtinctionis argumento, ratio eſſe videtur, quare in alio, aliud, quam in ipſo debitore dicendum ſit: cum vtraque via creditor omnimodam ſui & crediti & intereſſe æſtimationem recipiat, & ſic improbe idem bis exigat: prout Anton. Fab. *d. c.* 19. inſiſtit. Sed do-
20 ctiſſimi D. Cuiacij ſententia, reiectis ſaltem iſtis † textuum correctiunculis, omnino retinenda eſt, niſi & ipſius Vlpiani diſtinctionem velimus erroris inſimulare. Quod enim Fabr. tam d. verbum venditor, quam reliqua, ab alijs, in locum eius ſubſtituta, ex textu proſcribit, id multo adhuc magis, quam illa, & diuinatorium eſt & temerarium.
21 Deinde, † quod diſtinctionem Vlpiani iſthac conciliatione tentat incruſtare, quaſi ob alterius præſtationem aut condemnationem, ipſo quidem iure debitor, vtpote, qui iſthac alterius condemnatione, nihil ſoluerit, non liberetur, ſed ſaltem tamen ope exceptionis, illud *text. d. l.* 3. non admittit, quo expreſſe, ipſum qui omnem intereſſe æſtimationem præſtitit, debitorem vel heredem, ope exceptionis, contra improbum creditorem idem bis exigentem, tutum eſſe aſſeritur: dilucide poſtmodum oppoſita ea condemnatione, quam alius, ob ſuam ipſius vicem, & ſic, ob cauſam, à debito, eiuſque ſolutione, vel debitoris liberatione, alieniſſimam, paſſus eſt, atque præſtitit. Poteſt
22 † quidem, alius, pro alio ſoluere, ipſo etiam inuito & ignorante, *text. in princ.* Inſt. *Quib. mod. tollit. oblig. l. ſoluere* 53. *ff. de ſolut. l.* 61. in perpetuum, quoties id, quod tibi debeam, ad te peruenit, & tibi nihil abſit, nec quod ſolutum eſt, repeti poſſit, competit liberatio: *d. tit. quæ l. cum ſit Pauli.* vti etiam, *d. l. ſi quis dolo,* eum, propter generaliſſimam ſuam, quam vtrobique ponit deciſionem, in præſenti quidem caſu, à dicta Vlpiani diſtinctiuncula, alienum exiſtimare liceat.

23 Sed ne antinomias † legum in iure admittamus, reſponderi poteſt, *d. l.* 53. *&* 61. ita quidem obtinere, ſi ſaltem in cauſam debiti, & liberationem debitoris, quantumuis ignorantis, fiat ſolutio: ſecus vero eſſe, ſi extra hanc cauſam, in pœnam contumaciæ, & violatæ legis, fiat condemna-
24 tio, *d. l.* 3. §. 14. Et ratio diſtinctionis hæc † eſt, quod, ſi debitor ipſe, ſolutione æſtimationis, ipſius rei, & intereſſe, non liberaretur, tunc duplum præſtare

ſtare cogeretur: quod eſt contra iura manifeſtiſſ. Sed ſi alius, dolo vel impe-
dierit, remue apprehenderit, & poſſidere deſierit, is, æſtimationem præſtan-
do, ſemel ſaltem præſtat pœnam doli & contumaciæ, quam reſtituendo rem
ipſam, potuiſſet purgare: creditori autem, nocere non debet, quo minus ille
aduerſus ipſum debitorem, vel quemcunque poſſeſſorem, adhuc, pro re ipſa,
habeat actionem, ſi modo alius ille, aut tertius ante conuentus, æſtimationem
præſtiterit, quam debitor ipſe poſſeſſionem iterum nanciſceretur, *text. l. Sti-
chum 95. §. dolo 9. ff. de ſolut. l. ne vllam, §. pen. ff. de petit hered. vid. gloſſ. d. l. 3. in fin.*
Ita vt *d. § dolo, 9.* Et *d. §. pen.* expungi & induci oporteat, ſi iſthæc coniectura
admittatur: Gloſſa † quidem, in aliquibus non modicum errat: ſed plærun- 25
que ſolida & neruoſa eſt in iuris cognitione: prona vero textuum correctio &
coniectura, hactenus quidem in plæriſque mihi ſuſpecta fuit, & erronea dili-
gentius intuenti deprehenſa. Quod ipſum, *in d. l. ſi quis dolo, 51. § 1. ff. de re ind.*
mihi accidit: Ibi † enim Pauli & ſententia & verba ſunt planiſſima, iſtis cor- 26
rectiunculis nequaquam indigentia: idque duplici quidem, quem ego inde
colligo, ſenſu: Primo enim, in iure noſtro, vti verbum creditor, ita & debitor,
generaliſſimum eſt, per ea quæ Caſtrenſ. Donell. & alij, item Weſenbec. in
parat. *n. 7. ff. de reb. credit.* Iohan. Kuzelius *in proœm. nu. 3. & ſeq. eod.* quod etiam
venditorem, qui mercem venditam nec dum tradidit, eoque nomine tene-
tur, comprehendit, text. † *expreſſ. l. cum emptionibus, ff. de pact.* ſi igitur vendito- 27
rem, *in d. l.* accipiamus eundem, qui poſtea ibid. debitor nominatur, illud di-
ctæ Vlp. ſententiæ, *in d. l. 3. de tab. exhib.* omnino quadrabit. Vel ſecundo † & il- 28
le ſenſus atque caſus eſt: quod cum Titius mihi, vel æris, vel legati, aut præce-
ptæ hereditatis nomine, fundum aliquem hypothecaſſet, vel deberet, eum
poſtea vendit Sempronio: Hic, quia † in realibus non in venditorem, ſed 29
poſſeſſorem actio inſtituenda, *text. l. 1. C. Vbi in rem act.* Ego Sempronium, tan-
quam poſſeſſorem, & proinde debitorem conuenio, ſuper poſſeſſione fundi:
in quam & ego immittor, ſed, cum ille ſuum forte actorem, vel venditorem
laudaret, neque me admitteret, venditor euictionis cauſa intercedit, mihique
omne intereſſe ſoluit: hic † quæſtionis erat, an & debitor ſiue poſſeſſor libe- 30
raretur? Et rectiſſime eum liberari Paul. reſpondit *d. legib.* & Vlp. *d. l. 3. §. 15. de
tab. exhib.*

Quemadmodum & econtra, ſi dolo † Titius feciſſet, quo minus poſ- 31
ſideret, quod ex hereditate ad me pertinente apprehenderat: Et Sempronius
poſſeſſor, à me conuentus, vel corpus, aut litis æſtimationem præſtiterit: ea
res & Titio proderit, quia petitoris nihil intereſt: ita inquit Papin. *d. l. Sti-
chum 51. d. §. dolo, ff. de ſolut.* ſed ſi Titius † ille, ante à me conuentus, ex præte- 32
rito dolo, mihi æſtimationem rei, vel intereſſe præſtiterit, anne hoc eadem ra-
tione, poſſeſſori proſit? Et nihil eam rem poſſeſſori prodeſſe reſpōdit Papin. *ibi*,
ſed n. dicat aliquis, nonne tota hæc † Papiniani diſtinctio, cum ea, quam Vlp. 33

ponit, *d. l. 3. §. 15, de tab. exhib. & cum altero, quod tu ex d. l. 51. ff. de re iud.* attuliſti,
exemplo, ex diametro pugnat, ita vt nulla ratione conciliari poſſe videatur?
Et ita quidem eſt, ſed conciliatio, veraque interpretatio non tantum ex eo de-
34 ſumitur: Quod Papin. † aperte in tali caſu loquitur, cum alter eſt poſſeſſor,
alter qui dolum commiſit & æſtimationem præſtitit, ante conuentus, quam
poſſeſſio: i res vel poſſeſſio euinceretur: Sed præcipue etiam ſumenda eſt, ex
35 vero intellectu vocabuli alius, quo vtitur Vlp. *d. §. 15.* Ibi enim, † per alium,
accipio eum, qui citra vllam legitimam cauſam, quam, cum, vel, à vero debi-
tore, vel & alias habeat, ex puro putoque dolo, rem inuaſerit, &c. Sic enim,
verb. alius, niſi copuletur præcedentibus, iure ſemper eſt excluſiuum, *per l. ſi
fundum* 81. §. 4. *ff de leg. 1. &c.*
36 Quoniam † vero iſta poſteriora ſubtilia magis ſunt, quam hodie qui-
dem practicabilia: Iccirco illud prius cum in iure tum in praxi adhuc rece-
37 ptiſſimum eſſe conſtat, neque vllum dubium eſt: Quod † pœnalis interdi-
ctorum cauſa, omne intereſſe perſequatur & comprehendat: quod, ſi ſolitis
vijs atque medijs probari poſſit, res plana eſt, ſin minus, iuramento in litē lo-
cus eſt, *text. expreſſ. l. ſemper* 15. §. 9. Sed quod interfuit, aut per iuſiurandum,
quod in litem actor iurauerit, aut ſi iurare non poſſit, iudicis officio æſtiman-
dum eſt, *ff. Quod vi aut clam. text. l. ſi quando*, vbi Plot. *C. Vnd. vi. facit text. tot. tit.
de in lit. iurand. l. ab arbitrio* 18. *ff. de dol.* Neque magni ea ſunt momenti, quæ
Anton. Fab. *lib. 16. coniect. fin.* in contrarium, ſatis lubrice coniecturat. Dūmo-
38 do † id obſeruemus, quod intereſſe hoc, non via, vel in puncto præcepti ve-
niat, vel interdicti, ſed iudicij, quod prætor re poſtulante dabat. Vbi quæri ſo-
39 let, An ijs in caſibus, quibus interdictum, † reſtitutionem rei, cum damno &
intereſſe iniungit, præter illam, & alia quæ pœnæ, vel actio iniuriarum, ſiue de
dolo competat? Et cum interdictum in plena rei reſtitutione acquieſcit, nec
ſpecialem pœnam iniungit, reſtitutione contentos eſſe oportet, *per l. 2. §. præ-
tor ait, §. reſtituas & §. interdictum hoc, ff. Ne quid in loc. pub. & paſſim arg. omnium
interdictorum reſtitutoriorū, &c. & text. ſing. l. ſanctio, ff. de pœn. l. doli clauſula, ff. de*
40 *V. O.* Honded. 2. *conſ.* 100. *fin. n. 59.* Attamen ſi quid præterea ſingulari † dolo,
vel vi publica aut priuata, vel iniurioſe actum eſt eius nomine, ſingulares nihi-
lominus actiones competere iuris eſt plus quam manifeſti. Cum reſtitutio ex
interdicto competens, haſce actiones nullatenus contingat: *per ead. & l. ſi quis
in tantam. l. meminerint, Cod. Vnd. vi. l. extat, ff. Quod met. cauſ. l. creditores, ff. de vi.*
41 Porro, ſunt † & dicuntur quædam interdicta vel mādata pœnalia, ob id, quod
cum pœnæ alicuius contaminatione exeunt, ni pareatur. Et hæc vel ſimplicia
ſunt, quę ſub pœna pecuniaria emanant, vel arctiora, quę ſub pœna banni, aut
priuationis decernūtur, in caſu contumaciæ, quod ſimplicibus nō pareatur. Et
42 quāuis † hæc diſtinctio, cōpulſorialium de edendo propria & ſingularis eſt, ꝙ
illæ cōmuniter ſimplices vel arctiores dicuntur. Tamē & ab executorialibus,

&

Digitized by Google

& omnibus denique interdictis, vel mandatis tam inhibitorijs quam iuſſorijs
& generaliter compulſorialibus, nobis dictis, neutiquam eſt aliena, per ea quæ
And. Gail. 1. *obſ.* 134. Quinimo † non modo in arctioribus iſtis, ſed etiam in 43
cauſis fractæ pacis, vel & obſtinacis cuiuſcunq; contumaciæ, & quorumcun-
que caſuum propriorum, ſub pœna banni, contra Laicos, vel ſub pœna priua-
tionis, contra clericos mandata decernuntur: *de quib. part. 2. ordin. tit. 9. §. 3.
cum ſeq.* Gail. *in tract. de pac. pub. & d. obſ. 134. n. 4. vbi de arctiorib.* vel ſub pœna
† capitis, aut corporis afflictiua, quæ varia eſt, mandata emanare ſolent atque 44
poſſunt, certis in caſibus, & præcipue ijs, vbi alias ipſa lex vel ſtatutum, eiuſ-
modi pœnas præſcribit: qualiter in receſ. Spir. de Anno 1544. tranſitus ad
caſtra ſignaque hoſtium prohibetur ſub pœna confiſcationis omnium bono-
rum, carceris, imo corporis & vitæ. Ita † ſub pœna priuationis beneficiorum, 45
& priuilegiorum, in cauſis profanis, vel & excommunicationis & ſuſpenſionis
à diuinis, in Eccleſiaſticis, mandari poteſt, *cap. contingit 2. c. in audientia &c. de
ſent. excom. c. reprehenſibil. de appel. c. 1. & c. cum non ab homine, vbi Ab. n. 27. &
alij. de iudic. &c.* Quibus † peruicina eſt pœna priuationis officij: ſicut in re- 46
ceſ. de Anno 1548. typographis & librarijs ſub pœna grauiſſima pecuniaria &
præterea inhibitæ typographiæ, bey niederlegung jhres Handtwercks/ inter-
dictum ne famoſos libellos imprimant. Ita † cum aduocatis, tabellionibus, 47
negociatoribus, certis ex cauſis, interdici poſſit, ne poſtulent, vel pragmati-
cam exerceant, nec negocientur: poteſt quoque ijs, ſub pœna eadem inter-
dici vt in officio ſe contineant: *per text. l. moris 9. §. 1. 2. 3. 4. & ſeqq. ff. de pœn.*
Ordinarie † autem, ſub mulctis pecuniarijs, in cauſis præſertim ciuilibus, man- 48
data pœnalia concipiuntur: vti in Camera Imperiali, pro qualitatibus circū-
ſtantiarum, ſub pœna octo, decē, duodecim, viginti &c. marcarum auri puri:
quæ pœna etiā ad mille, bis mille, vel amplius marcas aſcendit: quemadmo-
dum & loco pœnæ banni, vel vbi alias ea non recte decernitur, interdum pro
ratione facti, reus, in bis mille vel amplius marcas condemnatur. Valet au-
tem marca puri auri ein Marck löttigs Golds, ſeptuaginta duobus aureis flo-
renis. Quamuis † & in florenis &c. fieri poteſt condemnatio: ſi videlicet 49
æſtimatio vel actio id ferat; qualiter notabilis exſtat ſententia S. iudicij Came-
ralis de 23. Febr. anno 1560. in cauſa realium iniuriarum N. V. actoris contr. V.
à G. iuniorem: qua pronunciatum, non licuiſſe reo actorem geklagter maſſen
delato modo, pulſare, vulnerare, excæcare, damnificare, ſondern er daran vn-
recht gethan/ facta loco pœnæ ſatisfactionis tremendæ Condemnatione, in
viginti millia florenorum.

At vero † plurimæ adhuc aliæ ſunt comminationum & pœnarum for- 50
mulæ, ſub quibus iudex recta interdicere & mandare poteſt: Vti, ſiue com-
pareas, ſiue non, ad partis inſtantiam nihilominus fiet quod iuris: ſic litis con-
teſtatio iniungitur ſub pœna quod alias lis, pro conteſtata habeatur. Qui † de- 51

 clau-

Commentarivs XI.

De duplici Interdictorum puncto ſiue cauſa, poſſeſſorij ſcilicet & petitorij: *ad l. incerti 3. C. de interdict. &c.*

Svmmaria.

1 *Interdicta duplicem plerumque ſtatum reſpiciunt, poſſeſſorij & petitorij:*

2 *Interdictum, non ſemper dirimit cauſam, ſed reformata poſſeſſione ſaltem preparat.*

3 *Diſtributio huius commentarij in 5. quaſtiones.*

4 *Theophilina interdicti definitio:*

5 *De iudicis informatione Duareni & Cuiaci ſententia: n. 6. & 12.*

7 *Rectus verborum intellectus, rectum producit ſenſum.*

8 *Hypotheſis verb. πολύσημον eſt.*

9 *Hic autem ſignificat cauſam totius negotij principalem.*

10 *Rhythmus & ῥυθμίζειν quid?*

11 *Hypotheſis verb. latiſſimam arguit interdictorum diſciplinam.*

13 *Datio & informatio iudicis trib. de cauſis fiebat: ratione fundandi iudicij, tum poſſeſſorij expediendi, & tertio decidendi petitorij: n. 14.*

15 *Poſſeſſionis verb ſimiliter polyſimon eſt:*

16 *Poſſeſſionis vox, in interdictis, ipſum inſiſtentiæ, vſus & detentionis factum denotat.*

17 *Unde poſſeſſorium iudicium,*

18 *Sub poſſeſſionis verbo, qualiſcunque etiam facti quæſtio venit.*

19 *Vlp. duplicem interdicti ſtatum theoricopractice exponit l. liberis 7. ff. de lib. cauſ.*

20 *Petitorium poſſeſſorio oppoſitum vnicam proprietatis vel quaſi cauſam continet.*

21 *Petitorium dicitur cum de proprietate eſt quæſtio.*

22 *Petitorium poſſeſſorio oppoſitum, non ſtricta vera proprietatis, ſed latiſſima, qualiſcunque vel dominij vel iuris ſignificatione ſumitur.*

23 *Poſſeßio per ſe & in ſe conſiderata, non iuris, ſed facti.*

24 *Poſſeßio non tantum corporis, ſed etiam iuris eſſe dicitur, ratione ſubiecti potius quam poſſeßionis.*

25 *Petitorium, poſſeſſorio, quatenus hoc meri eſt facti, oppoſitum, non dominij tantum, ſed omnem & qualemcunque iuris pro poſſeßione competentis rationem includit n. 26.*

27 Pro-

Digitized by Google

27 *Proprietas quatenus poſſeßioni opponitur, etiam vſumfructum, & conſequenter, quodcunque aliud iuris includit: velut libertatis, filiationis, bonæ famæ &c.*

28 *Poſſeßionis cauſa, quoad interdicta vel proceſſum, reſpectu nudi ipſius facti, quod in detentione verſatur, ſine vlla iuris conſideratione, an iuſte vel iniuſte quis poßideat, probabilis habetur.*

29 *Res non tantum corporales, ſed & incorporales, poßidentur:*
Licet illæ magis proprie quam hæ n. 31.

30 *Vti ius, quod poßideri poteſt, latißimum eſt, ab ipſo poſſeßionis vel actu, vel facto & reali conſideratione ſeparatum plane & ſeiunctum: Ita & proprietas poſſeßioni, vel petitorium poſſeſſorio oppoſitum latißimam habent ſignificationem. quodcunque ius includentia, ex qua controuerſia poſſeßionis oriri ſolet atque poteſt.*

31 *Maxima eſt iudicij vt poſſeſſorij ita petitorij generalitas.*

32 *Petitorium longe generalius eſt quam rei vendicatio, non modo perſonales in rem actiones. ſed & condictionum & cuiuſcunq; litigij cauſam cōprehendens n. 33. 34. 35 36.*
Poſſeſſorium & interdictum datur etiam ſine vlla petitorij controuerſia: d. num. 4.

37 *Poſſeſſorii & interdicti tum petitorii campus eſt latißimus.*

38 *In bonis cuiuſcunq; quidnam computandum veniat?*

39 *Proprium cuiuſque eſt, quo quis vtitur fruitur, ſiue ſit dominii, ſiue ſeruitutis, ſiue quid aliud iuris.*

40 *Dominium & proprietas promiſcue, interdum vſurpatur.*

41 *Dominium eſt vocabulum generis, & duplex, proprietatis vel cuius alterius iuris.*

42 *Dominii ſpecies omnem rerum & bonorum generalitatem continent.*

43 *Dominium iuris & proprietatis, quid? n. 44. 45.*

46 *Dominium aliquando ſpecialiter, proprietas econtra generaliter vſurpantur: & 47.*

48 *Proprietatis cauſa, poſſeſſorio oppoſita, omnem iuris vel quæſtionis cuiuſcunq; diſputationem continet.*

49 *Petitorium nonnulli ſolis in rem actionibus tribuunt.*

50 *Publiciana. petitio heredit. omnes deniq; actiones iuriū incorporalium &c. petitorio continentur.*

52 *Petitorium tendit ad declarationem iuris, poſſeſſorium vero facti.*

53 *Actiones etiam mere perſonales, locati, venditi &c. rationem habent petitorii:*
Vel ſi agatur quod paries ſit communis.

54 *Petitorium plenam litigii controuerſiam continet.*

5 Hic autem, pœnæ nomine, iudicium † dat: *d.l.1. Vnde vides*, inquit Ol-
dendorp. quomodo ex eodem edicto prætoris, ex eadem cauſa, concedatur
interdictum, & actio: vides, quomodo pertineant ad eundem finem; in for-
ma duntaxat differunt: Interdicto prohibetur, mandatur moleſtatori, cum
clauſula iuſtificatoria: (vel ſine eadem) Actione autem, ſimpliciter vocatur
in ius, & conuenitur aduerſarius, nullo præcedente mandato, *claſſ.2.act.5.affir-
mat.1.* Quod poſterius ad differentiam actionis ordinariæ & interdicti per-
tinet: de qua alibi: Prius autem membrum, quo punctum vel cauſam man-
dati, à puncto vel cauſa ipſius pœnæ diſcernimus, huius eſt loci. Vbi 4. nobis
6 quærenda: quidnam † hic pœnali actione veniat, & quibuſnam interdictis
locum habeat? tum an præſtatio intereſſe debitorem liberet? quarto quot
modis pœnalia interdicta reddantur: Et quamuis proprie, actiones mere &
7 vere † pœnales, habeantur eæ, quæ non ad id, quod reuera actoris intereſt:
ſed ratione qualiſqualis delicti, citra vllam intereſſe conſiderationem com-
petunt, ad rei, de qua controuertitur, æſtimationem, *l.1.§.fin.ff.ſi quis ius dicen-
ti non obtemp. l.ſi per alium, §.1.ff. Ne quis eum qui in ius voc. vi exem. l. in eo quod
plus, §.in heredes, ff. De reg. iur. Et text. ſingul. & expreſſiſſimus, in l.579. inter hæc verba:*
8 quanti † ea res erit, vel quanti eam eſſe paret, nihil intereſt, in vtraque enim
clauſula placet veram rei æſtimationem fieri, vbi late & docte Goddæ. *& text.
in l.193.* Hæc verba: Quanti eam rem paret eſſe, non ad id quod intereſt, ſed
ad rei æſtimationem referuntur, *ff. de verbor. ſignif.* vnde & perſecutorias, qui-
bus ad intereſſe agitur, non tollunt, *l.45. & duab. ſeq. ff. pro ſoc. text. ſingul. & no-
9 tab. in l.ſi dies 4.§.7.ff. de dam. infect. l. ſtipulatio 21.§.7.ff. nou. op. nunc.* Tamen †
abuſiue, & illa actio pœnalis dicitur, qua reus, ratione doli, vel contumaciæ, in
intereſſe contemnatur & tenetur, *l. ex operis 12. tanti ſtipulatio committitur,
quanti iudicatum eſt, d. tit. text. expreſſ. d. l.1.§* Hæc verba quanti ea res erit, &c.
continent vtilitatem creditoris, vt quantum eius intererſit poſſeſſionem habe-
re, ei tantum, qui prohibuit, condemnetur, *ff. Ne vis fiat, & l. ſi duo, §.11. eod.*
In hoc interdicto condemnationis ſumma refertur ad rei ipſius æſtimationem
quanti res eſt, quod ſic accipimus quanti vniuſcuiuſq; intereſt, poſſeſſionem
retinere.

10 Seruij autem † ſententia eſt, exiſtimantis, tanti poſſeſſionem æſtiman-
dam, quanti ipſa res eſt, ſed hoc nequaquam opinandum, longe etiam aliud
eſt rei pretium, aliud poſſeſſionis, *text. etiam l. fin. ibid.* idque etiam pro actione
pœnali habetur, *d.l.1.§ fin. & d.l.4.§.7.* Anton. Faber, *coniect.4.c.19.* Quod re-
11 ctiſſime ante eum, & Zaſ. *in d.l. ſi dies 4.§. in eum 7. dicens*, quod & intereſſe, †
pœnam contineat, quoad ſoluentem: Vnde etiam aliqua ratione pœnalis
actio dicitur, *per l. fin. ff. de eo per quem fact.* Et huiuſmodi pœnalis perſecutio,
non tantum in d. interdicto, Ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ. ſed etiam in ſeq. in-
terdicto de tabulis exhib. locum habet, *text. l. locum 3.§.11.* Condemnatio autẽ
huius

huius iudicij quanti interfuit æſtimari debet. Sed nec in his † duobus ſolummodo interdictis, pœnali, quoad intereſſe, iudicio locus erit, ſed etiam in 12
alijs, vbi probabile intereſſe dolo rei conuenti cauſatum eſſe, prætor intelligit, & iura alias communia admittunt, *per text. clariſ. in l. 2. §. 5. ibid:* ſi quid fiet, quod priuato noceret, prætor intercederet interdicto ſuo: Et text. adhuc expreſſior *ibid. §. pen. ff. Ne quid in loc. pub. vel itin. fiat,* vbi dicit Vlpian. Quod condemnatio ex eo facienda eſt, quanti actoris interſit, tolli quod factum eſt: Vnde & Vlp. *l. qui reſtituere 68. tres caſus pœnalis reſtitutionis proponit, ff. de rei vindic.* Atque ita † etiam in vnde vi interdicto, non modo pecorum demor- 13
tuorum, aut villarum exuſtarum, rerumque omnium, quantumuis alienæ fuerint, ablatarum, corruptarumue, ſed etiam omnis intereſſe ratio habetur, & æſtimatio, per reſtitutionem facienda venit, ita vt fructus & omnis vtilitas, in actionem interdicti veniat, ex tempore non litis conteſtatæ, ſed deiectionis, *l. 1. §. 3. & §. Rectiſſime 34. & ſeqq. ff. de vi & vi arm. vide* Donell. *ad l. 3. & ſeq. C. Vnd. vi. lib. 16. com. cap. 8. poſt princ. & com. DD. ad princ. Inſt. de perpet. & tempor. præſcr. & in l. honorarius, ff. de act. & obligat.*

Tertia † autem quæſtio: An præſtatio intereſſe debitorem liberet, vel 14
omnem interdicti cauſam ſtatim tollat, difficilior eſſe videtur. Et Vlpian. quidem, *d. l. 1. d. §. hæc verba 5. ff. Ne vis fiat ei, qui in poſſ.* affirmatiuam non obſcure tenet. Cui conuenit, quod idem iuris autor, *in d. l. locum 3. De tab. exhib. d. §. 11. in ſequentibus explicando:* Quære inquit, ſi hæres ſcriptus, hoc de tab. exhib. interdicto experiatur, ad hereditatem referenda eſt æſtimatio §. 12. Et ſi legatum ſit, tantum venit in æſtimationem quantum ſit in legato, §. 13. Et ſi ſub conditione legatum ſit, quaſi conditione exiſtente, ſic æſtimandum eſt, quia pœna contumaciæ præſtatur, ab eo qui non exhibet, §. 14. inde quæritur ſi hinc conſecutus æſtimationem legatarius poſtea legatum petat, an ſit audiendus? Et putem, ſi heres idem præſtitit, exceptione doli repellendum: ſi alius, repelli non oportere? Et ideo et ſi heres ſit, qui interdicto vſus, eſt æſtimationem conſecutus, eadem eſt diſtinctio, §. 15. Ita Vlpian. *d. l. 3.* Et iſta quidem affirmatiua † planiſſima eſt, quoad primum allatæ ab Vlp. diſtinctionis mem- 15
brum, quod ſcilicet debitor, præſtatione iſtius intereſſe plane liberetur: ſi modo illa æſtimatione & præſtatione, creditor, omne quod ſibi, cum rei, tum intereſſe nomine debetur, recte conſequatur: ſic enim doli exceptione repelli poteſt, quod idem bis exigat.

Ceterum, † ſi intereſſe ſaltem particulare aliquod præſtetur, vel tale, 16
quod omnem tam rei debitæ, quam intereſſe cauſam, non aſſequatur, in id quod deeſt, actio vel interdictum non ceſſabit, *per l. Qui ſeruum 34. ff. de oblig. & act. vide quæ dixi de contin. cauſar. c. 10. n. 8. & ſeq.* Sed alterum † diſtinctionis 17
membrum, quoad alium, intereſſe & æſtimationem omnem præſtantem, valde dubium, & controuerſum eſt, *per l. ſi quis dolo, 51. §. 1. ff. de re iudic.* vbi Paul.

Digitized by Google

Si quis creditorē miſſum in poſſeſſionē rei ſeruandæ cauſa non admiſerit: ſi vēditor præſtiterit creditori quanti eius intereſſuerit, quæſitum eſt, an debitor liberetur? Et puto, improbum eſſe eum, qui velit iterum conſequi, quod acce-
18 pit. Etſi enim † Cuiac. ad ſentent. Pauli 4. *tit. 7. in fin. & obſ.* 12. *c.* 33. iſtam legem reformare & corrigere conatur, in eo, quod, pro venditor, legendum putat debitor: vbi alij nonnulli, ſed barbare, veritor legerunt, alij emptor, &c. omnes vt caſum iſtius legis, iuxta prætractam Vlpiani diſtinctionem, in eadem
19 debitoris perſona, loqui euincant: iſta tamen emendatio, præter † id, quod per ſe diuinatoria in plæriſq;, & periculoſa ſit, cum alijs, tum etiam nobis non tantum plane diſplicet, ſed nulla etiam, in ipſo diſtinctionis argumento, ratio eſſe videtur, quare in alio, aliud, quam in ipſo debitore dicendum ſit: cum vtraque via creditor omnimodam ſui & crediti & intereſſe æſtimationem recipiat, & ſic improbe idem bis exigat: prout Anton. Fab. *d. c.* 19. inſiſtit. Sed do-
20 ctiſſimi D. Cuiacij ſententia, reiectis ſaltem iſtis † textuum correctiunculis, omnino retinenda eſt, niſi & ipſius Vlpiani diſtinctionem velimus erroris inſimulare. Quod enim Fabrum d. verbum venditor, quam rel: qua, ab alijs, in locum eius ſubſtituta, ex textu proſcribit, id multo adhuc magis, quam illa, & diuinatorium eſt & temerarium.

21 Deinde, † quod diſtinctionem Vlpiani iſthac conciliatione tentat incruſtare, quaſi ob alterius præſtationem aut condemnationem, ipſo quidem iure debitor, vtpote, qui iſthac alterius condemnatione, nihil ſoluerit, non liberetur, ſed ſaltem tamen ope exceptionis, illud *text. d. l.* 3. non admittit, quo expreſſe, ipſum qui omnem intereſſe æſtimationem præſtitit, debitorem vel hæredem, ope exceptionis, contra improbum creditorem idem bis exigentem, tutum eſſe aſſeritur: dilucide poſtmodum oppoſita ea condemnatione, quam alius, ob ſuam ipſius vicem, & ſic, ob cauſam, à debito, eiuſque ſolutione, vel debitoris liberatione, alieniſſimam, paſſus eſt, atque præſtitit. Poteſt
22 † quidem, alius, pro alio ſoluere, ipſo etiam inuito & ignorante, *text. in princ.* Inſt. *Quib. mod. tollit. oblig. l. ſoluere* 53. *ff. de ſolut. l.* 61. in perpetuum, quoties id, quod tibi debeam, ad te peruenit, & tibi nihil abſit, nec quod ſolutum eſt, repeti poſſit, competit liberatio: *d. tit. qua l. cum ſit Pauli.* vti etiam, *d. l. ſi quis dolo*, eum, propter generaliſſimam ſuam, quam vtrobique ponit deciſionem, in præſenti quidem caſu, à dicta Vlpiani diſtinctiuncula, alienum exiſtimare liceat.

23 Sed ne antinomias † legum in iure admittamus, reſponderi poteſt, *d. l.* 53. *&* 61. ita quidem obtinere, ſi ſaltem in cauſam debiti, & liberationem debitoris, quantumuis ignorantis, fiat ſolutio: ſecus vero eſſe, ſi extra hanc cauſam, in pœnam contumaciæ, & violatæ legis, fiat condemna-
24 tio, *d. l.* 3. §. 14. Et ratio diſtinctionis hæc † eſt, quod, ſi debitor ipſe, ſolutione æſtimationis, ipſius rei, & intereſſe, non liberaretur, tunc duplum præ-

ſtare

ſtare cogeretur: quod eſt contra iura manifeſtiſſ. Sed ſi alius, dolo vel impe-
dierit, remue apprehenderit, & poſſidere deſierit, is, æſtimationem præſtan-
do, ſemel ſaltem præſtat pœnam doli & contumaciæ, quam reſtituendo rem
ipſam, potuiſſet purgare: creditori autem, nocere non debet, quo minus ille
aduerſus ipſum debitorem, vel quemcunque poſſeſſorem, adhuc, pro re ipſa,
habeat actionem, ſi modo alius ille, aut tertius ante conuentus, æſtimationem
præſtiterit, quam debitor ipſe poſſeſſionem iterum nanciſceretur, *text. l. Sti-
chum 95. §. dolo 9. ff. de ſolut. l. ne vllam, §. pen. ff. de petit hered. vid. gloſſ. d. l. 3. in fin.*
Ita vt *d. § dolo, 9.* Et *d. §. pen.* expungi & induci oporteat, ſi iſthæc coniectura
admittatur: Gloſſa † quidem, in aliquibus non modicum errat: ſed plærun- 25
que ſolida & neruoſa eſt in iuris cognitione: prona vero textuum correctio &
coniectura, hactenus quidem in plæriſque mihi ſuſpecta fuit, & erronea dili-
gentius intuenti deprehenſa. Quod ipſum, *in d. l. ſi quis dolo, 51. § 1. ff. de re ind.*
mihi accidit: Ibi † enim Pauli & ſententia & verba ſunt planiſſima, iſtis cor- 26
rectiunculis nequaquam indigentia: idque duplici quidem, quem ego inde
colligo, ſenſu: Primo enim, in iure noſtro, vti verbum creditor, ita & debitor,
generaliſſimum eſt, per ea qua Caſtrenſ. Donell. & alij, item Weſenbec. in
parat. *n. 7. ff. de reb. credit.* Iohan. Kitzelius *in proœm. nu. 3. & ſeq. eod.* quod etiam
venditorem, qui mercem venditam necdum tradidit, eoque nomine tene-
tur, comprehendit, text. † *expreſſ. l. cum emptionibus, ff. de pact.* ſi igitur vendito- 27
rem, *in d. l.* accipiamus eundem, qui poſtea ibid. debitor nominatur, illud di-
ctæ Vlp. ſententiæ, *in d. l. 3. de tab. exhib.* omnino quadrabit. Vel ſecundo † & il- 28
le ſenſus atque caſus eſt: quod cum Titius mihi, vel æris, vel legati, aut prære-
ptæ hereditatis nomine, fundum aliquem hypothecaſſet, vel deberet, eum
poſtea vendit Sempronio: Hic, quia † in realibus non in venditorem, ſed 29
poſſ. ſſorem actio inſtituenda, *text. l. 1. C. Vbi in rem act.* Ego Sempronium, tan-
quam poſſeſſorem, & proinde debitorem conuenio, ſuper poſſeſſione fundi:
in quam & ego immittor, ſed, cum ille ſuum forte actorem, vel venditorem
laudaret, neque me admitteret, venditor euictionis cauſa intercedit, mihique
omne intereſſe ſoluit: hic † quæſtionis erat, an & debitor ſiue poſſeſſor libe- 30
raretur? Et rectiſſime eum liberari Paul. reſpondit *d. legib,* & Vlp. *d. l. 3. §. 15. de
tab. exhib.*

Quemadmodum & econtra, ſi dolo † Titius feciſſet, quo minus poſ- 31
ſideret, quod ex hereditate ad me pertinente apprehenderat: Et Sempronius
poſſeſſor, à me conuentus, vel corpus, aut litis æſtimationem præſtiterit: ea
res & Titio proderit, quia petitoris nihil intereſt: ita inquit Papin. *d. l. Sti-
chum 51. d. §. dolo, ff. de ſolut.* ſed ſi Titius † ille, ante à me conuentus, ex præte- 32
rito dolo, mihi æſtimationem rei, vel intereſſe præſtiterit, anne hoc eadem ra-
tione, poſſeſſori proſit? Et nihil eam rem poſſeſſori ꝓdeſſe reſpōdit Papin. *ibi,*
ſed n. dicat aliquis, nonne tota hæc † Papiniani diſtinctio, cum ea, quam Vlp. 33

T 2 ponit

tione cauſæ: vt ſi quis animo poſſidens, corpore poſſeſſionem tenere prohibeatur arceatur, quod varijs fieri modis poteſt: Sic enim impedimentum hoc pro vſu eſt, vel ad minimum tale, vt reſtitutionem mereatur, & repræ-
69 ſentationem poſſeſſionis inducat. Vnde † etiam colligere eſt, quod poſſeſſione corpore deiectus, quam animo adhuc retinet, poſſit vel ſaltem hac conſideratione interdictum retinendæ & redintegrandæ cumulare: vt in poſſeſſionem, quam animo adhuc habet etiam corpore redintegretur, facta, ſi o-
70 pus ſit, in integrum reſtitutione: *l. 1. & tot. tit. C. ſi aduerſus vſucap.* Ita † is, qui vltro poſſeſſionem dimiſit, vi, metu, aut vanis perſuaſionibus inductus, interdictum vnde vi non habet: attamen ſi minor, vel & maior, metu inſtantis periculi ſeſe poſſeſſionem dimiſiſſe probet, hinc reſtitui poterit: *per d. §. 9. text. etiam l. 1. §. præterea 23. ff. de aq. quot. & æſt. & per alia quæ* Menoch. *recuper. rem. fin.* vbi officio iudicis tribuit, quod ipſis legibus, ipſi iuri tribuen-
71 dum. Ratione † autem temporis ita reſtitutio in integrum competet, ſi interdictum quod intra annum forte reddendum fuerat poſt annum petatur. hic enim legitimæ excuſationum & reſtitutionum cauſæ admittuntur, vt etiam poſt annum quis ad Interdictum admittatur: quod *in d. §. 10.* per exemplum declaratur, ſi forte reus iudicialiter vel extraiudicialiter monitus, ſe poſſeſſione, quam inique obtinet, deceſſurum vel in poſterum vi omni abſten-
72 turum promittat, neque faciat, & ita tempus interdicti labatur. Vbi † & illas quæſtiones in praxi habuimus: Titius, Sempronio, prædium aliquod præoccupabat, & vt actione etiam præuerteret, miſſis ad Sempronium notario & teſtibus, ſe inaudiſſe fingit, quaſi hic prædium propria autoritate repetere vellet: quod & ſi minus ſperaret: cum iura in medio poſita ſint: tamen ſe reſponſum petere, & in euentum etiam proteſtari &c. Et cum Sempronius, Titij factum digne reprehenderet, ſibique prædium illud ſuum, iuſtiore titulo recuperare, quam illi inuolare diceret licere, ille, actionem *ex l. diffamari intendit:* quam Sempronius per exceptionem ſpolij, & negationem diffamationis ſuſtinet: ſe enim, iſta, non diffamationis, ſed iuris competentis gratia dixiſſe, deque via, non facti, ſed iuris intellexiſſe: quemadmodum & reſtitutionem ſpolij peteret. Quia autem, iſto iudicio, quod pro more, quadriennium vel quinquennium hæſerat, Titius, id quod volebat, non conſequebatur: ob prauam ſcilicet iuris interpretationem, qua, reſtitutiones ſpoliorum in exceptiones non venire autumant: Propterea, ad interdictum vnde vi cōuolat, eoque actorem ſeſe prodit: vbi Sempronius excipit, Interdictum intra annum competere, qui iampridem effluxerit. Sed, Interdictum, adhuc vtile
73 eſſe dicebam, per † rationem, quod mora iudiciorum, non annumeretur præſcriptioni, vel culpæ aut facto agentium *l. contra 18. C. de inoffic. teſt. l. 1. C de præſcript. long. temp.* Quod ſi vero decem, viginti, vel triginta anni interea effluxerint

ſixerint, quibus lis pependerit, an adhuc interdicto, quaſi repetita die locus
ſit? Et itidem videtur; quamuis cauſa eſſe queat, vt in vim ordinatiæ condi-
ctionis potius intentetur, & per viam citationis quam præcepti expediatur.
Repetita † autem die, id eſt repræſentata, dupliciter dicitur, pro retrorſum 74
computata die, vel & pro anticipata, quam prochroniſmon vocant, *l. repetita
3. ff. de fid. inſtrum. l. 51. §. 2. ff. ad l. Aquil. l. 9. §. 6. ff. ad exhib. l. 5. § 7. ff. de noui
Op. nunc. l. 15. §. 31. de dam. infect. l. 3. 4. in fin ff. de oblig. & act.*

Denique † ordinariis in factum ex ipſis interdictis, vel ex condictionū 75
aut vindicationum titulis repetitas actiones, quod attinet: in foro cum ciuili,
tum etiam extra curiam Romanam Eccleſiaſtico, regulariter, tam poſſeſſorijs
quam petitorijs cauſis præſcribitur 30. vel 40. annis: *per ea quæ ſup. n. 3. & ſeq.*
& per ea quæ ratione bonæ fidei, Menoch. *3. præſump.* 130. & ratione tituli:
præſumpt. ſeq. 131.

Siquidem † enim, bona fides, etiam ſine titulo haberi poteſt: *per ea* 76
quæ doctiſſim. Hiſpan. Couarru. *ad cap. poſſeſſor p. 2. §. 8. num. 1. 2. & ſeq.* Et
alij vt apud Menoch. *3. d. præſumpt.* 130. *n.* 17. Quamuis & titulus in longi ſal-
tem temporis præſcriptione requiritur: *l. Nullo* 24. *C. de rei vindic. l. fin C. de rei
vindic. l. fin. C. de vſucap. transfor. l. diutina* 4. *& l. ſeq. C. de præſcript. long. temp.* Non
† vero in longiſſimi temporis 30. vel 40. annorum: Auth. *malæ fidei: ibi:* ſpe- 77
ratur ergo 30. annorum defenſio C. *de præſcript. long. temp. l. omnes l. ſicut* C. *de
præſ. 30. an.* Math. Coler. *c. Quoniam n. 26. in med. de præſcript.* Et latius *cap. de
quarta, n. 38. & trib. ſeq. eod. vbi, n. 41. ait*, hoc etiam apud Canoniſtas ita obtine-
re: *per c. placuit 2. §. præſcriptionum, verſ. ſi autem nullo titulo, 16. q. 3.* Ita tamen,
vt ſolus longi † temporis, decem aut viginti annorum curſus, etiam ſine titu- 78
lo, bonæ fidei præſumptionem conciliet: quod ſcilicet, eius, contra quem
præſcribitur patientia, pro titulo, & reali vel traditione aut conceſſione ha-
beatur: *per l. 1. & tot. tit. C. de long. temp. præſcript. Barth. l. Celſus. n. 17. ff. de vſucap.
Oldrad. Bald. Dec. Panorm. Iaſ. Roland. val. & alij, vt apud* Menoch. *d. præſ.* 130.
n. 17. Maſcard. *de probat. concluſ.* 228. *n.* 6.

Hinc, de tricenaria, vel certis caſibus quadragenaria præſcriptione, tan-
to minus dubitari poteſt, vel debet: Quod † ſcilicet, malæ fidei præſumptio- 79
nem purget, tollat & elidat: & econtra bonam fidem titulumque planiſſime
repræſentet: tam in poſſeſſorio, quam petitorio: *per d. l. Omnes, & tot. titul.
C. de præſcript. 30. ann.* Balb. *ad d. l. Celſus, num. 106. ff. de Vſucap.* Menoch. *de
arbitrar. iud. quæſt. caſ. 43. num. 1. 2. 6. & 7.* Et recup. *remed. 13. num. 70. &
d. præſumpt. 130. n. 7. 8. 9. 10. & 11.* Maſcard. *de probat. concl. 224. & ſeq.* Veral.
1. *deciſ.* 68.

Etiamſi, † poſſeſſio, ſit alias, contra ius cōmune: dummodo de ſolo pri- 80
uati præſcriptionē paſſi præiudicio agatur: *per ea quæ* Pan. *c. ſi diligenti n. 16.* (*&*

Digitized by Google

ibid. Felin. *n.* 4. *de præſcript.*) & 1. *conſ.* 102. Alex. 1. *conſ.* 110. *n.* 6. Menoch *d. præſ. n.* 9. Innocent. Imol. Butri, vaſqu. &c. *vt ap.* Ludolph. Schrader. 1. *conſ.* 4. *num.* 286. per rationem: Quod longiſſimi temporis curſus habeat vim le-
81 gis: *l. hoc iure* §. *ductus aquæ, ff. de aq. quot. & æſt.* vel, etiamſi † de antiquiore poſſeſſione. (vtpote, quæ eatenus quidem longiſſimi temporis curſu antiquata) appareat, ſiue doceatur: Barth. *l. fin. in fin. C. vnde vi.* Franciſc. Balb. *d. l. Celſus num.* 105. Menoch. *d. præſ. num.* 12. Et recup. *rem.* 13. *num.* 70. & *d. caſ.* 43. *n.* 8 & *ſeq.* Franciſ. Rip. *c. cum Eccleſia Sutrina nu.* 99. *de cauſ. poſſeſ. & propriet.* Vaſqui illuſtr. controu. 2. *c.* 79. *n.* 16 Schrader. *d. conſ.* 4. *n.* 285.

82 Atque ita, longiſſimi † temporis, 30. vel 40. annorum præſcriptionem tam in poſſeſſoriis, quam in petitoriis, contra ordinarias etiam actiones, titulum bonamque fidem præſtare, & poſſeſſoris cauſam tutiſſimam reddere, communiſſima, & vera eſt DD. traditio: *per ea quæ ſup.* Matth. Coler. *de pro-*
83 *ceſſ. Exſecut.* 1. *cap.* 3 *num.* 136. & *ſeqq. l.* (*Vbi* † poſt Matth. Weſenbec. *conſ.* 14. *de fideiuſſorib. num.* 77. recte affirmat: quod de iure Saxon. in terris non modo prouincialibus, ſed omnibus vicinis, poſt 30. annos nulla amplius habeatur ratio bonæ vel malæ fidei) & *part.* 2. *c.* 3. *n.* 293. & *ſeqq.* & *c. de quarta n.* 46. &
84 *ſequentib.* & *c. quoniam, fin. per tot. vbi n.* 26. *ait.* Innocentium † d. capituli fin. conditorem, qui iurat tutori debuiſſet, nihil aliud egiſſe, quam, quod, iura eneruarit, & quaſi in totum tollere, aut euertere voluerit, præſcriptionum materiam, obſeruatione, & tot vigiliis imperatorum excogitatam & inuentã: contra *l. ſi quando,* 35. *in fin. pr. C. de inoffic. teſtam.*

85 Cum tamen † longiſſimi temporis præſcriptio, ſumme ſit fauorabilis & æquitate, tam naturali, quam ciuili nitatur, eatenus: quatenus, cum patientia, & quaſi conceſſione aut permiſſione: eius, contra quem præſcribitur, procedit: *per ea quæ late* Coler. *ibid. in ſequentib.* & Cæpella Tholoſ. *quæſt.* 74. Carol. Molin. ad Alex. 4. *conſ.* 99. quicquid nimis generaliter contradicat Anton. de Padil. *l. ſi quas actiones n.* 42. *C. de ſeruit. & aq.* Etſi enim, & in perſonalibus actionibus bona fides requiritur: quod recte cum aliis Padil. Tamen, anne triennalis aduerſarii patientia & præſcribentis poſſeſſio fidem bonam præſtent, conſiderandum eſt.

86 Quomodo conſtat, & ipſe, textus d. c. fin. clariſſime arguit, † notoriã tantummodo & intolerabilem, ac quaſi mortali cum peccato coniunctam malam fidem, longiſſimi etiam temporis præſcriptionẽ impedire: Quatenus ſcilicet, ob perpetuam, vel iuris publici, & communis, vel partis reſiſtentiam, vel & doloſæ fraudis conſcientiam, mala fides præſcribentis corrigi, aut in bonam transformari nequit: Innocentius. *cap.* 2. & *ibi Iohan. Andr. num.* 6. *de in integ. reſtitut.* Balbus *d. l. Celſus. num.* 105. Panormit. *cap. ſi. diligenti. num.* 15. & *ibid.* Pariſ. *n.* 26. *de præſcript.* & 1. *conſ.* 40 *num.* 33. & *conſ.* 100 *n.* 67 Ferrarienſ. *in form. reſponſionis rei conuenti, verb. præſcriptionis num.* 17. Plot. *l. ſi quando, n.* 199.

Google

nu.199.& 260. vbi de mala fide loquitur doli præſumptionem habente, Cranet.*conſ.*142.*n.*12.Roland. Vall. 4.*conſ.60.n.*47.Pinel.*ad l.*2.*p.*2.*nu.*37. *C. de reſcind.vendit.* Rip.*c.cum eccleſia n.*24. *de cauſſ.poſſ. & propriet.* Menoch.*d.præſ.*130: *n.*13.33.*vſque ad n.*40. Et ita † accipio, DD.dicentes; cum mala fide, non præſcribi, in æternum: *per ea quæ ſup.* Et quæ poſt alios Henric.Roſenthal.*de feud.* 6.*concl.*77.*& ſequentib. vſque ad* 84. vel: poſſeſſionem etiam immemorialem, nihil efficere, ſi de initio conſtet vel appareat vitioſo: Alciat.*reſponſ.*164.*nu.*4. Pariſ. 1.*conſ.*27.*n.*19.*& conſ.*114.*nu.*8.Syluan. 2.*conſ.*67.*n.*28.Carol.Molin.*ad conſuet. Pariſ.*§.5 *n.*91.Hartm.Piſt.2.*quæſt.feud.*46 *n.*15. Cacheran.*deciſ.*101.*nu.* 31. Honded.1.*conſ.*96.*nu.fin.*Menoch.5.*præſ.*131.*nu.*49.& poſt eoſdem, Erneſt. Cothm.*Reſp. Acad.*30. *n.*29. 87

Et † iſtam ſententiam noſtram, inſinuat quoque, Ludolph. Schrader. 1. *conſ.*4.*n* 285.& ſeqq. vbi DD. ratione iuris reſiſtentis: & nu. ſeq. reſpectu probandæ ſcientiæ & patientiæ eius, contra quem præſcribitur: Et Alex. 3. *conſ.* 9. *ſub fin & 4.conſ.*11.*& 16.* Afflict.*deciſ.*107 *ſub fin.*Roland.Vall.1.*conſ.*2.127. Gabriel.Roman.1.*de præſumpt.concluſ.*1.*n.*59.*&c.* 88

Atque hinc eſt, quod, ſecus atque ſup.*n.*8.ex alijs dictum, præſumpta † mala fides, in longiſſimi temporis præſcriptione, ob bonæ fidei præſumptionem allegari vel attendi non poſſit aut debeat: *per præd.& quæ.* Barth. *l fin.*17. *C.Vnd.vi.*Decian.*conſ.*558.*n.*12.Couarr.*d.*§.8.*n.*4. vbi ait hanc opinionem eſſe communem, & tutam, etiam in longi temporis curſu, dummodo mala fides clariſſime non probetur: *& ibi. DD.* vt ſic, tanto communiſſima & tutiſſima ſit, in 30. vel 40.annorum præſcriptione: Roland. Val. 1. *conſ.* 3. *n.*93.Pariſ.3. *conſ.*32.*in fin.* Cephal.2.*conſ.*240.*n.*17.Carol.Ruin.4.*conſ.*44.*n.*17. Hondede, 1.*conſ.*83.*n* 44.*& ſequentib.& per ea quæ* Ant.Faber, *C.rer.iudic.7.tit.*13.*defin.*17. Et quod, † in foro etiam Eccleſiaſtico, malæ fidei præſumptio, 30.vel 40. annis elidatur, titulusque deficiens ijſdem ſuppleatur: teſtis eſt, Iohan. Wameſ. *conſ.*147. vbi expreſſiſſime, completam aduerſus eccleſiam 40. annorum præſcriptionem exigit, ob bonæ fidei & tituli defectum. Probantque eandem hanc noſtram ſententiam † iura clariſſima: quibus, aduerſus ipſam etiam Eccleſiam Rom. centenaria: aduerſus alios, vti & reſpubl. & minores, quadragenaria: aduerſus autem priuatos, tam clericos quam ſeculares, tricenaria præſcriptio admittitur: *per communiſſ.& iura,& DD.tradita.* 89 90 91

Præſumptam vero malam fidem hic, eam eſſe aiunt, quæ † vel ex antiquiore poſſeſſione, vel dubijs & incertis coniecturis, vel ex, neſcimus, qua, præſcribentis dubitatione ignorantia, vel errore, quaſi ex ſilice ignis excutitur: quod iura tam canonica, quam ciuilia nullibi tradiderunt: per prædicta: *& per ea quæ late* Coler.*d.c.fin.de præſcript. per tot. Et per communiſſ. iuris axiomata:* Quod ſemper in dubio, meliorem in partem, facienda ſit interpretatio: Et, 92

S 3 quod

quod temerarijs etiam, vel dubijs, aut erroneis ex cauſis excluſa fraude vel dolo, pro bona fide præſumatur: per notiſſ. DD. allegata.

Commentarius X.

De interdictis vel actionibus pœnalibus & non pœnalibus.

Svmmaria.

1 *Ex decima ſeptima interdictorum diſtinctione quædam ſunt pœnalia vel non pœnalia.*

2 *Pœnalia interdicta in heredes quatenus dentur?*

3 *Actio aliquando ſumitur pro interdicto.*

4 *Interdicti & pœnæ puncta diſtincte tractantur.*

5 *Ex eodem edicto datur interdictum, & actio.*

6 *Diſtributio huius Commentarii per quatuor quæſtiones.*

7 *Pœnalis actio, citra vllam intereſſe conſiderationem, concernit, rei, quæ de agitur, æſtimationem & n. 8.*

9 *Vel & abuſiue econtra ratione doli & contumaciæ.*

10 *Pretium rei, & poſſeſſionis, longe aliud eſt:*

11 *Intereſſe pœnam continet, & n. 13.*

12 *Pœnalis quæſtio, in omnibus interdictis locum habet, vbi probabile vertitur intereſſe.*

13 *Pœna intereſſe quoad fructus, ex tempore non litis conteſtatæ, ſed deiectionis & turbationis venit.*

14 *Præſtatio intereſſe, an debitorem liberet, difficilima eſt quæſtio:*

15 *Affirmatiua, quatenus procedat?*

16 *Et quatenus negatiua:*

17 *De tertio, æſtimationem, & intereſſe præſtantem longe magis dubia diſputatio:*

18 *Diuinatoria & erronea Cuiacii & Antonii Fabri correctio l. 51. §. 1. de re iudic. & n. 19.*

20 *Textuum ſententia retinenda eſt reiectis DD. correctiunculis vel corruptelis, n. 21.*

22 *Alius pro alio etiam inuito rectiſſime ſoluit, & quatenus n. 23. & ſeq.*

25 *Gloſſa in aliquibus quidem errat, ſed plerunque ſolida eſt & neruoſa. Correctiuncula DD. plerunque ſunt erroneæ.*

26 *d. l. 51. §. 1. ff. de re iudic. eſt planiſſima, & ſeqq.*

29 *In realibus, poſſeſſor conuenitur.*

30 Poſ-

Digitized by Google

- 30 *Poſſeſſor in realibus qualiter liberetur? & n.31.32.*
- 33 *Papin. & Vlp. antinomia: & n.34.*
- 35 *Verb. alius, eſt plerumque alterius excluſiuum.*
- 36 *Relata circa textus aliquot pugnæ ſubtiles magis, quam practicabiles.*
- 37 *Pœnalis interdictorum cauſa, omne intereſſe perſequitur.*
- 38 *Intereſſe illud ad punctum non præcepti, ſed iudicii pertinet.*
- 39 *Reſtitutio rei ſufficit regulariter quoad interdicti cauſam.*
- 40 *Saluis tamen aliis, ſi quid præterea abſit, actionibus.*
- 41 *Interdicta pœnalia, vel pecuniariam, vel banni aut priuationis pœnam comminantur.*
- 42 *Suntque vel ſimplicia vel arctiora, & n.43.*
- 44 *Pœnalium interdictorum quædam corporales pœnas interminantur.*
- 45 *Vel pœnam priuationis, ſuſpenſionis, excommunicationis, & n.46.47.*
- 48 *Pœnalia interdicta regulariter ſub mulctis pecuniariis decernuntur.*
- 49 *Reales ob iniurias, emenda viginti milium flor. indicta.*
- 50 *Sunt plurima comminationum & pœnarum formulæ.*
- 51 *Pœna litis pro conteſtata habendæ quidnam importet.*
- 52 *Pœna iniungendarum reſponſionum, &c. n.53. & ſeq.*
- 55 *Pœnale interdictum, ſi contraueniatur, declaratoriam requirit.*
- 56 *Clauſula comminatoria Ex nunc pro ut tunc, &c. citationem poſtea vel & declaratoriam ex neceßitate non requirunt, n.57.*
- 58 *Appellationis decendium currit à tempore ſententiæ, non termini præfixi.*
- 59 *Pœna amittendi iuris, ex l. exſtat: Quod met. cauſ. & n.60.61.*
- 62 *Teſtes moroſi mandatis pœnalibus compelluntur.*
- 63 *Pœna conuentionalis, quando valeat, & ſit exſequibilis? & n.64.*

PRo decima † ſeptima interdictorum diuiſione, diximus, quædam 1
eſſe pœnalia, quædam non. Cuius diſtinctionis argumentum nobis
præbuit non tantum generaliſſima iuris ratio, qua vel ſub pœna aliquid in-
iungitur, vt ſolet ordinarie fieri in mandatis pœnalibus, ſeu ijs, quæ dignã co-
ercitionem expoſtulant, vel ſine pœna, qualiter aduocatis, tutoribus, notari-
is, &c. interdici poteſt: vt, reſpectiue, patrocinium præſtent, defendant, acta
recipiant, calumnijs abſtineant, bona minorũ ſine decreto non alienent, &c.
ſed † etiam Vlpian. *in l. 1. §. Hanc actionem 8. ff. Ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ.* vbi 2
hanc actionem, ait, exempta legatorum miſſione, intra annum competere, &
non poſtea ſciendum eſt, cum ſit pœnalis, nec in heredes ſimileſque perſonas
dabitur, niſi in id, quod ad eas peruenit, &c. Vbi actio † ſumitur pro inter- 3
dicto: quippe, quod omnia etiam interdicta, ſub generali actionis nomine ve-
niant, per ea quæ ſuo loco diximus. Quamuis diſtinctus † & diuerſus ſit inter- 4
dicti, tum pœnalis actionis, vel pœnæ punctus: Ibi enim, prætor, recta & præ-
toria autoritate, turbantem, vel impedientem coercet, miſſumque vel tuetur,
vel etiam expulſum reſtituit. Hic

5 Hic autem, pœnæ nomine, iudicium † dat: *d.l.1.Vnde vides*, inquit Ol-
dendorp. quomodo ex eodem edicto prætoris, ex eadem cauſa, concedatur
interdictum, & actio: vides, quomodo pertineant ad eundem finem: in for-
ma duntaxat differunt: Interdicto prohibetur, mandatur moleſtatori, cum
clauſula iuſtificatoria: (vel ſine eadem) Actione autem, ſimpliciter vocatur
in ius, & conuenitur aduerſarius, nullo præcedente mandato, *claſſ.2.act.5.affir-
mat.1.* Quod poſterius ad differentiam actionis ordinariæ & interdicti per-
tinet: de qua alibi: Prius autem membrum, quo punctum vel cauſam man-
dati, à puncto vel cauſa ipſius pœnæ diſcernimus, huius eſt loci. Vbi 4. nobis
6 quærenda: quidnam † hic pœnali actione veniat, & quibuſnam interdictis
locum habeat? tum an præſtatio intereſſe debitorem liberet? quarto quot
modis pœnalia interdicta reddantur: Et quamuis proprie, actiones mere &
7 vere † pœnales, habeantur eæ, quæ non ad id, quod reuera actoris intereſt:
ſed ratione qualiſqualis delicti, citra vllam intereſſe conſiderationem com-
petunt, ad rei, de qua controuertitur, æſtimationem, *l.1.§.fin.ff.ſi quis ius dicen-
ti non obtemp. l.ſi per alium, §.1.ff. Ne quis eum qui in ius voc. vi exem. l. in eo quod
plus, §.in heredes, ff. De reg. iur. Et text. ſingul. & expreſſiſſimus, in l.579. inter hæc verba:*
8 quanti † ea res erit, vel quanti eam eſſe paret, nihil intereſt, in vtraque enim
clauſula placet veram rei æſtimationem fieri, vbi late & docte Goddæ. *& text.
in l.193.* Hæc verba: Quanti eam rem paret eſſe, non ad id quod intereſt, ſed
ad rei æſtimationem referuntur, *ff. de verbor. ſignif.* vnde & perſecutorias, qui-
bus ad intereſſe agitur, non tollunt, *l.45. & duab. ſeq. ff. pro ſoc. text. ſingul. & no-*
9 *tab. in l. ſi dies 4.§.7.ff. de dam. infect. l. ſtipulatio 21.§.7.ff. nou. op. nunc.* Tamen †
abuſiue, & illa actio pœnalis dicitur, qua reus, ratione doli, vel contumaciæ, in
intereſſe contemnatur & tenetur, *l. ex operis 12. tanti ſtipulatio committitur,
quanti iudicatum eſt, d. tit. text. expreſſ. d. l.1.§* Hæc verba quanti ea res erit, &c.
continent vtilitatem creditoris, vt quantum eius interſit poſſeſſionem habe-
re, ei tantum, qui prohibuit, condemnetur, *ff. Ne vis fiat, & l. ſi duo, §.11. eod.*
In hoc interdicto condemnationis ſumma refertur ad rei ipſius æſtimationem
quanti res eſt, quod ſic accipimus quanti vniuſcuiuſq; intereſt, poſſeſſionem
retinere.

10 Seruij autem † ſententia eſt, exiſtimantis, tanti poſſeſſionem æſtiman-
dam, quanti ipſa res eſt, ſed hoc nequaquam opinandum, longe etiam aliud
eſt rei pretium, aliud poſſeſſionis, *text. etiam l. fin. ibid.* idque etiam pro actione
pœnali habetur, *d.l.1.§ fin. & d.l 4.§.7.* Anton. Faber, *coniect.4.c.19.* Quod re-
11 ctiſſime ante eum, & Zaſ. *in d.l. ſi dies 4.§. in eum 7. dicens*, quod & intereſſe, †
pœnam contineat, quoad ſoluentem: Vnde etiam aliqua ratione pœnalis
actio dicitur, *per l. fin. ff. de eo per quem fact.* Et huiuſmodi pœnalis perſecutio,
non tantum in d. interdicto, Ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ. ſed etiam in ſeq. in-
terdicto de tabulis exhib. locum habet, *text. l. locum 3.§.11.* Condemnatio autē
huius

Digitized by Google

huius iudicij quanti interfuit æſtimari debet. Sed nec in his † duobus ſolum- 12
modo interdictis, pœnali, quoad intereſſe, iudicio locus erit, ſed etiam in
alijs, vbi probabile intereſſe dolo rei conuenti cauſatum eſſe, prætor intelli-
git, & iura alias communia admittunt, *per text. clariß. in l. 2. §. 5. ibid*: ſi quid fiet,
quod priuato noceret, prætor intercederet interdicto ſuo: Et text. adhuc
expreſſior *ibid. §. pen. ff. Ne quid in loc. pub. vel itin. fiat*, vbi dicit Vlpian. Quod
condemnatio ex eo facienda eſt, quanti actoris interſit, tolli quod factum eſt:
Vnde & Vlp. *l. qui reſtituere 68. tres caſus pœnalis reſtitutionis proponit, ff. de rei
vindic.* Atque ita † etiam in vnde vi interdicto, non modo pecorum demor- 13
tuorum, aut villarum exuſtarum, rerumque omnium, quantumuis alienæ fue-
rint, ablatarum, corruptarumue, ſed etiam omnis intereſſe ratio habetur, & æ-
ſtimatio, per reſtitutionem facienda venit, ita vt fructus & omnis vtilitas, in
actionem interdicti veniat, ex tempore non litis conteſtatæ, ſed deiectionis,
l. 1. §. 3. & §. Rectiſſime 34. & ſeqq. ff. de vi & vi arm. vide Donell. *ad l. 3. & ſeq.
C. Vnd. vi. lib. 16. com. cap. 8. poſt princ. & com. DD. ad princ. Inſt. de perpet. & tempor.
præſcr. & in l. honorariis, ff. de act. & obligat.*

Tertia † autem quæſtio: An præſtatio intereſſe debitorem liberet, vel 14
omnem interdicti cauſam ſtatim tollat, difficilior eſſe videtur. Et Vlpian. qui-
dem, *d. l. 1. d. §. hæc verba 5. ff. Ne vis fiat ei, qui in poſſ.* affirmatiuam non obſcure
tenet. Cui conuenit, quod idem iuris autor, *in d. l. locum 3. De tab. exhib. d. §. 11.
in ſequentibus explicando*: Quare inquit, ſi hæres ſcriptus, hoc de tab. exhib. in-
terdicto experiatur, ad hereditatem referenda eſt æſtimatio §. 12. Et ſi lega-
tum ſit, tantum venit in æſtimationem quantum ſit in legato, §. 13. Et ſi ſub
conditione legatum ſit, quaſi conditione exiſtente, ſic æſtimandum eſt, quia
pœna contumaciæ præſtatur, ab eo qui non exhibet, §. 14. inde quæritur ſi
hinc conſecutus æſtimationem legatarius poſtea legatum petat, an ſit audien-
dus? Et putem, ſi heres idem præſtitit, exceptione doli repellendum: ſi alius,
repelli non oportere? Et ideo etſi heres ſit, qui interdicto vſus, eſt æſtimatio-
nem conſecutus, eadem eſt diſtinctio, §. 15. Ita Vlpian. *d. l. 3.* Et iſta quidem
affirmatiua † planiſſima eſt, quoad primum allatæ ab Vlp. diſtinctionis mem- 15
brum, quod ſcilicet debitor, præſtatione iſtius intereſſe plane liberetur: ſi mo-
do illa æſtimatione & præſtatione, creditor, omne quod ſibi, cum rei, tum in-
tereſſe nomine debetur, recte conſequatur: ſic enim doli exceptione repelli
poteſt, quod idem bis exigat.

Ceterum, † ſi intereſſe ſaltem particulare aliquod præſtetur, vel tale, 16
quod omnem tam rei debitæ, quam intereſſe cauſam, non aſſequatur, in id
quod deeſt, actio vel interdictum non ceſſabit, *per l. Qui ſeruum 34. ff. de oblig.
& act. vide quæ dixi de contin. cauſar. c. 10. n. 8. & ſeq.* Sed alterum † diſtinctionis 17
membrum, quoad alium, intereſſe & æſtimationem omnem præſtantem, val-
de dubium, & controuerſum eſt, *per l. ſi quis dolo, 51. §. 1. ff. de re iudic.* vbi Paul.

T Si

Digitized by Google

Si quis creditorē miſſ:m in poſſeſſionē rei ſeruandæ cauſa non admiſerit: ſi vē-
ditor præſtiterit creditori quanti eius intereſſuerit, quæſitum eſt, an debitor li-
beretur? Et puto, improbum eſſe eum, qui velit iterum conſequi, quod acce-
18 pit. Etſi enim † Cuiac. ad ſentent. Pauli 4. *tit. 7. in fin. & obſ.* 12. *c.* 33. iſtam le-
gem reformare & corrigere conatur, in eo, quod, pro venditor, legendum pu-
tat debitor: vbi alij nonnulli, ſed barbare, vetitor legerunt, alij emptor, &c.
omnes vt caſum iſtius legis, iuxta prætactam Vlpiani diſtinctionem, in eadem
19 debitoris perſona, loqui euincant: iſta tamen emendatio, præter † id, quod
per ſe diuinatoria in plæriſq; , & periculoſa ſit, cum alijs, tum etiam nobis non
tantum plane diſplicet, ſed nulla etiam, in ipſo diſtinctionis argumento, ratio
eſſe videtur, quare in alio, aliud, quam in ipſo debitore dicendum ſit: cum v-
traque via creditor omnimodam ſui & crediti & intereſſe æſtimationem reci-
piat, & ſic improbe idem bis exigat: prout Anton. Fab. *d. c.* 19. inſiſtit. Sed do-
20 ctiſſimi D. Cuiacij ſententia, reiectis ſaltem iſtis † textuum correctiunculis,
omnino retinenda eſt, niſi & ipſius Vlpiani diſtinctionem velimus erroris in-
ſimulare. Quod enim Fabrum d. verbum venditor, quam reliqua, ab alijs, in
locum eius ſubſtituta, ex textu proſcribit, id multo adhuc magis, quam illa, &
diuinatorium eſt & temerarium.

21 Deinde, † quod diſtinctionem Vlpiani iſthac conciliatione tentat in-
cruſtare, quaſi ob alterius præſtationem aut condemnationem, ipſo quidem
iure debitor, vtpote, qui iſthac alterius condemnatione, nihil ſoluerit, non li-
beretur, ſed ſaltem tamen ope exceptionis, illud *text. d. l.* 3. non admittit, quo
expreſſe, ipſum qui omnem intereſſe æſtimationem præſtitit, debitorem vel
heredem, ope exceptionis, contra improbum creditorem idem bis exigen-
tem, tutum eſſe aſſeritur: dilucide poſtmodum oppoſita ea condemnatione,
quam alius, ob ſuam ipſius vicem, & ſic, ob cauſam, à debito, eiuſque ſolutio-
ne, vel debitoris liberatione, alieniſſimam, paſſus eſt, atque præſtitit. Poteſt
22 † quidem, alius, pro alio ſoluere, ipſo etiam inuito & ignorante, *text. in princ.*
Inſt. Quib. mod. tollit. oblig. l. ſoluere 53. *ff. de ſolut. l.* 61. in perpetuum, quoties id,
quod tibi debeam, ad te peruenit, & tibi nihil abſit, nec quod ſolutum eſt, re-
peti poſſit, competit liberatio: *d. tit. qua l. cum ſit Pauli.* vti etiam, *d. l. ſi quis dolo,*
eum, propter generaliſſimam ſuam, quam vtrobique ponit deciſionem, in
præſenti quidem caſu, à dicta Vlpiani diſtinctiuncula, alienum exiſtimare li-
ceat.

23 Sed ne antinomias † legum in iure admittamus, reſponderi poteſt,
d. l. 53. *&* 61. ita quidem obtinere, ſi ſaltem in cauſam debiti, & libera-
tionem debitoris, quantumuis ignorantis, fiat ſolutio: ſecus vero eſſe, ſi
extra hanc cauſam, in pœnam contumaciæ, & violatæ legis, fiat condemna-
24 tio, *d. l.* 3. §. 14. Et ratio diſtinctionis hæc † eſt, quod, ſi debitor ipſe, ſolu-
tione æſtimationis, ipſius rei, & intereſſe, non liberaretur, tunc duplum præ-
ſtare

Digitized by Google

ſtare cogeretur: quod eſt contra iura manifeſtiſſ. Sed ſi alius, dolo vel impe-
dierit, remue apprehenderit, & poſſidere deſierit, is, æſtimationem præſtan-
do, ſemel ſaltem præſtat pœnam doli & contumaciæ, quam reſtituendo rem
ipſam, potuiſſet purgare: creditori autem, nocere non debet, quo minus ille
aduerſus ipſum debitorem, vel quemcunque poſſeſſorem, adhuc, pro re ipſa,
habeat actionem, ſi modo alius ille, aut tertius ante conuentus, æſtimationem
præſtiterit, quam debitor ipſe poſſeſſionem iterum nanciſceretur, *text. l. Sti-
chum 95. §. dolo 9. ff. de ſolut. l. ne vllam, §. pen. ff. de petit hered. vid. gloſſ. d. l. 3. in fin.*
Ita vt *d. § dolo, 9.* Et *d. §. pen.* expungi & induci oporteat, ſi iſthæc conjectura
admittatur: Gloſſa † quidem, in aliquibus non modicum errat: ſed plærun- 25
que ſolida & neruoſa eſt in iuris cognitione: prona vero textuum correctio &
coniectura, hactenus quidem in plæriſque mihi ſuſpecta fuit, & erronea dili-
gentius intuenti deprehenſa. Quod ipſum, *in d. l. ſi quis dolo, 51. § 1. ff. de re ind.*
mihi accidit: Ibi † enim Pauli & ſententia & verba ſunt planiſſima, iſtis cor- 26
rectiunculis nequaquam indigentia: idque duplici quidem, quem ego inde
colligo, ſenſu: Primo enim, in iure noſtro, vti verbum creditor, ita & debitor,
generaliſſimum eſt, per ea qua Caſtrenſ. Donell. & alij, item Weſenbec. in
parat. *n. 7. ff. de reb. credit.* Iohan. Kitzelius *in proœm. nu. 3. & ſeq. eod.* quod etiam
venditorem, qui mercem venditam nec dum tradidit, eoque nomine tene-
tur, comprehendit, text. † *expreſſ. l. cum emptionibus, ff. de pact.* ſi igitur vendito- 27
rem, *in d. l.* accipiamus eundem, qui poſtea ibid. debitor nominatur, illud di-
ctæ Vlp. ſententiæ, *in d. l. 3. de tab. exhib.* omnino quadrabit. Vel ſecundo † & il- 28
le ſenſus atque caſus eſt: quod cum Titius mihi, vel æris, vel legati, aut præce-
ptæ hereditatis nomine, fundum aliquem hypothecaſſet, vel deberet, eum
poſtea vendit Sempronio: Hic, quia † in realibus non in venditorem, ſed 29
poſſeſſorem actio inſtituenda, *text. l. 1. C. Vbi in rem act.* Ego Sempronium, tan-
quam poſſeſſorem, & proinde debitorem conuenio, ſuper poſſeſſione fundi:
in quam & ego immittor, ſed, cum ille ſuum forte actorem, vel venditorem
laudaret, neque me admitteret, venditor euictionis cauſa intercedit, mihique
omne intereſſe ſoluit: hic † quæſtionis erat, an & debitor ſiue poſſeſſor libe- 30
raretur? Et rectiſſime eum liberari Paul. reſpondit *d. legib.* & Vlp. *d. l. 3. §. 15. de
tab. exhib.*

Quemadmodum & econtra, ſi dolo † Titius feciſſet, quo minus poſ- 31
ſideret, quod ex hereditate ad me pertinente apprehenderat: Et Sempronius
poſſeſſor, à me conuentus, vel corpus, aut litis æſtimationem præſtiterit: ea
res & Titio proderit, quia petitoris nihil intereſt: ita inquit Papin. *d. l. Sti-
chum 51. d. §. dolo, ff. de ſolut.* ſed ſi Titius † ille, ante à me conuentus, ex præte- 32
rito dolo, mihi æſtimationem rei, vel intereſſe præſtiterit, anne hoc eadem ra-
tione, poſſeſſori proſit? Et nihil eam rem poſſeſſori prodeſſe reſpōdit Papin. *ibi.*
ſed n. dicat aliquis, nonne tota hæc † Papiniani diſtinctio, cum ea, quam Vlp. 33

ponit, *d. l. 3. §. 15. de tab. exhib. & cum altero, quod tu ex d. l. 51. ff. de re iud.* attuliſti,
exemplo, ex diamerro pugnat, ita vt nulla ratione conciliari poſſe videatur?
Et ita quidem eſt, ſed conciliatio, veraque interpretatio non tantum ex eo de-
34 ſumitur: Quod Papin. † aperte in tali caſu loquitur, cum alter eſt poſſeſſor,
alter qui dolum commiſit & æſtimationem præſtitit, ante conuentus, quam
poſſeſſo: i res vel poſſ ſſio euincererur: Sed præcipue etiam ſumenda eſt, ex
35 vero intellectu vocabuli alius, quo vtitur Vlp. *d. §. 15.* Ibi enim, † per alium,
accipio eum, qui citra vllam legitimam cauſam, quam, cum, vel, à vero debi-
tore, vel & alias habeat, ex puro putoque dolo, rem innaſcitir, &c. Sic enim,
verb. alius, niſi copuletur præcedentibus, iure ſemper eſt excluſiuum, *per l. ſi
fundum* 81. *§. 4. ff de leg. 1. &c.*
36 Quoniam † vero iſta poſteriora ſubtilia magis ſunt, quam hodie qui-
dem practicabilia: Iccirco illud prius cum in iure tum in praxi adhuc rece-
37 ptiſſimum eſſe conſtat, neque vllum dubium eſt: Quod † pœnalis interdi-
ctorum cauſa, omne intereſſe perſequatur & comprehendat: quod, ſi ſolitis
vijs atque medijs probari poſſit, res plana eſt, ſin minus, iuramento in litẽ lo-
cus eſt, *text. expreſſ. l. ſemper* 15. *§. 9.* Sed quod inter fuit, aut per iuſiurandum,
quod in litem actor iurauerit, aut ſi iurare non poſſit, iudicis officio æſtiman-
dum eſt, *ff. Quod vi aut clam. text. l. ſi quando*, vbi Plot. *C. Vnd. vi. facit text. tot. tit.
de in lit. iurand. l. ab arbitrio* 18. *ff. de dol.* Neque magni ea ſunt momenti, quæ
Anton. Fab. *lib. 16. coniect. fin.* in contrarium, ſatis lubrice coniecturat. Dũmo-
38 do † id obſeruemus, quod intereſſe hoc, non via, vel in puncto præcepti ve-
niat, vel interdicti, ſed iudicij, quod prætor re poſtulante dabat. Vbi quæri ſo-
39 let, An ijs in caſibus, quibus interdictum, † reſtitutionem rei, cum damno &
intereſſe iniungit, præter illam, & alia quæ pœnæ, vel actio iniuriarum, ſiue de
dolo competat? Et cum interdictum in plena rei reſtitutione acquieſcit, nec
ſpecialem pœnam iniungit, reſtitutione contentos eſſe oportet, *per l. 2. §. præ-
tor ait, §. reſtituas & §. interdictum hoc, ff. Ne quid in loc. pub. & paſſim arg. omnium
interdictorum reſtitutoriorũ, &c. & text. ſing. l. ſanctio, ff. de pœn. l. doli clauſula. ff. de
40 V. O.* Honded. 2. *conſ.* 100. *fin. n.* 59. Attamen ſi quid prætereea ſingulari † dolo,
vel vi publica aut priuata, vel iniurioſe actum eſt eius nomine, ſingulares nihi-
lominus actiones competere iuris eſt plus quam manifeſti. Cum reſtitutio ex
interdicto competens, haſce actiones nullatenus contingat: *per ead. & l. ſi quis
in tantam. l. meminerint, Cod. Vnd. vi. l. extat, ff. Quod met. cauſ. l. creditores, ff. de vi.*
41 Porro, ſunt † & dicuntur quædam interdicta vel mãdata pœnalia, ob id, quod
cum pœnæ alicuius contaminatione exeunt, ni pareatur. Et hæc vel ſimplicia
ſunt, quę ſub pœna pecuniaria emanant, vel arctiora, quę ſub pœna banni, aut
priuationis decernũtur, in caſu contumaciæ, quod ſimplicibus nõ pareatur. Et
42 quãuis † hæc diſtinctio, cõpulſorialium de edendo propria & ſingularis eſt, ꝙ
illæ cõmuniter ſimplices vel arctiores dicuntur. Tamẽ & ab executorialibus,

&

Digitized by Google

& omnibus denique interdictis, vel mandatis tam inhibitorijs quam iuſſorijs
& generaliter compulſorialibus, nobis dictis, neutiquam eſt aliena, per ea quæ
And. Gail. 1. *obſ.* 134. Quinimo † non modo in arctioribus iſtis, ſed etiam in 43
cauſis fractæ pacis, vel & obſtinacis cuiuſcunq; contumaciæ, & quorumcun-
que caſuum propriorum, ſub pœna banni, contra Laicos, vel ſub pœna priua-
tionis, contra clericos mandata decernuntur: *de quib. part. 2. ordin. tit. 9. §. 3.*
cum ſeq. Gail. *in tract. de pac. pub. & d. obſ. 134. n. 4. vbi de arctiorib.* vel ſub pœna
† capitis, aut corporis afflictiua, quæ varia eſt, mandata emanare ſolent atque 44
poſſunt, certis in caſibus, & præcipue ijs, vbi alias ipſa lex vel ſtatutum, eiuſ-
modi pœnas præſcribit: qualiter in receſ. Spir. de Anno 1544. tranſitus ad
caſtra ſignaque hoſtium probibetur ſub pœna confiſcationis omnium bono-
rum, carceris, imo corporis & vitæ. Ita † ſub pœna priuationis beneficiorum, 45
& priuilegiorum, in cauſis profanis, vel & excommunicationis & ſuſpenſionis
à diuinis, in Eccleſiaſticis, mandari poteſt, *cap. contingit 2. c. in audientia &c. de*
ſent. excom. c. reprehenſibili de appel. c. 1. & c. cum non ab homine, vbi Ab. n. 27. &
alij. de iudic. &c. Quibus † peruicina eſt pœna priuationis officij: ſicut in re- 46
ceſ. de Anno 1548. typographis & librarijs ſub pœna grauiſſima pecuniaria &
præterea inhibitæ typographiæ, bey niederlegung jhres Handtwercks/ inter-
dictum ne famoſos libellos imprimant. Ita † cum aduocatis, tabellionibus, 47
negociatoribus, certis ex cauſis, interdici poſſit, ne poſtulent, vel pragmati-
cam exerceant, nec negocientur: poteſt quoque ijs, ſub pœna eadem inter-
dici vt in officio ſe contineant: *per text. l. moris 9. §. 1. 2. 3. 4. & ſeqq. ff. de pœn.*
Ordinarie † autem, ſub multis pecuniarijs, in cauſis præſertim ciuilibus, man- 48
data pœnalia concipiuntur: vti in Camera Imperiali, pro qualitatibus circū-
ſtantiarum, ſub pœna octo, decē, duodecim, viginti &c. marcarum auri puri:
quæ pœna etiā ad mille, bis mille, vel amplius marcas aſcendit: quemadmo-
dum & loco pœnæ banni, vel vbi alias ea non recte decernitur, interdum pro
ratione facti, reus, in bis mille vel amplius marcas condemnatur. Valet au-
tem marca puri auri ein Marck löttigs Golds, ſeptuaginta duobus aureis flo-
renis. Quamuis † & in florenis &c, fieri poteſt condemnatio: ſi videlicet 49
æſtimatio vel actio id ferat: qualiter notabilis exſtat ſententia S. iudicij Came-
ralis de 23. Febr. anno 1560. in cauſa realium iniuriarum N. V. actoris cont. V.
à G. iuniorem: qua pronunciatum, non licuiſſe reo actorem geklagter maſſen
delato modo, pulſare, vulnerare, excæcare, damnificare, ſondern er daran vn-
recht gethan/ facta loco pœnæ ſatisfactionis tremendæ Condemnatione, in
viginti millia florenorum.

At vero † plurimæ adhuc aliæ ſunt comminationum & pœnatum for- 50
mulæ, ſub quibus iudex recta interdicere & mandare poteſt: Vti, ſiue com-
pareas, ſiue non, ad partis inſtantiam nihilominus fiet quod iuris: ſic litis con-
teſtatio iniungitur ſub pœna quod alias lis, pro conteſtata habeatur. Qui † de- 51

T 3 clau-

clauſula nonnulli dubitant, cuiuſnam effectus ſit, & an per eam lis vel affir-
matiue vel negatiue conteſtetur? Et neutrum proprie, ſed tamen vtrun-
que ficte fieri exiſtimo: Eatenus ſcilicet, vt exceptionibus dilatorijs non am-
plius ſit locus, & vt actor eiuſque poſitionales ad probandum admittantur.
52 Vnde † in praxi, præmiſſa tali comminatione, & contumace nihil adhuc eam
curante, fieri ſolet interlocutio: Quod lis pro conteſtata ſit recepta, & pars
implorans zu ferner handlung/ ad vlteriorem deductionem vel probationem
53 &c. admiſſa. Ita in puncto † reſponſionum formula eſt pœnalis: Quod
articuli in pœnam non reſpondentis pro confeſſis habebuntur: quod fieri
ſolet in cauſis ciuilibus & poſt litem conteſtatam: *cap. 2. de confeſſ. in 6.* niſi
adſint paratæ probationes per Inſtrumenta: ſic enim & ante litis conteſtatio-
nem, ſub pœna confeſſ. poteſt recta iniungi reſponſio: *per ea quæ* And. Gail.
54 1. *obſeru.* 80. *& Com. DD.* de eiuſmodi † & aliis vrgendi proceſſus ordinarii
vel ſummarii pœnis atque modis ſiue clauſulis plenius dicemus in homilia,
ad tit. ff. de interrogationibus in iur. faciend. vbi modernus adhuc & perquam
neceſſarius iſtius edicti ac interdicti vſus theoricopractice explicatur.

55 Ceterum † quæſtionis etiam fuit, ſi mandato pœnali paritum non ſit,
an reus, in pœnam mandato inſertam abſque noua citatione ſtatim declarari
poſſit? Et non poſſe, ſed præuia ſaltem noua citatione fieri oportere, & iuris
& ſtyli eſt: *per ea quæ* Andr. Gail. 1. *obſeru.* 15. *& de pac. publ.* 2. *cap.* 3. *per tot.*
vbi declaratoria opus eſſe rectiſſime probatur, etiamſi per legem, vel ſtatu-
tum, vel mandatum, ipſo iure aut facto, pœna veniat infligenda. Quid ſi au-
56 tem † mandato pœnali in primo termino non pareatur, nec legitimæ ex
ceptiones apponantur, vel iiſdem oppoſitis, ſed nullis & irreleuantibus, ite-
rum paritio ſub clauſula, vel euentuali condemnatoria, Ex nunc prout ex
tunc iniungatur? quæ euentualis Comminatio ad promouendam itidem
iuris cauſam neceſſario ſtatim annectenda ex conſulto *Cam. de Anno* 76.
Anne & tunc citatione ac declaratione poſtmodum adhuc opus ſit, ni pa-
57 reatur? Et citatione † opus non erit, ſed ne quidem & declaratione, ſed
ſola executione: *per ea*, quæ de hac clauſula tradunt DD. apud Tyraquel.
de retract. conuent. §. 2. *gloſſ.* 1. *num*, 86. *& de conſt. poſ. part.* 3. *limit.* 2. *num.* 16.
Caualcan. *part.* 1. *deciſ.* 44. *in addit. num.* 8. Honded. *part.* 1. *conſil.* 44. *num.*
59. *& ſequentib*, Gail. *de pignorat. obſ.* 13. *num.* 6. *& paſſim* alii, interque eos D.
Cothman compater cariſſimus, *in reſponſ.* 17. *num.* 102. *& ſeq.* vnde & decen-
58 dium † appellabile non à tempore vel termino præfixo, ſed à tempore latæ
ſententiæ currere incipit, *ibid. num.* 106. ex Hippol. Riminald. *conſil.* 23. *num.*
38. *& conſil.* 99. *num.* 11. *& conſil.* 109. *num.* 1. *lib.* 1. Socin. iun. *conſil.* 106. *num.*
25. *part.* 1.

59 Quin & ea mandata pœnalia † omni merito dici poſſunt, *quæ ex l. ex-
ſtat. ff. quod met. cauſ. l. creditores. C. de vi priu. l. ſi quis in tantam C. vnde vi* ſub

pœna

Digitized by Google

pœna priuationis iuris decernuntur. quamuis alias, eiuſmodi conſtitutiones quoad pœnam † priuationis abſoluiſſe videntur; niſi forte talis pœna pri- 60
uandi vel amittendi iuris ſingularibus regni vel loci ſtatutis ſit renouata: per ea quæ dicemus *ad d. l. ſi quis in tantum*, vel n ſi in vim mandati præfigatur, quod fieri poteſt: *per ead. & per text. expreſſ. l. mancipiorum 6. vbi DD. ff. de opt. leg. l. Titia ff. de Accuſ. l. diffamari vbi DD. C. de Ingen. man. & Blarer. cap. 6. num. 16. & ſequentib. text. notabilis* † & ſingularis *l. 45. ff. de damn. infect.* Vbi Scæ- 61
uola: Ædificatum habes, ergo tibi ius non eſſe habere: non defendis: ad me poſſeſſio transferenda eſt: non quidem, vt protinus deſtituatur opus: iniquum enim eſt demolitionem protinus fieri: ſed vt id fiat, niſi intra certum tempus egeris, ius tibi ædificatum habere. *text. l. fin. in med. C. de iure domin. imp.* Ceterum † quomodo & quando in cauſis commiſſionum, & exami- 62
num, teſtes moroſi pœnalibus mandatis, ſe ſiſtere, vel teſtimonium dicere cogantur, tractatur *ad tit. de teſtib. cogend.* & ſimiliter dixi *ad d. tit. de interrog. in iur. faciend.*

Vti quoque alibi tractatur, An & quatenus pœna † conuentionalis 63
contractui appoſita valeat, & deſuper recte fiat exſecutio: *l. cum allegas 15. vbi DD. C. de vſur. & tx l. rogaſſe §. 1 ff. ſi cert. petat.* Alexand. & alii *l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verb. oblig.* Pariſ. 1. *conſil. 34. per tot. & conſil. 37. & ſeq. & conſ. 29. num. 26. dicens*, quod pœna conuentionalis commiſſa poteſt exigi: per tradita Bartoli & aliorum, *in l. ita ſtipulatus, in 2. quæſt. princ. ff. de verb. oblig.* Si videlicet iuri aut naturæ † contractus ſit conſentaneus, neque vſurariam 64
ſapiat prauitatem: *per ea quæ* Iaſ. §. *omnes inſt. de* actionibus. Panormitan. & alii & ſing. Bero *cap. dilecti de arbitris.* Carol. Molyn. *de vſur. quæſt. 8.* Afflict. *deciſ. 135. cap. Tuam de pœnit.* text. *l. Iulianus* 13. §. *ibid.* *Papin.* 26. *ff. de action. empt.*

COM-

Digitized by Google

Commentarivs XI.

De duplici Interdictorum puncto ſiue cauſa, poſſeſſorij ſcilicet & petitorij: *ad l. incerti 3. C. de interdict. &c.*

Svmmaria.

1 *Interdicta duplicem plerumque ſtatum reſpiciunt, poſſeſſorij & petitorij:*
2 *Interdictum, non ſemper dirimit cauſam, ſed reformata poſſeſſione ſaltem preparat.*
3 *Diſtributio huius commentarij in 5. quaeſtiones.*
4 *Theophilina interdicti definitio:*
5 *De iudicis informatione Duareni & Cuiaci ſententia: n. 6. & 12.*
7 *Rectus verborum intellectus, rectum producit ſenſum.*
8 *Hypotheſis verb. πολύσημον eſt.*
9 *Hic autem ſignificat cauſam totius negotij principalem.*
10 *Rhythmus & ῥυθμίζειν quid?*
11 *Hypotheſis verb. latiſſimam arguit interdictorum diſciplinam.*
13 *Datio & informatio iudicis trib. de cauſis fiebat: ratione fundandi iudicij, cum poſſeſſorij expediendi, & tertio decidendi petitorij: n. 14.*
15 *Poſſeſſionis verb ſimiliter polyſimon eſt:*
16 *Poſſeſſionis vox, in interdictis, ipſum inſiſtentia, vſus & detentionis factum denotat.*
17 *Unde poſſeſſorium iudicium,*
18 *Sub poſſeſſionis verbo, qualiſcunque etiam facti quaeſtio venit.*
19 *Vlp. duplicem interdicti ſtatum theoricopractice exponit l. liberis 7. ff. de lib. cauſ.*
20 *Petitorium poſſeſſorio oppoſitum vnicam proprietatis vel quaſi cauſam continet.*
21 *Petitorium dicitur cum de proprietate eſt quaeſtio.*
22 *Petitorium poſſeſſorio oppoſitum, non ſtricta vera proprietatis, ſed latiſſima, qualiſcunque vel dominij vel iuris ſignificatione ſumitur.*
23 *Poſſeſſio per ſe & in ſe conſiderata, non iuris, ſed facti.*
24 *Poſſeſſio non tantum corporis, ſed etiam iuris eſſe dicitur, ratione ſubiecti potius quam poſſeſſionis.*
25 *Petitorium, poſſeſſorio, quatenus hoc meri eſt facti, oppoſitum, non dominij tantum, ſed omnem & qualemcunque iuris pro poſſeſſione competentis rationem includit n. 26.*

27 Pro-

Digitized by Google

27 *Proprietas quatenus poſſeßioni opponitur, etiam vſumfructum, & conſequenter, quodcunque aliud iuris includit: velut libertatis. filiationis, bona ſama &c.*

28 *Poſſeßionis cauſa, quoad interdicta vel proceſſum, reſpectu nudi ipſius facti, quod in detentione verſatur, ſine vlla iuris conſideratione, an iuſte vel iniuſte quis poßideat, probabilis habetur.*

29 *Res non tantum corporales, ſed & incorporales, poßidentur:*
Licet illa magis proprie quam ha n. 31.

30 *Vti ius, quod poßideri poteſt, latißimum eſt, ab ipſo poſſeßionis vel actu, vel facto & reali conſideratione ſeparatum plane & ſeiunctum: Ita & proprietas poſſeßioni, vel petitorium poſſeſſorio oppoſitum latißimam habent ſignificationem, quodcunque ius includentia, ex qua controuerſia poſſeſſionis oriri ſolet atque poteſt.*

31 *Maxima eſt iudicij vt poſſeſſorij ita petitorij generalitas.*

32 *Petitorium longe generalius eſt quam rei vendicatio, non modo perſonales in rem actiones. ſed & condictionum & cuiuſcunq; litigij cauſam cōprehendens n. 33. 34. 35 36.*
Poſſeſſorium & interdictum datur etiam ſine vlla petitorij controuerſia: d. num. 4.

37 *Poſſeſſorii & interdicti tum petitorii campus eſt latißimus.*

38 *In bonis cuiuſcunq; quidnam computandum veniat?*

39 *Proprium cuiuſque eſt, quo quis vtitur fruitur, ſiue ſit dominii, ſiue ſeruitutis, ſiue quid aliud iuris.*

40 *Dominium & proprietas promiſcue, interdum vſurpatur.*

41 *Dominium eſt vocabulum generis, & duplex, proprietatis vel cuius alterius iuris.*

42 *Dominii ſpecies omnem rerum & bonorum generalitatem continent.*

43 *Dominium iuris & proprietatis, quid? n. 44. 45.*

46 *Dominium aliquando ſpecialiter, proprietas econtra generaliter vſurpantur: & 47.*

48 *Proprietatis cauſa, poſſeſſorio oppoſita, omnem iuris vel quaſtionis cuiuſcunq; diſputationem continet.*

49 *Petitorium nonnulli ſolis in rem actionibus tribuunt.*

50 *Publiciana. petitio heredit. omnes deniq; actiones iuriū incorporalium &c. petitorio continentur.*

52 *Petitorium tendit ad declarationem iuris, poſſeſſorium vero facti.*

53 *Actiones etiam mere perſonales, locati, venditi &c. rationem habent petitorii:*
Vel ſi agatur quod paries ſit communis.

54 *Petitorium plenam litigii controuerſiam continet.*

55 An poſſeſſorio vel petitorio agatur dependet ex arbitrio actoris:
Et ex concluſione libelli æſtimatur: & n. 56.

57 Poſſeſſoria omnia poſſunt & ſolent ſæpe ex cauſa petitorij colorari, iuſtificari: & nihilominus iudicium merè poſſeſſorium eſt: præſertim ſi actor deſuper proteſtetur: n. 58.

59 Iuſtificare poſſeſſionem aliud eſt, quam dominium probare.
Coloratio poſſeſſorij non inducit mixturam petitorij.

60 Petitorium cautiſſime declinandum agenti poſſeſſorio.

61 Appellatione vtendum ſi petitorium iudex obtrudere velit:

62 Poſſeſſorium & petitorium diuerſo reſpectu ſimul tractari poteſt.

63 Veluti ſi poſſeſſorio agatur, reſpectu ſpolij, & ex iure offerendi reſpectu pignoris.

64 Reſtitutiones de more iudiciorum miris modis protrahuntur.

65 Petitoriæ probationes, ratione luitionis pignoris, non afficiunt vel remorantur poſſeſſorium alterius rei.

66 Pendente lite, vel & alias, nemo debet poſſeſſionis commodo priuari de facto.

67 Spolia & attentata principalis cauſæ terminationem ſuſpendunt, & ante eam reformanda: alias ſententia eſt nulla: n. 68.

69 Duplex poſſeſſorij & petitorij punctus an in omnibus interdictorum cauſis locum habeat?

70 Quæſtio alia facti, alia iuris: & in illa proprie, duplex cauſa poſſeſ. & petitorij occurrit.

71 Pro vario tam poſſeſſorij quam petitorij facto ius varie dicitur.
Poſſeßio vel quaſi ratione facti ſæpe datur, citra vllam petitorij controuerſiam.

72 Quæſtio iuris certi, vno ſimplicis petitorij puncto debet expediri.

73 Certum ius eſt de quo conſtat per apertionem librorum.
In claris non opus coniecturis: vel probatione: & n. 74.

75 Compromiſſorium ſtatutum non habet locum in quæſtionibus iuris clari & expediti.

76 Quæſtio iuris dubij, æquiparatur dubiæ quæſtioni facti.

77 Dubie & multipliciter intellectum ignoratur, & iudicium ſuſpendit:

78 Quæſtiones iuris dubij & controuerſi ſubijciuntur ſtatutis compromiſſarijs:

79 Spurius legitimatus, ex teſtamento heres, an præferatur agnatis ab inteſtato, in poſſeſſorio immiſſionis.

80 Pro ſpurio legitimato reſpondit Roland. Vallenſ. è contra pro agnatis Menoch.

81 Mona-

81 *Menochij ſententiæ ſtandum quoad feudalia.*

82 *Cauendum iudici, ne ius certum pro incerto, & contra ſibi perſuaderi patiatur.*

Caſus & iudicia pro amicis, hoc eſt, affectibus occupata, ſunt euitanda & num. 83.

84 *Quæſtio iuris obſcura vel difficilis, an etiam in ſummis S. imperii, vel regnorum tribunalibus, duplicem poſſeſſorii & petitorii ſtatum admittat?*

85 *Facti interpretatio, plerunque & prudentiſſimos fallit:*

Ad quæſtionem facti non reſpondent præſides, vel iureconſulti, & quare?

86 *Iuris quæſtio, iuris & iuſticiæ præſides, præſertim Cæſareos atque regios latere non debet:*

87 *Præſides, iudicibus de quæſtione iuris dubitantibus ſolent reſpondere.*

Vti & Imperator, ipſis præſidibus, vel aliis immediatis magiſtratibus.

Imperatores in dubiis iuris quæſtionibus ad ſe Conſultationes ac relationes fieri debere paſſim mandant.

88 *Summos principes, circa ius hæſitare, dedecet:*

Præſides, principem conſulere non dedecet.

Principem, vno tam petit. quam poſſeſſorii mixto iudicio, litem dirimere anguſtius eſt, quam ſuſpenſo petitorio, ſolum poſſeſſorium ſubſternere.

89 *Principes ſummi regulariter committunt cauſas tam petitorii, quam poſſeſſorii reſpectu: ſummarie, ſola veritate facti inſpecta.*

90 *Cuiuſmodi clauſulæ, ſimultaneam tam poſſeſſorii quam petitorii expeditionem inſinuant.*

91 *Clauſulæ, ſola facti veritate inſpecta, & ſummarie, excludunt ſtreperos & ordinarios alias proceſſus:*

Ita tamen, vt ſubſtantialia cauſæ & proceſſus merita, ingenue obſeruentur, & veritas vndique præfulgeat.

92 *Principis, ad cauſam poſſeſſionis & proprietatis, facta commiſſio, iudici arbitrium relinquit, ex æquo & bono vel ex poſſeſſorio primum, & dein petitorio, vel ſimul ex vtroq; pronunciare.*

93 *Clauſula commiſſionis, ſummarie, ſola veritate facti inſpecta, non mutant naturam interdictorum, ſi qua proponantur, & expedienda delegentur.*

94 *Poſſeſſorium liquidum regulariter, etiam in commiſſionibus, præ petitorio, nedum liquido, eſt determinandum.*

95 ***Duplicem interdictorum proceſſum, princeps in dubio, non cenſetur abrogaſſe, & num. 96.***

Petitorio taxatiue commiſſum, excludit poſſeſſorium : & vice verſa.

97 ***Interdicta non minus quam aliæ actiones certam facti veritatem præſupponunt, omnibus modis conſiderabilem.***

98 *Poſſeſſorium quoq; aliquod eſt vel iuris vel facti.*

99 *Poſſeſſoria iuris, ſunt bonorum poſſeßiones ordinariæ, quatuor ab inteſtato, duæ ex teſtamento.*

Bonorum poſſeßio, æquiparatur petitioni hereditatis: niſi quod hæc ex iure ciuili, illa ex prætorio.

100 *Poſſeſſorium facti, ex inſiſtentiæ actu definitur.*

101 *Extraordinariæ bonorum poſſeßiones, vti, ventris, libertatis, filiationis ſiue Carbon. edicti nomine, quæ dantur ad interdicta pertinent.*

102 *Petitorium & poſſeſſorium, aliud maius, aliud minus: n. 103.*

Sacræ res vere non poßidentur.

104 *Minus, vel improprium poſſeſſorium, datur colonis, inquilinis conductoribus &c. n. 105. & ſeqq.*

108 *Tranſitus ad homilias ſequentes, de momentanea interdictorum poſſeſ. &c.*

1 DVplicem † vero plærunque interdictorum punctum ſiue ſtatum, cauſam & quæſtionem eſſe, *cum ex l. incerti 3. C. de interdict.* & alijs infra allegandis, & quæ de momentanea poſſeſſione dicemus homil. ſeq. tum ex Theophilina, & noſtra Interdictorum definitione, de qua ſupra homilia
2 1. diximus, liquido apparet. Dicit † enim Theophilus, quod Interdictum οὐ τέμνει non ſcindat vel dirimat τὴν ὑπόθεσιν, rem ſubiectam vel quæſtionem: (ſiue τὰς δίκας, lites; ſic enim Græci aliter loquuntur) ἀλλὰ ῥυθμίζει τὸν δικαστὴν, ſed quod inſtruat & informet iudicem, ὅπως χρὴ κρίνειν περὶ τῆς ὑποθέσεως, quomodo oporteat iudicare de hypotheſi.

3 Vbi quinque nobis † membra ſunt conſtituenda & explicanda ad conſequendam veram interdictorum rationem. 1. Quid iſthæc iudicis informatio importet atque velit. 2. Quænam hic vera ſit ratio, non tantum poſſeſſionis & poſſeſſorij: ſed 3. etiam proprietatis & petitorij. & 4. An duplici illi puncto in omnibus interdictis locus ſit: Quibus ſubiiciemus 5. Quod aliud ſit poſſeſſorium iuris, aliud facti: tum maius vel minus.
4 Et cum Theophilus, primum † quod attinet membrum, definiat Interdictum, ὁμιλίαν (vel vt alij Græci παραγγελίαν, ſiue vt latini, edictum, præceptum, vel mandatum) prætoris, quo non modo ſtatum poſſeſſionis, vel facti, regie & legitime reformet: ſaluo plerunque proprietatis iudicio, ſed etiam ῥυθμίζῃ, hoc eſt, inſtruat, informet, præparet, vt Vl-

pian.

Digitized by Google

pian, ait *l.* 1. §. *fin. ff. de aq. quotid. & æſtiu.* iudicem, quomodo iudicare oporteat
de ipſa hypotheſi vel negotio controuerſo: iſthinc ſumenda eſt explicatio. Et
Duaren. † *quidem lib.* 1. *diſput.* 20. breuibus interpretatur, effatum prætoris, iu- 5
dicem inſtruentis, quemadmodum in cauſa poſſeſſionis ſit iudicandum: Ita
vt Duaren. iſthanc iudicis informationem eo intelligat: quod Prætor compo-
ſita & quaſi ſopita poſſeſſionis controuerſia, vel potius circa eandem turba &
tumultu, per ſummariiſſimam interdicti cognitionem & ſententiam, iudicem
dederit, eumque inſtruxerit quomodo per pleniorem cauſæ cognitionem de
eadem poſſeſſione, vel ad reformandum vel ad confirmandum iudicaret. Cu-
iac. † *vero in parat. C. de interdict.* & cum eo alij paſſim DD. hoc reprehẽdẽdo, 6
informationem fieri aiunt reſpectu ſolius proprietatis, quonam ſcilicet ordi-
ne cauſam proprietatis iudex datus exequi & peragere debeat: Ita vt interdi-
ctũ nihil ſit aliud quã ordinatio ſiue Rhythmus futuri de proprietate iudicij,
quo etiam Prætor conſtituat, quis in iudicio petitorio futurus ſit Actor vel
reus: Cuiac. *d. tit. num.* 9. *vel ſicut ibidem num.* 1. vt interdicta nihil ſint aliud
quam decreta Prætoris, de poſſeſſione, vel quaſi: cum ſtatuit apud quem poſ-
ſeſſionem rei controuerſæ inter duos eſſe oporteat, interim, dum litigabitur
de proprietate apud iudicem Pedaneum, quem & mox dat inter eos, vt & de
proprietate cognoſcat, id eſt vter ſit Dominus. Sed † cum rectus verborum 7
intellectus, rectum plerunq; & ſenſum afferre ſoleat, quem Theophilus mul-
to generaliorem facit, quam Duaren. vel Cuiac. interpretantur: ſciendum eſt,
quod hypotheſis vocabulum, vti & multa alia, πολύσημον eſt.

Primo † enim vſurpatur pro fundamento & ſubiecto: deſcendit enim á 8
verbo ὑποτίθημι ſuppono, ſubſtruo, ſubijcio. Secundo ſumitur pro poſitione
vndiq; confeſſa, declarata, & iam per ſe demõſtrata: Hinc καθ' ὑπόθεσιν εἰπεῖν
dicere aliquid, ſed ita vt ad rem in ſpecie propoſitam, pro confeſſo & iam con-
ceſſo ponatur. Tertio pro præiudicio & præconcepto, quod tamen necdum
ſatis demonſtratum.

Hinc ἐξ ὑποθέσεως ἀπόδειξις, Cum quid demonſtratur ex eo quod præ-
ſupponitur quidem, ſed necdum tamen ipſum ſatis confeſſum & demonſtra-
tum eſt. Quarto ſumitur pro materia, argumento, cauſa, quæſtione eiuſque
ſtatu, quod, qua de re agitur, Trebatius appellare ſolebat: Dicitur etiam τὸ
κρινόμενον: λέγειν δὲ πρὸς ὑπόθεσιν: Plutarch. in Eror. Dicere aliquid quod ad
rem faciat. Et ita dicimus transferre theſin ad hypotheſin. Vnde Cicero in
topic. Quod Græci hypotheſin vocant, nos cauſam. Et ad Attic. Hypotheſin
hanc habent, eamque præ ſe ferunt, clariſſimum virum interfectum, rempu-
blicam perturbatam. & Symmach. 8. *epiſt.* 23. Epiſtolas breues eſſe non patieris:
quæ igitur ὑπόθεσις erit, paginæ longioris? Hoc igitur † ſignificatu apud 9
Rhetores & Iureconſultos receptiſſimo vtitur hic Theophilus: Quod Inter-
dictum non dirimat vel definiat ipſum negotium principale, ſed pro eo de-

 finiendo

finiendo ῥυθμίζει inſtruat, temperet, componat, informet iudicem, ſiue vt Vl-
10 pianus ait præparet, *d.l.1 fin ff. de aq. quot. & æſt.* Rhythmus † enim in Muſica
& Poeſi concinnam modulationem & compoſitionem notat; ſed tranſlata
ſignificatione κατὰ ῥυθμὸν certo modo & ratione, vel παρὰ ῥυθμὸν, contra
modum, præter rationem & decorum quid fieri, dicimus: Hinc d. verbum;
quo & Chryſoſtomus vtitur: τὴν οἰκίαν ῥυθμιζέτω ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ: Do-
11 mum quilibet ſuam ipſius componat, moderetur, regat. Et ita † generaliter,
in quocunque negocio, vel cauſa aut controuerſia, pro qualitate circumſtan-
tiarum facti, interdicto locum fuiſſe, indicat idem Theophilus, in verbis
præcedentibus: Vbi id, quod hypotheſin modo nominabat, ζήτησιν quæſtio-
nem appellitat: dicens ibid. quod interdictum οὐ τέμνει non dirimat τὴν ζήτησιν
cauſam vel quæſtionem τῆς φιλονεικίας controuerſiæ. Vnde percipere liceat,
12 quod nec † Duareni, nec Cuiacij interpretatio ſeorſim & ſeiunctim, ſed con-
iunctim admittenda ſit: Neque enim nudæ proprietatis ſpecialiter ſic dictæ,
vt Cuiac. neque nudæ poſſeſſionis iura, vt Duaren. vult, per hypotheſin hic
intelligenda ſunt: ſed vtraque ſententia coniungenda, eoque præterea exten-
denda, vt ad iſtam Theophili ὑπόθεσιν, eodem ipſo interprete, omnis & cu-
iuſcunque controuerſiæ ζήτησις referatur: quod ipſum ex ſequente petitorij
declaratione latius conſtabit. Et ita hoc priore membro teſtatum clarumque
13 eſt, per iſtam iudicis informationem † nihil aliud intelligi, quam quod prætor
iudicem, ſi opus fuerit, pedaneum, reddito iam interdicto, dederit, eumque
informauerit, inſtruxerit, & iuxta Vlp. præparauerit, quomodo non tantum
ipſius petitorij, cui poſſeſſorium ineſt, vel & ipſius poſſeſſorij altiorem indagi-
nem requirentis quæſtio eſſet cognoſcenda & decidenda: Quemadmodum
& eo nomine iſta informatio accipienda, quod per interdictum ipſa lis diſpo-
nitur, eo, vt conſtet quiſnam actoris vel rei partes ſuſtinere debeat, *l. inter liti-*
14 *gantes 62. ff. de iudic. l. 1. C. de ordi. iudic. l. 1. C. de offic. rect. prouin.* Sed † quomodo
etiam ipſum poſſeſſorij ſtatum recte reformaret & componeret: videndo an
etiam requiſita & merita interdicti, recte conſtarent, vel querelæ propoſitæ
conuenirent: Item, an quatenus & quomodo iniuncta paritio, factaque de-
ſuper ſponſio plene præſtaretur: vt clariſſime liquet *ex orat.* Cic. *pro Cæcin.* vbi
iudices vel recuperatores dati leguntur, qui in rem præſentem (quod prætori
minus vacabat) irent, & admotas exceptiones, teſtimonia vel probationes
reciperent, & plenam paritionem procurarent. Quibus explicatis, ſecundo
iam quærendum, quidnam videlicet Petitorij & poſſeſſorij quæſtio hic de-
15 notet. Et † cum poſſeſſionis verbum ſimiliter ſit ὁμώνυμον, ſignificans non
modo ſimplicem rei κατοχὴν detentionē ac inſiſtentiam, *l. 1. ff. de acq. poſſeſſ.*
ſed etiam ſecundo ipſam rem, quæ poſſidetur; dixi *c. 1. de materia poſſeſſ. & eſt
text. l. 78. ff. de Verb. Signif.* Item tertio ipſum rei vſum, *l. quæſtio 115. ff. de Verb.
Signif.* Et quarto quandam bonorum vniuerſitatem, *l. 1. & tot. tit. ff. de bonor.
poſſeſſ.*

Digitized by Google

poſſeſſ.& Inſt.eod.& dicemus infra ſub fin. Secundum † eſt, hic poſſeſſionis ver- 16
bum in prima eaque præcipua, & tertia ſignificationis poteſtate vſurpari, qua
ſcilicet ex ipſo detentionis & inſiſtentiæ facto atque vſu definitur, *d.l.1.& l.3.*
ff.de acq.poſſ.l nemo & tot.tit.C.eod.§.poſſidere, vbi Theophil. *Inſt. de interdict l.fur-*
tiuam 74.ff.de furt. eoque ſolo ſignificatu paſſim vſurpatur in omnibus fere le-
gibus *ff.C.& Inſt de interd.* Vnde † conſequens clarumque & notorium eua- 17
dit, iudicium poſſeſſorium hic eſſe & vocari, cum de poſſeſſione vel rei alicu-
ius detentione agitur, idque vel proprie, reſpectu veræ poſſeſſionis in rebus
corporalibus, vel improprie & large de quaſi poſſeſſione qualiſcunque iuris,
per ea quæ dixi, *d.c.1.&c.* Neque hoc tantum, ſed, vt ſupra dixi, de quacunque
quæſtione † facti, cui καταχρηστικῶς quædam poſſeſſionis ratio ineſſe videtur, 18
per text.expreſſ.l.2.§.fin.ff.ſi ſeruitus vindic.l.14.§.fin.ff.de Except.rei iud. Si qui-
dem non modo, de poſſeſſione vel fundi, vel ædium, vel vſusfructus, aut cu-
ius ſimilis iuris controuertitur: Sed litigari quoque & periculum eſſe poteſt,
de quaſi poſſeſſione ſecuritatis. Item permiſſæ alicuius facultatis eundi, agen-
di, nauigandi, *arg.tit.de locis & itin.pub. Ne quid in loc.pub.de flumin.vt in flum.pub.*
nauig Item officii l.2.§.1.ff.de interd. item ſtatus & libertatis, quomodo inſigni-
ter Vlp. duplicem interdicti punctum, ſiue differentiam poſſeſſorij † ac peti- 19
torij explicat, *in l.liberis etiam hominib.7.ff.de liberali cauſ.* Si quis, inquit *in § fin.*
ex ſeruitute in libertatem proclamat: petitoris partes ſuſtinet: ſi vero ex liber-
tate in ſeruitutem petatur, is partes actoris ſuſtinet, qui ſeruũ ſuum dicit: igitur
cum de hoc incertum eſt, vt poſſit iudicium ordinem accipere, hoc ante apud
eum, qui de libertate cogniturus eſt, diſceptatur: vtrum ex libertate in ſerui-
tutem, vel contra agatur? Et ſi forte apparuerit, eum qui de libertate litigat, in
libertate ſine dolo malo fuiſſe: is qui ſe dominum dicit, actoris partes ſuſtine-
bit, & neceſſe habebit, aduerſarium (in ſua libertatis poſſeſſione interim ma-
nentem & tutandum) ſeruum ſuum probare: Quod ſi pronunciatum fuerit,
eo tempore, quo lis præparabatur, in libertate eum non fuiſſe, aut dolo malo
fuiſſe, ipſe ſe liberum probare debet. Quidnam † vero tertio per petitorium 20
poſſeſſorio oppoſitum recte intelligatur, dubiæ, nec ſatis adhuc explicatæ
quæſtionis eſſe videtur: Præcipue, cum ſola atque vnica proprietatis cauſa,
tam poſſeſſioni, quam poſſeſſorio, paſſim in iure opponatur, & ſic vnice, peti-
torio aſſignati videatur; per text. clariſſimos, & expreſſiſſimos cum ſpeciales,
vt l.1.§.2. proponendi interdicti hæc cauſa fuit, quod ſeparata eſſe debeat
poſſeſſio à proprietate, *ff.Vti poſſid.& l.vn.in fin.* Ac ſatisdationis & trãſferendæ
poſſeſſionis edicti forma perpetua ſeruata, de proprietate cognoſcet, *C.eod.*
& § 4. Retinendæ poſſeſſionis cauſa comparata ſunt interdicta Vti poſſide-
tis, & vtrubi: cum ab vtraque parte de proprietate alicuius rei controuer-
ſia ſit, & ante quæratur, vter ex litigantibus poſſidere, & vter petere debeat.
Namque niſi ante exploratum fuerit, vtrius eorum poſſeſſio ſit, non poteſt
petito-

Digitized by Google

petitoria actio inſtitui: Inſt. *de interdict. text. l. fin. in fin.* in petitorem corpora
transferantur, ſecunda actione proprietatis non excluſa, C. *Quor. bon. & c.* Tum
etiam generaliſſimos, *vt l. incerti iuris non eſt*, orta proprietatis & poſſeſſionis
lite, prius poſſeſſionis decidi oportere, competentibus actionibus; vt ex hoc
ordine facto de dominij diſceptatione probationes exigantur ab eo, qui de
poſſeſſione victus eſt, *Cod. de interdict. l. ordinarii iuris eſt*, vt prius de poſſeſſione
iudicetur, & tunc demũ proprietatis cauſa ab eodem iudice decidatur, *C. de rei
vind. l. ſi quis pen. in fi. C. vbi in rem act. exerceri deb. l. ſi quis* ſuper ſui iuris locis pri-
or de finibus detulerit querimoniã, quæ proprietatis cõtrouerſiæ cohæret, prius
poſſeſſionis quæſtio finiatur, *C. fin. regund. text quoq; famoſiſ. in l. vn.* Ita poſſeſſio-
nis reformationẽ fieri oportet, vt integra omnis proprietatis cauſa ſeruetur, *C.
ſi de mom. poſſ. l. Acquiruntur* 10. §. 2. non ſolũ a. proprietas per eos quos in pote-
ſtate habemus acquiritur nobis, ſed etiã poſſeſſio: *& ibi*: per eorũ longã poſſeſ-
ſionem dominium nobis acquiritur, *ff. de acq. rer. domin. & text. l.* 35. Exitus con-
trouerſiæ poſſeſſionis hic eſt, vt prius pronunciet iudex, vter poſſideat; Ita e-
nim fiet, vt is qui de poſſeſſione victus eſt, petitoris partibus fungatur, & tunc
21 de dominio quæritur, *ff de acq. poſſ.* Atque † inde petitorium dicetur, cum de
proprietate eſt quæſtio, *l. qui petitorio, vbi gloſſ. & DD. ff. de rei vindic. vbi gloſſ.* ta-
men exponit, petitorio, id eſt actione in rem: ita vt petitorium idem ſit, quod
in rem actio, qua id, quod noſtrum eſt, nobis dari vel reſtitui petimus, *d. l. qui
petitorio, & tot. tit. eod.* Curt. *in l. edita, num. 1. C. de Edend.* Gomeſ. *in rub. num. 1. ff. ſi
cert. pet.* Menoch. *in prælud. recup. num. 8. vel, vt* gloſſ. *in l. momentanea, C. quis legit.
perſ. petitorium eſt*, cum aliquam rem vel poſſeſſionem ratione dominij pe-
to, vt perpetuo apud me ſit, Rip. *d. §. nihil com. num. 4.* Salicet. *l. vis eius num. 3. ff.
22 de probat.* At vero quod hiſce non obſtantibus, petitorium † vel proprieta-
tis iudicium, poſſeſſorio in hac doctrina oppoſitum, non ſtricta veræ proprie-
tatis, ſed largiſſima, qualiſcunque vel dominij, vel iuris, ſignificatione ſuma-
tur, & intelligatur, ex ſequentibus fundamentis inclareſcet. Et primo facit
23 axioma generaliſſimum; Quo poſſeſſio † per ſe & in ſe conſiderata, non iuris
ſed facti eſſe dicitur, *text. l. 1. §. 4. ff. de acq. l. 19. ff. ex quibus cauſ. maior.* Papinian.
24 quidem, poſſeſſionem ait plurimum ex iure mutuari, & † non tantum cor-
poris, ſed etiam iuris eſſe, *l. poſſeſſio 49. de acq. poſſ.* Sed hoc ratione potius ſub-
iecti, quam ipſius poſſeſſionis. Ergo, cum poſſeſſio ſit & habeatur facti: Con-
ſequens eſt, poſſeſſorium quoque in mero poſſeſſionis facto verſari, & proin-
25 de petitorium vel proprietatis † iudicium, poſſeſſorio oppoſitum, non domi-
nij tantum, ſed omnem, & qualemcunque iuris pro poſſeſſione competentis,
rationem includere. Pet. Heig. §. *æque num. 14. Inſtit. de action.* Frid. Bruckman.
2. *conſ. 22. num. 7.* Rectiſſime dicens in poſſeſſorio ibidem propoſito factum
ſaltem venire an & quomodo actor venatus ſit, in petitorio ius venire, an iure
venatus ſit aut venandi poteſtatem habeat.

Secundo

Digitized by Google

Secundo hoc probatur *ex l. Naturaliter* 12. *& l. permiſceri pen. ff. de acquir.*
poſſ. Ibi enim Vlpian. poſſeſſionem cum proprietate nihil commune habere
ait, loquens, vt ex principio legis apparet, de vſufructuario: Hic autem, Ve-
nulei. nonnihil expreſſius, poſſeſſionem, tam vſufructui, quam proprietati op-
ponit: permiſceri cauſas poſſeſſionis & vſusfructus non oportet, quemadmo-
dum nec poſſeſſio & proprietas miſceri debent. Vnde apparet, quod proprie-
tas, † quatenus poſſeſſioni opponitur, etiam vſumfructum & conſequenter 27
quodcunque aliud ius includat, *per l. fin. ff. Vti poſſid. l. fin ff. de ſeruitut.* Veluti
libertatis, *d. l. liberis 7. de lib. cauſ.* filiationis & parentelæ, *l. filius 7. ff. de ſtat. homin.*
integritatis, innocentiæ, ingenuitatis, bonæ famæ, &c.

Quod ipſum, pro tertio, & inde etiam liquet, quod ipſa poſſeſſionis † 28
cauſa, quoad interdicta, vel proceſſum, reſpectu nudi ipſius facti, quod in de-
tentione verſatur, probabilis habeatur, ſine vlla iuris conſideratione, an iuſte
vel iniuſte quis poſſideat, *l. 1. §. fin. & l. 2 ff. Vti poſſ. text. general. ff. l. vti frui. in fin.*
princ. quanquam fructuarius ius vtendi non habet: vincet tamen iure, quo
poſſeſſores ſunt potiores, *ff. ſi vſuſf petat. text. d §. 4. Inſt. de Interd. d. l. fin.* ibi: ſi v-
ſusfructus ſibi defendat poſſeſſionem, *l. ait prætor 2. §. fin.* Habere videtur qui
poſſeſſionē vel corporis vel iuris adeptus eſt, *ff. de precar. l. 9.* Qui ius pro here-
de vel poſſeſſore poſſidet vel rem hereditariam, *ff. de petit. hered. l. De aqua, 2. in*
fin. Tuendum eſſe eum qui hoc ius aquæ per rotam tollendæ poſſedit, *Digeſt.*
Com. præd.

Quarto conſtat, quod res † non tantum corporales, ſed & incorpo- 29
rales poſſidentur: licet illæ magis proprie quam hæ: per ea quæ dixi *tract. de*
mat. poſſeſſ. c. 1. n. 12. & ſeq. Ergo vti ius, quod poſſideri poteſt, latiſsimum eſt, ab
ipſo poſſeſsionis vel actu vel facto, & reali conſideratione, ſeparatum plane, &
ſeiunctum: ita & proprietas poſſeſsioni, vel petitorium † poſſeſſorio oppoſi- 30
ta, latiſsimam habent ſui ſignificationem, quodcunque ius includentia, ex
quo controuerſia poſſeſsionis oriri ſolet atque poteſt. Idque non obſcure, ſed
practice, & luculenter, docet Vlpian. in tit. Vti poſsid. ibi enim, *cum l. 1. §. 2.*
dixerat, huius interdicti proponendi cauſam eam fuiſſe, quod ſeparata eſſe de-
beat poſſeſsio à proprietate; non tantum eodem §. dominum & poſſeſſorem
opponit: quod ſcilicet fieri poſsit, vt alter poſſeſſor quidem ſit, Dominus non
ſit, & contra: Sed fieri poſſe ait, vt & dominus idem, & poſſeſſor ſit, & nihilo-
minus controuerſiam patiatur, *Vnde §. ſeq. 3.* Inter litigatores ergo, ait, quoties
eſt proprietatis controuerſia, aut conuenit inter litigatores, vter poſſeſſor ſit,
vter petitor, &c. Ita, vt controuerſia proprietatis, ibid. appelletur, quæ cuiuſ-
cunque iuris reſpectu, ſuper poſſeſſione mouetur: quod declarat vlterius,
l. ſeq. 2. ibi: qualiſcunque poſſeſſor, hoc ipſo, quod poſſeſſor eſt, plus iuris habet
quam ille qui non poſſidet.

Quinto igitur, ſententia hæc, vlterius ſtabilitur, ex generalitate iudicij,

Digitized by Google

quod petitorium vocatur, & ratione proprietatis competere dicitur, *d. l. Qui petitorio, & ibi com. DD. ff. De rei vindic.*

31 Illud † enim, ſicut & rei vindicatio, non tantum ratione proprietatis
vel dominij, proprie ſic dicti, competit, *l. officium 9.* ibi, rem meam, *d. tit.* Sed
etiam ratione ſeruitutis vel vſusfructus & ſimilis cuiuſdam iuris, *per præd. tot.
tit. ff. Si ſeruit. vendic. l. vti frui pen. §. 1. in fin. & §. ſeq. ff. ſi vſusfr. pet. l. 1. §. 2. l. Cre-*
32 *ditores 9. ff. de nou. op. nunc.* Denique ratione cuiuſcunque in rem actionis, † vt
pignoratitiæ, ſeruianæ, hypothecariæ, &c. *l. 3. §. Eſt autē perſonalis 3. ff. ad exhib.*
Hotoman *conſ. 19. num. 6. text. clariſſ. l. vn.* cum in rem actionem poſſeſſio pariat
aduerſario, *C. de alien. iud. mut. cauſ.*

33 Sexto, ſimiliter conſtat: Quod petitorium † longe adhuc ſit genera-
lius, quam rei vindicatio: Illud enim, perſonales etiam condictionum actio-
nes, & qualecunque ius comprehendit, ex quo actiones & petitiones oriun-
tur, & ſuper quo, controuerſia moueri poteſt: qualiter poſſeſſorium omnem
facti cauſam continet, qua generaliſſimum illud ius noſtrum poſſidemus, *per
præd.*

34 Hinc, ſi quis, vel ex † odio vel vindictæ cupiditate, aut qua alia obligatio-
ne, aut diſſenſione perſonali, aliquem, in perſona aut poſſeſſione, turbet, vim
& deiectionem comminetur; certe, in eum, interdicta comparata ſunt, etiam-
ſi nullam, reſpectu rei, vel poſſeſſionis meæ, controuerſiam, vel habeat vel
prætendat. Atque ita, petitorium, poſſeſſorio opponitur, non modo, quoad
actiones reales, vel perſonales condictorias, *per ead. & per l. 24. Is qui deſtinauit*
35 *rem petere. ff. de rei vindic.* Sed etiam † generaliſſime reſpectu cuiuſcunque liti-
gij, *d. l. 26. inter litigantes ff. de iudic.*

Septimo, hanc proprietatis, & petitorij, quoad poſſeſſionum cauſas, generalitatem, etiam confirmat Iureconſ. *in l. 1. §. fin ff. de Aq. quot. & æſtiu.* Meminiſſe autem, inquit, debemus, in hoc interdicto, totam quæſtionem finiri; non enim præparat, hoc interdictum cauſam, vt ſuperiora interdicta, neque ad poſſeſſionem temporariam pertinet. Vbi, id, quod alibi proprietatis vocatur controuerſia, generaliſſimo quæſtionis vocabulo inſignitur.

Quemadmodum idem fit, apud Theophil. *Inſtitut. de Interdict.* ſub ver-
36 bo, τῆς ὑποθέσεως & ζητήσεως, per ea, quæ ſup. Ita, vt omnis quæſtio † ſuper
qua, cuiuſcunque iuris reſpectu, controuertitur, quoad poſſeſſionis cauſam,
ſub proprietatis, & petitorij nomine veniat. Quod etiam non obſcure de-
claratur cum ex Iuſtinianea interdictorum definitione, in Inſtitut. vbi inter-
dicta reddita eſſe ait generaliſſime ſi de poſſeſſione contendebatur: Tum
ex quadam Symmachi epiſtola: in qua, momenti, hoc eſt interdicti, & poſſeſ-
ſionis, ex eodem competentis quæſtioni, opponit quæſtionem proprietatis
ſiue iuris, quod promiſcue vſurpat, quod expreſſiſſime etiam Paul. *d. l. 14. § fin.*

de Ex-

de Except. rei iud. & Vlpian. *d. L. 2. §. fin. ſi ſeru. vindic. &c.* Et ex la[illegible]ſſima Verbi
Quæſtionis aut controuerſiæ poteſtate arguitur: de qua late Ludolph. Schra-
der. de feud. p. 10. ſect. 1. n. 69.

Denique & poſtremo, ſi proprietatis quæſtio, hic tam ſtricte, in propri-
iſſima veri dominij ſignificatione vſurparetur; ſequeretur, † iſto ſolo caſu in-
terdictis & momentaneis poſſeſſionibus locum eſſe, cum reſpectu nudæ at- 37
que meræ proprietatis & dominij eſt controuerſia ſuper poſſeſſionibus: Sed
hoc eſt abſurdiſſimum: cum interdicta longe ampliorem ſui complexum ha-
beant.

Vnde etiam abſurdum foret, proprietatis vocabulo, in præſenti mate-
ria, latiſſimam illam, cuiuſcunque iuris controuerſi complexionem derogare,
per l. ſed etſi, ff. ad L. Aquil. vt ſic appareat, latiſſimos eſſe, tam petitorij, quam
poſſeſſorij & interdictorum campos. Et hanc generaliſſimam proprietatis ſi-
gnificationem, non obſcure arguit Vlpian. *l. Bonorum 49. ff. de Verbor. Signif.*
In bonis † autem, inquit, noſtris computari ſciendum eſt, non ſolum, quæ 38
dominij noſtri ſunt, ſed etſi bona fide à nobis poſſideantur, vel ſuperficiaria
ſint, etſi quid eſt in actionibus, *& Celſ. l. Rem in bonis 52. ff. de acq. rer. dom. vnde
& Cic.* Id cuiuſque proprium eſſe ait, quo quiſq; fruitur atque vtitur, 7. *Epiſt.*
131.

Neque † hoc, à Cicerone, tanquam Oratore potius, quam Iure-Con- 39
ſulto dictum exiſtimari poteſt: Cum Vlpian. quoque, non modo proprieta-
tem, ſed etiam ſeruitutes, & vſumfructum, & ſimile aliquod ius, ſub dominio
comprehendat, *l. ſemper 15. §. 8. ff. Quod vi aut clam.* Ergo inquit, nonnun-
quam etiam Dominij ratio habenda eſt; vt puta ſi propter hoc opus, quod
factum eſt, ſeruitutes amittantur, aut vſusfructus intereat: quod non tantum
tunc eueniet, cum quis opus ædificauerit: Verum etiam, ſi diripuiſſe opus
proponatur, & deteriorem conditionem feciſſe, vel ſeruitutum, vel vſusfru-
ctus, vel ipſius proprietatis. Quorum omnium conſideratione, licet proprie-
tas † & dominium in iure paſſim promiſcue & pro eodem ſumatur, *vt d. l. in-* 40
certi, Cod. de Interdict. text. ſing. l. ſi procurator 13. ibi: dominium mihi, id eſt pro-
prietas acquiritur, *ff. de acq. rer. dom. & per ea*, quibus ſupra probatum eſt, pro-
prietatem, eiuſue controuerſias, generaliſſime, poſſeſſioni, eiuſue quæſtioni
opponi: *& d. l. acquiritur 10. §. 2. de acq. poſſ.* quemadmodum etiam, dominium,
eodem alicubi, qua proprietas, ſpecialitate, poſſeſſioni opponitur, *d. l. incerti &
d. l. exitus controuerſiæ 35. de acq. poſſ.* ſicut etiam eadem ſpecialitate ſeruitutibus
opponitur, *d. l. bonorum, &c.* Attamen, tam commoditatis, † quam latioris 41
ipſius verbi poteſtatis gratia, Dominium tanquam vocabulum generis, recte
diuidi exiſtimo, in Dominium proprietatis, *per l. vti frui, in princ. & §. fin.* ibi:
proprietatis dominus. *ff. ſi vſusfru. l. pet. & d. l. acquiritur 10 § 3.* vbi etiam bis
legitur proprietatis dominus, *l. proprietatis dominium 4. Cod. de probat. &c.*

Et in dominium iuris, quod vel ſeruitutis eſt, vel poſſeſſionis, vel etiã obligationis, & competentis actionis, *per d. l. ſemper. d. §. in hoc interdicto 8 ff. Quod vi aut clam. l. 1. l. 2. ff. De ſuperfic. l. 4. ff. de vſufr. l. in venditione 8. De bon. aut. iud. poſſ. tit. ff. ſi ager vectig. tit. C de iur. emphyt. l. rem in bonis, ff de acq. rer. dom. l. pignoris ff & C. de pign.* Iohan. Robert. 3. *ſent. iur. c.* 18. *&* Ioh. Gœddæ. *l. recte dicimus 25. n. 7. d.*
42 *l. bonorum 49. n. 8. ff. de V. S.* Et quam late vocabulorum † rei & bonorum ſeſe poteſtas extendit, tam late etiam dominij ſpecies conſtituendas vel repetendas eſſe conſequitur: cum dominium noſtrum, nullo alio, quam rerum, & bonorum, & competentis iuris reſpectu æſtimetur. Sicut & Dominium, nihil eſt aliud, quam ius in re: vt recte Iohan. Althuſ. in iuriſprud. tit. de domin. pro ampliſſima verbi poteſtate: qua rei verbum, non res mobiles tantum, vel immobiles, ſed & actiones, obligationes, & omnia iura incorporalia, *ipſas etiam* perſonas, earumque facta comprehendit. Sicut vero dominium † iuris eſt
43 illud, quo ius aliquod nobis proprium eſt: & proinde Dominium vſusfructus, ius vtendi fruendi, itineris & viæ, ius eundi agendi: & dominium actionis vel obligationis, ius conueniendi & exigendi; Dominium poſſeſſionis, ius inſiſtendi, detinendi: Ita & dominium proprietatis † ſiue proprietas, recte defi-
44 nitur, quod ſit ius, quo ipſa aliqua res, proprietate noſtra, vel quo aliquid nobis proprium eſt. *text. l. arboribus 12. §. fin. de vſufr. tit. C. de iur. dom. imp. l. ita 16. §. 1. ff. de vſu & hab. l. ſi tibi fundi 17. ff. Ad l. Aquil. l. fœmina, §. fin. ibi*: pleno pro-
45 prietatis iure, *C. de ſecund. nupt.* Ita, vt appareat, dominium iuris, † illud proprie dici, quod in re aliqua habemus: proprietas vero, vel dominium proprietatis, ſit illud, quo res ipſa nobis propria eſt.

Etſi vero non modo commodiſſima ea partitio eſt, ſed etiam veriſſima, quatenus ſcilicet dominij verbum latiſſimum eſſe videtur: tamen vt ante quoque commonui, promiſcua ſæpe & indifferens eſt vocabulorum proprie-
46 tatis & dominij vſurpatio: Ita vt ſæpiſſime & dominium † ſpecialiter, & proprietas interdum generaliter accipiatur: *vt in d. l. fœmina, & text. l. cum in fundo, 78. ff. de iur. dot.* vbi dicitur maritus plenam proprietatem conſequi cum vſusfructus cum proprietate conſolidatur: Et facit § *fin. Inſt. de vſufr.* Cui contradicere poſſet videri *l. ſi Titio 10. ff. de Vſu. & vſufr. leg.* vbi Legatarius dicitur habere plenam proprietatem etiam ſine vſufructu.

47 Sed reſpondendum eſt; hic, proprietatis, † verbum ſpecialiſſime ſumi: illic vero, generaliſſime, complectendo etiam vſumfructum, & omne deniq; plenioris dominij ius. Qua conſideratione proprietatem & petitorium, poſſeſſioni & poſſeſſorio quoque opponi, ſupra diximus. Quod ipſum clarius adhuc & manifeſte demonſtrari poterit, *ex l. 2. §. 2. Digeſt. de Interdict.* vbi Paul. Quædam, ait, interdicta, rei perſecutionem continent, veluti de itinere

actuque

Digitized by Google

actuque priuato: nam hoc Interdictum, proprietatis cauſam continet: ſed &
illa interdicta, de locis ſacris, & religioſis: Item illa de liberis exhibẽdis, q̃ iuris
tuendi cauſa diximus cõpetere. Vnde luculentiſſime apparet, ꝓprietatis cau-
ſam † in generaliſſima ſui ſignificatione, pręſertim cauſæ poſſeſſoriæ oppoſitã, 48
omnẽ in genere iuris diſputationem, & cuiuſcunq; cõtrouerſię hypotheſin cõ-
tinere: id quod hac hon ilia commonſtrandum fuit. Et rectiſſime, ob id, *cum
alius plerisque DD.* Petitorium iudicium in iure illud dici concludemus, † non 49
tantum, in quo principaliter de dominio & proprietate alicuius rei agitur:
puta ſi agatur rei vindicatione in rem *l. cum fundum §. fin. vbi gloſſ. ff. de vi & vi
arm. cap. paſtoralis, de cauſ. poſ & propriet.* Quomodo nonnulli petitorium a-
ctionibus in rem, fere ſolis circumſcribere videntur: DD. ap. Menoch. *in
prælud. recup. n. 9.* Pruckman. *d. conſ. 22. n. 2.* Sed ſi etiam † agatur publicia- 50
na. *l. Eum qui, §. ſed ſi quis ff. de public.* vel petitione hereditatis *gl. pen. l. 2. C. de
edict. Diu. Adr.* vel actione perſonali ad rem: *Bald. conſ. 349. vol. 4.* vel ſi aga-
tur ad vſumfructum, vel vſum, aut aliam ſeruitutem: quia ſcilicet agens ad
iſta † iura incorporalia, cenſetur dominus iſtorum iurium: iuxta Alex. *in l.* 51
naturaliter §. nihil commune n. 4. ff. de acquir. poſſ. Specul. *tit. de cauſ. poſ. & prop.
§. ſequitur & § nunc dicendum.* Odofred. *l. momentanea n. 16. & ſeq. C. qui perſon.
ſtand.* Maran. *part. 4. diſt. 7. n. 1.* Bald. *l. ordinarij n. 5. 6. & 7. C. de rei vind. &
l. nulli, n. 2. C. de iudic.* vbi † inquit, quod petitorium tendit ad declaratio- 52
nem iuris: poſſeſſorium vero, ſit facti. Menoch. *in prælud. recup. n. 9. & adipiſc.
remed. 3. q. 17.* vel ſi agatur † locati, conducti, empti, vend. fam. erciſc. com. 53
diuid. fin. regund. &c. *arg. titulorum in id propoſit.* vel quando eſt contentio, &
concluſio fit ſuper bonis Bald. *l. incerti n. 14. C. de interdict.* Surd. *2. conſ. 166.
num 15.* Menoch. *prælud. recup. n. 9. & 11.* Honded. *2. conſ. 24. num. 23.* vel fun-
dum aut parietem mihi eſſe communem: *ibid. n. 31. & ſeq.* Denique iudiciũ
petitorium † in præſenti caſu comprehendit omnem plenam litigii alicuius 54
controuerſiam: *per ea quæ ſup.* late etiam Contard. *ad l. vn. quaſt.* Quid ſit peti-
torium 13. *C. ſi de mom. poſ.*

An vero quatenus & quando petitorium vel poſſeſſorium intentatum
cenſeatur, ex concluſione libelli † aut petitione finali æſtimatur: *vti com. DD.* 55
Pendet enim ex voluntate actoris, vtrum petitorio, vel poſſeſſorio, agere ve-
lit: per *l. Is qui adeſtinauit 24. ff. de rei vindic.* Honded. 2, *conſ. 22. n. 20* Quod ego
eatenus accipio, quatenus actor etiam poſſeſſorio recte agere poteſt, ſuſpenſo
petitorio: d. l. 24. & quatenus talis cauſa non eſt, quæ volente reo, ratione
mixti vel præponderantis petitorij, ex hoc præcipue & ſingulariter definien-
da veniat: per ea quæ de interdictis mixturam proprietatis habentib. tum de
ſpiritualibus rebus alibi diximus. Vti igitur petitorio † agi cenſetur, ſi ſuper 56
dominio, vel plena iuris cauſæ & negotii definitione concludatur & iuſtitia

Digitized by Google

imploretur: *per ea quæ ſup.* ita poſſeſſorio agitur, cum nuda facti, vel poſſeſſio-
nis ſiue adipiſcendæ ſiue retinendæ, ſiue recuperandæ quæſtio & reformatio
57 † in petitionem deducitur: *arg. omnium interdict.* Licet petitorii cauſa colo-
randæ ſaltem vel iuſtificandæ poſſeſſionis ergo admiſceatur: *per ea quæ* Cic.
in orat. pro Cecin. Bald. *l. incerti n.2.C.de interd.& l. Ordinarij C.de rei vind.* Bart.
l. ſi duo poſt princ. ff. vti poſſid. Menoch. *recup. rem.t. n.* 188. *vbi DD.* Honded. *d.*
58 *conſ.* 22. *n.*3.18. *& ſeq.* vbi † dicit hoc in omnibus poſſeſſoriis ita in dubio obti-
nere: *& conſ.*24. *n* 47. Præſertim ſi de non ſubmittendo in petitorio actor pro-
teſtetur: Menoch. *d. rem. n.*166. *&c. & conſ.*307. *n.*59. *&* 65. Grammat. *conſ. ciu.*
128. *n.*24. Magon. *deciſ. Florent.* 10. *n.*5. *& deciſ. Lucenſ.*66. *n.*1. Cõtard. *ad tit. C. ſi*
de mom. poſſ. lim 2. *rat. mixturæ* § 1. *n.*30. *& alij paſſim DD.* & Honded. *d. conſ.* 24 *à*
59 *n.*1. *vſq. ad n.*4. Aliud enim † eſt iuſtificare poſſeſſionẽ, aliud proprietatem pro-
bare *ibid.* ex Caſſado *deciſ.*4. *n.*3 *vt lit. pend.* vnde iſta coloratio mixturã petito-
rij non ſtatim inducit; Honded. *d. conſ.* 24. *n.*47. vbi actorem poſſeſſorio agen-
60 tem † cautum eſſe oportet, ne à parte aduerſa ad petitorium deuocetur: quod
fieri ſolet, ſi petitorij allegationes, & probationes, vel ipſe inconſultius in[illegible]
vel reum inferre, deſuperq; procedi, & probationes recipi permittat, quibus
poſſeſſoriũ forte eius expugnetur: Ex t[illegible]li enim vel expreſſo vel tacito actoris
conſenſu, iudex, in petitorio receptis probationib. pronunciare poſſet: Hond.
*d. loc. n.*39.50. *&*71. poſt Barth. *l. ſi quis ad fundum n.*2. *C. ad l. Iul. de vi pub.* Neuizã.
*conſ.*79. *n.*2. Menoch. recup. *rem.*2. *n.*163. *& conſ.*2. *n.*191. *& conſ* 437. *n.* 25. Vbi,
61 ſicuti † & alias, cum iudex, ad partis forte inſtantiam, actoris proteſtatione vel
contradictione non attenta, in recipiendis petitorij allegationibus probatio-
nibuſve procedit; appellandum fuerit, ne poſſeſſorio præiudicetur: *DD. ibid.*
Crauet. *conſ.*341. *n.*13. *& conſ.*408. *n.*7. Panor. *c. ex conqueſtione: de reſt. ſpol.* & fa-
ciunt *text. c. cum dilectis: de Elect. c. Ex parte* 67. *de appel.* Hartman. *in pract. for.* 2.
*tit. de poſſeſ.*45 *obſ.*6. *n fin.* Sed enim, quod huiuſmet concluſionis, aliquot in
62 praxi abuſus fuerim expertus ſciendum eſt: quod † nõ procedat, ſi poſſeſſorij
& petitorij cauſæ pro[illegible] ſint diuerſæ, eodẽ in iud[illegible] hærentes: quod [illegible]uſcu-
lis modis fieri poteſt: veluti, ſi poſſeſſorio inſtituto, petitorium non vt diuer-
ſum, ac principaliter, ſed vt idem cũ poſſeſſorio, eius colorandi gratia inſtitua-
tur: modo ne iſta coloratio eiuſq; probatio vel diſputatio in petitorium tranſ-
eundo, abſorbeat poſſeſſorium *per ea quæ ſup. c. paſtoralis vbi DD. de cauſ. poſ. &*
63 *prop.* Deinde, cum Sem[illegible] † ex iure [illegible]ferendi, contra Titium ageret, vt
pignus vel hypothecam qua Ti[illegible] [illegible]es, vltra [illegible] annos, paucula & cer-
ta quædam p[illegible]gi[illegible] [illegible]ontronei ſi [illegible] veluti quatuor [illegible] dierum operas tempore
meſſis, aut ſationis, vna cum ſex flor. per tot[illegible] annum poſſederant, ordinaria
actione recluere conaretur, Titius vero dominium, & iuriſdictionem ſibi ven-
dicaret: ita vt vterque ad p[illegible]ſit ora'es & defenſionales ſuper dominio eatenus
teſtes recipiendo litteraria documenta producendo probationib. certare coge-
rentur: Titius interea, quantumuis, extra & præter paucula iura quæ actor le-

Digitized by Google

gitima luitione euincere intendebat, peſſime fundatus, aulico quorundã fa-
uore confidentior, Sempronio, ad 300. Oues, iniquiſſimæ pignorationis præ-
textu, vt paſculationis ius, antea nõ controuerſum, diſputabile faceret, abige-
bat, tum paulo poſt, 53. floren. annuos, vna cũ gallinis, & aliis iurib. quæ ruſtici
vna cum ſolenni procuratione, Sempronio eiuſq; maioribus à trecentis & am-
plius annis, Canonis frumentarii, & ſeruitiorũ loco, tum ſuperioritatis & do-
minij reſpectu præſtiterant, inuolabat. Vbi, licet Actor, ex notoriſſimo poſ-
ſeſſorio, ſpoliorum, tum (quod pendente lite, & cõtra emiſſum principis ſub
mille thaleror. pœna de non amplius turbando mandatũ) attentatorũ iſtorũ
reſtitutionem rectiſſime vrgeret, ſed & pœnalia de reſtituendo mandata pu-
riſſima, apud principem æquiſſimũ obtineret: pro more tamen † iudiciorum, 64
præſertim, quod & illuſtr. princeps, fatis concederet, & Titius ap. ſucceſſorem
ducatus, in comitatu & gratia eſſet, miris modis reſtitutio protelabatur, calli-
deque procuratoris vel Aduocati ſtudio, hoc agebatur, vt interea ordinarijs
actionib. probationes peragerentur: vbi Titius iũ facta & producta ampullo-
ſa petitorij deductione, ſibi totũ pagum, & colonos, cum omni dominio & ſu-
perioritate, falſo quidẽ, contraq; propria partim acta & confeſſa, ſed, vti malis
in cauſis plærumq; fieri aſſolet, ſplendidiſſime arrogat, omnẽq; poſſeſſorii cau-
ſam petitorio abſorptam eſſe contendit: ſibi imputaturo actori ꝗ contra re-
ceptas petitorii allegationes & ꝓbationes nõ appellauerit, & ſic terminos poſ-
ſeſſorii rectius non defenderit. tum quod ſpoliationib. (iuſtiſſimo ſc. ſui & iu-
ris & poſſeſſionis vſu, quo paucula Titii iura, extra d. legitimæ luitionis actio-
nẽ, nullatenus offenderat) anſam dederit: vbi valeat illud prophetæ, væ qui
ſpolias, quoniam iterum ſpoliabere &c. Quis hic non videt, meris calumniis,
cauillationib. & ſtrophis, iuſticiã premi? Petitoriæ † enim probationes in or- 65
dinaria luitionis actione erant receptæ: neq; hilum quidem pertinebant, ad
violentiſſimorũ ſpoliorum attentatorumq; iuſtificationem, vel & poſſeſſorij
(præſertim quod cautiſſima deſuper interpoſita proteſtatione præiudiciali-
ter & ſeparatim, & continuis implorationibus vrgebatur) euerſionem. Et
quamuis actor ratione denegatæ vel protractæ in reformando † poſſeſſorio iu- 66
ſticiæ, prouocare potuiſſet: Tamen, quod & hic Reus latebras quæreret, & a-
ctor de meliore iuſtitia melius quotidie ſperaret, & maximas etiã appellatorii
proceſſus incommoditates ſumptusq; reformidaret: integrum ei liberumq;
fuit poſſeſſoriæ reformationi, tam in prima quam ſecunda Inſtantia inhærere:
per ea quæ late poſt alios Lancel. *de Attent part. 2 c. 4. declar. 4 & part. 3. c. 1. per tot.*
Quod ſc pendente lite, vti nec ante, poſſeſſionis commodo quis de facto pri-
uandus non ſit: *per vulgatiſ. & quæ ibid.* & per rationem: Quod notoria † eiuſ- 67
modi ſpolia & attentata ante deciſionẽ pendentis ordinariæ litis (præſertim in
in qua & actor hic probationibus petitoriis longe ſuperior) ſint celerrime
ſeueriſſimeque reuocanda: & quod eatenus cauſam principalem ſuſpendant:

cap. bona

Digitized by Google

cap. bona memoria de appell. tot. tit. ff. vtriuſq; iuris vt lit. pend. per ea quæ Minſing.
1. *obſ.* 26 *&* 3. *obſ.* 33. *& reſponſ.* 11. *num.* 44. Gail. 2. *obſ.* 146. *n.* 2. Caſſador. Bel-
68 lam. Rot. vt apud Lancellot. *d p.*3.*c.*30.*n.*128. Adeo † vt ſi pendente adhuc
attentatorum ſpoliorumque iudicio, in præiudicium reformandi poſſeſſorij,
vel eo, (vti hic etiam fiebat.) plane præterito, ſententia feratur, ea ſit & ha-
beatur nulla: Lancellot. *ibid. num.* 135. *&* 146. Vanti. de Nullitat. *tit. Quot &*
*quib. mod. n.*23. *&* 28. text. famoſiſſimi & pertinentiſ. *in l. ſi conſtiterit C. fin. reg.*
l. Cenſemus: ibi cognoſcat ſe compellendum non tantum rem redhibere &c.
C. de litig. cap. fin. & tot. d. tit. Vt lit. pend. c. accedens 1. *in fin. vt lit. non conteſt. cap.*
cum M. in fin. de conſtit. c. venientes 19. *in fin. de iureiur.* text. ſing. *c. fin. de reſtit. ſpol.*
Vbi pontifex eum, qui mota controuerſia, poſſeſſione pulſus fuerat, iubet an-
te omnia reſtitui integre & pleniſſime in eum ſtatum, quo fuerat, antequam
lis vel controuerſia moueretur &c.

69 Sequitur nunc, quarta † diſtributionis quæſtio, an duplex poſſeſſorii
& petitorii punctus, locum habeat in omnibus interdictorum cauſis? Et cum
ſint interdicta, quæ mixtam proprietatis cauſam habeant: *per ea quæ ſup. ſub di-*
uiſionibus &c. diximus, conſequens eſt in iiſdem regulariter ſimplicem vnius
expeditionis punctum verſari: *per text. ſing. d. l.* 1. *§. fin. ff. de aq. quot. & æſtiu.*
vbi com. DD.

70 Quia vero quæſtio † alia facti dicitur, alia iuris: *l. Areſcuſa l. idem erit ff.*
de ſtat. hom. l. mora fieri in pr. ff. de vſur. l. Eum quem 79. *§.* 1 *ff. de iudic. l.* 1. *& tot. tit.*
ff. de iur. & fact. ign. Vbi duplex ille interdictorum punctus, præcipue quo-
71 ad quæſtiones facti inuentus; quod † ſcilicet non tantum poſſeſſio, ſed & do-
minium quantumuis ex iure certo conſtat, ſit reuera facti: quod regulariter
probandum. per vulg. Quomodo etiam pro vario tam petitorij quam
poſſeſſorii facto, ius varie dicitur: *l. ſi ex plagis §. in clino ff. ad. l. Aquil. l.* 1. *ff de iur.*
& fact. ign. Vnde poſſeſſio, ſæpe ratione facti recte datur vbi petitorium
adhuc dubium: *per præd.* Hinc de quæſtionibus iuris quæritur, an & qua-
72 tenus circa illas vterque iſte punctus locum habeat? Et † diſtinguendum eſt
cum DD. quod ius, de quo agitur, vel certum ſit, & apertum: vel contra: Et
primo caſu, vno rectà iudicio, eſt terminanda: neque opus habet diſtractio-
nibus & varietate iudiciorum: *per text. elegantiſ. ſæpius citatum d. l.* 1. *§. fin. ff.*
de aq. quot. & æſtiu. & per l. ſcire ff. de legib. l. Ancillæ 12. *in fin.* Extra pœnam, rei per-
ſecutionem eſſe, nulla iuris quæſtio eſt *C. de furt. l. ornamentorum ff. de aur. &*
arg. leg. l. ille aut ille ff. de legat. 3. *cum multis ſimilib.* Bald. *l. cum prolatis* 32. *ff. de re*
73 *iud. & l. cum proponas C. de reb. cred.* dicens † certum eſſe ius cum de illo con-
ſtat per aperturam librorum. Et eſt ratio: Quod in claris non opus ſit conie-
cturis: *l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. d. l. ille aut ille §. cum in ambiguis.* Ne-
que probatione: *l.* 1. *ff. de in integrum reſt. l.* 1. *§. fin. ff. de dot. præl.* ita, † an liberi
74 parentibus, & vice verſa, vel frater fratri aut ſorori &c. ſuccedant ab inteſtato?

an pa-

Google

an parentibus liceat inter liberos condere teſtamentum? an minoribus liceat
actionibus tum interdictis experiri? & mille alia ſunt iuris clariſſimi, de quib.
ſtatim conſtat per aperturam vt Bald. *d. l. cum proponas dicebat* librorum. Vnde
& ſtatutum de faciendis compromiſſis † talibus caſibus, æque ac ſuper rebus 75
iudicatis vel tranſactis locum non habet: *l. poſt rem ff. de tranſact. l. 1. & tot. tit.
ff. de recept. arbit. & in ſpecie* Pet. Bellapertic. *d. l. cum proponas & cum eodem*
Blanc. *de compromiſſ. q. 3. in princ. n. 1.*

Secus vero † eſt, ſi quæſtio iuris, ſit dubia & incerta vel ob pugnantes 76
prudentum atque præiudiciorum etiam ſententias, vel quod ob ſui difficul-
tatem, magnam indaginem requirat: ſic enim æquiparatur quæſtioni-
bus facti, & eadem cum illis ratione tractanda: *per rationem*: Quod dubie
& multipliciter † intellectum ignoretur & iudicii ſuſpenſionem iniungat: & 77
eatenus ſit mixti ſtatus, tam facti nimirum quam iuris: *per vulg. & qua* Immol.
Butri, Panormit. *cap. cum dilectus: de conſuet.* Iaſ. *1. conſ. 35.* Socin. *in rubric. ff.
de reb. dubiis.* Marc. Mantua *ad rubric. num. 27. & ibi allegatus Bald ff. de offic.*
eius *cui mand.* Rolland. Vallenſ. *3. conſ. 22. nu. 36. & ſeq.* Blanc. *d. quæſt. 4. n. 2.*
vbi † tali caſu compromiſſum ſtatutarium omnino locum habet. *ibid. Ruin.* 78
3. conſ. 87. ſub fin. Corne. *1. conſ. 290.* Roland. *d. conſ. num. 39.* Vbi caſum ha-
bent concurrentium ſucceſſorum veluti agnatorum ab inteſtato, & ſpurii vel
filii naturalis legitimati per † teſtamentum vocati: quod, præſertim in cauſis 79
feudalibus quorundam locorum, difficillimæ aiunt quæſtionis eſſe, quæ ma-
ximam indaginem deſideret, ratione petitorii, ita vt valde laborent, vtri ex li-
tigantibus, agnatone *ex Quor. bonorum* vel ſpurio legitimato, *ex l. fin. C. de edict.
diu. Adr.* interdicto agenti immiſſionem, in vim meri poſſeſſorii ſaluo petito-
rio aſſignare oporteat? Et pro ſpurio † legitimato, an ad feudi ſucceſſionem, 80
cum domini conſenſu habilitato, reſpondit, Roland. *d. conſ. 22.* per rationes
dubitandi tum decidendi: vt ibi. Vbi econtra in alio caſu Comitum
de Corrig. pro agnatis conſuluit & reſpondit Menoch. *conſ. 180. & ſeq. per ra-
tiones vt ibi longius deducta.* de quibus latius dicemus, ſuo loco, *ad d. l. fin.*
Quamuis † ratione feudalium, vel & familiæ, affectorum prædiorum, aut 81
villarum cum Menoch. qui poſſeſſorium hic ex petitorio decidendum putat
pro agnatis, tanquam legitimis contradictoribus, & in dubio, formatiſſimam
iuris præſumptionem pro ſe habentibus, & ipſe reſponderem: licet aliæ quæ-
dam ratiunculæ, ex ſolennitatibus publicandorum teſtamentorum à Me-
noch. ibid. adductæ fragilioris ſint argumenti: quas diſcutiemus, *d. l. fin.*

Quia vero † ex hac ipſa diſtinctione, caſus & iudicia, interdum, pro 82
amicis: hoc eſt, pro fauore & affectu facillime figurari poſſunt: *arg. d. reſpon-
ſor.* Roland. & Menoch, &c. ſincerus iudex ſummopere cauebit, ne ius quod
ex apertura librorum certum eſt, incertum ſiue dubium, vel ipſe † faciat, vel 83

fieri aut perſuaderi ſibi patiatur: Et contra: Ne ſclicet ob frigidas interdum,
& ineptas DD. Correctiunculas, aut Velitationes incerta & ambigua pro cer-
tis ſibi venditari patiatur.

84 Vbi ſane difficilis eſt quæſtionis: An & quatenus in ſummis † S. impe-
rij & regnorum dicaſterijs memoratæ diſtinctioni locus eſſe queat vel & de-
beat? Cum ſummus princeps imperator, & ad inſtar eiuſdem, reges alij, iura
imperij atque regni cum publica, tum priuata, in ſcrinio pectoris habere me-
85 rito cenſeantur: *vti com. & verſ. eſt opinio.* ſiquidem enim † ſola ſolius facti
interpretatio plerumque etiam prudentiſſimos fallit: *l. in omni. cum ſimilib. ff.
de iur. & fact. ign. l. 1. & tot. tit. C. eod.* Vnde ad quæſtionem facti (citra ni-
mirum iuris applicationem, & quo ad ſe ipſam:) non reſpondet iureconſul-
tus: *l. mora ff. de vſur. l. eum qui temere* 79. §. 1. *ibi*: de facto conſulentibus,
non debent præſides conſilium impertire &c. *ff. de iudic.* Quod factum ne
ipſo quidem iure ciuili, poſſit infirmari. *l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de acq. poſſeſ.* Hinc
86 iuris † quæſtio, præſertim eos qui iuri reddendo præſident, fallere aut latere
non debet: cum primis ſi maximum imperatoris vel regis locum eatenus te-
neant. Vnde iudicibus de iure dubitantibus, ſolent præſides reſpondere:
d. l. eum quem temere, §. 1.

Quomodo vice verſa, & imperator, tam Præſidibus, quam iudicibus
87 dubitantibus, ex ſcrinio pectoris, ſacratiſſimi iuris πανδεχομένῳ, & † omni-
ſcio, ſine vlla dubitatione reſpondere ſolet: ſeque eo nomine ſemper & in-
trepide conſuli, & relationes ſiue conſultationes ad ſe fieri paſſim mandat: §.
pen. Nouel. de iudicib 82. Vnde tit. de appellat. & Relationibus *l. ad principem
l. ad imperatorem ff. eod.* item rubric. ſeu tit. C. de appellat. & conſultat. Etſi
88 enim & præſides ipſi, † circa iuris quæſtiones hæſitare poſſunt: *per præd.* im-
peratorem tamen vel regem hæſitare non decere videri poteſt: eo vt quæ-
ſtionem iuris, in poſſeſſorium, & ratione magnæ, qua diſtineatur hæſitatio-
nis, petitorium, diſtrahi patiatur: Cum longe forſan anguſtius, fuerit vno
ſolo petitorio & poſſeſſorium definire: arg. d. l. 1. §. fin. ff. de aq. quot. & æſt.
l. 2. §. Seruius 43 ff. de orig. iur.

89 Vnde, hoc † intuitu, plerunq; inferiores etiam priuatas cauſas dele-
gare aut committere ſolent ſummi principes reſpectu ſcilicet, tam petitorij
quam poſſeſſorij: ſub clauſulis, ſummarie & ſola facti veritate inſpecta.
90 Quales clauſulæ † ſimultaneam tam poſſeſſorii quam petitorii deciſionem
inſinuant: vti poſt Dec. *conſ.* 449. *n.* 21. Rub. *conſ.* 4 *n.* 12. Purpurat. *l. Edita n.*
240. *C. de edend.* Roman. *conſ.* 322. *n.* 4. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 17. *n.* 22. Gerard.
Mazal. *conſ.* 89. *n.* 97. Cacheran. *deciſ.* 1. *n.* 28. *& alios* Menoch. *conſ.* 2. *n.* 184. *&*
d. Conſ. 180. *n.* 7. Iohan. Baptiſt. Aſin. *ad ſtat. Florentiæ* §. 3. *c.* 34. *n.* 4. Clauſula
91 enim, ſola facti veritate † inſpecta, adimit ordinariū alias & ſtrepitum iudicii
pro-

proceſſum, ſummariumque, ſed tamen legitimum, per ſubſtantialia cauſæ merita tranſeuntem, & ingenua facti & iuris veritate nitentem commendar: *c. dilecti, vbi* Immol.& Aretin *de iudic.* Alexan. 3.*conſ.*6. *col.* 1. Rebuff. *ad conſtit. Gal*, 1. *de ſentent. exſec. art.* 9. *gloſſ.* 2 *n.* 4. poſt Rot. & alios. Menoch. *d. n.* 7.

Quomodo † & citra d. clauſulas, ad cauſam poſſeſſionis & proprietatis 92 per principem facta commiſſio, facultatem tribuit, vtrumque vel ſimul vel poſſeſſorium præ petitorio expediendi, prout dato iudici viſum fuerit eſſe conducibilius & æquius: Alex. 5. *conſ.* 98 *n.* 1. Socin. *l. Rem quæ nobis n.* 14. *ff. de acq. poſſeſ.* Franciſc. Marc. *deciſ.* 67. Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 51. *num.* 2 *in fin. & d. conſ.* 180 *num.* 9. *& ſeq.* dicens, non eſſe verum, quod Cacheran. *deciſ.* 47. *in fin.* æquius eſſe ſcribit, vt non obſtante clauſ. ſola facti verit. inſpecta, cauſa poſſeſſorij prius diſcutiatur. Quod ſane dubitationem † habet, & ex 93 natura cauſæ vel commiſſi iudicij, æſtimandum eſt: ſiquidem enim, de retinendæ, recuperandæ, vel adipiſcendæ interdictis agatur, & commiſſio deſuper cum ad reſtituẽdum vel pacificandum, tum ad totam cauſam, ratione tam petitorij, quam poſſeſſorij ſummarie & pro facti veritate decidendam emanet: certe natura intentati & commiſſi iudicij, per id non eſt abolita. Vt veriſſima † hoc caſu ſit ſententia DD quod poſſeſſorium præ petitorio, niſi hoc illud eui- 94 dentiſſime abſorbeat, ſit determinandum: & ita loquuntur: Alex. Franciſc. Marc. Socin. *d. locis.* Coraſ. *l. naturaliter §. nihil Com. in prælud. n.* 16. *ff. de acq. poſſ.* Barth. *l. Edita n.* 14. *C. de Edend.* Neutzan. *conſ.* 79. *n.* 27. Panor. *c. cum ad ſedẽ n.* 7. *de reſt. ſpol.* Et ita longe explicatius cũ iiſdẽ, & aliis loquutus eſt idẽ Menoch. *recup. rem.* 15. *quæſt.* 27. Et probant hanc ſententiam omnia iura, de duplici interdictorum puncto ſup. allegata. qualia princeps, in dubio ſuis commiſſio- 95 nibus tollere velle aut voluiſſe non videtur: cum & neceſſariam iudicij conformationem habeant vt ſciatur, vter actor vel reus, poſſeſſor vel petitor? hoc enim reſpectu poſſeſſorium & petitorium ſe omnino habent vt antecedens & conſequens: Qualia confundi non debent: præſertim in præiudiciũ poſſeſſorij, quod recte pro ratione interdicti aut conſtitutum aut reformatum, aut etiam conſtituendum in aduerſarium probandi onus reijcit reſpectu petitorij, *per præd.* ſicuti & Menoch. *d. conſ.* 180. loquitur in tali caſu, vbi ſpurius legitimatus *ex l. fin. C. de Eedict. diu. Ad. tollendo* immitti volebat, cui multis ex rationibus recte contradicit: quod ad generaliorem poſſeſſorij & petitorij confuſionem neutiquam eſt proferendum.

Vnde † ſtantibus etiam clauſulis, ſummarie vel ſola facti veritate inſpe- 96 cta, poſſeſſorium ante petitorium reformari aut conſtitui poteſt, ſi cõmiſſi interdicti vel negotii cauſa & ratio poſtulet vel admittat: quod licet ordo iſte ſit ex iure poſitiuo, æquitate tamen naturali nitatur: *per capit. paſtoralis in fin. de cauſ. poſ. & propriet. & per alia quæ ſup.* Et ita recte Catheran, (quo

Digitized by Google

97 cum eatenus cont. Menoc. ſenrio) d. q. 47. in fin. cum enim & interdicta † non minus, quam aliæ actiones certam facti veritatem præſupponant, qua nitantur: ea certe, per d. commiſſionis clauſulam, tanto minus excluſa, quãto magis dignæ cõſiderationi ſubiecta, ad conformandã vndiquaq; facti (quod in poſſeſſoriis certe militat) veritatem. Quo etiam facit, quod petitorium, taxatiue, vel ſolummodo commiſſum, poſſeſſorii prælationem non admittat: & vice verſa: per tritiſſimam *d. l. naturaliter* §. *nihil Com. ff. de aquir. poſſeſ.* & per rationem: quod Commiſſiones & mandata ſint ſtricti iuris: *per notiſſima.*

Reſtat nunc quinta adhuc quæſtio, An & quatenus aliquod poſſeſſori-
98 um eſſe dicatur iuris, aliud autem facti: Et eſſe † cum aliis ait Contard. *de mom. poſſeſ. in limit. poſſeſſorium iuris* 15. Quale iuris poſſeſſorium, continet tit, *ff. Inſt. & C. de poſſeſſionibus bonor.* cuiuſmodi poſſeſſiones bonorum, dicuntur ordinariæ, vniuerſitatem quandam bonorum continentes, & ius in proprietate tribuentes, Quarum ſunt ſex: quatuor ab inteſtato, vt vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor: Item duæ ex teſtamento ſe-
99 cund. & cont. tabul. Huiuſmodi enim poſſeſſiones, † earumque modi, non admodum differunt ab ipſa hereditatis petitione ordinaria: *l.* 1. *&* 2. *ff. & inſt. De bon. poſ.* niſi quod hereditatis petitio ex iure ciuili: bonorum vero poſſeſſio ex iure prætorio deſcendat: vnde bonorum poſſeſſorem, hæredem prætorium nominare licet: qui tamen & ipſe heredis appellatione continetur: *l. à conditionibus* 19. §. *pen. ff. de condit. & demonſt. l. hereditatis* 138 *ff. de v. ſ.* Poſ-
100 ſeſſorium † vero facti eſt, quod ex mero, poſſeſſionis, & inſiſtentiæ, actu definitur, ab omnis proprietatis vel petitorii quæſtione alienum & ſeparatum: de quo diximus in princ. quod petitorio opponitur.

101 Quo referuntur atque pertinent etiam poſſeſſiones † bonorum extraordinariæ; vt, ventris nomine, & illa, quæ datur gratia agnoſcendæ libertatis, nec non Carboniana: Iohan. Fab. §. *cum igitur num.* 6 *Inſtit. de bon. poſſ.* Bartol. *l Papinianus* §. 1. *ff. de inoff. teſt. Iaſ. l. quoties duplici num.* 27. *ff. de Reg. Iur.* Hæ enim, in mero inſiſtentiæ, ſeu poſſeſſoriæ detentionis facto conſiſtunt: Vnde etiam ad ordinem interdictorum pertinent. Ceterum, vti pe-
102 titorium duplex faciunt DD. aliud maius † aliud minus; Illud, in quo, ipſa vera & integra dominii cauſa tractatur: vti in petitione hereditatis, rei vindicatione, condictionibus: hoc, in quo, prioris quaſi connexum ac dependens aliquod venit: vt in famil. erciſcund. & commun. diuid. quemadmodum & ſeruitutum, & alia iura principalem dominii quæſtionem non continentia huic minori petitorio videntur adſcribenda: per ea quæ Fulgoſ. *l. incerti. n.* 5. *C. de Interd.* Bald. *l.* 1 *n.* 5. *C. Com. diuid.* Contard. *d. l. vn. q.* 13. *n.* 95. Ita, &
103 poſſeſſoriũ, † aliud maius aliud minus dicere licebit: Illud, ꝙ verã propriamq;

con-

Digitized by Google

continens poſſeſſionem,eiuſque cauſam,verum propriumque interdicti me-
retur auxilium: hoc, quod ſecus ſeſe habet. Quo referri poſſent, quaſi poſ-
ſeſſoria,pro rebus ſacris & ſimilibus competentia: quippe quæ vere non poſ-
ſidentur: quamuis tamen propria habeant & pro ijs competant interdicta.
Minus igitur poſſeſſorium illis dabimus, † qui proprie non poſſident, ſed ſal- 104
tem ſunt in poſſeſſione: vt,inquilini, coloni, conductores, & alij, qui in poſ-
ſeſſione potius eſſe,quam poſſidere videntur. Etſi enim ijs,vtpote non vere
poſſidentibus interdicta non dantur: ſcilicet propria & directa: tamen, vtilia
illis non deneganda: ſi modo cauſam interdicti legitimam habeant: per ea,
quæ infra in comment. Quib. & aduerſ. quos interd.reddantur. Vbi quæri
poteſt: An etiam in locatione & conductione † & denique in omnibus nu- 105
darum detentationum cauſis,aliquod ſit petitorium,à poſſeſſorio ſeparatum?
Et non eſſe videtur; per rationem, quod Titulum locationis & ſimilem, ne
quidem mixtum reddere poſſeſſorium, & ſic nullam petitorij mixturam im-
portare dixerunt: Bald. *conſ.330.num.2.& 7.lib.1.* ſicut etiam remed. *l.ſi quis
conductionis,Cod. locat.* non deſinit eſſe merum poſſeſſorium licet in eo contra-
ctus locationis ſit probandus: Roman. *l.rem aliquam num.*10.*Digeſt.de acquir.
poſſ. & poſt eoſdem* Contard. *de mom.poſſ. limit.2.§.5.num.penult.* Attamen, ſi
ſubtiliter † conſideremus, minus vel quaſi iam petitorium, quam poſſeſſo- 106
rium,& hic inueniemus: Cum & huiuſmodi detentatores, turbari ac ſpoliari
poſſint,in ſua qualicunque poſſeſſione, Vbi ſane, ſaluo aliquo cognitionis pe-
titorio, defendi eos oportet *: per ea quæ alibi dicemus.* Vnde & Colonum † 107
aliquid iuris admixti, & ſic quale quale petitorium habere, annuit Caſtrenſ.
l.peregre,num.3 ff.de acq.poſſ. Contard. *d.loc.* & hæc noſtra ſententia, confirma-
tur.per ea,quæ poſt alios,idem Contard.*ibid.in lim.rat.detentat. & text. clariſſ.
l. Aquilius Regulus,ff.de donat.&c.*

Atque iſta † quidem, de duplici interdictorum, quem plærumque ha- 108
bent ſiue contingunt,puncto,ſtatu,aut quæſtione, vel obiecto, ſatis, vel & ni-
mium explicate,dicta quis arbitretur: niſi connexæ adhuc aliæ, & dependen-
tes grauiſſimæ quæſtiones,quibus ῥυθμὸς & via aliqua præparanda fuit, reſta-
rent: & quidem ſolius poſſeſſorij reſpectu: veluti: Anne adhuc iam, &
quidnam ſit Momentanea interdictorum,quæ olim fuit,poſ-
ſeſſio? Item. An duplex vel multiplex ſit
poſſeſſorium?

Digitized by Google

Commentarius XII.

De momentanea interdictorum poſſeſſione, quid ea vere fuerit, & an adhuc vere ſit, locumque habeat in cauſis interdictorum vel mandatorum, *ad l. vn. C. ſi de moment. poſſeſſ. &c.*

Svmmaria.

1 *Interdictorum doctrina eſt valde ſpinoſa. & à DD. corrupta.*
2 *Diſtributio huius homiliæ in quæſtiones quatuor: quid ſit momentum, & momentanea poſſeſſio: An omnium interdictorum propria: vel an ne & aliis actionibus eam proſequamur? an adhuc iam ſit tale iudicium.*
3 *Momentaneam vt poſſeſſionem, ita & cauſam recte dicimus.*
4 *Iudicium momenti, vel momentaneæ poſſeſſionis.*
5 *Momenti vox æquiuoce vſurpatur: & primo exiguiſſimum temporis & forte 40. horæ partem vel minus ſignificat.*
Hora eſt 24. pars diei, punctus vero, 4. pars horæ, vel minimum eiuſdem momentum.
6 *Mominis, & momenti vſurpatio.*
7 *Momentum quoque ſignificat modicum temporis tractum, & n. 9.*
8 *De momento quandoque non curandum, ſed quandoque etiam maximopere, n. præced. 6. & ſequentib.*
9 *Præſentem & momentariam curam iniungit legatorum (vel commiſſi officii) expeditio.*
10 *Momentariis mulierum voluntatibus non ſemper deferendum.*
Momentaneum dominium non infringit regulam mendicantium.
11 *Momentum portionem exiguam: ſed & pondus aliquod notat, n. 12.*
13 *Momentanea poſſeſſio, quid importet? & n. 14.*
15 *Perpetuum non affert præiudicium momentanea poſſeſſio.*
16 *Momentaneam poſſeſſionem alii dixerunt eſſe, quæ ex ſpolio aut violenta deiectione habetur.*
17 *Alii, quæ per interdictum reformanda petitur: vel per iudicium ſpolii, & n. 18. 19. 20.*
21 *Alii quæ per interdictum retinendæ datur, propter armorum periculum.*
22 *Menoch. cum aliis quibuſdam triplicia retin. adipiſc. & recup. interdicta plenario, quod vocant poſſeſſorio admodum erronee ſcribit.*

23 *Mo-*

23 Momentanea poſſeßio eſt, quæ per interdictum datur, ſaluo petitorio.

24 Vnde &, vindiciæ, vel vindicta, vel fiduciaria poſſeſſio alibi dicta, & num. 31 32.

Hiſtoria de Virginii filia, & Appio Claudio, qui propter inſanum eiuſdem amorem, vindiciarum, circa interdicta, proceſſum neglexerat, & num. 25. 26.

27 Vindiciarum lis, mere fiduciaria, ſiue poſſeſſoria fuit, ſaluo petitorio.

Momentaneæ poſſeſſioni iudex datus, nec tantum ratione petitorii, ſed & poſſeſſorii recte reformandi.

28 Vindicatio eſt quintuplex: proprietatis, ſeruitutis, pignoris, poſſeßionis, vel cuius alterius in genere iuris.

29 Poſſeſſionis vindicta ordinaria vel extraordinaria.

30 Prætores, præſides, ac rectores prouinciarum dicuntur vindices, quod vrbes & prouincias ab inſolentiis & iniuriis malorum vindicent, & tuentur.

Aſſiduo, vindex aſſiduus, proletario ciui qui volet vindex eſto: quidnam ſit, remißiue.

31 Vindictâ, qualiter manumiſſio aſſerta? vbi reprehenduntur, qui vindictam feſtucam appellitant.

32 Momentanea, vindiciaria, fiduciaria poſſeßio ea eſt, quæ per interdictum datur, n. 33. 34. 35.

36 Momentanea vox reſtrictior eſt, quam momentum: Momentarium venenum.

37 Momentaneus pro ponderoſo, nullibi legitur.

38 Momentaria poſſeßio, dicitur etiam temporaria: vt temporarius tutor, num. 39.

40 Poſſeßio, ante interdictum occupata, ſed per illud reformanda, an recte momentanea dicatur? & n. 41.

42 Momentanea poſſeßio quæ per interdictum datur, adhuc Gallis dicitur Recredentiaria, ſiue fiduciaria, & in triplicib. tam adipiſ. quam retin. vel recup. interdictis locum habet: n. 43. 44. 45.

46 Poſſeſſorium, ſaluo petitorio, celebratur non tantum in recup. ſed & retin. ac adipiſcenda interdict.

47 Appellationes in omnium interdictorum poſſeſſoriis prohibentur.

48 Poſſeſſorii ſummarii & ordinarii diſtinctio reiicitur.

49 L. Momentaria 8. Cod. Vnd. vi. (male à Tribon. in tres leges diſtracta) ad omnes tres interdictorum ſpecies refertur, & publicata eſt, & num. 50.

51 Actoris in arbitrio non ſemper eſt, poſſeſſorio vel petitorio ſuum ad placitum experiri, & n. 52.

53 Mo-

Digitized by Google

53 *Momentaneum poſſeſſorium, an præter interdicta, aliis etiam ordinariis actionibus exerceatur? & n. 54.*

55 *De Poſſeſſione multis modis agi poteſt.*

56 *L. vn. C ſi de mom. poſſeſſ. appell. an locum habeat in poſſeſſorio per conditionem Trit. vel rei vindic. &c. inſtituto?*

57 *Quod negatur: Et ſolis interdictis accommodatur: & n. 58. 59.*

60 *Momentanea interdictorum poſſeſſio, non tantum ex oppoſitione petitorii, ſed celerrima etiam reformatione æſtimatur, & n. 62. 63.*

61 *Ab Etymologia vocis valida fit argumentatio.*

64 *Prætor ſingularem curam gerebat, vt lites minuerentur, & ne homines facile ad litigandum procederent, n. ſeq.*

65 *Verecunda & glorioſa eſt cogitatio eius qui lites exſecratur.*

66 *Vt omnes actiones, ita omnium maxime interdicta ad dirimendas lites, & tuendam pub. tranquillitatem ſunt inuenta.*

67 *L. properandum C. de iudic. diuina eſt conſtitutio quæ triennii metas, finiendis litibus etiam petitoriis præſcribit: Ergo multo magis poſſeſſoriis, num. 68. 69.*

70 *Venerandæ antiquitatis ſtudium, in exſecrandis & abbreuiandis litibus, ſepoſita affectuum malitia imitandum, reſuſcitandum.*

71 *Momentaneæ poſſeſſionis iudicium ſpacium aliquod temporis, ſed non nimis diuturnum deſiderat.*

72 *Dictiones L L. mox, ſtatim illico, vtilem temporis tractum admittunt.*

73 *Vt quam ocyſſime cum poſſeſſoriis tum petitorii reformatio procedat.*

74 *Modicum tempus debitoribus ſoluendi gratia præſtitutum Iuſtin. Imp. quadrimeſtre nominat.*

75 *Repente quid fieri, quatenus iuxta Barth. opinionem ad centum dies extendatur?*

76 *Modicum tempus, pro ratione ſubiectæ materia, etiam biennio circumſcribitur, vel triennio.*

77 *Gloſſa Accurſ. & DD. modico tempori, 7. 10. vel 20. annos tribuentes, turpiſſime alucinantur & ludunt.*

78 *Modicum tempus, non modo iudicis arbitrio, ſed ex legum mente ex poſſibili reformationis celeritate æſtimandum, in interdictis.*

79 *Triennium, multum temporis dicitur continere.*

80 *Immortalitas litigiorum, tam Iuſtiniani Imp. quam hoc noſtro tempore deteſtabilis ſed diuerſis ex cauſis, n. 81. 82.*

83 *Momentanearum poſſeſſionum cauſa, non modo reſpectu petitorii, ad 30. 40. 50. 60. 70. ſed ſui etiam ipſius, ad 5. 10. 20. 30. &c. annos proferuntur.*

Momentaneas poſſeſſiones nullibi terrarum amplius eſſe ſancte quis iurauerit, d. n. 82.

84 *Niſi*

Digitized by Google

84 *Niſi poſſeſſionem occupationis violentæ & per interdictum reformandæ momentaneam dicamus.*
85 *Abuſus vel neglectus rei, non tollit eius ſubſtantiam.*
86 *Interdicta, ſi, non ſemper & vbique, attamen ſæpe reſpectu cum poſſeſſorii tum petitorii prætoriè expediuntur.*
87 *Immortalitas vel diſtractio proceſſuum, ipſis partibus, bona ex parte, aſcribenda, & quare? n.88.*
89 *Mandata de non turbando, in ſaluberrimo Vti poſſid. interdicto fundatiſſima difficilimè, ex ſolius ſtyli obſeruantia redduntur, n.90.*
91 *Conſtitutiones imperii de pignorat arreſt. litig poſſeſſ. ex Vti poſſid. interd. promanarunt.*
92 *Poſſeſſio, ex interdicto, tam turbationis inhibitorio, quam pignoratorum vel arreſtatorum, reſtitutorio data, eſt momentanea.*
93 *Dilationes aut moræ iudicii non nocent parti.*
Qualitas rei, non mutatur ex eo, quod contingere poteſt.
94 *Curſus temporis non immutat ſubſtantiam veritatis.*
Non exemplis ſed legibus iudicandum.
Non conſiderandum quid Romæ fiat, ſed quid fieri oportebat.
95 *Conſtitutiones Imperii de pignorat. arreſt litig poſſeſſ. duplicem interdictorum punctum continent, & quo ad primum, ſunt momentaneæ poſſeſſionis.*
96 *In Quor. bon. & l. fin. Cod. de Edicti diu. Ad. interdictis, vel remediis, vti & in aliis pleriſque, momentanea adhuc iam poſſeſſio obſeruatur:*
97 *Sed cum querela, quod in vtroque tam poſſeſſorii quam petitorii puncto nimis proteletur proceſſus: vti Cic. ipſe, de ſuo tempore conqueritur.*
98 *Iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt.*
99 *Momentaneæ poſſeſſiones interdum ſub cautionibus dantur, vel confirmantur.*
100 *Cautio præſtita, ſi euacuetur, alia noua peti poteſt.*
101 *Non omnia interdicta habent Momentaneam poſſeſſionem: vel duplicem & ſeparatum poſſeſſorii ac petitorii punctum.*
102 *Momentanea vel quaſi poſſeſſio, ſeu potius dominium, quatenus detur in concurſu creditorum?*
103 *Suſpenſio à tutela, vel aliis officiis, quoad temporalem cauſæ cognitionem, cenſetur eſſe momentanea.*
104 *Tranſitus ad homiliam ſequentem, de duplici, an tale ſit, poſſeſſorii.*

1 VT ſpinoſam † & à DD. admodum corruptam interdictorum doctri-
nam, tanto melius extricemus, veramque iuris antiqui, omnibuſque ad-
huc hodie modis & merito, quoad cauſæ & proceſſus merita obſeruandi, tum
2 & poſſeſſorij, de quo diximus, rationem, peruestigemus: quatuor † hic quæ-
ſtiones perſtringemus.
Et primo: Quidnam reuera ſit vel fuerit Momentanea poſſeſſio, cuius
*in l.vn.C.ſi de mom.poſſ l.momentaria, Cod.Vnd.vi.l.moment.Cod.Qui legit.perſon.
ſtand.in iud. & alibi*, in iure mentio fit.
Secundo an omnia interdicta fuerint momentaneæ poſſeſſionis.
Tertio an præter interdicta, alijs quoq; actionibus momentaneam poſ-
ſeſſionem perſequamur.
Quarto anne pro ratione hodierni ſeculi, & proceſſus iudiciarij, adhuc
reuera ſit momentanea aliqua poſſeſſio, eiuſdemque iudicium. Vbi primo
3 ſciendum eſt: non modo poſſeſſionem, † ſed etiam cauſam poſſeſſionis, mo-
mentaneam recte dici, quod linguæ Latinæ proprietas admittit, & autoritate
etiam Caſſiodori 4.*var.* comprobatur. Vbi ait: ſi partibus veſtris in cauſa
momentaria, vel principali, iuſtitiam adeſſe cognoſcitis: & notat quoque Cu-
iac.*lib.5.obſ.19.in fin. Et faciunt text.clariſſimi l.1.§.fin.ff.de aq.quot.& æſtiu.l.fin.
C.quor.bon.l.nulli, C.de iudic.l.ſi quis, C.ad L.Iul.de vi l.1.C.Theod.Vnd.vi.* Eadem-
4 que ratione, iudicium poſſeſſorium † momentaneum recte dici puto, quate-
nus, pro ipſa poſſeſſionis cauſa accipitur, alias enim, rectius, iudicium mo-
mentaneæ poſſeſſionis diceretur: Vnde cauſæ momenti, in Legib. Theodorici
regis Gothor.& apud Symmach.&c.
Definiendi vero difficultatem auget, quod vox momentum (cuius
reſpectu *in d.l.vn.* momentariam poſſeſſionem dici conſequens eſt) æquiuoce
5 vſurpetur. Primo † enim ſignificat exiguiſſimum, & quaſi inſecabile tempo-
ris ſpacium, quod ῥοπὴν Græci vel ὀλιγοχρόνιον & ἀκαρὲς vocant, quod alij
quadrageſimam partem vnius horæ faciunt: hora autem eſt 24.pars diei, *l.mo-
re 8.ff.de ferijs & dilat.l.2 in fin.vbi DD.ff.de verb.ſignif.* punctum vero 4.pars
vnius horæ, Iohan.Andr.& poſt eum Panorm.*cap.1.num.7.de cauſ.poſſ.& prop.*
Quamuis minimum etiam quodque temporis ſpacium inſinuet: qualiter ap.
Mathematicos, punctum, non lineæ pars, ſed magis initium & apex: Vnde
Cic. Attende, inquit, paulisper, cogitationemque ſobrij hominis ad temporis
6 punctum ſuſcipe, *Philip.2.* Quo exiguiſſimi † temporis ſenſu, Lucret. Momi-
ne vti paruo poſſunt impulſa moueri. Eodemque ſignificatu, hereditatem per
ſeruum vel filium noſtræ poteſtati ſuppoſitum acquiſitam, nobis ſtatim acqui-
ri, neque vllo momento in perſona filij ſeruiue, conſiſtere Vlpian.ait, *l.placet.ff.
de acq hered.* Sic idem Vlpian. euaneſcere ſcribit donationem, quam per inter-
poſitam perſonam, ad vxorem maritus voluit pertinere, niſi aliquo momento
interiecto, ea res interpoſitæ perſonæ fuiſſet, *l.ſed interim §. Idem Marcellus ff.*
de do-

Digitized by Google

de donat.int.vir. & vxor. & l.ſicut, §.2.eo momento quo quis amittit vſumfructum & reſumit, *ff. Quib. mod. vſufr. amit. l. lex Cornel.* 5. §. 5. *qui inhabitat, non momenti cauſa.ff.de iniur.* Et Paul *l.cum Sponſus,* § *fin.in fin.* Eum publiciana vſurum ſcribit, qui rem à domino emptam vel momento poſſediſſet, *Digeſt. de public.*

Secundo ſignificat exiguum † & modicum temporis tractum, vt *l. Areſcuſa in fin.eo momento.ff.de ſtat.hom.* neque enim vno quaſi puncto parit mulier, ſed primo parturit, deinde nititur, & demum enititur, per ea quæ phyſici, &c. Sic Marcel. Duas obligationes eadem numeratione, vno momento, tolli ait, *l.in numerationibus.ff.de ſolut. & ſimilis caſus in l.fin.in fin.C.de bon. qua lib.* & Horat. Quid enim concurritur: Horæ momento cita mors venit aut victoria læta, *lib.1.ſermon.Satyr.1.* Vnde Hieron. Syros vero Heliſeus obſidentes in ciuitatem introduxerat, momentaria cæcitate percuſſos, cum quo ingrederentur, videre non poterant, *& l.fin.§.fin.C.de bon.quæ liber.* vbi † momentanea acquiſitio filijfam. (quam ipſi ſcilicet exiguo ſaltem & non durabili cauſæ tractu habuit) nihil prodeſt, patri, in acquiſitione vſusfructus, vbi Bald. Cyn. & alij, dicunt, non eſſe curandum de momento: Cum ſæpe tamen maximopere curandum leges teſtentur. 7 8

Tertio ſignificat maiorem aliquam temporis diuturnitatem, † ſeu viciſſitudinem, momentis aliquot diſtributam: vt Cic. Omnia momenta obſeruabimus, neque vllum prætermittemus tui iuuandi & leuandi locum, 3. *de finib.* Sic Paul. *in l.precia,* §. *fin.ff.ad L.Falcid.* Pretia rerum, temporum momentis, anni vel menſis conſtituenda eſſe negat. & Imp. Theodoſ. *in l. omnes* 3. *C. de feri.* etiam venerabili ſolis die ruricolis interdum culturæ inſeruire permittit, ne occaſione momenti pereat commoditas, cæleſti prouiſione conceſſa. Hinc Papin. *l.pecuniæ* 8. *in fin.* Nam ea res, ſcilicet legatorum alicui demandata expeditio, præſentem ac momentariam curam iniungit, *ff de alim.vel cibar.leg. Et text.elegans in l.filia* 20. *&c.de inoff.teſtam.* vbi Impp. decidunt: Quod filia in orbitate patris relicta, & cum marito, cui matre volente nupſit, colens concordiam, propter ſolam matris pœnitentiam, iuſtas offenſionis vel ſeparationis cauſas non præſtet, nec ex momentarijs voluntatibus matris nupta atque vidua, iure, eſſe compellatur. Vt enim varium † ac mutabile ſemper fœmina, 10 iuxta illud Poetæ: Ita etiam variæ viciſſitudinariæ & mutabiles ac potius momentariæ ſunt earum voluntates, *per d.l. filia.* Et hoc ſignificatu Bald. *in c.fin.de ſent.& re iud.* notanter ait, momentaneum Dominum non infringere regulam mendicantium. Ita ſi quis vxori aliquid legauerit, dum eſſet cum filio, & ea modico tempore abfuerit, debetur ei nihilominus legatum, quia non omne momentum exigendum eſt, *text. l. ſi quis ita legauerit, ff. de condit. & demonſtr.* Tiraquell. *tract.de indic.in reb.exig.conſid.*18. 9

Quarto ſignificat momentum † quaslibet res exiguas. Vnde Plin. Pro- 11

ſunt & combuſtæ, vt cinis earum bibatur vino, addito reſinæ momēto. Quin-
12 to ſignificat in genere † pondus, cauſam, & argumentum: vt res magni, parui, vel exigui momenti: Vt Liu. Rege ſuperato, nullum momentum, in ſolis per ſe Gallorum copijs fore, *lib. 5. ab vrb. & tali ſignificatu vſurpatur, l. cum hi. § pretor, Digeſt. de tranſaction. l. qui in carcere, Digeſt. quod met. cauſ. &c.* Vbi iam quæ-
13 ſtionis † eſt, quænam ſignificatio hic retinenda? Et ſicuti iuxta tres priores momenti ſignificationes ipſam vocabuli momentanei Etymologiam æſtimamus, ita etiam eiſdem ſignificationibus momentaneæ poſſeſſionis ratio metienda.

14 At ſane, quidnam ſit momentanea poſſeſſio, non minus dubitari † poteſt quam nunc temporis merito dubitatur, An ſit. Primo enim DD. quidam momentaneam poſſeſſionem generaliter definiunt: Quod ſit, & dicatur ea, quæ ſit apta, vel ſui aptitudine poſſit durare ſaltem momento aliquo, gloſſ. Barth. & alij, *ad tit. C. ſi de mom. poſſeſſ. appell. & ad l fin. C. Qui legit. perſon ſtand. in iud. hab. l. vn. C. vbi de poſſeſſ. agat. l. momentaria, C. Vnd. vi, l. 1 in med. C. ſi per vim vel alio mod.* quia ſcilicet poſſeſſio eiuſmodi perpetuum firmumque præiudi-
15 cium nullatenus affert: tam ei, cui † aſſignatur: vtpote à quo iterum recuperari & auferri poteſt atque ſolet, ſi poſtmodum finito iudicio ſuccumbat: quã ei, quem carere interim illa oportuit: ſi videlicet de meliore poſtmodum iure doceat, & ſic poſſeſſionem legitime euincat. Quia autem hæc generalitas, omnibus non ſatisfacit, quod interdictorum, quibus ſcilicet, momentanea poſſeſſio quadret, vel non quadret, nullam mentionem faciat: Hinc alij, non
16 inferioris ſortis DD. momentaneam † hanc poſſeſſionem dictam autumant, ratione ipſius ſpolij aut violentæ deiectionis: Ita vt illam poſſeſſionem momentaneam appellitent, quæ inter inuaſionem & interdictum interceſſit, penesque turbantem, vel inuadentem fuit, donec autore prætore iterum decedere per interdictum coactus eſt; quam ſententiam tenuiſſe videtur, Iſidor.
17 *lib. 5. Etymol. dum ait hiſce verbis:* Momentum, † dictum eſt, à temporis breuitate, vt tam cito quam ſtatim, ſaluo negotio, reformetur, nec in vllam partem produci debeat, quod repetitur. Item poſt ac per eundem Cuiac. *lib. 1. obſ.* 20. vbi momentariam poſſeſſionem, ſiue momenti beneficium definit, Quod
18 ſit † celeris reformatio & reſtitutio poſſeſſionis, per vim vel alio modo ablatæ aut interpellatæ, quæ poſſeſſio momentaria poſtulatur per interdictum, vel actionem ex cauſa interdicti, ab eo, qui poſſeſſione, vi, aut dolo, aut metu, aut iniquo iudicio, ſpoliatus eſt: Et quia ſtatim ſine vlla cunctatione ſpoliato reſtituenda eſt, dilata dominij quæſtione, ideo dicitur momentaria: quod ipſũ Cuiac. rectiſſime ait notaſſe Iſidor. *d. lib.* 5. clare etiam & indubitanter We-
19 ſenbec. *in paratit. de appellat. nu.* 8. Momentaneam † poſſeſſionis cauſam eſſe ait iudicium ſpoliationis. *Et conſ. 1. num.* 13. Colet. *de proceſſ. exec. 2. c. 3. num.* 236. D. Herman. Vulteius *ad l. vn. num.* 36. *& ſeqq. C. Vbi de poſſeſſ. vbi dicit:* Conſtitutiones

Digitized by Google

tutiones quæ de momentaria poſſeſſione in iure noſtro ſuperſunt, vix de vlla
alia, quam de ea, quæ vi ablata & qua deiectus quis eſt, & de qua agitur recu-
peranda, intelligi poſſe: poſt Cuiac. *d. loc.* & Barnab. Briſſon. *lib.* 12. *verb. mo-*
ment. de verb. ſignif. Non quidem, † quod & aliorum Interdictorum datas 20
poſſeſſiones momentaneas eſſe negent: ſed quod eam quæ ratione ſpolii &
deiectionis datur, omnium maxime, tam facti quam momenti eſſe, & mo-
mentaneam dici putent: *d. n.* 36. Donel. *d. l. momentaria. num.* 3. Et ita in cauſa
ſpolii & deiectionum loqui: *d. l. momentaria* vbi Gotofred. & alij & Donel. &c.
C. *vnde vi. d. l. fin. C. qui legit. perſ. l.* 1. *C. ſi per vim. l. vnic.* vbi Cuiac. & d. 1. obſ. 20.
& 2. obſ. 35. *C. ſi de mom. poſ. ap. Idemque* tenuiſſe Angel. Peruſin. *ibid. n.* 1. Hen-
ric. Bocer. *claſſ.* 5. *diſp.* 23. *theſ.* 20. Franciſ. Iuret. ad Symmach. 10. *Epiſt.* 41.
& 46. Chriſtoph. Beſold. in elegantiſſimo ſuo tract. *de appellat. cap.* 7. *ſect.* 9.
in med.

Tertio alij momentaneam † poſſeſſionem eam ſolummodo, & ſum- 21
mariſſimum poſſeſſorium illud tantum appellitant, quando in cauſa vti poſ-
ſidetis, ſiue interdicti retinendæ, aut in caſu litigioſæ poſſeſſionis, propter ar-
morum periculum, Iudex ex officio procedit, & cauſa ſummariſſime cognita
ſtatuit, quis actoris aut rei partes in plenario poſſeſſorio ſuſtinere interimque
in poſſeſſione manere debeat: ita com. DD. ſummarij & ordinarij poſſeſſorij
diſtinctionem tenentes, de quibus dicemus homil. ſeq. & præter eoſdem
Gutierrez. Cam. quæſt 1. q. 34. n. 103. Menoch. *in prælud. Remediorum recup.*
à n. 14. *vſque ad n.* 34. vbi tamen, † cum paucis, & practicorum potius errore, 22
quam interdictorum doctrina ſeductus, indiſtincte, & generaliſſime, & adi-
piſcendæ, & retinendæ, ac recuperandæ poſſeſſionum Interdicti, ad poſſeſ-
ſori um plenarium refert, quod excluſo ſcilicet momentaneitatis iſthoc reſpe-
ctu, diligenti ordine iudiciario, & ſic cum pleniſſimo præiudicio tractentur.

Quarto, alij, † contra, quibus omnino aſſentimur, dictam ſecundam 23
opinionem, pro vera primæ opinionis explicatione, per momentaneam poſ-
ſeſſionem intelligunt, non eam, quæ inter occupationem & Interdictum in-
terceſſit, ſed quæ per ipſum interdictum aſſignatur, apudque poſſeſſorem re-
manet, donec de proprietate cognoſcatur: *per text. expreſſ. d. l. vn. C. ſi de mom.*
poſſeſſ. l. momentariæ poſſeſſionis Interdictum C. vnd. vi l. meminerint l. ſi quis in tan-
tam eod. l. vn, in med. ibi: Vt eos momentariæ perinde poſſeſſioni, ſine vlla
cunctatione reſtituant: *C. ſi per vim. l. vn. C. vti poſſid. l. fin. C. Quor. bonor. & va-*
lidiſſime hoc probatur, quod momentanea poſſeſſio, & fiduciaria, † & vindiciæ 24
vel vindicta latinis dicta ſit: Vnde Liu. *lib.* 3. *de* Virginij filia ab Appio Clau
dio adamata loquens: hunc Marco Claudio clienti negotium dediſſe ſcribit,
vt virginem in ſeruitutem aſſereret, neque cederet ſecundum libertatem po-
ſtulantibus vindicias: id eſt, fiduciariæ ſaltem vel momentaneæ poſſeſſionis
cauſam. Quod ex ſequentibus vlterius liquet: ibi: poſtulant (Aduocati

puellæ) vt rem integram in patris aduentum differat, lege ab ipſo lata vindi-
cias det ſecundum libertatem: Et ibi: Hoc tantum ſciat, ſibi, ſi huius vindiciis
ceſſerit, conditionem filiæ quærendam eſſe. Quaſi diceret cum Vlp. *in l. Libe-
ris etiam 7. in fin. ff. de lib. cauſ.* quandoquidem Appius Claudius, ex libertate in
ſeruitutem proclamat, & Virginii filia, ex libertate in ſeruitutem petitur, illum
vtique partes actoris ſuſcipere, hanc vero interim in poſſeſſione libertatis per-
manere oportebit: Vbi Claudio ſatis durum, vel impoſſibile proſſus fuerit,
25 ſeruilem virginis conditionem afferere: Quamuis † ille, nihilominus, ini-
quiſſimus, amore occæcatus Iudex, contra iudicarit. Vnde & Populi ſeceſſio
inſecuta. Vti hiſtoriã illam & Pompon. eleganter proponit, *in l. Neceſſarium 2.
§. Et cum placuiſſet 24. ff. de orig. Iur. initium*, inquit, ſeceſſionis fuiſſe dicitur Vir-
ginius quidam, qui cum animaduertiſſet Appium Claudium, cõtra ius. quod
ipſe ex vetere iure, in 12. tabulas tranſtulerat, vindicias filiæ ſuæ, à ſe abdixiſſe,
& ſecundum eum, qui in ſeruitutem ab eo ſuppoſitus, petierat, dixiſſe, captũ-
que amore virginis, omne fas atq; nefas miſcuiſſe: indignatus, quod vetuſtiſ-
ſima iuris obſeruantia, in perſona filiæ ſuæ defeciſſet, (vtpote, quod Brutus,
qui primus Romæ Conſul fuit, vindicias, ſecundum libertatẽ dixiſſet in per-
ſona vindicis, Vitelliorum ſerui, qui proditionis coniurationem, indicio ſuo
26 detexerat. quaſi dicat: cum † olim, & eo caſu, vbi ſeruus, officio magiſtratus,
aut beneficio legis, ex ſeruitute in libertatem proclamaret, pro libertate vin-
diciæ datæ ſint: *arg. §. multis modis, Inſt. de libertin.* Vti & ſeruus, quem dominus
apud Acta filium nominaſſet, poſſeſſionem libertatis conſequebatur: Licet
hoc ad ius filii accipiendum non ſufficeret; *§. fin. Inſt. de adopt.*) & caſtitatem fi-
liæ, vitæ quoq; eius præferendam putaret, arrepto cultro de taberna Lanionis
filiam interfecit. Vnde Budæus *ibid.* Ex ſupradictis, ait, ſatis, vt opinor, apparet,
27 Vindiciarum † litem, eam eſſe, qua controuerſæ rei poſſeſſionem fiduciariã
petimus, interea dum lis, de re ipſa, aut de poſſeſſione diſceptatur. Quód no-
tatu digniſſimum, ad id, quod homil. præced. contra Duaren. & Cuiac. vel po-
tius conciliationis ergo, diximus: momentanea, ex interdicto poſſeſſione aſ-
ſignata, iudicem datum, & cognitionem inſtitutam fuiſſe, non in proprietatis
ſaltem, ſed ſi opus erat, in ipſo etiam poſſeſſionis negotio. Quomodo & recte,
idem Budæ. *in ſequentib. ibid.* Deinde, inquit, huiuſmodi poſſeſſio, quam Pæ-
dian. ex Cicerone, intelligi voluit, non iuſta & abſoluta eſt poſſeſſio, ſed fidu-
28 ciaria, & veluti depoſitoria. Vindicatio † enim, non modo triplex eſt: pro-
prietatis, ſeruitutis, pignoris: vt quidam aſſumunt: *ex l 3. § eſt autem, § Pompo.
ff. Ad exhib.* ſed præterea, & poſſeſſionis & cuiuſcunq; alterius facti vel iuris:
per ea, quæ ſub duplici interdictorum puncto diximus. Adeo, vt, poſſeſſionis
29 vindicatio iterum duplex ſit, ordinaria † per condictionis, vel quam aliam a-
ctionẽ: vel extraordinaria ſiue momentanea, & exſecutiua, per prætoris in-
terdictum ac vindictam: Cum & prætores ac præſides, & ἐπιτηρηταὶ, eo no-
30 mine, vindices dicantur, quod prouincias à malis hominibus, † eorumque

inſolentiis, prætorio officio vindicent: *l.2.C.de offic.Rectoris prouinc.l. illicitas ff. de offic præſid.* Vnde antiquum illud: Aſſiduo vindex aſſiduus eſto: proletario Ciui, qui volet vindex eſto: Cic. *in Topic.* & Gell. *lib.16.c.*10. vbi, aſſiduus, & proletarius quidnam ſit, videre eſt: item ap. Chariſ. lib. 1. Ræuard. c. 9. ad LL. 12. tabul. Prate. Hotom. Biſſon. in Lexic. Vnde & Symmachus, momentariã, à prætore, datam vel reformatam poſſeſſionem, vindictam nominat: dum ait: Samniticæ poſſeſſionis reformatio, & vindictis, mandata eſt 6. *Epiſt.* 11. Quo † 31
ſignificatu, & vindicta, hoc eſt, aſſertione prætoris, ſpecies manumiſsionis celebrata dicitur: quam male feſtucã interpretantur. Etſi enim, in iſta aſſertione feſtuca lictoris tangeretur manumittendus, tamen, hoc, ſolemnitas ſolum & modus fuit, cui prætor vindictã accõmodabat. Et pertinenter idem Symmach. 1. *Epiſt.* 1. quæ ex vtraq; parte afferebantur, non ad momenti, ſed proprietatis quæſtionẽ dixi, pertinere: Et *lib.*10. *Epiſt.*41. in cauſis, quib. momenti reformatio poſtulatur, appellationes recipi non oportet. Quorum omnium reſpectu, rectiſsime Contard. Illud ſane, inquit, apud omnes pro comperto eſt, quod in
d. iudicio † vindiciarum, ſuper poſſeſsione tantũ pronunciabatur, dilata cau- 32
ſa negocii principalis, vt fit hodie in iudicio momentariæ poſſeſsionis: *per text. l. vnic. C. ſi de mom. poſ. ibid. in rubr. n* 37 *& n.* 41. Ex quibus, ait, neceſſe eſt fateri quod poſſeſsio momentaria ſit admodũ ſimilis fiduciariæ: &, quod illæ ſint quodammodo inter ſe cognatæ, multum differentes, ab illa poſſeſsione, quæ
eſt incommmutabilis, vt ſic, indubie momentanea poſſeſsio, † ſit illa, quæ per 33
Interdictum datur, ſaluo petitorio. Quod ipſum quoq; non negare, ſed potius concedere videtur Cuiac. recte intellectus, *d. obſ.*20. *& in parat. C. ſi de mom. poſ.* Voltei. *d. n.*36. ibi: Omnis igitur poſſeſsio, cũ de ea tantũ lis eſt, momentaria eſt: Omnis itẽ illa eſt momẽtaria, quæ ex interdicto aliquo obtenta eſt: Et vniuerſum illud tẽpus, quo poſſeſsio ita habetur, vt vel de ea lis ſit, vel lite in poſſeſſorio definita, de proprietate ſiue dominio rei, adhuc agendũ ſuperſit, momentũ
recte dicitur. Ex quibus omnibus, & ſimilibus, † clariſsime elucet, illam poſ- 34
ſeſsionem momentaneam dici, quæ per Interdictum datur, ſalua ſecunda aliqua actione, qua per plenius aliquod iudicium, ſi de meliore poſtmodum iure doceatur, iterum auferri & eximi queat. Idq; ſine magno temporis vel annorum aliquot interuallo, quod, vel momenti ſaltem, ob exiguum ſcilicet præiudicium, rationem habere videatur. Atque ita, & non aliter accipien-
dum eſt vocabulum † momentum, *in d. l. vn. C. ſi de mom. poſ.* quæ ita incipit: 35
cum de poſſeſsione, & eius momento cauſa dicitur: Ibi enim, momentum, pro exigua, eaq; aptitudine quadam, & in euentum, breuiter & faciliter recuperabili poſſeſsionis reformatione, ſiue diſpoſitione, accipitur. Et quod momentum ibi non cauſam vel argumentũ, ſiue rem, pondusq; ſiue meritũ poſſeſsionis, ſed bene aliquod interuallum notet; id colligitur præterea ex inſcri-
ptione titul, & voce adiectiua † momentanea, quæ ſui poteſtate reſtrictior eſt, 36
quam vox primitiua momentum: Illa enim, quod mihi quidem ſuccurrat,

Digitized by Google

nullibi aliter, quam reſpectu alicuius temporis, & viciſſitudinis vſurpatur.
Qualiter, momentarium venenum, dicitur apud Apuleium, quo vxor medi-
cum, quem prægustare coegerat, & maritum, breui, ob veneni vim, mo-
37 mento, interfecerit. Neque enim vſquam apud probatos exſtat res † vel
cauſa momentanea, pro ponderoſa vel graui aut leui. Cum ratione ponderis
vel meriti potius dicendum eſſet momentoſum, & non momentaneũ. Hoc
denique luculentiſſime probat Vlpian. *l. 1. §. fin. ff. de aq. quot & aestiua.* Memi-
niſſe autem debemus, in hoc interdicto, totam quæſtionem finiri aſſignatio-
nis: non enim præparat, hoc interdictum cauſam, vt ſuperiora Interdicta,
nec ad poſſeſſionem temporariam pertinet, ſed aut habet ius aſſignatum ſibi,
aut non habet, & interdictum totum finitur. Vbi Vlpian. poſſeſſionem aliis
38 † momentaneam appellatam, temporariam vocat: à temporis ſcilicet breui-
tate, qua, pendente iudicio cauſæ principalis, ſaltem durare poteſt.

Eademque ratione idem I C. Interdictum *Ne quid in loc. pub. fiat, non eſſe
temporarium ait, l. 1. §. pen.* Sic deficientium facultatibus, ad munera, vel ho-
nores, qui indicuntur, excuſatio non perpetua, ſed temporalis eſt: *l. Cura 4.
§. 10. ff. de muner & honor. Et l. 2.* cum quidam tutores dati appellaſſent, qui-
39 dam autem non adeſſent, Diu. Pius reſcripſit, dandum temporarium † tuto-
rem, qui tutela fungatur *ff. de tut. & cur. dat.* & ita frequens in iure eſt vox tem-
porarius.

Cæterum, vt dictas opiniones conciliemus, eas tantopere non diſtare
dici poſſet: quod vtraque poſſeſſio, tam ea, quæ per Interdictum, quam illa,
40 † quæ ad reſtitutionem Interdicti, per petitorium, reformari poteſt, ſaltem
large & abuſiue momentum, vel momentanea recte vocatur: per d. ſignifi-
cationes vocabuli, &c. Donel. *d. l. momentaria.* Siquidem enim, Is, qui poſſeſ-
ſione deiectus eſt, perinde haberi debet, ac ſi poſſideret, cum interdicto vn-
de vi, recup. poſſeſſionis facultatem habeat: *l. ſi quis 17. ff. de acq. vel amit. poſ-
ſeſ.* Et inde ſequitur: omnium maxime temporariam eſſe ſpoliationis, ex in-
41 terdicto reformandam poſſeſſionem. Quamuis † rectius dicatur iſtam poſ-
ſeſſionem, vt vitioſam, Damnique iure reprobatam, potius nullam eſſe, quam
momentaneam vel temporariam: vtpote, quod hæc ex lege & interdicto de-
tur, & ſic legitima ſit: Vbi illic è contra. Sic enim, poſſeſſionem adeptus non
videtur, qui ita nactus eſt, vt eam retinere non poſſit: *l. Non videtur 22. ff.
de acq. poſ. l. vitia poſſeſ. C. eod.* tantoque minus vitioſa eiuſmodi poſſeſſio, pro-
miſcue cum interdictoria iſta legali, momentaria appellari poteſt, quod ob
commiſſam violentiam ius omne habendi & poſſidendi ſit amiſſum: *l. Ex-
ſtat ff. Quod met cauſ. l. creditores ff. de vi priu. l. ſi quis in tantam &c. C. vnde vi.*
Accedit, quod, momentaria † poſſeſſio, & fiduciaria, ac vindiciæ, vel & vin-
42 dicta latinis, dicatur Gallis adhuc iam recredentiaria, quæ nulla alia eſt quam
quæ interdicto datur.

Digitized by Google

Deinde momentanea poſſeſſio non tantum recuperandæ vel litigioſæ
poſſeſſionis, vbi armorum metus verſatur, aut retinendæ. ſed † omnibus in- 43
terdictis propria eſt, in quibus de poſſeſſorio, ſeparata & præſeruata petitorij
quæſtione, tractatur, quod ipſum oſtendunt text. verbaque generaliſſima,
quæ ad omnia Interdicta, tam adipiſcendæ & retinendæ, quam recuperandæ,
adaptari poſſunt: *d. l. vn. C. ſi de moment. poſſ. & l. momentanea fin. C. qui legit.
perſon. ſtand. in iudiciis habeant, & ibi gloſ.* quæ momentaneam poſſeſſionem in
triplici, & ſi: omni poſſeſſorio generaliter accipit & conſiderat: quod ipſum
† quoque probat *text. d. l. momentariæ poſſeſſionis Interdictum*, non ſemper ad 44
vim publicam vel priuatam pertinet, C. vnde vi: id eſt. Non tantum vnde vi
Interdictum momentaneæ poſſeſſionis eſt: Sed & reliqua Interdicta adipi-
ſcendæ & retinendæ: And. Rauchbar. *2. q. 6. n. 12.* Et Cuiac. *in paratit. C. de In-
terdict. & 1. obſ. 20.* Ita, momentaneum † quoque ab Aniano vocatur Inter- 45
dictum de tab. exhib. *ad tit. 16. lib. 9. C. Theod* Item vti poſſid. & vtrubi, Et Sal-
uianum, *ad tit. de interdict. lib. 5. ſent. Pauli.* & Interdictum, Quor. bonor. lib.
22. *C. Theod.* Rauchbar. *d. quæſt. 6. num. 17. l. fin. & tot. tit. C. quor. bonor. l. fin. C.
de edict. Diui Adria. tol. l. quiſquis ff. de appel. recip. l. quiſquis C. Quor. ap. non re-
cip. tot. tit. ff. & C. vti poſſid. d. l. 1. §. fin. de aq. quot. & æſtiu.* hoc ipſum denique
probat, quod momentanea poſſeſſio, † recte atque proprie tantum in iure 46
dicatur, illa, cum de poſſeſſione ita diſputatur, vt ipſa proprietatis quæſtio
ſuperſit, integraque & ſalua maneat, quod non in ſolo redintegrandæ, ſed &
adipiſcendæ, & retinendæ Interdictis fieri ſolet: *per ead.* Neque enim, in
omnium Interdictorũ † cauſis, ac reformationibus, appellationes prohibe- 47
rentur, niſi, *d. l. vn. C. ſi de mom. poſſ.* ad illas indiſtincte pertineret. Et text. ſi-
militer generaliſſimus, & admodum luculentus, *in l. 35.* Exitus controuer-
ſiæ poſſeſſionis hic eſt tantum, vt prius pronuntiet Iudex, vter poſſideat: Ita
enim fiet, vt is, qui victus eſt de poſſeſſione, petitoris partibus fungatur &
tunc de dominio quæratur: *ff. de acq. vel amit. poſ.* quæ lex cum in vti poſſide-
tis interdicto, cui momentaneæ poſſeſſionis remedium ſingulariter & præci-
pue nonnulli aſſignant, locum ampliſſimum habeat, ſtatim apparet, diffe-
rentiam † ſummarii & ordinarii poſſeſſorii, non vſque adeo probabilem eſ- 48
ſe: Cum etiam momentaneas poſſeſſiones per Interdictum datas vel aſſi-
gnatas, non per ordinarium aliquod poſſeſſorium, ſed recta per nudum ſo-
lumque petitorium reformari iura edoceant. Quod ipſum amplius probari
poteſt *per l. 1. § 2.* Huius autem Interdicti proponendi cauſa hæc fuit, quod
ſeparata eſſe debeat poſſeſsio à proprietate: fieri enim poteſt, vt alter poſſeſ-
ſor ſit, dominus non ſit, fierique poteſt, vt & poſſeſſor idem, & dominus ſit,
ff. vti poſſid. text. l. 24. Is qui deſtinauit rem petere, animaduertere debet, an ali-
quo Interdicto poſsit nanciſci poſſeſsionem: quia longe cõmodius eſt, ipſum
poſsidere, & aduerſarium ad onera petitoris compellere, quam alio poſsiden-

Digitized by Google

te petere: *ff. de rei vindic. & l. 62.* Inter litigantes non aliter lis expediri poteſt, quam ſi alter petitor, alter poſſeſſor ſit: eſſe enim debet qui onera petitoris ſuſtineat, & qui commodo poſſeſſionis fungatur, *ff. de Iudic. text. l. ordine C. de rei vindic. & l. ſi quis ſuper ſui Iuris locis*, prior de finibus detulerit querimoniam, quæ proprietatis controuerſiæ coæhret: prius poſſeſſionis quæſtio finiatur C. *finium regundorum & text. elegantiſſimus* §. *retinendæ. Inſtut. de Interdict.*

Cui noſtræ ſententiæ etiam aſtipulatur illud, quod, *dict. lex, momen-*
49 *taria* † 8. C. *vnde vi*, non tantum, ad Interdictum Vnde vi pertineat, quo à Triboniano relata eſt: ſed generaliter, ad omnia Interdicta fuerit concepta: & poſtmodum à Triboniano tripliciter diuulſa, *in d. l. momentariæ & l. penultima* C. *de Accuſat. & l.* 1. *Codice de Abige.* quæ L L L. vna conſtitutione ab Arcad. & Honorio. Imperatoribus ad Paſiphil. reſcriptæ fuerunt, vt recte
50 Cuiacius 1. *obſeru. viceſima.* Niſi forſan, pro iuſta Triboniani † defenſione, rectius dicamus, iſtas leges, ab ipſis Imperatoribus, eodem tempore, ad diuerſas facti quæſtiones ita diuiſas ac reſcriptas eſſe: quod veriſimilius eſt: noſtraque ſententia, & dictæ legis 8. generalitas, nihilominus ſubſiſtit ſatisque in clariſſimo Iure fundata eſt. Eo ſaltem obſeruando, quod volente
51 actore vna cum poſſeſſorio etiam petitorium definiri poſſit, † præſertim vero in remediis adipiſcendæ: niſi interdicti vel cauſæ ratio aliud ſuadeat, vnde Symmach. *d. Epiſt.* 41. ſed hoc (ipſam ſcilicet maſſarum diſtributionem) cum ad proprietatis cauſam dicerem pertinere, recitata eſt à defenſoribus conſtitutio, quæ iudicibus tribuit copiam, non imponit neceſſitatem, vt quoties de poſſeſſione ſucceſſionis iudicent, continuo, ſi caſus tulerit, etiam de iure cognoſcant: Qui actione confeſſi ſunt, ad aliam cauſam ſe malle tranſire &c.

52 Quod intellige † ſi actor in petitorio etiam recta cognoſci petat: quod tunc, vbi nullum appellationis vel & litigii eſt periculum, ita fieri procliue, nec plane incommodum eſt: Alias vero contra: Cum caſus eſſe poſſit, vt poſſeſſorium, reo, tanquam prius forte ſpoliato &c. magis fauorabile ſit, quam actori: vt ita & eatenus non ſemper in illius ſit poteſtate petitoriũ poſſeſſorio anteponere: quomodo & vice verſa caſus non deſunt, quibus actor poſſeſſorio acturus, in petitorium cogitur deſcendere inuitus. Eoque nomine Symmachus *ibid.* ſe iſta defenſorum obiectione non attentata, ſecundum actorem Scittinum, de poſſeſſione ſcribit iudicaſſe. Ex quibus ſententia noſtra, homil. præceden. numero nonageſimo primo, & nonageſimo ſecundo, & tribus ſequentib. contra Menoch. aſſumpta plurimum comprobatur: quod ſcilicet principum ad poſſeſſorium ac petitorium directæ commiſſiones non ſemper neceſſitatem iniungant vtrumque ſimul terminandi.

Tertiam

Digitized by Google

Tertiam quæſtionem quod attinet, poſt & præter alios † quoſdam 53
DD. audaciſſime quidem & generaliſſime, ſed quoad allata iam legum fundamenta veriſimiliter Odofred. dixiſſe videtur *ad d. l. fin. C. qui legit. perſon. ſtand. vbi num.* 8. quærens quænam ſint auxilia momentaneæ poſſeſſionis: certe, reſpondet, ſunt omnia quibus monetur poſſeſſorium Iudicium: ſiue moueatur Interdictis, ſiue actionibus, ſiue officio Iudicis. Idemque repetit *in d. l. incerti C. de interdict.* Eiuſdemque circa hunc paſſum ſententiæ, eſt
Accurſ. † *ad d. l. fin.* vbi momentaneum Iudicium in genere vocat poſſeſſo- 54
rium petitorio oppoſitum: ſiue agatur Interdictis adipiſc. retinendæ aut recup. ſiue poſſeſſionis gratia, qua alia actione, vel de Iudicis officio, vel per condictionem indebiti & triticariam &c. Et Accurſium ſequitur Salicet.
ibid. num. 2. & Cyn. † dicens quod multis modis poſſit agi de poſſeſſione, per 55
edicta, per actiones, & per officium iudicis: ac cum his, reliquos etiam ſcribentes tranſire, notat probatque Cæſar Contard. *ad d. l. vn. ampliat. ſeu quaſ. num.* 35. *& ſequentib.*

Quæ ſententia ſi eſt vera, veriſſimam quoque, & propterea male
à nobis alibi improbatam eſſe, communem illam † DD. ſententiam ſeque- 56
tur: qua dixerunt, l. vn. Cod. ſi de momen. poſ. de omni poſſeſſorio, quacunque actione inſtituatur, indiſtincte intelligendam eſſe, à quo, vtpote generaliter momentaneo, indiſtincte ſit prohibita appellatio: Ita, vt nodum hic Gordium hætere, & in magna difficultate nos verſari, quis non immerito dicat, ſi iuxta hanc opinionem, momentanea poſſeſſio, non tantum in Interdictis, ſed generaliſſime, in omnibus actionibus conſideretur. quib. de poſſeſſione ordinarie & ſolenniter litigatur.

At vero Logices hic auxilio adhibito, conſideratiſque allatis ſupra momenti ſignificationibus, ſtatim inueniemus, momentaneam poſſeſſio-
nem † non ex ſola proprietatis, vel poſſeſſorii oppoſitione, ſed etiam ad eui- 57
tandam compoſitionis & diuiſionis fallaciam, ex momentaneo facileque recuperabili præiudicio, & celerrima reformatione æſtimari: quæ celeris reformatio, cum non ordinariis poſſeſſionum vindicationibus, condictionibus, vel in factum actionibus, ordinariam procedendi rationem habentibus, ſed ſolis Interdictis attribuatur, per ea quæ ſupra: Efficitur in hiſce ſo-
lum, non vero etiam in alijs iſtiuſmodi actionibus, momentaneas † poſſeſ- 58
ſiones proprie & pertinenter locum habere: Niſi forſan improprie, & ad exemplum Interdicti ijs actionibus ſola poſſeſſio petatur.

Eo hic ſimul penſitando ex ſuperioribus, quod petitorium hic
ſecus atque in alijs actionibus, † non ſtricto illo, nudæ proprietatis 59
& veri ſeu proprii dominii, ſed largiſſimo illo dominij ſignificatu,

poſſeſſioni & poſſeſſorio opponatur, quatenus ſcilicet poſſeſſio in nudo ſo-
loque facto, nuda ſolaque detentione conſideratur, ſine vlla iuris, vtpote
quod ad proprietatis ſeu petitorii quæſtionem pertinet, conſideratione *per ea*
quæ homil. præceden. Momentaneam igitur Interdictorum poſſeſſionem pro
60 quartæ quæſtionis explicatione non tantum † ex oppoſitione petitorii, quo
reſpectu Vlpian. *Interdict. Ne quid in loc. pub.* non eſſe temporarium ait, *d. l. 1.*
§. pen. ſed etiam, & præcipue quidem, reſpectu celerrimæ, quæ non actio-
num quarumcunque, ſed Interdictorum propria eſt, reformationis conſi-
derari, confirmatur ex ipſis momenti & momentanei ſignificationibus, de
61 quibus ſupra: nam ab Etymologia & deriuatione † ſiue notatione valida
eſt argumentatio, *l. vetus ff. de vſufruct. l. 57. de verb ſignif. l. A nullo C. de feriis:*
vbi cum dicat Imp. Ea quæ nomine eximuntur etiam fructu carere: ſtatim è
contra ſequitur nominis competentiam, etiam rei & ſignificationis habere
62 notationem. Vnde com. DD. Momentaneam poſſeſſionem definiunt, † quæ
momento permanſura ſit apud vincentem, modici exiſtens præiudicij, quod
in petitorio facile poſſit reparari; Minſingerus *cent. 6. obſeru. 13. num. 5. &*
ibi DD.

Deinde idem hoc probatur ex communi Interdictorum vſu, quo ſemper prætor, dato Interdicto iudicium, ſiue iudicem, ſi res hoc quacunque ratione poſtularet, ſtatim & in continenti dabat, eumque teſte Theophilo *Inſtit. de Interdict.* informabat, qui & quomodo cauſam controuerſam, pacificata per prætorem momentanea poſſeſſione ventilaret, iureque definiret.

63 Vbi, † ſicut ſubiicere ſeſe partes prætoriæ cognitioni, vel ſi nollent, li-
te decedere cogebantur: Ita etiam ſtatim iudicium aperiebatur, ipſumque
litigium ſine magna cunctatione expediebatur, ita vt is, qui poſſeſſionem ex
Interdicto, vel omittere, vel reſtituere cogebatur, de grauiore præiudicio con-
queri nequiret: Cum poſſeſſionem aduerſarius non firmam vel fundatam
plane & radicatam, ſed momentaneam ſaltem haberet, donec ipſa rei con-
trouerſæ hypotheſis, vt Theophil. loquitur, in inſtituto deſuper iudicio
dirimeretur. Vbi momentaneitatis ratio & inde petitur: Quod ſemper
64 prætor † ſingularem curam gerebat, vt lites diminuerentur & abbreuia-
rentur: hoc enim ad officium eius pertinebat: teſte Iulian. *L. Quidnam 21.*
65 *in fin. ff. de rebus cred.* Cuius rei ſtudium † & cogitatio etiam ipſis litigantibus
verecunda admodum & glorioſa, Vlpian. *L. item 4. ibi*: Non tamen eius
factum improbat prætor, qui tanti habuit re carere, ne propter eam ſæ-
pius litigaret: hæc enim verecunda cogitatio eius, qui lites execratur,
non eſt vituperanda: *ff. de alien. Iud. mut. cauſ.* Et Iuſtinianus Imperat.
magnam ſemper curam egiſſe eos teſtatur, qui iura ſuſtinebāt, ſiue dictabant,
& red-

Digitized by Google

& reddebant, ne facile homines ad litigandum procederent, *in princ. Inſtit. de*
pœn. temere litig. Hanc † enim curam ſi ſemper prætor generaliter in omni- 66
bus etiam ordinarijs alijs actionibus & controuerſijs habuit: multo igitur ma-
gis habuiſſe certum eſt in cauſis interdictorum, ad tuendam publicam pacem
ſingulariter comparatorum: Quid enim aliud ijs agebat prætor, quam vt
controuerſias partium ſubito dirimeret, *text. l. 1. §. Inde quæritur 10 ff. de nou. op.*
nunciat. Vbi & diuina illa † legis properandum, *C. de iudic.* conſtitutio, ſingu- 67
larem declarationem affert: Properandum, ibi inquit, ſanctiſſimæ memoriæ,
& incomparabilis iuſtitiæ patronus, Iuſtin. Imp. nobis viſum eſt, ne lites fiant
pene immortales, & vitæ hominum modum excedant: Cum enim crimina-
les quidem cauſas iam noſtra lex biennio concluſit: cenſemus pecuniarias
cauſas, quaſcunque, exceptis tantummodo ijs, quæ ad ius fiſcale pertinent, vel
ad publicas functiones, non vltra trienn j metas poſt litem conteſtatam eſſe
protrahendas. Siquidem † enim hac conſtitutione omnibus magiſtratibus & 68
iudicibus non concedit Imp. vlterius lites, quam triennij ſpacio extendere, ex-
preſſam faciendo mentionem etiam poſſeſſionum: dum generaliter ait, ſiue
ſuper poſſeſſione vel dominio, vel hypotheca, ſeu ſuper ſeruitutibus, vel pro
alijs quibuſcunque cauſis, pro quibus hominibus inter ſe litigandum eſt: ſta-
tim apparet, cum alias, tum etiam cauſas poſſeſſionum (quas † momentaneas 69
ſaltem, vt vocari, ita quoque eſſe Imperatores ſuperiores, vt Honor. & Theo-
doſ. *d. l. fin. C. qui legit. perſon.* Valentinian. Theodoſ. & Arcad. *d. l. vn. C. ſi de mom.*
poſſ. Arcad. & Honor. *d. l. momentaria, C. Vnd. vi, &* Conſtantin, *l. 1. C. ſi per vim,*
caueránt) cum iudicum negligentia, tum partium φιλονεικίᾳ vltra debitas iu-
diciorum metas interdum protractas: cui malo, ſacræ iuſtitiæ perniciosiſſimo,
Iuſtinian. Imp. ſaluberrima iſthac conſtitutione iterum præuenire voluit &
obuiare, ad antiquam prioris iuriſprudentiæ priorumque iudiciorum ſeculo-
rumque ſanctitatem proceſſus reuocando. Quæ & qualis † venerandæ an- 70
tiquitatis in iudicijs, litibuſque abbreuiandis ſanctitas, & æquitas, vtinam, ô
cœlum, ô terra, vtinam, ô ſanctiſſime Deus, nobis reſtitueretur? Quod omni-
no etiam fieret, ſi depoſita, vt oportebat, omni affectuum prauorum malitia,
ex Dei, legis, ac bonæ conſcientiæ præſcripto, ius & iuſticiam veneraremur,
proſequeremur fide bona. Ex quibus porro illud liquidiſſimũ factum, quod
momentanea poſſeſſio vocata & denominata ſit, ratione momenti non † in- 71
ſecabilis, quandamque ῥοπῆς ἄνευ, & vnius vel alterius puncti tantummodo
rationem, ſed moderatum aliquem eumque breuem quidem, ſed tamen co-
gnoſcendæ rei neceſſarium vtilemque tractum habentis, qualem tractum,
momenti vocabulum, pro rei qualitate, ſine tamen magno nimis & diutur-
niore aliquo ſpacio, admittere ſupra docuimus, quod ipſum quoque notauit,
Accurſ. *gloſſ. in d. l. fin. Cod. de bon. quæ lib. & Barth. in d. l. pretia rerum, §. fin. ad*

 l. falcid.

72 *l.falcid.* Qua eadem ratione etiam dictiones ſtatim, † mox, illico, in continen-
ti, &c. ſuum quendam vtilemque tractum habent, *l.petens* 27. C. *de pact.* vbi ſti-
pulatio pacto adiecta, pro eodem reputatur, ſiue anteceſſit pactum ſiue ſtatim
ſubſecuta, *c.cum ſingula: de preb. in 6. text. ſing. l.* 3. §. *Cum igitur, ff. de vi & vi arm.*
& ibi com. DD. Menoch. *recup. rem.* 1. *num.* 338. *& de arbitrar. q.* 11 *& ſeq. text. l* 2. §.
confeſtim. ff. Ad ſenat. Tertyll. c. olim 1. *& ibi gloſſ.* & Hoſtienſ. *& alii in verb. ſtatim:*
de Reſt. ſpol. & l. 1. §. *fin. ff. de iure fiſc.* vbi eiuſmodi verba vtiliter intelliguntur, vt
73 quam † ocyſſime fieri poteſt, aliquid fiat: cum aliquo ſcilicet tractu, modi-
cum temporis habente: quod decem dierum conſtituitur, *ad l. promiſſor.* 21. §.
1. *ff. de conſtit. pecun.* vel & triginta, *vt l.* 1 §. 1. *de itin. actuque priu.* quinimo & la-
74 xius. Sic cum debitori, † tempus modicum, quod alijs etiam reis poſt con-
demnationem indulgetur ad celebrandam ſolutionem, ſtatuendum dicat,
Vlpian. *l. ſi debitori* 21. *ff. de iudic.* Id Iuſtin. Imp. *l.* 2. *C de vſur. rei iudic.* quadrime-
ſtre eſſe ſtatuit. Quo nomine forſan Barth. *in l. qui duos nu.* 6. *ff. de reb. dub.* quod
75 intra centum dierum ſpacium factum † eſſet, repente factum eſſe, recte dici
autor eſt: dummodo cum mica ſalis vel æqui & boni accipiatur: Si enim pro-
mitterem tibi ſuppetias repente, & tu adito periculo ſuſpenderetis, vel duriſ-
ſimis carceribus includeretis: Et ego cum citius poſſem, intra centum dies il-
lud repente ſatis mature præſtari poſſe dicam: næ tu magnum perfidum & me
76 & Barth. rectiſſime dixeris: Quinimo, pro ratione † ſubiectæ materiæ, & cir-
cumſtantiarum, & longius ſpacium, etiam annorum aliquot, modico tempo-
ri tribuitur: vti biennium, vel triennium; quod non dubie aſſerit & oſtendit
Iuſtinian. Imp. *d. l. properand. gloſſ. Clem.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien. verb ad tempus*
modicum: per l. cum domini, ff. locat. vbi idem etiã ad ſeptennium vel decennium
77 extendit: Qua nimia & craſſiſſima extenſione etiam Accurſius † turpiſſime
ludit, cum *ad d. l.* 1. §. 1. *de iur. fiſc. verb. ſtatim*, cauſam ſtatim motam recte dici
autumat, quę intra viginti annos mota ſit. Cuiuſmodi laxas opiniones, quibus
citra vel etiam contra legum mentẽ, in modici temporis ſpacio nonnulli eua-
gantur, rectiſſime reprehendit Pet. Royt. *Lituan. deciſ.* 4. *n.* 201. *& ſeq.* Et quam-
78 uis † poſt alios, *ibid. n.* 208. Et Menoch. *vt ſup.* eiuſmodi interpretationes, iu-
dicis arbitrio moderandas recte aiunt: Quemadmodum & momentaneæ
poſſeſſionis ſpacium certum & definitum conſtitui nequit: Cum omne peti-
torii iudicium illico, mox, ſtatimque poſt expeditam momentaneam interdi-
cti cauſam inchoari quidem poſſit: ſed non omne ſtatim eadem ratione ſiue
79 facilitate decidi ac finiri. Attamen ex ipſis legum de momentanea † poſſeſ-
ſione loquentium cum verbis atque ſenſu, tum ex *d. l. properandum*, liquido e-
lucet, iſtas ex celeri interdictorum reformatione datas poſſeſſiones, non fru-
ſtranee, neque ſine effectu momentaneas eſſe dictas: vtpote quod plenior,
τῆς [illegible] ventilatio, plenaque cauſæ diſcuſſio, ſi non intra dies menſeſq;
aliquot, vel annum expedita, tamen vltra biennium vel triennium non fuerit
80 protracta, quippe quod ſolo triennio † etiã in ciuilibus præſtationibus mul-

tum temporis definiatur & circumſcribatur: *text.l.1.ibi*: per multum tempo-
ris,id eſt non minus triennio, *C. de fideicom.* quamuis ſub Iuſtiniani tempora
magnam iudiciorum litigiorumque protractionem irrepſiſſe animaduertere
licet: dum *in d.l.properandum*, iſtam litium † immortalitatem, quæ hominum
fere vitas excederent, deteſtatur, & vtiliſſima conſtitutione profligat: prout 81
eadem hodierni ſeculi eſt querimonia: ſed longe diuerſa ex cauſa: cum ſub Iu-
ſtiniani tempora,non tam ex iudiciorum deprauatione,quam ex bellorũ tem-
porumq; iniquitate & concuſſionibus,iuſtitiæ curſus paululum laxatus remiſ-
ſuſq; fuiſſe,cum ex hiſtorijs, tum ex præfatione Digeſtorum & Inſt. appareat:
Sed hodie in tranquilliſſimo florentiſſimoque,per Dei gratiam,imperij,&re-
gnorum,ſtatu,diffluere litigia, hominumq; ætates multis modis excedere pa-
timur: dolis † ſæpiſſime, verſutijs,fraudibuſque & tergiuerſationibus nocen-
tium,& vaniſſimis cauillationum præſtigijs, non raro etiam aduerſariorũ po- 82
tentiæ potius,quàm manifeſtiſſimæ innocentium & preſſorum iuſticiæ, & ir-
radianti vndiq; legum iuriſq; rigori ſummæq; æquitati indulgentes, deferen-
tes. Quod vel ſolæ violentiſſimarum inuaſionum,deiectionum,ſpoliationum
cauſæ,ordinario demum triginta,vel amplius annorum proceſſu vindicandæ
teſtantur. Vbi quis religioſe ſancte & illæſa conſcientia iurauerit,momenta-
neaũ poſſeſſionum cauſas,ſaluberrimis olim interdictis receptas, nullibi ter-
rarum amplius eſſe,neq; veſtigia quidẽ veteris interdictorũ diſciplinę amplius
reſtare: Quippe † quod momentanearum poſſeſſionum cauſæ, quas, vt mo-
menti ſcil.& momentanei ſaltem præiudicij nomen recte ſuſtinerent, celerri- 83
mæ expeditionis eſſe oportebat,non modo ratione definiendi petitorij, poſt
inte poſitum interdictum: ad 10. 20. 30. 40. 50. 60. & amplius annos,paſſim
protelentur,ac durent: Sed quod ipſa etiam momentaneæ poſſeſſionis inter-
dicta,quoad ſuiipſius,& meri poſſeſſorij expeditionem (ad quam promouen-
dam tempore Ciceronis,ſed longe etiã ante, ſub florentiſſimo Rom.Imperij
ſtatu,&ſic,non ſolius dein petitorij reſpectu,iudices datos eſſe,ſupra probaui-
mus) ad 10.20.30.& amplius annos paſſim producta referantur: veluti, cum
anno 1552.in cauſa momentaneæ poſſeſſionis A.cont. A.& an.57.denuo inter
eaſdem: Et in cauſa B.contra H. quoad pagos vel prædia & iura controuerſa,
momentaneo turbatæ poſſeſſionis proceſſu agi inceptum: Vigeſimo tertio,
vigeſimo ſexto, trigeſimo tertio, demum, poſt anno, ſententiæ prodierunt:
Daß dem Beklagten/den Klägern/an ſeiner herbrachten Poſſeſſion der hohen Jagt/Obrig-
keiten/dieſer vñ jener Gerechtigkeit/ꝛc.geklagter maſſen/zu turbirẽ vñ zu behindern nit gebüh: ꝛc/
&c.h.e. Quod reo non licuerit,actorẽ,ita vel ita,in hoc,aut illo, legitimæ poſ-
ſeſſionis exercitio,turbare vel impedire,&c. ſed,quod ea in re,inſolentius vel
indecenter egerit: in poſterum vero,iſtiuſmodi, abſtinere, eoq; nomine, de-
centẽ cautionẽ præſtare, tum iudiciales ſumptus ſalua moderatione, quin &
damna liquidabilia refundere teneatur. Ex † quibus,adhuciam,quod ſupra, 84
ab alijs relatum,refutauimus,ſtabiliri poſſe videtur: Momentaneum ſcil.eſſe
poſſeſſorium,quod in reformanda vitioſa poſſeſſione occupatur. At

Digitized by Google

At enim, vti propter abuſum vel neglectum rei, non ſtatim tollitur eius
85 bonitas: per notiſſ. Ita † etiam ſaluberrima interdictorum diſciplina, non
ideo prorſus abrogata iacet, vel & exterminanda venit, quod neque recte ha-
ctenus vndiquaque vſurpata, neque ea, qua par erat dexteritate lites expedi-
antur? Præſertim, quod aliquando etiam, & non raro accidat, quod ſemper
fieri debebat, vt quam feliciſſime, velociſſime, & iuxta legum verba, ac teno-
86 rem, confeſtim, † illico, & ruptis omnibus ambagibus, cum ipſa interdicti re-
formatio, tum petitorii ventilatio, definitio procedat. Quod ex ſapientiſſi-
mis vereque theoricis S. Imperialis Cameræ, tum regiis aliarum cognatarum
gentium præiudiciis, homilia huius tit. finali, demonſtrabimus; ſed & paſſim,
in ſingulorum interdictorum commentariis ſubmonebimus.
87 Quamuis, & † cauſas, d. prolongationis, vel diſtractorum momenta-
nei poſſeſſorii iudiciorum, eas deprehendimus: Quod citra vllam, ipſius iu-
dicii, vel prætoris culpam, ordinario prorſus, atque ſtrepero proceſſu, poſitio-
nalibus, defenſionalibus, replicatoriis, &c. tum additionalibus, & ſuperaddi-
tionalibus, ex remotiſſimis quoque petitorii receſſibus, magno cum ſuffl imi-
ne repetitis, aſſumptiſque deſuper, ordinariarum probationum terminis, ac
dilationibus, plæraque ſint peracta. Quod ſane, quoad litigantes, præſertim
vero actores, in Elenchum prætoriæ ac regiæ interdictorum diſciplinæ in-
currit.
88 Quomodo conſtat, quod momentaneæ † poſſeſſionum cauſæ, quas,
vt priuilegiatiſſimas, ita celerrimæ expeditionis eſſe oportebat, ordinariis li-
bellis, & ex vulgatiſſimo reliquarum vulgatium actionum triuio, de in ius
vocando, proponantur, proferantur: vt neutiquam demirari oporteat, quod
eatenus, interdictorum ratio negligatur. Qui tamen, in re, & ſtylo forſan an-
tiquitus obſeruato, aliquid tribuendum; quod, de non turbando mandata,
89 † licet veram germanamque, eamque momentaneam, Vti poſſideris, inter-
dicti, cauſam præ ſe ferant, & repræſentent, difficillime & fere nunquam vel
ſaltem rariſſime, decernantur: ne cum clauſula quidem iuſtificatoria, nedum
ſine eadem: Etiamſi, & vis ſæpe, tam publica, quam priuata coincidat per ra-
tionem: quod (vti verba ſonant) quis eſſet in poſſeſſione ſecurus, vnnd hette
was er haben wolte: & haberet, quod vellet, ſuoue libitu optaret, &c. Quod
90 alij ſane, aſſequi non valent. Cum † omnia ob id iura, & in his præcipue in-
terdicta in medio poſita ſint, vt poſſeſſores ſecuri eſſe, & manere, vel & fieri ac
conſtitui poſſint: pacificagis, ſed & qualibuſcunque violentis turbationibus,
deiectionibus, inuaſionibus, ſeueriſſime coercendis, prætoriæque interdicto-
rum diſciplinæ ſubiugandis. Vt ſarta, & tecta, & ſalua vndique maneat, cum
pacis ſtatuſque publici, tum iudiciorum, & magiſtatuum, quin ipſius etiam
Dei, legis, & regis autoritas.
91 Et, cum † eadem, planeque perſimilis ſit ratio, conſtitutionum imperij,

de pi-

Digitized by Google

de pignorationibus,& arreſtis facti,coercendis,item litigioſæ poſſeſſionis,&c. Vbi, vt, impetrans mandatum, ſi poſtmodum interdicto non recte fundatus inueniatur, de nimia ſecuritate ſibi gaudere nequit,ita nec pignorator, vel arreſtator, ſi de iure pignorandi arreſtandi edoceat,multum conqueri: Hinc,d. quidem ratio,nullius eſt momenti,quo minus, in cauſis turbationum, ex Vti poſſid. interdicto,non liceat edicere? à facti violentiis,ad ius & iuſtitiam euocando.

Cum generaliſſime vel potius regulariter adhuciam, † poſſeſſio,ex interdicto aſſignata,vtpote quod reformationis & petitorii periculo ſubiaceat, momentaneum ſaltem præiudicium ſi, & petitorium, ſaluum, habeat. Non tam ex abuſu,& vel partium, vel iudicis tergiuerſatione, (vt diximus) quam ex eo, quod fieri debebat, ipſaque interdicti natura poſtulat, momentaneæ poſſeſſionis † ratione repetenda: per text. in *l. ſed etſi* per prætorem ſtetit, reſtitutio indulgebitur 26.§. *ait prætor* 4. *ff. Ex quibus cauſ. maior.* vbi dicitur, quod dilationes iudicis,non debeant nocere parti, *& per l.* 1. *ff. de in lit. iurando*, quæ vult,quod qualitas rei,non mutatur ex eo, quod contingere poteſt: vti ponderat, Rot. *deciſ.* 445 *ſi legat in nou.* Afflict. *deciſ.* 385. *in fin.* Contard. *d. l. vn. Rubric. n.* 14. *C ſi de mom.* Et curſus temporis, † non immutat ſubſtantiam veritatis, *l. ſicut falſi. Cod. ad L. Cornel. de falſ.* neque exemplis,ſed legibus eſt iudicandum, *l. nemo, C. de ſent. & interloc. l. nec in ſimili, C. quibus res iud.* Neque conſiderandum vel ſpectandum adeo, quid Romæ fiat, quam quid fieri debeat, *l. ſed licet, ff. de offic. præſ.* Quin ipſæ aliquot Imperii Conſtitutiones, vt litigioſæ poſſeſſionis,† pignorationis,& arreſtorum, &c. ſummam maximamque momentaneæ poſſeſſionis, in punctis quidem mandati, rationem habent: facta enim paritione,ad diſcuſſionem finitionemq; cauſæ principalis punctumq;, quem vocant citationis, & cauſalium tranſitum ſine magna cunctatione maturare iubent. Quomodo & Quorum Bonorum † interdicti, & *l. finalis, C. de Edict. Diu. Ad. toll.* proceſſus,cum diſtinctione poſſeſſorij momentanei,& ipſius petitorii adhuc iam obſeruetur: ſi petitorii difficultas hoc ſuadeat, iuxta ea quæ ſupra,&c. Eſſe igitur,& haberi adhuc momentaneas poſſeſſiones, non minus quam interdicta, certum eſt,ſed cum querela,quod nimis plærunque diu protelctur proceſſus,in vtroque, tam † paritionis quam citationis puncto: quod non tam lamentandum, quam corrigendum, priſtinam interdictorum ſub qua Romanum Imperium maximopere floruit, diſciplinam in debitum ſui vſum & obſeruantiam reuocando, quo pertinet arguta illa Ciceronis ſubiectio, vel exprobratio, in Orat. *pro Cecin.* ſub princip. Quanquam ego, ait, mihi ſic perſuadeo Recuperatores: non vos tam propter iuris obſcuram dubiamq; rationem, bis iam de eadem cauſa dubitaſſe: quam quod videtur ad ſummam Ebutii (qui vi armata Cecinnam poſſeſſione deiecerat) exiſtimationem hoc iudicium pertinere, moram ad condemnandum acquiſiſſe ſimul, & illis ſpa-

cium ad colligendum dediſſe. Quod, quoniam iam in conſuetudinem ve-
nit, & id viri boni, veſtri ſimiles, in iudicando faciunt, reprehendendum for-
98 taſſe minus, querendum vero magis etiam videtur: Ideo † quod omnia iudi-
cia, aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum
cauſa reperta ſint: quorum alterum leuius eſt, propterea quod & minus læ-
dit; & perſæpe diſceptatore domeſtico dijudicatur: Alterum eſt vehementiſ-
ſimum quod & ad grauiores res pertinet, & non honorariam operam amici,
ſed ſeueritatem iudicis, ac vim requirit: ſed cuius rei cauſa maxime iudicia cō-
ſtituta ſunt, id iam mala conſuetudine diſſolutum eſt, &c. Ita Cic. Ex quibus
patet, erroneam eſſe Cuiacij, Item Menochij & aliorum quorundam opinio-
nem, exiſtimantium, nullas iam amplius eſſe momentaneas poſſeſſiones, hoc
enim ſi verum eſſet, vti ſane neutiquam eſt, ipſa etiam interdicta plane abro-
gata & ſublata forent, maximo reipublicæ & ſanctiſſimæ iuſtitiæ damno, quē-
admodum etiam credibile quod viri illi doctiſſimi, propter immortales vel
diuturniores ſaltem litium protelationes illud ita dixerint.

Illud denique & hac homilia notandum, quod momentaneæ poſſeſ-
99 ſiones interdum ſub cautionibus † vel dentur & aſſignentur, propter ſpem fa-
ciendæ reſtitutionis, ſi victorem in petitorio iterum ſuccumbere cōtingat: vel
confirmentur, ne amplius fiat turbatio; *per ea quæ late diximus alibi, de cautioni-*
bus: quales cautiones ſingularem ac neceſſarium vſum habent, ſi adſit metus
dilapidationis vel alienationis, aut reſpectiue vlterioris moleſtationis. Vbi ſæ-
100 pe quæſitum: ſi præſtita † cautio euacuetur, vel ob paupertatem partis, vel q;
ob litis diuturnitatem fructus percepti ſuperent & excedant cautionis quāti-
tatem, an hiſce caſibus poſſit peti alia cautio? & poterit: *per l. ſi arbiter, ff. qui*
ſatisd. l. prætoria, ff. de præt. ſtip. l. ſi quo tempore, ff. de petit. hered. Papon. de recrean-
ce, arreſt. pen. Momentanea enim poſſeſſio dicitur Gallis recreance; h. e. fidu-
101 ciaria. Hic vero & † illud quæſitum: An & quatenus interdicta vel manda-
ta executorialia momentaneam poſſeſſionem admittant? Et reſpondendum
eſt ex octaua interdictorum diuiſione, quod quædam ſint interdicta, quæ tē-
porariam poſſeſſionis cauſam à proprietate ſeparari non ſinant: *l. 1. §. fin. ff. de*
aq. quot. & æſtiu. & c. d. diſtinct. 8. Ita ſi in vim rei iudicatæ, pacti, vel inſtrumenti,
&c. in omnem proprietatis cauſam dirigantur interdicta, non momētaneum,
ſed perpetuum afferunt præiudicium: quod, quomodo, & quando in Quor-
bon, & alijs etiam interdictis admittatur, ſuis locis dicemus. Vt ſic iterum con-
ſtet, momentaneam poſſeſſionē eam eſſe & dici, quæ datur vel aſſignatur qui-
dē, petenti, ſed ſub expreſſa plenioris iudicii, aut certi euentus præſeruatione
102 per prędicta. Exemplum quoq; petere licet, ex concurſu † creditorum, quo-
rum omnium petitio, nec dum ſatis liquida, ſed alter qui de debito in continē-
ti docet, ſibi ſolutionē fieri petit, ex re forſan alias peritura vel ſequeſtrata, aut
antea arreſtata: hic enim, non aliter rei fit translatio, niſi ad cautionē, de reſti-
tuendo,

Digitized by Google

tuendo,ſi quis alius de meliore iure aut pignore docuerit:quamuis & hoc ipſo caſu,non vera,ſed quaſi &plane abuſiua momentaneæ poſſeſſionis,ſeu potius aſſignationis cauſa intercedit: quæ,non ex quæſtione petitor j,reſpectu eiuſdẽ cauſæ,ſed aliunde,ex cõcurrente alterius petitione ac priuilegio æſtimatur.

Denique momentaneum præiudicium & alibi conſideratur: veluti † ſi quis ſuſpectus tutor vel curator poſtuletur: huic enim, quoad cognitio finiatur,interdicitur adminiſtratio: §.7.Inſt.*de ſuſpect.tutorib.* Eademque eſt ratio omnium ab officio,&c.ſuſpenſionum, momentaneam vel temporalem cauſæ cognitionem habentium,cum ſpe vel euentu reſtitutionis,&c. 103

Vbi nunc proximum fuerit, vt de † duplici,ne dicam, triplici,quod DD. vulgo iactitant,poſſeſſorio homiliam inſtituamus. 104

Commentarius XIII.

De duplici poſſeſſorio,ſummario ſcilicet & ordinario à DD. dicto,& quidnam,tum an reuerâ ſit? *ad part.2. or.ſin. tit.21.§.fin.&c.*

Svmmaria.

1 *Poſſeſſorium duplex,ſi non triplex,DD.paſſim inſinuant:*
2 *Ex communi ſententia.*
3 *Summarium poſſeſſorium, extraordinarium & momentaneum vocatur:*
4 *Et præiudicium affert reparabile ſaltem & leuiſſimum:* (*publica.*
5 *Summarium poſſeſſorium redditur, non tam poſſeſſionis ergo, quam pacis Poſſeßio ex ſummario iudicio data adhuc litigioſa habetur, & fiduciaria vel proviſionalis dicitur.*
6 *Summarium vel momentaneum poſſeſſorium obtinet, non modo in retinẽd. ſed & adipiſc. & recup.& n.7.*
8 *In ſummario poſſeſſorio ſemiplenæ probationes ſufficiunt: libello, litis conteſtatione,&c.non requiſitis:*
9 *Ne partes veniant ad arma,enſem pro libello oſtendentes.*
10 *Publicatio atteſtationum, teſtiumque repulſa, & appellatio, non requiritur, vel admittitur in ſummario.*
11 *Ordinarium vel plenarium poſſeſſorium plenam poſſeſſionis determinatio-*
12 *Sub remotißimo petitorii euentu.* (*nem habet:*
13 *Ordinario poſſeſſorio omnes ſubſtantiales proceſſuum partes obſeruantur.*
14 *Ordinarii poſſeſſorii ſententia eſt definitiua:*
15 *A qua, ob grauiſ præiudicium appellare licet.*
16 *Diſtinctio poſſeſſorii, in ſummari. & plenarium probari videtur ex in-*
17 *Item ex Orat. Ciceronis pro Cæcin:* (*terdictis:*
18 *Item ex conſtitutionibus imperii. de pignorat. & litig.poſſeſſ.&c.*
19 *Qualibet cauſa poſſeſſorii ſummaria à DD. vocatur:*

20 *Quatenus hoc procedat?*

21 *Cauſæ petitorii, ſunt facillimæ, poſſeſſorii vero difficillimæ.*

22 *Poſſeſſoriæ cauſæ ſunt ſummariæ, reſpectu momentanei præiudicii, & paratæ executionis.*

23 *Et reſpectu non modo petitorii, ſed ſui etiam ipſarum.* (*fundata.*

24 *Summarii & ordinarii vel plenarii poſſeſſorii diſtinctio in iure, nullibi eſt*

25 *Poſſeſſorium in iure nullum, eſt, niſi quod petitorio opponitur.*

26 *Abſurdum eſt, duplici poſſeſſorio agere.*

27 *Vnde litium multiplicatio inducitur.*

28 *Ordinarium quod vocant poſſeſſorium, eſt legale petitorium, & n. 36.*

29 *Reſponſio contra duplicis poſſeſſorii aſſertiones: & primo ex Orat. Cic. pro*

30 *Punctus paritionis & mandati à petitorio ſeparatiſſimus.* (*Cæcin.*

31 *Niſi ex petitorio prorſus dependeat.*

32 *Duplex poſſeſſorium lites reddit viuaciores.*

33 *Non exemplis iudicandum, ſed legibus.*

34 *Semel rite tractatum, non retractandum.*

35 *d. diſtinctio manifeſtiſſ. contradictiunculis confunditur.*

36 *Poſſeſſorii ius perpetuo præiudicio amiſſum, in petitorio recuperari nequit.*

37 *In ſummarii poſſeſſorii cauſa DD. non conueniunt.*

38 *Variare, nec ſibi conſtare, magnum erroris indicium.*

39 *Armorum in caſu, non tam poſſeſſionis, quam ſcandali reſpectu, interdicitur.*

40 *Circa poſſeſſorium, etiam in armorum caſu, legitime procedendum:*

41 *Poſſeſſionem, cum cauſæ cognitione, vel aſſignando, tuendo, reſtituendo, vel ſequeſtrando.*

42 *Nemo, ſub armorum prætextu poſſeſſione ſua priuandus.*

Arma & vim minanti potius inhibendum pœnaliter ne turbet poſſeſſorem.

43 *Verus poſſeſſorii proceſſus depingitur, ex l. libertis. ff. de liber. cauſ. l. exitus: De acq. poſſeſſ.* (*cauſam poſſeſſionum.*

44 *Informationes quales quales, in caſu armorum, non ſunt transferendæ ad*

45 *Nedum in poſſeſſoriis acquirendæ: vt male Plotus.*

46 *Iudex, ad informationes proprias recte procedit, ratione ſcandali, ſed non aſſignandæ vel amittendæ poſſeſſionis.*

47 *Armorum & poſſeſſionis inter cauſam diſtinguitur.* (*& Sarmient. &c.*

48 *Summarii & ordinarii poſſeſſorii deſtinctio in iure inaudita, iuxta Baron.*

49 *Omnia poſſeſſoria debent expediri ſine magno ſufflamine.*

50 *De caſibus quatuor, quibus d. diſtinctio poſſeſſorii, videtur poſſe ſuſtineri: veluti, ratione ſcandali armorum:*

51 *Tum concurrentis iunioris & antiquioris poſſeſſionis:*

52 *Vel petitorii ex ipſa poſſeſſione probandi:*

53 Vel

53 Vel meri facti, & iuris.
54 Refutantur dicti caſus: primus enim laborat confuſione armorum vel ſcandali, & poſſeſſionis: & 55.
56 Reliqui tres, confuſionem habent poſſeſſorij & petitorij.
57 Vnum interdicta agnoſcunt poſſeſſorium:
58 Quod ſolum, poſt ſe, petitorium exſpectat.
59 Cautela, contra aduocatos, duplici vel triplici poſſeſſorio ludentes.
60 Diſtinctio poſſeſſorij, ſummarij & plenarij, videtur ſtabiliri conſtitutionib. decretis, & praeiudicijs imperialib. & n. 61. 62. 63.
64 Sed reſpondetur n. 64. 65. 66. 67.
68 Gallica regia parlamenta, & decreta, ſimplex poſſeſſorium aſſerunt:
69 Reprobatis abuſibus. n. 70.
71 Proceſſus Gallorum, in Vti poſſid. & litigioſ. poſſeſſionis interdicto qualis ſit.
72 Britanni quoque & aliae nationes ſaltem agnoſcunt poſſeſſorium.
73 Vlterior duplicis poſſeſſorij inſtantia: & n. 74. 75. 76. 77.
78 Quatenus diſtinctio ſummarij & ordinarij poſſeſſorij tolerari queat? & num. 79.
80 Per ordinarium poſſeſſorium in conſtitutionib. imperij deſignatur petitorium: vnde & poſſeſſorium petitorium vocatur.
81 Duplex poſſeſſorium, an & quatenus, in cauſis ſpolij vel turbationum admittatur.
82 Reformata per interdictum poſſeſſione, an & quatenus actione non modo petitorij ſed & poſſeſſorij, reliqua expediantur.
83 Tranſitus ad homiliam ſeq. quod interdicta nihil ſint, vel fuerint aliud, quam mandata ſine clauſula quae nunc dicuntur.

EXplicato duplici, quem plerumque habent, Interdictorum puncto, poſſeſſorii ſcilicet & petitorij; explicata etiam momentanea poſſeſſione: ad enucleandam poſſeſſionis & Interdictorum doctrinam, paulo veſtigandum & diſquirendum ducimus: An ipſum † quoque poſſeſſorium adhuc duplex ſit? Et eſſe quidem, communis ac vulgata DD. noſtrorum eſt traditio: qua poſſeſſorium iudicium diſtinguunt in ſummarium ſiue ſummariiſſimum, vel extraordinarium, & in ordinarium ſiue plenarium. Atque ita videtur inſinuare conſtitutio imperij *de litig. poſſeſ. part. 2. ordin. tit. 21. in fin.* ibi: in poſſeſſorio petitorio, quod determinata momentanea poſſeſſione ſaluum adhuc ſit. Et ita communem eſſe DD. ſententiam † aiunt: And. Gail. *lib. 1. obſ. 7. n. 2.* Pet. Benin. end. *concluſ. 62. num. 12. & ſingulariter concl. 79.* Roland. à Valle, *lib. 4. Conſ. 8. n. 16.* vbi hanc diſtinctionem ab omnibus probari ait, poſt Hieron. Cagnol. *l. in pari 171. n. 6. & ſeq. ff. de R. I. & alios, quem ſequitur* Iohan. Baptiſt. 1
2

Plot. ad L. ſi quando, C. vnde vi. ſeu *de in lit. iur.* §. 3. *n.* 35. 43. *& ſeqq. late etiam*
poſt alios Menoch. *in prælud. recup* à *n.* 24. *vſque ad* 35. *& retin. rem. fin.* Couarr.
pract. quæſt c. 17. Coraſ. *l. Naturaliter.* § *nihil com. n.* 27. *ff de acq. poſ.* Conrard.
De mom. poſ. 1. *rat. decid. n.* 12. *& ad L diffamari in Ampliat. n.* 17. Hart. Piſt. 1. *q.*
45. *n.* 20. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 20. *n.* 2. Borgnin Caualcan. 1. part. deciſ. 19 & 2.
deciſ. 23. *n.* 41. *& paſſim alij*: Amad. Lombriaſ. *de iudic. feudalı. n.* 110. Andre.
Fachine. *lib controuerſ.* 8. *c.* 15. vbi iſtam diuiſionem, vt quæ iuris rationi magno-
pere conueniat, retinendam putat, contra Sarmient. Atque ita poſſeſſorij cũ
ſummarijſſimi & extraordinarij tum ordinarii diſtinctiſſimam poſt alios men-
tionem facit: Erneſt. Cothman *reſponſ.* 20. *per tot* Frider. Pruckman. 1. *conſ.* 23.
3 Summarium † poſſeſſorium, quod etiam extraordinarium, vel alijs quoque
momentaneum appellatur, definiunt eſſe, in quo citra magnum aliquod præ-
iudicium, iuris ordine non ſeruato, ſummarie, ſine longo litis ſufflamine, ſola
facti veritate inſpecta, & illico, celeri reformatione, veloque, quod aiunt, le-
uato proceditur, eo caſu, atque fine, ne partes ad arma deueniant, vel ne ſcan-
dalum aliquod fiat, ac vt ſciatur quis actoris vel rei partes debeat ſuſcipere: ita
4 Gail. Plot. Couar. & alij, vt ſup. Dicique momentaneum † aiunt, quia ſenten-
tia in eodem lata, non eſt definitiua, ſed mere interlocutoria, non perpetuum
vel grauius, ſed leuiſſimum & reparabile, quinimo momentaneum ſaltẽ præ-
iudicium afferens, quod in ordinario poſſeſſorio reſtaurari queat: Ita vt hæc
Interlocutoria, neutri parti, tam in poſſeſſorio ordinario quã petitorio, ſit præ-
5 iudicialis: Cum propter ius † feratur, non tam poſſeſſionis, quam publicæ
tranquillitatis, & legitimi moderaminis, ob publicã publicarum ſacri Imperij
legũ & conſtitutionũ diſciplinam: Vnde & poſſeſſio per huius Iudicij Inter-
locutoriam data, adhuc litigioſa in Imperio, vel quodã Interim ab Hiſpanis,
vel prouiſionale remediũ ab Italis & Gallis, vel fiduciaria (Gallis Recreance,
ſiue recredentia) aut depoſitoria, à DD. Item Liuio & alijs appellatur: Gail. *d.*
6 *obſ.* 7. Quod licet in Vti poſſidetis Interdicto, † cũ vis armorum immineat, præ-
cipue obtinet: quo caſu, litigioſam vel fiduciariam poſſeſſionem DD. ſingula-
riter conſiderant *ibid. & late* Couar. *Prac. q. c.* 17. Aluar. Valaſc. *deciſ. Luſit. con-
ſult.* 79. *per tot.* Maſuer. *in prax tit.* 10. *n.* 15. Menoch. *rem. retin.* 3. *n.* 3. *& in prælud.
recup n.* 29. Pruckman. *d. conſ.* 23. *n.* 2. *& ſeq. &c.* Tamen ſimilis quædam eſſe ra-
tio videtur aliarum quoq; momentanearum poſſeſſionum per interdictũ aſſi-
7 gnandarum: ſiue adipiſcendæ, retinendæ, vel recuperandæ agatur: † vt recte
Plot. *d.* §. 3. *n.* 36. *& n.* 40. prout quoq; momentaneam poſſeſſionem, in omni-
bus tribus interdictorum generibus plerumque conſiderari diximus homilia
præced. Amad. *d. n.* 110. Et proinde, quod nullũ vel modicũ ſaltem, & exiguũ
hic præiudicium vertatur, Imperfectas & ſemiplenas probationes, in hoc iudi-
8 cio † recipiunt, nec libellum litiſq; conteſtationem & ſimilia ſolennia, ſed ce-
lerrimam reformationem requirunt, appellatione non admiſſa: *per text. clariſ.*

& pro-

Digitized by Google

& propriiſſimum in d.l vn.C.ſi de moment.poſ.l.momentaria 8. l. meminerit.6. in fin.
illico quidem poſſeſſio ei à quo eſt ablata reddatur *l. non abs re.* 10. ibi: pro-
tinus, id eſt. non expectato Iudiciorũ ordine *C. vnde vi. l.* 1. ibi: vt eos mom ẽ-
tariæ poſſeſſioni ſine vlla cunctatione reſtituant *C ſi per vim, vel alio mod.* & vbi-
que DD. Quæ omnia iiſdem fere verbis: And.Gail. *d.obſ.7.n.5. & ſeq per tot. &*
ibid.citati Caſtrenſ. *Conſ.3.vol.2.* Bald.& Caſtren. *l. ordinarij. C.de rei vind.* Capic.
deciſ.55 n.7. Couar. *pract.q.d.c.17.* Plot. *d.§.3.n.35.& ſequent. C. vnde vi.quib.* ad-
de præter alios paſſim DD. Benint. *d.concl.79.n.2.* Milanenſ. *deciſ. regni Sicil.3.*
n.15. Virgin.Bocati. *tract.de manutent.c.21.n.* 12. *& ſeqq.* Hieron. Cagnol. *d.l. in*
pari.n.6. dicentes, ſummarium † poſſeſſorium eſſe quod principaliter ordina- 9
tur, ad finẽ, ne lite pendente ſuper proprietate vel poſſeſſione partes veniant
ad arma, ſe inuicem turbando, enſemq; pro libello oſtentando: vt dicit Bald.
in l.quiſquis ff. Quorum appellat. Contard. *d.n.17.* & vt ſciatur quis actor, & quis
reus eſſe debeat, per præalleg. Et dici iudicium ſummarium: quia natura ne-
gotij exigit, vt ſummarie procedatur, cognoſcatur & ordinetur: & ſolũ afferre
præiudicium, lite pendente, & donec plenius fuerit cognitum, vel aliter ordi-
natum: Eſſeque † tanquam præparatorium ad finem alterius iudicii ſtatutũ, 10
& momentaneum aptitudine: Ideoq; non requiri plenã probationem, neq;
libellum & litis conteſtationem, neq; fieri atteſtationum publicationẽ, multo
minus teſtium repulſam vel exceptiones contra eoſdem admitti: Pet. Benint.
Couar. Plot. Menoch. Pruckman, & alii DD. vt ſup. & Roland. *d. conſ.8.lib.4.*
Ordinarium † autem, vel plenarium poſſeſſorium vocant, quod ordinatur 11
ad finem & effectum perueniendi ad ſententiam definitiuam ſuper petitorio,
in quo principaliter diſceptatur de iure partiũ, ſeu, de proprietate, & vim per-
petuam obtinet, vt poſſeſſor in poſſeſſione remaneat, donec altera pars egerit
& obtinuerit in petitorio &c. ita Cagnol *d.l.in pari.n.7.& ibi* Bald. Corn. Alex.
Iaſ. Caſtr. & alii Plot. *d.§.3.n.* 44. vel in quo † principaliter & abſolute de poſ 12
ſeſſione eiuſq; pleno & perpetuo vel ſaltem graui præiudicio, vel de tota atq;
plena poſſeſſionis cauſa diſceptatur: non attento quod forte illis in petitorio
reparari poſſit. Gail. Benint. Roland. vt ſup. Bald. & Caſtrenſ. *l. Ordinarii C. de*
rei vindic. Quia enim iſta reparatio, non fit directo, & principaliter, ſed in con-
ſequentiam tantum petitorii, tum etiam ſub dubio, eoq; præterea remotiſſi-
mo euentu, qui quam longiſſime abeſt, & ab anxio, tortuoſo, ac diſputabili
proprietatis litigio propendet: Propterea in eiuſmodi poſſeſſorio, vtpote
quod ſine magna iuris abſurditate leuis atque modici vel vilioris præiudicii
haberi nequit, caute etiam & legitime procedendum. In hoc † ergo ordi- 13
nario poſſeſſorio, etſi non ſemper, magnis ſolennitatibus, tamen iuris ordine,
quoad ſubſtantialia, ſeruato, proceditur: mediantibus ſcilicet citatione, libel-
lo, litis conteſtatione, cauſæq; cognitione: vbi & plenæ probationes requirũ-
tur, admiſſa etiã teſtium, ſi qui non ſatis habiles ſint, reprobatione & repulſa:
Aretin. *cap. veniens 38, de teſtib.* Capic. *deciſ.55. num.* 2, Cagnol, & reliqui DD.

vt ſup. & late ac diligenter Weſenbec. *Conſ. 1. n. 63. & ſeq.* & Roland. *d. conſ. 8.*
14 *n. 18. & ſeq.* Quo nomine, & quod totam † poſſeſſionis cauſam hoc poſſeſſorium decidat, atque ita, non modicum, ſed perpetuum vel irreparabile præiudicium afferat, ſententia, in hoc iudicio fertur definitiua, aliam poſt ſe in poſſeſſorio ſententiam non expectans: per text. elegantem *in l. 35.* Exitus poſſeſſionis hic eſt tantum, vt pronunciet Iudex, vter poſſideat: Ita enim fiet, vt is, qui victus eſt, de poſſeſſione, petitoris partibus fungatur, & tunc de dominio quæritur, *& ibi DD. ff. de acq. poſ.* glo. & Salicet. *d. l. 1. C. quor. bonor.* Plot. *l. ſi quando n. 107. & 114. C. vnde vi.* Benint. *d. concluſ. 79. n. 2. & alij vt ſup.* quamuis quidam ordinarium poſſeſſorium definiant, quod altiorem indaginem re-
15 quirit, & mixtam habet cauſam proprietatis. Amad. *d. loc. n. 114.* Ex † quibus omnibus etiam ſequitur: Quod à lata in hoc poſſeſſorio ſententia, vtpote, definitiua, ratione irreparabilis vel ſaltem magni, atque grauis præiudicij; appellare omnino liceat: DD. vt ſup. & per ea quæ ſuo loco dicemus latius.

Cuiuſmodi poſſeſſorij diſtinctio, in ſummarium, & ordinarium, luculentiſſime etiam aſtrui, & probari videtur, ex ipſa interdictorum ratione: qua
16 de poſſeſſione † primum, ad ſopiendas contentiones, rixaſque, deſuper in facto euenientes, & ad reprimenda ſcandala, neue res ad arma prorumpat, ſummariſſime cognoſcendo, per viam mandati ac præcepti proceditur, & deinde, plenior cognitio, in ordinario poſſeſſorio inſtituitur. Qualis proceſſus, adhuc, à ſumma antiquitate repetitus, exſtare, nobiſque adumbrari videatur,
17 † in Orat. Cic. *pro Cecin.* vbi videre eſt, quod dupliciter, in propoſita ibid. poſſeſſionis quæſtione proceſſum ſit: Primo, per redditum Interdictum, quo Prætor, neque id ſine ſummariſſima aliqua cognitione, Cecinnam reſtitui iuſſerat, eo, vnde fuerat deiectus: deinde per ipſam datorum recuperatorum ſiue iudicum notionem. Quemadmodum ex Oratione apparet, quod corã recuperatoribus poſſeſſionis, cauſam diligentiſsime Cic. egerit, teſtes non modo ſuos producendo, ſed etiam ab aduerſo productos reprobando & infirmando: Idque adeo caute, vt in ſolius poſſeſsionis cauſa velut ordinaria ſubſiſtendo, quibuſdam quaſi cancellis ſeſe circumſcribens, in petitorium, proteſtando, noluerit deſcendere, antequam ipſa poſſeſsionis cauſa legitime eſſet deciſa & expedita: Nondum inquit de tua cauſa (principali) quæro, nondum de iure poſſeſsionis diſputo &c.

18 Ac talem † quidem proceſſum, in caſibus mandatorum ſine clauſula, quæ Interdictorum propria eſſe, alibi probauimus, adhuc hodie obſeruari, non immerito quis dicat: Exemplum, pignorationis conſtitutio atque proceſſus nobis præbet: ibi enim, ſimiliter, mandato ac præcipiendo primum proceditur, quod punctum mandati vocant, in quo ad obiectas ſub & obreptionis exceptiones quæri & diſputari ſolet, an mandatum, etiam recte obtentum, an etiam pignoratio facta, an poſſeſsio turbata: deinde hoc mandati

puncto

Digitized by Google

punčto, quē & ſummariiſſimi vocant poſſeſſorij, expedito, ad cauſales tranſitur, quibus pignorans factæ à ſe pignorationis legitimas cauſas articulatim vel plene ſaltem deducit: vbi tunc poſſeſſorium retinendæ, vtpote fundatum ſuper iſta pignorationis conſtitutione, non eſt fiduciarium ſiue momentaneum vel extraordinarium, vti aiunt, ſed ordinarium & pleniſſimum, in quo plenæ probationes recipiuntur, & ſententia lata eſt definitiua, plenum præiudicium in poſſeſſorio victo afferens: poſſeſſio enim victori plene adiudicatur, ſaluo petitorio: quod ita in Camera obſeruari teſtatur And. Gail. *tract. de pignor. obſ. 3. n. 3.* eoque nomine ab aduocatis etiam in deductione cauſalium eam cautelam obſeruari in quotidiana praxi videmus, vt ſi ipſam iuris & meritorum principalium quæſtionem nonnihil attingant, ex qua poſſeſſionis cauſa dependet, admodum ſollicite proteſtentur, iſta omnia ſaluo petitorio à ſe ita deduci, Quo pertinet lit' gioſæ quoque poſſeſſionis conſtitutio. &c. Et † quamuis, quælibet cauſa poſſeſſorij, ſummaria à plæriſq; docto- 19
ribus vocitatur: Iaſ. *l. properandum n.* 10. *C. de iudic.* Barth. *& alij ad l. momentanea C. vnde vi &* Barth. *in Extrau. ad reprimend. d. verb. ſummarie & in l.* 1. *C. Quor. bonor.* Bald. *l. incerti C. de Interdict. & ſequitur* Alex. *vol.* 1. *Conſ. 66. num.* 1. Marant. *de ord. Iud. diſtinct. 9. num.* 43. DD. *vt apud* Menoch. *in præ'ud. recup. num.* 24. *& ſeq. &c.* ſicuti † & ipſe citationis punctus, in quo de pleno poſ- 20
ſeſſionis præiudicio agitur, in conſtitutione pignorationis, ſummarie expeditur: Gail. *de pign. c.* 21. *num.* 2. tamen facilis eaque multiplex dari poteſt reſponſio. Quia dicendum eſt, hanc ſententiam vel perperam à plæriſque DD. reſpectu probationum arreptam eſſe: vel defendi, & retineri ſaltem poſſe, reſpectu petitorii: quod ſcilicet, propterea, omnis cauſa poſſeſſorij, dicatur ſummaria, quod non tam ſit difficilis probationis, nec propterea tam diuturnas lites atque proceſſus, neque tam longas & tam multas dilationes deſideret vel admittat, quam cauſa & Iudicium petitorij: Ita declarare videtur, Marant. *d. loc. num.* 40. Vel, ſi quis vlterius inſtando obiiciat, quod & cauſæ † quædam petitorii ſint, quæ propter facilitatem probationis, reique euiden- 21
tiam, magnum litis ſufflamen non admittunt, ſed ſubito & celeriter deciduntur: tum etiam, quod in ſummario poſſeſſorio quædam cauſæ, eam rationem habeant, vt præ alijs, ſummarijſſimæ non immerito dici poſſint: quædã etiam, in ordinario poſſeſſorio, tam difficilem ſui exitum ſæpe, & id, re quidem ita poſtulante, habeant, vt quoad tractatum & probationem, non minores quam ardua aliqua petitorij cauſa ſolennitates requirat: Iccirco ſatius atque rectius fieri, poſſet dici, ſi omnes poſſeſſorij cauſas † ſummarias voce- 22
mus, quatenus leue ſui & momentaneum tantummodo, & in petitorio recuperabile præiudicium afferre poſſunt, prout in ſeq. patebit. Vel defendi etiam Marantæ declaratio poterit hac ratione: Quod ſcilicet, omnes cauſæ poſſeſſoriæ dici poſſunt ſummariæ, non modo reſpectu petitorij, à quo diuer-

fiſſimæ ſunt naturæ: poſſeſſio enim in facto vt plurimum conſiſtit,& propter-
ea non modo rei euidentiam, ſed facillimam quoque probandi rationem ha-
bet: ſed etiam ratione executionis: quod poſſeſſorium Iudicium, illico, cele-
riter, veloque, quod aiunt, ſeu ito expediri debet: vt recte ponderant, *d.l. me-
minerint. in verb. illico C. vnde vi. gloſſ. & DD. ibid. & paſſim alij.* Quod longe ali-
23 ter † accidit in petitorio: ſicut enim ibi probationes non ſunt ita in proparu-
lo, ſed ex occulto, & rei cauſæque viſceribus depromendæ, ita & executio dif-
ficiliorem habet rationem. Vnde apparet, Quod etſi cauſæ poſſeſſoriæ reſpe-
ctu petitorij dicuntur ſummariæ: tamen reſpectu ſui ipſarum non inconue-
nienter diuidantur in ordinarias vel plenarias, & extraordinarias vel ſumma-
rias, ratione ſcilicet diuerſimodi præiudicij, & diuerſimodarum probationũ:
cum in ſummarijs ſaltem quæratur de facto, in ordinarijs vero non tantum de
facto, ſed etiam cauſa poſſeſſionis: DD. vt ſupra.

24 At vero, † quicquid ſit, & quantumcunque ſplendide iſta dicantur: ſci-
endum è contra eſt, iſthanc ſummarij & ordinarij poſſeſſorij differentiam, qua
illo prius expedito & præmiſſo, huic deinde locus fiat ſaluo adhuc ſingulari
aliquo petitorio, Doctorum noſtrorum eſſe ſomnium, nullibi in iure fundatũ:
vtpote, quo in poſſeſſorio ſuccumbenti, nullum, niſi petitorium proprietatis
iudicium indultum, vel permiſſum reperiatur: per ea quæ ad differentiam
poſſeſſorij ac petitorij diximus. Vbi poſſeſſionem proprietati. & poſſeſſorium
25 petitorio nude ac ſimpliciſſime paſſim opponi docuimus. Quandoquidem †
poſſeſſorium nullum in iure inuenitur, niſi quod petitorio opponitur: Et,
quod, ob præiudicium, in petitorio recuperabile, momentaneum appellatur.
Ita, vt vel hoc ſolo nomine, poſſeſſorij ſummarij & ordinarij differentiam
nullam prorſus in legibus exſtare, vel ſi nunc temporis aliqua in praxi habea-
tur, eam ad minimum confictam, falſam, fucatam atque vanam eſſe conſe-
26 quatur. Quemadmodum etiam † ineptum ac ridiculum merito cenſere-
tur, ſi per interdictum quis præparatorie ſaltem conſequeretur poſſeſſionem,
de qua nihilominus in plenario poſſeſſorio adhuc cognoſcendum; ita vt ea-
dem poſſeſſio, deſultoria quadam leuitate, vel iterum auferenda, vel ſaltem
ſub meliore iudicio confirmanda eſſet: expectando nihilominus adhuc, ſu-
pra & poſt duas iſtas poſſeſſorias velitationes & quaſi militias, petitorio, quo
is, qui in poſſeſſorio iam bis aut alternatim vel obtinuit vel ſuccubuit, dubio
proprietatij quaſi Martis periculo, in tertiam adhuc vicem ſubijciatur.

27 Quippe † quod per iſtam ſummarij & ordinarij poſſeſſorij differentiã,
nihil aliud, quam litium, contra legum iuriſque rationem, multiplicationem
induceremus, ſi non in alijs ordinarijs, quæ nunc dicuntur actionibus, vt poſ-
ſeſſionum vindicationibus, aut condictionibus, ſaltem in interdictis & man-
datorum cauſis: vbi proceſſus primum in ſummario ipſius Interdicti vel man-
dati, deinde in plenario poſſeſſorio, & tertio in ipſo petitorio inſtituendus
foret

Digitized by Google

foret: Quod abſurdiſſimum eſſe, vel ex latiſſima, vt diximus, petitorij Iu-
dicij poteſtate, quam ſuperius diligenter & recte explicauimus, liquere &
confutari poteſt. Cum † ordinarium, quod vocant poſſeſſorium, vtpo- 28
te, in quo cauſa, ius, meritumque poſſeſſionis pleniſſime diſcutitur & venti-
latur, & ſub perpetuo præiudicio definitur, ac deciditur, nihil ſit aliud, quam
verum propriumque, quod in iure quidem receptum, vel approbatum ſit, pe-
titorium.

Neque nos mouere poteſt, quod ſupra in principio huius cap. de anti-
quiſſimo iſthoc interdictorum proceſſu ex *d. Orat. pro Cecin.* tum ex ipſis In-
terdictorum formulis, deq; conſtitutione pignorationis, & eiuſdem aliorum-
que mandatorum ſine clauſula ratione diximus. Ille † enim proceſſus, qui 29
poſt redditum vnde vi Interdictum *in Orat. pro Cecin.* adhuc exſtat, & in Ca-
mera Imperiali reddito vel emanato ſine clauſula mandato, quotidie vel ſaltē
frequentiſſime inſtituitur, in puncto ſc. non citationis vel petitorij, ſed ipſius
interdicti ſeu mandati, tanto abeſt, vt ab ipſo interdicto vel mandato ſeparan-
dus vel diuellendus ſit, vt etiam ad ipſius interdicti expeditionem totus ſe fe-
ratur & pertineat. Quid enim aliud agebat Cic. *iſta Orat.* quam vt Cecinnam,
poſſeſſionem habuiſſe, eaque deiectum, neque adhuc tamen, ex redditis inter-
dicti, & interpoſitæ ſponſionis mente & ſententia eſſe reſtitutum probaret?
Quemadmodum † adhuc hodie punctum Mandati & paritionis eadem ra- 30
tione vrgemus, ſi vel friuolis exceptionibus, vel aliis tergiuerſationibus, de-
cretum prætoris eludatur, & iniuncta paritio pleniſſime facienda poſtuletur:
ſalua & ſuſpenſa petitorii, ſi quod ab ipſo poſſeſſorio vel quaſi ſeparandum
tractandumue reſtat, quæſtione: vtpote quæ, in puncto cauſalium, vt in pigno-
rationis conſtitutione loquimur, poſtmodum definitur. Siquidem † vero, ea 31
ſit negotii, ſuper quo redditur Interdictum, ratio, vt punctus poſſeſſorii ex
petitorio ſit explicandus & decidendus, tunc ratione mixti Iudicii, tota quæ-
ſtio ad Interdictum, eiuſve cauſam deuoluitur, ibiq; recta ſine magna Iudi-
ciorum ſummarii vel plenarii diuiſione ac multiplicatione definitur: *per. l. 1.
§. fin. ff. de aq. quot. & æſtiu. cum ſimilib.* Neque ex js tantum, differentiæ illius
vanitas colligi poteſt, ſed inde etiam: quod proceſſus litium, alias per ſe in
ſimpliciſſimis quoq; querelis plus Iuſto viuacium, iſthac † differentia longe 32
adhuc viuaciores faceremus: Iniuſtiſſimis poſſeſſorib. anſam præbendo, qua
in poſſeſſorio etiā plenario vel ordinario victi, latebroſas & verſatiles neſcio
cuius petitorij ambages conſectentur, rectumque iuris & Iuſtitiæ tramitem
declinent. Et quamuis ex praxi liqueat, poſt redditum & explicatum interdi-
cti ſeu mandati punctum, in puncto citationis & cauſalium, eiuſmodi, qua-
rum ſup. memini proteſtationes, de reſeruando me æ ſcilicet proprietatis &
dominii petitorio, interdum fieri: Interdum quoque, ita ijs deferri, vt vtro-
que tam Mandati quam citationis puncto expedito, vmbratilis illa, ſeu potius

Digitized by Google

vexoſa petitorij quæſtio, ſub incudem litigij reuocetur: tamen non exemplis
33 † ſed legibus ſtandum ac iudicandum eſt: litigioſa iſta ac vexoſa proceſſus
triplicatione, ad Garamantas atque Scythas explodenda. Quid enim hic aliud
agitur, quam vt lites ex litibus in infinitum protrahantur: & Iudicium poſ-
ſeſſorium, plene tractandum, vel iam tractatum, contra iuris ordinem vel nō
plene tractetur, vel plene tractatum retractetur? Quamuis etiam, non memi-
nerim, extra reuiſionis cauſam, in eiuſmodi ſupernaturali, vel rectius, ſuperle-
gali petitorio, quæſtionem, in cauſalibus, quoad merita, recte deciſam, iterum
reſciſſam eſſe.

34 Ac vt nihil de eo dicam: Quod † ſemel rite & plene tractatum abſolu-
tumq;, non ſit iterū repetendum: vel, quod lites, in poſſeſſorio vel petitorio,
ſemel competente Iuris ordine ſopitæ, non ſint reſuſcitandæ: illud ſane huic
ſummarij & plenarij poſſeſſorij differentiæ maximopere aduerſatur, quod or-
35 dinariū † poſſeſſoriū cum petitorio manifeſtiſſimis contradictiunculis à DD.
cōfundatur: vt videre eſt, apud Cagnol. & alios, vt ſup. paulo ſub principiū al-
legatos. Vbi cum expreſſiſſime dicant, in poſſeſſorio plenario principaliter di-
ſputari de iure partium ſeu de proprietate, idq; pleniſſimis hinc inde receptis
probationibus: & Iuris ordine omnimodo & rite obſeruato, quæſtionē poſ-
ſeſſionis per ſententiā definitiuam, ita decidi, vt perpetuū, plenum, ac vti lo-
quuntur, ſucceſſiuū & effectuale præiudiciū in iure perdēdo afferat: Cagn. *poſt
alios d. n.* 7. Gail. *de pign. d. obſ. 3. n. 3. &c.* hinc immediate ac neceſſario conſequi-
tur peſſime atq; nulliter prorſus, ab iiſdem DD. dici, iſtud poſſeſſorium ordi-
nari ad effectum finemque perueniendi ad ſententiam definitiuam ſuper pe-
36 titorio. Cum tamen † petitoriū, nihil aliud, in iure, deq; vero eius intellectu
ſit, vel eſſe poſſit, quam illud, quo ordinarium iſti poſſeſſorium vocant. Siqui-
dem enim illo agitur de iure poſſeſſionis plene & ſub perpetuo præiudicio?
ἀνακόλουθον & contradictorium eſt, ſub perpetuo præiudicio amiſſum ius, in
petitorio reparari poſſe. Accedit, quod in ipſa quoque ſummarij poſſeſſorij
37 cauſa DD. neutiquam † conueniant: cum alij ſolum ſcandali & armorum ca-
ſum per communiora: & Pruckman. *d. conſ. 23. num.* 41. alij præterea & eum
quoq; caſum, cum non conſtat vtra pars actoris vel rei partibus, reſpectu Re-
tinendæ, defungi debeat: Borg. Caualcan. *d. p. 2. deciſ.* 24 *n.* 41. dicens in fin.
quod recuperandæ poſſeſſorium ſit ordinarium & plenarium: alij momenta-
neas & in genere omnes poſſeſſionum cauſas ad ſummarium poſſeſſorium re-
ferant eiq; adſcribant: DD. qui omnes cauſas poſſeſſorias ſummarias vocant.
38 Variare † autem nec ſibi conſtare, magnum erroris indicium eſt. Pharmacon
quidem conciliationis ſupra adhibui, ſed quod tamen hanc differentiam nō
ſatis ſtabiliat. Et ſiue armorum metum, ſiue etiam caſum aſſumamus, quo du-
bium eſt, vter contendentium actor eſſe debeat: tamen neutro caſu, quoad
poſſeſſionis ſane cauſam, ita procedi de iure poteſt, ſicut DD. noſtri in ſum-
mario poſſeſſorio procedi dicunt,

Nam

Digitized by Google

Nam in armorum † caſu, non tam poſſeſſionis, vel deſuper competentium 39 interdictorum reſpectu, quam ex ſingulari capite *l.æquiſſimum. ff.de uſufr.*& ſimilium iurium prætor interdicit, ſeſeque interponit; prout *part. 2. Ordin.tit. 23.*in hunc caſum,præter cæteros,mandata ſine clauſula ſingulariter ſunt fundata. Quemadmodum hoc ipſum, *in tract.de Mandat.ſine clauſ.cap.11.* attigimus, & ſupra in commentario vel homilia de cauſis & fontibus interdictorum latius deduximus.

Cæteroqui † enim,quod ipſam poſſeſſionis cauſam,etiam in armorum 40 periculo,vel caſu attineat,non alio,quam in interdictis receptum, & ſingulari capite commonſtrabimus,ordine, probandique modo proceditur. Aut enim circa adipiſcendam vel retinendam poſſeſſionem partes contendunt: & hic prætor,non ad nudas informationes ſtatim procedit, vni vel alteri poſſeſſionem attribuendo,ſed mandatis pœnalibus vim recta fieri prohibendo, armaque deponere iubendo, ad forum iuris & æqui euocat,ſummarias partium allegationes ac probationes † poſtulando, recipiendo, & ſic tandem deſuper, 41 ei,qui in probationibus ſuperior eſt, poſſeſſionem momentaneam aſſignando,tuendo,reſtituendo: vel in caſu ambiguitatis & paritatis,poſſeſſionem ſequeſtrando: quod perpetuo,non tantum S. Imperialis Cameræ, ſed & Parlamentorum Galliæ,&c.vſu ſtyloque comprobatum. Minſing. 2.*obſ. 96. & reſponſ.*11.Guid.Papæ,*deciſ.*578.Franciſc.Marc.*deciſ. Delphin.* 1198. *num.3. & ſeq.* Benintend.*deciſ.Bonon.73.num.5.& per tot.* Similiſque ratio interdicti recuperandæ, vel Canonis redintegrandæ quoque eſt. Quod ipſum adhuc melius ex interdicto retinendæ, cui ſummarijſſimum hoc poſſeſſorium ſingulariter plærique attribuunt, videre eſt: Etſi enim ibi, partibus de poſſeſſione ſibi habenda ac retinenda, contendentibus, iudex ad materiam ſeditionis comprimendam paratiſſimus eſt; eo, vt ſine magna vel cunctatione vel deliberatione,non tantum mandatis pœnalibus vim fieri prohibeat, ſed vt etiam pro ratione periculi, informationes quales quales,nedum ſemiplenas probationes recipiendo,mandatum redintegret,pœnaſque comminatorias exaſperet: per ea quæ dicti DD.ibid.tamen longe alia poſſeſſionis tribuendæ vel adimendæ eſt ratio: cum eius reſpectu, non aliter quam ſuo loco diximus, & ſic ordinaria atque ſolita interdictorum via procedere poſſit.

Cum † neminem ſub armorum vel ſcandali prætextu, ſua poſſeſſione 42 exuere vel priuare fas ſit: per ea quæ Fichard. 2 *conſ.*81.*n* 6.Weſenbec.*conſ.*7. *ſub num.*7.Caualcan.*deciſ.Fiuiz.1.deciſ.*19.*num.*3.*vbi DD.& deciſ.*27.*num.*45.*vbi* Iaſ. Hippol. Brun. Caſtrenſ. Achil, Perſonal. & alij, &c. ſed potius alteri parti non poſſidenti,& arma vimque minanti ſub graui pœna inhiberi, vt non turbet poſſeſſorem,&c. *d. DD. &* Plot. *d.* §. 3. *num.*47. Weſenb.*conſ.*48.*num.*21. Benintend.*deciſ.Bonon.*73.*num.*13.Bender.*de Reuiſ.c.*20.*nu.*134. *& ſeqq.* Bernhard. Græue. 1. *concl.* 5.*num.* 4. *& ſeq.* Lanfranc. *deciſ.* 9. licet poſſidens nuda

Digitized by Google

etiam ciuiliſſima ſtatutaria poſſeſſione nitatur: Parif.1.*conſ.*41.*n.*15.Tiraquel. *tract. le mort.ſaiſ.6.part.declar.9* Lancellot.*de Attentat.*2. C.20.*in pref.nu.*44. *& ſeqq.*poſt Bero.3.*conſ.*45.*& ſeq.* Nattam1.*conſ.*121.dicentes,longe melius facere iudicem ſi parti meliora poſſeſſionis vel retinendæ vel adipiſcendæ iura habenti,poſſeſſionem reſtituat, quam ſi ſub armorum per ſe officio iudicis coercendorum reſpectu vtrique parti inhibeat: vel & alterutri parti,extra & præter interdicti requiſita, poſſeſſionem det, quæ ei in ordinario, quod vocant poſſeſſorio iterum ſit auferenda: vti ex Couar.Maſuer. Valaſ. & Milanenſi *d. locis,* teſtis D. Pruckman. *d.conſ.n.9.*

Quod cum in armorum caſu, ita obtineat, multò magis in generali iſto caſu obtinebit,cum dubium eſt,vter actoris vel rei partibus fungi debeat. Et
43 † cum hic caſus, quoad aſſignandam momentaneam poſſeſſionem interdictorum ſit propriiſſimus & generaliſſimus, iuxta propriam probandi rationem ipſis etiam interdictis communem, neque aliter, & hic quoque procedendum eſt. Quæ ipſa omnia, *ex l.exitus, ff. de acq. poſſ. & l. libertis 7. in fin.ff.de liber.cauſ.* lucidiſſime probantur: vt vt illæmetipſæ leges, pro tuenda ſummariiſſimi poſſeſſor j aſſertiuncula,àDD aſſumuntur,*d.enim l.Exitus*,vnam eamque ſimpliciſſimam poſſeſſionis cauſam ponit, qua expedita non ad ordinarium poſſeſſorium, ſed recta ad ipſum petitorium ſit accedendum : Et in *d. l. libertis 7.* ita Vlpian. Si quis ex ſeruitute in libertatem proclamat, petitoris partes ſuſtinet: Si vero ex libertate in ſeruitutem petatur, is partes actoris ſuſtinet, qui ſeruum ſuum dicit; Igitur cum hoc incertum eſt : vt poſſit iudicium ordinem accipere,hoc ante apud eum, qui de libertate cogniturus eſt, diſceptatur, vtrum ex libertate in ſeruitutem aut contra agatur.

Et ſi forte apparuerit eum, qui de libertate ſua litigat, in libertate ſine dolo malo fuiſſe: Is qui ſe dominum dicit,actoris partes ſuſtinebit, & neceſſe habebit ſeruum ſuum probare.

Quod ſi pronunciatum fuerit,eo tempore, quo lis præparabatur, in libertate eum non fuiſſe, aut dolo malo fuiſſe, ipſe qui de ſua libertate litigat, debet ſe liberum probare *d. l. 7. §. fin.*

44 Quo textu ſimiliter noſtra ſententia apprime confirmatur : Ita vt † vndique appareat, nuſquam in iure ſummarij & ordinarij poſſeſſorij differentiam,ſaluo tertio adhuc petitorij iudicio,proponi,multominus ſtabiliri;eoq; nomine male DD. caſum ſcandali & armorum, cum ipſa poſſeſſionis cauſa confundunt: Sicuti male etiam, informationes quales quales, quibus iudex in caſu armorum & periculi,ad concipienda deſuper mandata pœnalia vtitur, ad ipſam quoque poſſeſſionem ſummarie aſſignandam vel abiudicandam accommodant: vti poſt alios facit Plot. *de in lit. iurand.* §.3, *num.* 40. vbi dicit:
45 Quod in iſto iudicio † poſſeſſorij ſummarij, quando agitur inter plures de adipiſcenda poſſeſſione vacante, puta bonorum à defuncto relictorum, iudex

ſumma-

ſummarie,ſe informabit,quis ſit ſcriptus heres in vltimo teſtamento non cancellato, nec abolito, & illum mittet in poſſeſſionem bonorum, quæ poſſidebit defunctus tempore mortis: etiã quod dicentur bona non fuiſſe defuncti, ſaluo iure aliorum competitorum in agendo, tam in poſſeſſorio plenario ſiue ordinario,quam in petitorio:*per l.fin.& ibi DD.C.de Edict.Diu.Ad.l.non tantum, ff.de pet.hereditatis. Item*: quando agitur cauſa inteſtati, quod ſimiliter iudex ſe informabit abſque libello, quis obtineat primum gradum, & obtinentem, puta filium, vel fratrem, aut ſororem, mittet in poſſeſſionem bonorum defuncti,&c. Quæ omnia confuſe, ſupraque omnem modum erronee dicuntur.

Cum † conſtet,iudicem,ad informationes proprias,recte quidem,pœ- 46
nalibus mandatis procedere,in caſibus ſcandali, ſeditionis, & armorum: non
vero in aſſignanda, vel adimenda poſſeſſione: cum hoc caſu, iudex niſi im-
ploratus,& productis à parte ipſa probationibus & allegatis, vel niſi ad noto-
riam & manifeſtam rei factique apparentiam, officium non interponat: per
vulg. *& d.l.fin.* quod ipſum ex omnibus quoque interdictis eorumque for-
mulis liquet. Neque itidem mouet, quod ex Iuſtin. Imp. & Theoph. inter-
prete *Inſt.de interdict.* afferri poſſet, quod ſcilicet interdicta, eo præcipue caſu
reddita ſint,cum circa poſſeſſiones, rixæ, contentiones, & φιλονεικίαι, etiam
cum verberum & armorum periculo oboriuntur. Etſi † enim, ſuper poſſeſ- 47
ſionibus arma ſæpe mouentur: tamen inter armorum, & poſſeſſionis cauſam
diſtinguendum eſt; quod ipſum etiam, cum à prætore, tum ab ipſis Imp. fieri
in ff. & C. ſub interdictis paſſim docetur. Et proinde, veriſſima eſt ſententia
Eguinarij Baronis *ad Inſt.de Interdict.parte altera.* Item Fr.Sarmientæ *2.ſelect.in-
terp.c.13.num.9.* quod illa † ordinarij, & ſummarii, vel ſummariſſimi poſſeſ- 48
ſorii diſtinctio,non ſit iuris; Sed interpretum, cuius in vniuerſo iure nullum
extet veſtigium, & quæ in eodem plane inaudita ſit: vnde & merito repro-
banda: Quod recte etiam nuperrime Andr. Rauchbar. 2. *quæſt.6.n.35.* per ra-
tionem veriſſimam, quod iure communi, omnia interdictorum poſſeſſoria,
ſint momentaneæ poſſeſſionis, per ea quæ cap. ſingulari diximus: Et quod
proinde † omnia iſtiuſmodi poſſeſſoria, debeant ſummarie, & ſine magno 49
proceſſus ſuffl imine tractari & expediri, Menoch. *recup.15.n.238.* addens,in
vniuerſa Gallia,item Mediolani,atque Papiæ,ita ſeruari, & textus ſunt paſſim
clariſſimi,qui ſtatim,illico,mox,& ruptis omnibus ambagibus, in interdictis
procedendum eſſe docent & expoſtulant.

Quia autem vſitatas in praxi phraſes atque regulas, quantum fieri
poteſt, libenter retineo: cum etiam difficillimum ſit maiorum ſententias
reuoluere: Iccirco dici † poſſet, quadruplici in caſu, d. differentiam ob- 50
ſeruari, & quadrare: Primo in caſu ſcandali & armorum, cum ſcilicet ſuper
poſſeſſione vel adipiſcenda, vel retinenda, aut recuperanda, partes periculoſe

conten-

contendunt: Ita, vt res ad arma & tumultum ſpectare videatur: Etſi enim, mandatis hic pœnalibus, iudex promptiſſime procedit, citra vllam poſſeſſionis rationem atque cauſam; vtpote, quæ ex alio capite decidenda venit: tamen, quia intuitu poſſeſſionis, vt dictum eſt, periculum armorum imminet, & exortum ſedatur: Ideo hoc reſpectu, ſed largo tamen modo, ſummar. jſſin. ū vel ſummarium hoc poſſeſſorium, illud vero, quod in ipſa poſſeſſionis cauſa redditur iudicium, ordinarium vel plenarium poſſeſſorium, cum DD. ſupra in principio allegatis vocari poterit.

51 Secundo, hæc † differentia colorari & ſuſtineri fortaſſis poſſet, in caſu concurrentis præſentis vel iunioris, & antiquioris poſſeſſionis. Etſi enim iunior poſſeſſor, qui de præſenti in poſſeſſione eſt, rectiſſime obtinet, in interdicto retinendæ: quoad momentaneam poſſeſſionem; quod ſummarium indigitant poſſeſſorium; tamen, ſi alio iudicio, pars altera de antiquiori probat poſſeſſione, illud plenarium poſſeſſorium vocari aiunt; quod Plot. *d. num. 40.* etiam poſſeſſorio adipiſcendæ accommodat: vtpura, ſi heres ſcriptus, immiſſionem in bona defuncti obtineat, *ex d. l. fin. Cod. de Edict. diu. Adrian.* ſummarie deſuper procedendo: Et poſtmodum altera pars, poſſeſſionem ad defunctum ind. bite perueniſſe dicat, atque probet; tunc enim, iudicium hoc alterum, vtpote terminis poſſeſſorijs itidem concluſum, ordinarium poſſeſſorium fuerit.

52 Tertio, hæc † differentia omnium maxime videtur locum habere, cum propter defectum tituli ac probationis, ad dominium pertinenti, ex ſola poſſeſſionis cauſa, res omnis decidenda: vt, ſi expedita momentanei interdicti poſſeſſione, altera pars, non tam ad petitorium, quam ordinarium poſſeſſorium prouocet, quo poſſeſſionis cauſam, ratione, vel antiquitatis, vel tranſmiſſionis, vel actionum poſſeſſoriarum, altiorem indaginem requirentium, plenius deducere inſtituat & paratus ſit. Quemadmodum ſæpe fit, vt deficiente dominij, vel proprietatis titulo, ex ſola poſſeſſionis vel antiquitate vel melioritate, controuerſia ſit decidenda: vbi de poſſeſſione, non tantum in ſummario, ſed rectiſſime etiam, & pertinenter, in ordinario dein poſſeſſorio iudicari videtur.

53 Quarto, ipſas † meras poſſeſſionum cauſas, in facto repoſitas, per ſummarium poſſeſſorium: Iura vero ſeruitutum, emphyteutica, dotalia, & ſimilia, ex quibus poſſeſſiones ſæpe competunt, per ordinarium poſſeſſorium: Ipſam autem veri proprietatis dominij cauſam, per petitorium expediri, dici poteſt: in qua ſententia nonnulli DD. reſident. Sed iſta omnia admodum large, &

54 improprie, & errores potius † colorando palliandoue, quam corrigendo dicuntur; quod omnino in praxi notandum, ad coercendam abuſus in producendis litibus licentiam. Primus enim caſus, vt ſupra dixi, armorum & poſſeſſionis confuſionem habet, & à legitima praxi plane alienus eſt: in qua inter ſumma-

ſummariſſimum & ſummarium poſſeſſorium, ita diſtinguunt: vt illud, in caſibus armorum & tumultuum locum habere, verique poſſeſſorij magis præparatorium eſſe dicant: Hoc vero, ipſam poſſeſſionis cauſam definire: Bero. Pariſ. Natta; Tiraquell. Lanfranc. Lancellot. vt ſup. Bender. *de reuiſ. concl.* 35. *n.* 20. *& ſeq.* Carol. Molin. *de Abuſ. curiæ Rom. fol.* 139. vbi interdicta † ad manutenendum comparata, plenario poſſeſſorio aſcribit, eoque definiri ait: illudque opponit poſſeſſorio, ad ſimplicem manus iuſtitiæ leuationem recepto. 55

Tres vero reliqui caſus confuſionem habent petitorij & poſſeſſorij. Etſi enim ſæpiſſime fit, vt controuerſia, ex ſola poſſeſſionis cauſa, ratione antiquitatis vel probationum, vel melioritatis, decidenda veniat: Idque ita, † vt præter ipſam poſſeſſionis cauſam ratione dominij probationes nullæ adſint: Tamen veriſſimum eſt, quod nemini ſine dignis probationibus, poſſeſſio in præiudicium alterius ſit danda, vel aſſignanda: per ea quæ homilia ſing. dicemus: Deinde veriſſimum † quoque eſt, quod vnicum & ſimplex in interdictis ſit poſſeſſorium: cum illa vlterior, ratione antiquitatis, vel quarumcunque meliorum circumſtantiarum, & probationum, inſtituta ventilatio, ad petitorium pertineat, & in eodem magis, quam ordinario poſſeſſorio expediatur: ſic enim, antiquitas poſſeſſionis, vel meliores eiuſdem, & altiorem indaginem requirentes probationes, inſtar tituli & dominij obtinent: per rationem certiſſimam, & generaliſſimam, quod ex poſſeſſione, præcipue vero antiqua & diuturna dominium quoque ipſum in dubio cum acquiratur tum probetur: per Vulg. *l.* 1. *& tot. tit. ff. de acq. poſſ. l.* 1. *& tot. tit. ff. de acq. rer. dom.* 56 57

Quo nomine poſt & præter momentaneam † interdictorum poſſeſſionem, eiuſque cauſam, nullum aliud iudicium, quam illud, quod de proprietate ac dominio latiſſime ita ſumpto loquitur, & petitorium vocatur, iura præ ſe ferunt: quod ex vera petitorij ac poſſeſſorij tum momentaneæ poſſeſſionis *ἐξηγήσει* & declaratione, demonſtrauimus. Ea etiam hic cautela obſeruanda: Vt, ſi, Aduerſarius, forte poſſeſſor, eo, vt diu † in poſſeſſione manere queat, cum duplici poſſeſſorio, tum etiam ſingulari adhuc petitorio, experiri conetur: Tu poſt expeditum momentaneæ poſſeſſionis iudicium, in puncto cauſalium, vel citationis, ſiue petitorij, non modo pleniores antiquioris forte poſſeſſionis probationes, ſed omnia, ſi quæ habes, iura qualiacunque, pleniſſime deducas, & ſic in petitorio pleniſſime & finaliter cognoſci petas: non attentis frigidis illis proteſtationibus; quibus pars aduerſa, in ordinario quod vocant poſſeſſorio, litem texere, illamque dein tertio, ad prætenſum aliquod petitorium, producere molitur. 58 59

Sed impenſe admodum, † & quaſi ex diametro, noſtræ ſententiæ (quod dici poſſet) aduerſatur, autoritas Sacræ Imperialis Cameræ: In qua, ſuper conſtitutionibus Imperij, præſertim litigioſæ poſſeſſionis, & pignorationum, duplex poſſeſſorium, ſummarium, vel ſummariſſimum, & ordinarium, præ- 60

tereaque ipſum, adhuc petitorium expreſſe ſtabilitur, exercetur, atque vſurpa-
61 tur. In litigioſa enim † poſſeſſione, facta primum ad compeſcendam ſcandali armorumque vim, inhibitione, vel ſequeſtratione, vtrique dein parti iniungitur, vt in Camera Imperiali, certo termino compareant, & iura poſſeſſionis ſuæ ſummatim per articulos proponant, vna cum nominatione teſtium & commiſſariorum: quo facto, ſine vlla articulorum communicatione, vel reſponſionum, litiſque conteſtationis ſolennitate, commiſſarii deputantur, qui certo termino pro omni dilatione conſtituto, atteſtationes recipiunt: quibus in Camera productis, ſine vlla præuia publicatione, ſuper momentaneo poſſeſſorio in fauorem melius probantis pronunciatur, ſaluo ordinario, cum poſſeſſorio, tum petitorio, coram competente iudice inſtituendo: Gail. *d. obſ. 6.*
62 *lib. 1.* In conſtitutione † autem pignorationis, primo eſt punctus mandati: quo, auditis ſummarie vtriuſque partis allegationibus, pignorato actori, poſſeſſio, ablatorumque reſtitutio momentanea, ſi mandatum redintegretur, aſſignatur, illi vero, qui pignorauit, iniungitur, vt in puncto quem vocant citationis, cauſales producat deque iure pignorandi, & ſic melioris poſſeſſionis edoceat: vbi tunc, non momentaneum, ſed ordinarium poſſeſſorium, ſummarie quidem, ſed tamen plene, & ſub perpetuo poſſeſſionis præiudicio agitatur, & definitiue expeditur, ſaluo, vti Andr. Gail. teſtatur, petitorio, *d. c. 3. n. 2. & obſ.*
63 *21. n. 2. de pignorat.* Quibus accedunt quam † plurima S. Imperialis Cameræ præiudicia, quibus definita momentanea poſſeſſione, tam poſſeſſorium, ordinarium ſcilicet, quam petitorium reſeruatum docetur: veluti in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, deß Gleidtens / ſalui conductus principis Electoris P. cont. Coſſ. & Senatum V. vbi vtrique parti, certis finibus atque locis momentaneum conducendi poſſeſſorium, redintegrata reſpectiue inhibitione aſſignatum, donec in poſſeſſorio vel petitorio, quod vtrique parti reſeruatum, aliter definiatur: Biß zu Außtrag deß Rechtens / in poſſeſſorio vel petitorio: 22. Ian. anno 1552. Sic in cauſa mandati, der Pfendung / Coſſ. & Senat. ciuitatis P. cont. L. fuit mandatũ cum refuſione expenſarum, doch beeden Partheyen jhre Gerechtigkeit der Hauptſach halben / in poſſeſſorio & petitorio, locis, ſi experiendi animus eſſet, competentibus fürzubringen vnnd außzuführen vnbenommen / ſaluo ſcilicet cauſæ principal. ſ poſſeſſorio & petitorio 6. Nouembr. anno 1560. ſimiliſque ſententia 27. Septemb. eod. anno publicata in cauſa ſimilis mandati ducis E. cont. Marchionem D. &c.

64 Sed neque † hæc ipſa, vel praxeos, vel D. Gailii autoritas quenquam mouere debet: cum ipſæ S. Romani Imperii conſtitutiones, noſtram ſententiam ſummopere ſtabiliant, dupliceſque iſtas poſſeſſoriorum, ſaluo adhuc petitorio ventilationes, plane non admittant. Etſi enim litigioſæ poſſeſſionis conſtitutio, propter ſeditionis & armorum terrorem, pacemque publicam, quoad proceſſum, admodum eſt ſingularis: tamen præter vel inhibitionem,

vel

vel ſ queſtrationem, qua vis ſcandali præuertatur vnius ſaltem momentanei poſſeſſorii mentionem facit, quo is qui in probationibus ſuperior eſt, fruatur, Biß zu endlichem Außtrag deß endlichen Rechtens/in poſſeſſorio petitorio: vſque ad finalem definitionem ac deciſionem, finalis, hoc eſt totalis vel pleniſſimi iuris, in poſſeſſorio petitorio hoc eſt ordinario & plenopetitorii, pluſius etiam poſſeſſionis ius continentis iudicio inſtituendam.

Et ea eſt ſentẽtia *d. tit 21. § fi. part. 2. ord.* Si igitur decreta ſemel momẽtaneæ poſſeſſione, nil niſi finalis & extrema totius cauſæ definitio expectatur: quænam eſſe poſſit praxeos autoritas, quæ Imperialibus conſtitutionibus & legibus præponenda, ad ſuſtinendas duas, eiuſdem poſſeſſionis, & tertiam adhuc petitorii inſtantias? Ita † conſtitutio pignorationis, ad tuendam ſimiliter publicam Imperii tranquillitatem, pignorationes facti, & violentas inuaſiones, 65
quibus illa ſæpiſſime turbari poterat, pœnalibus ſine clauſula mandatis coercet & perſequitur: ita tamen, vt is, qui ſe pignorationibus vexari dicit, mandatumque poſtulat, de poſſeſſione veriſimiliter doceat: Vbi tunc mandatum, de relaxando vel reſtituendo decernitur, contra pignoratorem, termino eidem ſimul præfixo ad docendum ſe ius pignorandi habere.

In primo paritionis puncto, cauſa poſſeſſoria, ſub momentaneo ſaltem præiudicio, præſtita etiam eo nomine cautione, ſummarie expeditur: In puncto autẽ cauſalium deinde, nõ plenius poſſeſſorium, quod ordinarium vocat Gail. ſed omne pignorationis ius, Und die Gerechtigkeit der Hauptſach/ hoc eſt omne ius totius cauſæ principalis ventilatur & expeditur, quod tunc verum merumque eſt petitorium, omnes reliquas ipſius quoque poſſeſſorii vices continens & includens; *d. part. 2. tit. 22 in med. & in fin.*

Ordinarium † enim quod D. Gail. & alii vocitant poſſeſſorium, nihil 66
aliud eſt, quam verum germanumque & legale petitorium, quod ipſam vincenti poſſeſſionem quoque plærunque reformat & reducit.

Vnde etiam *in d. tit. 21. §. fin.* non diuiſim vel ſeorſim vel alternatiue, ſed coniunctim & explicatiue poſſeſſorium petitorium vocitatur.

Quod etiam fit in d. & ſimilibus præiudiciis vel ſententiis: Vt, textum ſcilicet, & verba ipſarum conſtitutionum, domini Camerales, eatenus quoque obſeruent: cum alias regulariter in terminationibus † interdicti vel poſ- 67
ſeſſorii momentanei petitorium ſiue ius cauſæ principalis, ſine vlla poſſeſſorii vlterioris mentione reſeruari ſoleat: Qualiter in cauſa Appellationis V. V. cont. X. V. reformata priore ſententia, appellans, ad reſtitutionem poſſeſſorii annuarum penſionum appellato condemnabatur, ſaluo petitorio 10. Iun. anno 1551. ſic in cauſa L. W. viduæ cont. comites ab V. rei, ab impetitione actoris abſoluti, præſeruato petitorio, in Cam. Imper. ſi vellent, proponendo, anno 57. Sic in cauſa exſecutionis poſſeſſoriæ Decani & Capituli O. contra K. C. reiecta ſupplicatione & articulis pro reſtitutione in integrum, petitorio

partibus,ſi velint,in Camera experiri permiſſum, 23.Aug.1581.& ita fit quotidie,vt ſimplex petitorium,opponatur ſimplici poſſeſſorio. Vti hoc etiam olim ſemper factitatum : velut in cauſa ſpolii Decani & Capituli N. contra C. M.decretum : non licuiſſe reo dictos actores annuo frumento der 4. Mutten Regken ſpoliare,iniuncta reſtitutione ſolida,cum expenſis atque damnis, ſaluo petitorio in Camera Imp.proponendo 8.Nouemb.anno 1531. Sic poſſeſſoria annuarum penſionum,rerumque pignoratarum reſtitutio, iniuncta eſt, ſaluo petitorio in cauſa appellationis K.Y.cõt.Coſſ.& ſenat.ciuitatis Y.18 Septemb.71.&c. Et ſic infinita alia ſunt præiudicia, quibus definito per condemnationem vel abſolutionem poſſeſſorio, petitorium reſeruatum.

68 Et iſta † omnia, poſſeſſoriis etiam Gallorum proceſsibus explicantur: de quibus Eguin. Baro, ad Inſt. de Interd. Illis enim, ſi res, de qua contenditur,admodum adhuc ſit controuerſa, Primo omnium ſequeſtro ponitur per iudicem : quod Baro quidem ita indiſtincte fieri annuit ; vt etiam obtineat ſi res illa controuerſa iam poſsideatur : niſi triennii poſſeſsionem litigator probet : vtpote quæ ſola apud quoſdam ſequeſtrationem rei controuerſæ remoratur : Et ſi forte de fructuum reſtitutione poſt ſequeſtrationem contendatur, liticulam illam vocant.

69 Sed cum eiuſmodi † ſequeſtrationes, præſertim conſtituto iam poſſeſſore,quãtumuis necdum triennali, iure communi non probentur, vt rectiſsime Baro *per l.1.Cod.de prohib.ſeq.pec.vbi not. & per ea, quæ diximus ſup.* nimirum generalis illa ſequeſtratio, merito fuit ſublata, & ſaltem ad caſum poſſeſsionis dubiæ reſtricta.

Secundum poſſeſſorii iudicii caput, de momentanea poſſeſsione eſſe ait : per l.momentariæ, C.vnd.vi. de qua nos ſup.vocant autem la Recreance, hoc eſt fiduciariam momenti,vel poſſeſsionis aſsignationem : caput tertium, pleniſsimam poſſeſsionem,& irreuocabilem rei controuerſæ deciſionem continere ait : quod vocant la manitenue, ou, le plain poſſeſſoire, manutentionem, vel plenum poſſeſſorium. Ac † quamuis & Galli olim plenum hoc poſ-
70 ſeſſorium, à vero petitorio ſeparabant : vtpote cui expeditis demum prioribus tribus poſſeſſoriis locus erat : Tamen legibus Regiis, iſta poſſeſſoriorum multiplicatio plene abrogata fuit,iuſſumque vt vtrumque & momentaneum & ordinarium,quod vocabant poſſeſſorium,vna & ſimul tractaretur, & quod de vtroque capite vna queri deberet. Quemadmodum etiam tertium poſſeſſorium, quod pleniſsimã vere & irreuocabilẽ poſſeſsionis cauſam conſtituit, non poſſeſsoriũ, ſed petitorium eſſe conſequitur : quod cum poſſeſſorio non eſt confundendum. Quomodo & † Gallos, illum proceſſum,in caſu litigioſæ
71 poſſeſſionis,ad vti poſſid.interdictum,potiſſimum obſeruare, ait Tauard. ad l.vn.in fin.C.Vti poſſid.vbi illam,in Gallia,eius interdicti praxin eſſe,ait: vt qui vltimo anno, pacifice poſſedit, querimoniam nouitatis intentet, intra annum

& diem

& diem turbationis, atque non aliter, quam ſi vtile ſibi videatur, ſequeſtrationem fructuum primo capite fieri petat: ſecundo capite petat vindicias, id eſt, recredentiam ſibi addici & adiudicari, oblatis fideiuſſoribus, idoneis, iudicatum ſolui: hoc eſt, de reſtituendis fructibus damnis, & eo quod intereſt, ſi contingat poſſeſſorem vinci in iudicio proprietatis: Et ſuper hoc ſecundo capite fit litis conteſtatio, teſtium &c. productio, ſuper poſſeſſione, intra vnicā dilationem: & quando que ſuper iure & proprietate, ſed ſummatim, ad poſſeſſionem partis iuuandam. Et tunc, ſi prima facie, vnius partis plenior vel iuſtior appareat poſſeſſio, ei fit adiudicatio, remota, ſi quæ interceſſit, manu regia & ſequeſtratione &c. vid. ordinat. Franciſci *de abbreuiand. litib. art.* 61. & *ſeq.* Rebuff. *ad conſtit. in mat. poſſeſ.* Atque † ita non Gallorum modo, ſed & 72
Britannorum, & aliarum nationum moribus, quoad petitorij differentiam, vnum & ſimplex ſaltem eſt poſſeſſorium: *per prad. & quæ ſup. homil. 3 ſub fin.*

Cæterequi, præter dictos duos armorum ſcilicet, & legitimæ ſequeſtrationis caſus, & ille ſummariiſſimo poſſeſſorio aſſcribi & accenſeri poterit, qui priori admodum ſimilis, cuiuſdam † exorbitantiæ ſcandaloſæ rationem obti- 73
net. Exempli gratia afferri poſſunt occupationes, & ſpolia, vel talia, quibus propter malam conſequentiam, nullatenus eſt indulgendum, & talis nihilominus caſus continetur, cuius poſſeſſorium recta & plene definiri nequeat. Sic, etſi iure ciuili cautum: quod nemini liceat, poſſeſſionem plenam, vel in qua poſſeſſor eſt, vi occupare: Titius tamen, mortuo Sempronio, eius hereditatem, armata manu inuolat, Gaiumque qui potius ſibi ius habere, ſeque poſſeſſionem legitime iam occupaſſe dicebat, eijcit: Hic, quod vis facta ſit, Titius ſtatim decedere iubetur, & Gaius reſtituitur: quo facto: Titius Quor. bonorum, vel legis *fin. C. de Ed. diu. Ad.* Interdictum inſtituit, eoque ſuperior eſt: Et merito inducendus in poſſeſſionem eſt, quantumuis Gaius magnas petitorii, ſed tamen ambiguas adhuc & obſcuras copias iactitet. Ita, ſtante † ſtatuto, veluti Lubecano, quod heres, propria autoritate, hereditatem, 74
non modo vacuam apprehendere, ſed etiam ad coheredem iam poſſidentem ingredi, ſimulque poſſeſſionem qualemqualem arripere poſſit, aliamque bonorum curam gerere: Pomponius, vigore huius ſtatuti ad Quintium coheredem ingrediebatur: Ac licet proteſtaretur, nihil ſe violentum vel moleſtum vel quicquam etiam aliud moliri, quam ius municipale permitteret, tamen vi excutiebatur: ſed reſtitutionem petenti, excipiendo obijcit Quintius, quod bona illa inter ſe, & defunctum fuerint litigioſa, & quod ordinario proceſſu deducturus eſſet, male iſtam apprehenſionem factam eſſe: Ille vero, qualitates & requiſita ſtatuti, & proinde regulam pro ſe generalem ſe habere, & exceptionis, cum altiorem, tum à propoſita poſſeſſionis vel ſtatuti cauſa alieniorem eſſe indaginem replicabat, quam vt cum illa hanc confundi oporteret, tum in Republica & ciuitate, vbi magiſtratus legumque vigeat autoritas,

Digitized by Google

violentas illas deiectiones neutiquam ſuſtinendas: ſe autoritate legis, & ſic
non ſine ratione bonæ fidei, poſſeſſionem adeptum, ſed iniuſte deiectum, &
propterea ante omnia reſtituendum eſſe: Exceptionemque iſtam, non facti,
ſed legitimæ cognitionis via expediendam potius fuiſſe: neque hic prius ſub-
tiliter diſputandum ei, qui iuri dicundo præeſt: *per l. 1. C. vt in poſſeſ. legat.*
75 Cum igitur † coheres, ante omnia reſtitutionem vrgeret, In eam quidem,
non male eſt redintegratus, ſed ſaluo tamen & præſeruato vtrique parti ordi-
nario poſſeſſorio & petitorio. Vbi iam quæſtionis eſt: An & quatenus, ex-
76 pedito ſummariſſimo iſto poſſeſſorio † redintegratorio, aliud merum pu-
rumque poſſeſſorium inſtituere liceat? Et licere iudicaui, & quidem eatenus
quod, & quatenus, pendente adhuc, remotiſſimo ſub euentu, iſta prætenſi li-
tigii cauſa, iſtud ſolummodo caput, in ordinarium poſſeſſorium deductum
eſſet: An ſcilicet permiſſa à ſtatuto poſſeſſionis apprehenſio, etiam iſto caſu
obtineat, cum bona ſunt quacunque ratione litigioſa? quam quæſtionem
alibi explicabimus.
77 Ita, † ſi me, in poſſeſſione hereditatis, vel bonorum, quam non vi, non
clam, non precario, ſed titulo aliquo ſum adeptus, turbare inſiſtis: tuque eo
nomine in ius vocatus, vel mandando inhibitus, iſtas tu turbationes irreleuan-
ter excuſare velis: hic Iudex, ſaluo non modo petitorio, ſed aliquo etiam
mero poſſeſſorio pleniore, iſtud turbationis & alicuius etiam poſſeſſionis Iu-
dicium definire poteſt, quod ſummariſſimum poſſeſſorium vocare quidem
licebit, ſicut & omne illud Iudicium quo mandata & inhibitiones, iſthoc no-
mine decernuntur.
Vnde videmus, quod, etſi regulariter vnum tantum poſſeſſorium fo-
uere & ſuſtinere ex iure & legibus debemus, quod non aliud adhuc poſſeſſo-
78 rium, ſed ipſum petitorium recte inſequatur, per ea quæ ſup. in certis † ta-
men caſibus, ſcandali nimirum, vel armorum, item exorbitantiæ, tum etiam
in caſu poſſeſſionis dubiæ ac litigioſæ, vbi vtraque pars ſe poſſidere contendit,
differentiam iſtam ſummariſſimi & ſummarij vel potius ordinarij, quod pe-
79 titorio opponatur poſſeſſorij, in praxi ac foro detineri poſſe: per rationem, †
quod prius, ſiue ſummariſſimum poſſeſſorium, reſpectu quidem alicuius
poſſeſſionis fiat, ſed odio tamen magis & deteſtatione ipſius facti exorbitan-
tis: Ipſum autem deinde poſſeſſorium alterum, quod ordinarium vel ſum-
marium vocare licebit, citra vllam facti exorbitantis rationem, reſpectu ipſius
poſſeſſionis cauſa ſubſiſtens, petitorium adhuc omnibus modis ſaluum reti-
net, momentaneum nihilominus eſt, & vocabitur, prouocationis remoris
non ſubiectum: quemadmodum nec prius illud, propter facti exorbitan-
tiam eiſdem ſubiectum eſt.
80 Ordinarium † vero vel plenarium poſſeſſorium illud fit, quod peti-
torium

torium ipſum quoque continet: vnde & poſſeſſorium petitorium vocatur *part. 2. ordin. dict. titulo vigeſimo ſecundo §. final.* quo reſpectu ordinarium poſſeſſorium vel petitorium pro eodem accipitur à DD. practicis: Caualcan. *part. 1. deciſ. decima nona, numero quint. vbi DD.* quo ſignificatu, in cauſa attentatorum domini Magiſtri ordinis Teutonici, cont. Ducem I. E. & D. reus quidem, ab inſtantia abſolutus, compenſatis expenſis, ſalua tamen principali cauſa appellationis, & poſſeſſione reficiendi viam, ſalicesque iuxta plantandi, foſſas habendi nec non piſcandi, facultate præſeruata, ius ipſum in poſſeſſorio, locis competentibus proponendi: vigeſimotertio Iun. Anno 1561.

Ergone, † dicat aliquis, in cauſis ſpolii vel turbationum atque ſcandal. 81
duplex illud poſſeſſorium generaliter locum habet? Et generaliter quidem, nequaquam, ſed tunc demum locum habebit, cum reformato exorbitantis facti ſcandalo, actor, competentem interdicti cauſam habet, ex qua, ſaluo miſſoque petitorio, commodum poſſeſſionis legitime retinere vel nanciſci queat: Siquidem enim talem cauſam non habeat, ordinario non poſſeſſorio ſed petitorio ius ſuum perſequi debet. Ita vt cautiſſime hic diſtinguendum ſit. Vnde Vlpian. Reſtitutæ poſſeſſionis ordo aut Interdicto expeditur aut per actionem *l. 1. §. quarto in fine ff. vti poſſid.* quod Vlpiani dictum ex his quæ iam diximus, peropportune explicatur: Cum † quæri poſſit, qua 82
ratione, reformata per vnde vi interdictum, poſſeſſione, non tantum actione petitorij, ſed & interdicto reliqua expediantur? Et hoc dupliciter fieri poſſe ſciendum eſt: vel, per interdictum vti poſſidetis, ad tuendum poſſeſſorem reſtitutum: vel exſequendo, & plenius expediendo iniunctæ paritionis proceſſu, ad recuperanda, quorum itidem reſtitutio demandata eſt, fructus, damna & intereſſe: cuius reſpectu & iudices olim, & non tantum petitorij ergo datos probauimus. Sequitur † nunc, vt probemus, quod in- 83
terdicta iuris veteris, nihil ſint vel fuerint aliud, quam mandata iudicialia, qualia, de conſuetudine, ex Cameris, aulis, parlamentis imperialibus, pontificijs, regijs, &c, emittuntur.

COM-

Digitized by Google

Commentarivs XIV.

Quod Interdicta iuris veteris, nihil ſint, vel fuerint aliud, quam mandata prætoris, aut magiſtratus, qualia adhuc hodie cum vel ſine clauſula emanant:

Svmmaria.

1 *Interdicta iuris veteris, eiuſdem ſunt argumenti cum mandatis, quæ hodie cum vel ſine clauſula decernuntur.*
2 *Ioh. Oldendorpij IC. Germani, excellens teſtimonium.*
3 *Mandatorum ſiue interdictorum vſus antiquiſſimus.*
4 *Interdicta cum mandatis conueniunt quoad definitionem: vtraq; enim ſunt decreta iudicis ex præſcripto legis iubendo vel inhibendo reddita.*
5 *Idem habent obiectum, eandem quæ ſe exerceant materiam.*
6 *Vti in mandatis ita & interdictis duplex plerumq; punctus ſiue quæſtio poſſeſſorij & petitorij, vel mandati & Citationis.*
7 *Controuerſiis mundus carere nequit: ſed ea, non viis facti, ſed iure determinanda.*
8 *Poſſeſſorij vel mandati punctus tam interdictis quam hodie in mandatis, præiudicialiter tractabatur.*
9 *Exemplum ex Orat. Cicer. per Cecinna.*
10 *Euenit ſæpe, vt tam ex interdicto quam mandato, paritionis punctus expediri nequeat abſq; cognitione cauſæ principalis.*
11 *Vti mandatis, ita & interdictis tenebatur, qui vel per ſe, vel per familiam aut alios turbarat vel deiecerat.*
12 *Interdicta & mandata quæ atrocitatem facinoris in ſe habent non facile dantur ſubditis, liberis, libertis, in magiſtratus, parentes, patronos: & quatenus hoc procedat: remiſſiue.*
13 *Tam interdicta quam mandata competentiam territorij vel iuriſdictionis exigunt:*
14 *Mandatorum eadem quæ interdictorum ſunt diuiſiones & ſpecies.*
15 *Neutra infamant, ſed politice ſaltem à viis facti, ad viam iuris auocant.*
16 *Fructuum reſtituendorum ratio eadem in mandatis, quæ ſub interdictis: & num. 17.*
18 *Vtrorumque ſimilis & ſummarius eſt proceſſus;*
19 *Quamuis in puncto cum mandati vel paritionis, tum Citationis & cauſarum mire interdum protrahatur: quod corrigendum.*

20 Inter

20 *Interdictum, & mandatum, æquo & pari reſpectu diſtant ab alijs ordinarijs actionibus: & num.21.22.*

23 *Vtraque clauſulam præſupponunt: ſi preces veritate nitantur:*

24 *Vtraque circa poſſeſſionum vel quaſi cauſas præcipue occupantur:* Cum *latiſſimo poſſeſſorij ſignificatu: n.25.*

26 *Tam interdictorum quam mandatorum quædam, cauſam proprietatis continent.*

27 *Quædam etiam ſine vllo veri poſſeſſorij, aut petitorij reſpectu locum habent ratione meri facti.*

28 *Tam interdictorum quam mandatorum cauſa & materies longe amplior eſt, quam vt lib.43.ff. ſit explicata.*

29 *Interdicta & mandata dantur etiam ratione vectigalis tam liciti quam illiciti: &c.*

30 *Mandata iuſtificatoria vel iura rectiſſime adhuc iam dicuntur interdicta: & num.31.*

32 *Interdicta reſpectu mandati & paritionis erant iuris extraordinarij, reſpectu autem hypotheſeos vel & expeditionis, erant iuris ordinarij: & n.33.*

34 *Extraordinarius proceſſus dicebatur cum prætor ipſe ius diceret & exſequeretur.*

35 *Interdictis aut mandatis procedere interdum licet & iis in caſibus vbi ordinariæ actiones alias competerent.*

36 *Vt interdicta, ita & mandata vi ſua ſunt perſonalia, quædam tamen in rē ſcripta ratione poſſeſſionis.*

37 *Vtraque ad oppoſitas exceptiones vel caſſantur vel redintegrantur.*

38 *Interdicta, & olim præcepta, mandata, monitoria ſunt appellata: & n.39.*

40 *Ab interdictis & mandatis, momentanei vel nudi poſſeſſorii præiudicii non appellatur.*

41 *Fundato recte interdicto vel mandato, proceſſus & exſecutio eius facillima eſt.*

42 *Acturus ante omnia videre debet, an aliquo interdicto poßit nanciſci poſſeſſionem, & ſic aduerſarium ad onus petitionis compellere.*

43 *Tam interdicta quam mandata interloquendo cum aliqua cauſa cognitione redduntur: & n.48.49.*

44 *Ex interdicti vel mandati cauſa poteſt etiam ordinaria actione procedi.*

45 *Interdicta & mandata admittunt etiam cumulationem:*

46 *Exceptiones non admittunt niſi ſub & obreptionis.*

47 *Non requirunt ſolennes libellos:*

48 *Neque ſtreporem, quoad cauſa principalis ὑπόθεσιν, litis conteſtationem:*

49 *Tempus interdicti & litis conteſtatæ, quatenus pro eodem ſumatur.*

50 *Vt interdicta ita & mandata ruptis veteribus ambagibus flagitantur & redduntur.*

1 QVod Interdicta Iuris veteris, nihil aliud ſint vel fuerint quā† mandata cum vel ſine clauſula, qualia adhuc hodie regiis paſſim in curiis: tum præſertim in Imperio, ſumma cum laude, & reipub. bono receptiſſima: & ex Camera tam pontificali quam Imperatoria quotidie emanant: hac homilia declarare placet: Id quod cum paucis aliis iuris interpretibus, Doctor Oldendorpius excellentiſſimus quondam Germaniæ Iureconſultus, acutiſſime non minus quam veriſſime perſpexit: *claſ. 2. action. 6. in affin. remed.*
2 Vbi, dictum eſt inquit ſuperius ſæpe, Quod interdictorum † perſecutiones, non modo ſecundum formam actionis, verum etiam ad imitationem antiquitatis inhibendo, cum clauſula iuſtificatoria, ac citatoria expediri, & poſſunt & ſolent.

Ergo ſicut olim ingens erat vtilitas vti interdictis, quoniam tangebatur læſa aduerſarij conſcientia, per Mandatum prætoris, & is ſæpiſſime à moleſtationibus deſiſtebat, vt nullo alio ſumptu & Iudicio eſſet opus: Quemadmodum & hoc ſeculo eadem vis eſt mandatorum Iudicialium, quibus frequenter ſolent iniqui homines terreri: quia eſt ordinatio Dei, ac tacitam in ſe vim habet. Nonne hic magnus eſt interdictorum fructus ſi perpendas? Vnde apparet manifeſtiſſime, multos non intellexiſſe vim & poteſtatem Interdictorum. Bone Deus, quam frigide tractantur leges Romanæ: quam pauci exigunt eas ad normam naturæ. Hæc Oldendorpius vt vere ita pie & grauiter.

3 Vnde † apparet, quod certiſſimum eſt, antiquiſſimum & decantatiſſimum huiuſmodi mandatorum vſum eſſe & fuiſſe ſemper: Ita vt interdicta ſeu mandata iudicialia, non recens hodierni ſeculi, multo minus gloſſographorum aliquod qui in Ius Canonicum commentati ſunt, vt nonnulli exiſtimarunt: ſed Iuris, legum & æquitatis inuentum diuiniſſimū, merito habeantur.

4 Vbi nunc † diſquirendum An & qualiter interdicta cum mandatis ſine clauſula in Imperio hodie vſitatiſſimis conueniant? Conueniunt autem in plurimis, ſi non dicam omnibus: Primo definitione: Vtraque enim ſunt decreta magiſtratus ſiue Iudicis ad inſtantiam partis, vel alias ex officio, ſed ex iuris legumque præſcripto reddita, iubendo vel inhibendo: *per ea quæ ſup. homil. 1. &c.*

5 Secundo † vtraque idem habent obiectum, eandem in qua ſe exerceant materiam, quæ nimirum ipſo iure vel præcepta, iuſſaque, vel vetita, prohibitaque: In quibus Iudicem mandatis in vtramque partem pœnalibus, procedere poſſe, nec dubium eſt, nec Iuris autoritati & æquitati contrarium. Hinc vim, ſcandala, ſeditiones, tumultus, damna irrecuperabilia

iure

Digitized by Google

vel publica &c. temere fieri, ipſo iure prohibitum eſt: ſicut è contra, ipſo iure præceptum in eundem ſcandalorum & turbarum finem inſtituta opera molitiones, facta & conamina reprimere, cohibere, reſtituere: Ergo interdictis & mandatis ibidem recta licet procedere.

Tertio † Vti in mandatis ſine clauſula, Ita etiam in ipſis interdictis 6 vetuſtiſſimis, duplex plerunque punctus ſiue quæſtio eſt: Mandati nimirum, & ſimplicis, vt in imperio, ex conſtitutione Pignorationis loquimur, Citationis. Hoc citationis puncto ſiue quæſtione, ipſa cauſa principalis, ipſa ὑπόθεσις, ipſamet controuerſia continetur: Illo, Mandati ſcilicet puncto, facti, vt ſimiliter in Imperio loquimur, exorbitantia, enormitas, *ἀνομία*, irregularitas, & à legibus, vt ita dicam, deuiatio reprimitur, coercetur.

Controuerſijs, † propter rerum humanarum cum multitudinem, 7 tum inconſtantiam, infinitamque varietatem in mundo carere non poſſumus: Vnde & quotidie multifariam exoriuntur: ſed exſtant fines iuris, legum & æquitatis termini, quibus ſeſe continere: ſunt actionum & defenſionum conſtitutæ formulæ, quibus vti & experiri: ſunt conſtituta iudiciorum & tribunalium ſubſellia, vbi placide agere, & conuenire, cùm vtile, tum neceſſarium eſt: Proprio furore de facto armis, vi, contendere omni Iure damnatum, & reprobatum, omni tranquillitati & ſaluti publicæ contrarium, tum per ſe ſcandaloſum & deteſtabile eſt. Hinc ergo prætor, Iudex & magiſtratus, iſtiuſmodi omnia iubendo & inhibendo rectiſſime coercet: cauſam & negotium principale, ad ſe, & ab armorum, ad Iudicij campum & arenam auocando: Cur enim patiatur ad arma peruenire quos poteſt iuriſdictione ſua componere *l. æquiſſimum ff. de vſufruct. l. Nullus. C. de Iud.*

Quarto Vti † mandati punctus in Imperio, ita & decreti in interdictis, præiudicialiter tractabatur: & prudentes aduocati, non minus olim 8 quam adhuc in Imperio, magnam curam gerebant vt facti exorbitantis cauſam, à quæſtione principali ſeiungerent, eamque præiudicialiter tractarent, nec paterentur ſtatum partitionis vel mandati & τῆς ὑποθέσεως miſceri & confundi. Si enim Prætor interdixiſſet ex formula Vti poſſidetis, vel qua alia, vim fieri vetando: actor ante omnia videbat, ne qua vis vel minima fieret: nec ante ad tractationem controuerſiæ deſcendebat, quàm mandato prætoris in vi remouenda paritum eſſet. Idque ni fieret, ad pœnam contempti Interdicti vel & ſponſionum agebatur. Ita in noui operis interdicto, ſi quid contra prætoris nunciationem factum eſſet, id nulla habita ratione, iuſte an iniuſte ædificatum eſſet, propter ſpretum nunciationis

Digitized by Google

tionis decretum, tanquam factum exorbitans, demoliendum erat: Vnde & actor reſtitutionem præiudicialiter vrgebat, antequam de ipſo iure vellet contendere. Similis erat & merito adhuc eſſe debet ratio interdicti vnde vi:

9 Vnde † Cicero Lumen illud eloquentiæ, omniumque Oratorum decus ἐξοχώτατον, in oratione pro A. Cecinna, vnice & ſingulariter, totuſque in eo erat, vt Cecinna iuxtà prætoris edictum ante omnia reſtitueretur: Et quamuis, vt ſupra oſtendi, ipſum cauſæ meritum attingeret, tamen prouide hoc faciebat, eo tantum fine, vt iudices, & de ipſo negotio principali ſtatim bene ſentirent proteſtando etiam, & vt ignoſcerent petendo, ſi per id à ratione iuris, iudicij, cauſæ, & interdicti paululum diſcederet; punctum Mandati & paritionis præiudicialiter & ante omnia tractando. Nondum, inquit, de cauſa, vel poſſeſſionis Iure diſputamus, ſed de ſponſione Ebutii, qua reſtitutum ſeſe promiſit, tum de interdicto Prætoris: Reſtitui ſum iuſſus: reſtituiſſe te dixiſti: Nego me ex decreto Prætoris reſtitutum eſſe: Quid ad hæc dicimus? Aut tuo quemadmodum dicitur gladio, aut noſtro, defenſio tua conficiatur neceſſe eſt. Si ad interdicti ſententiam confugis, & de quo fundo actum ſit, tum, cum Ebutius reſtituere iubebatur, id querendum eſſe dicis, neque æquitatem rei, verbi laqueo capi putas oportere: In meis caſtris præſidijſque verſaris: Mea mea eſt iſta defenſio: Ego hoc vociferor, ego omnes homines Deoſque teſtor, cum maiores vim armatam, nulla iuris defenſione texerint, non veſtigium eius, qui deiectus ſit, ſed factum illius, qui deiecerit, in iudicium venire, deiectum eſſe, qui fugatus ſit: vim eſſe factam, cui periculum mortis ſit iniectum. Iſtum locum fugis & reformidas: Et me ex hoc, vt ita dicam, campo æquitatis, ad iſtas verborum anguſtias, & ad omnes literarum angulos reuocas: In ijs ipſis intercludere inſidijs, quas mihi conaris opponere: Non deieci, ſed eieci: peccatum hoc tibi videtur: hic eſt mucro defenſionis tuæ: in eum ipſum cauſa tua incurrat neceſſe eſt. Ego enim tibi refero, ſi nõ ſum ex eo loco deiectus, quo prohibitus ſum accedere; at ex eo ſum deiectus, quo acceſſi, vnde fugi. Si prætor non diſtinxit locum, quo me reſtitui iuberet, & reſtitui iuſſit, non ſum ex decreto reſtitutus &c. Quibus & ſimilibus elegantiſſime & neruoſe confutat, Ebutij rationes, quibus defendere ſe conabatur. quaſi non de fundo controuerſo, ſed de proximo vicini fundo Cecinnam deieciſſet &c. qualis cauillatio poſtmodum à iurecõſultis planiſſime eſt exploſa: *per ea quæ ad interdict. de vi & vi arm. dicentur.*

10 Quinto † ſicut in mandatis, ita etiam in interdictis ſæpiſſime vſuuenit, vt quæſtio decreti vel paritionis, non poſſit expediri, abſque cognitione cauſæ principalis: Quemadmodum, vti, paulo ante etiam meminimus, in vtriſque, non raro caſus eueniunt, quibus, quod reus defenſionibus nullis vtatur vtiue poſſit, per ipſum decretum paritionis & mandati ſiue Interdicti, omnis cauſa & negotium finaliter decidatur. Neque enim interdicta ſemper præ-

parant

Digitized by Google

parant ſolummodo cauſam, ſed interdum & totam finiunt quæſtionem: *text.in l.1.§.fin.ff.de aq.quot & æſt.&c.* Eadem eſt ratio mandatorum de ſoluendo & ſimilium, *per ea quæ ſuis locis diximus.*

Sexto interdictis non modo tenetur qui per ſe, ſed etiam per familiam, ſeruos, officiales, vel quos alios, pretio, precibus, vel inſtinctu conductos, vetitum quid parat vel fecit: Idem in cauſis mandatorum valet ſine vel cum clauſula: *hom.ſeq. Quib. & aduerſus quos reddantur interd.* 11

Septimo, † Ea ſine clauſulis mandata, quæ atrocitatem facinoris in ſe habent, vtpote de vi armatis hominibus, de non offendendo, vt ibid. & alibi diximus, non facile dantur vel conceduntur ſubditis in magiſtratum, liberis in parentes, ſeruis in dominos, libertis in patronos: niſi expreſſe & liquido vim armatam ſuper fractæ pacis publicæ conſtitutione probent, *per ea quæ diximus in tract.* De mandat.iudicial.*lib.c.13.& 34.* Idem ijſdem fere verbis, in interdictis cautum eſt. *text.in l.1.§ 43.* interdictum hoc quia atrocitatem facinoris in ſe habet, quæſitum eſt, an liberto in patronum, vel liberis aduerſus parentes competat? Et verius eſt non competere: Aliter atque ſi vi armata vſus ſit aduerſus libertum patronus, vel aduerſus liberos parens: nam hic interdictum competit, *ff.de vi & vi arm.l.honori, l.licet ff.de obſeq.parent. & patron.præſt. & dicetur latius d.hom.l. Quibus & aduerſus quos.* 12

Octauo † interdicta non habent locum, niſi in eos, qui interdicentis iuriſdictioni ſubſunt: *l.2.* præſes prouinciæ in eum, qui eiuſdem prouinciæ non eſt, nec per interdictum poteſt cognoſcere, *C de interd & per vulgar.* Cum extra territorium ius dicenti impune non pareatur: Idem in mandatis ita obſeruatur: iuxta ea, quæ diximus *ad l fin.ff.de iuriſd.omn.iudit.* Quomodo & d.l. præſes 2. non tantum de prouincialibus intelligitur, ſed omnibus, qui ratione commiſſi facti in prouincia forum ſortiuntur, & ſic præſidis iuriſdictioni ſubijciuntur. 13

Nono † interdicta de rebus fiebant, vel ſacris, diuinis, vel ſecularibus, ijſque vel publicis vel priuatis, &c. Suntque vel inhibitoria vel compulſorialia ſiue iuſſoria, & hæc vel exhibitoria vel reſtitutoria, &c. Mandatorum iudicialium plane eadem hodie eſt ratio, &c. quinimo omnes interdictorum diuiſiones mandatis competunt: *per ea quæ ſup.ſub diviſionib.dicta ſunt.* 14

Decimo † interdicta nulla ſunt famoſa, quemadmodum nec illud quidem, quod vnde vi appellatur: *l.neq. ff.vnd.vi.fac.d.l.honori, & d.l.licet.* Eodem modo, nec mandata, ſine vel cum clauſula infamant, ſed politice tantum vias facti coercent: abſque vlla infamiæ nota: etiamſi etiam ſuper fracta pace qualificentur, vt ſit in mandatis de non offendendo. Vnde etiam nullius ſunt præiudicij: quamuis interdum domini, contra quos exeunt, ijs ſeſe offendi putant: Sed temere: monent enim ſaltem, ne quid contra leges fiat, &, ſi 15

quid factum forte ſit, vt reſtituatur: Id enim omne iuris eſt publici, quo qui
vtitur, nemini facit iniuriam, *per ea quæ ſuis locis.*

26 Vndecimo, † in interdictis exinde ratio habetur fructuum & intereſſe,
ex quo edita ſunt, non retro: *l. 3. ff. de Interd. l. quæſitum* 8. § 4. ex hoc interdicto
reſtitui debet in priſtinam cauſam: quod ſi non fuerit factum, condemnatio
in tantum fiet, quanti interfuit actoris, ei rem reſtitui ex eo tempore, quo in-
terdictum editum eſt: Ergo & fructus, ex die interdicti editi præſtabuntur,
ff. de Precar. Niſi forte in reſtitutoriis interdictis, vis, dolus, metus, vel fraus
27 aut alia iniuſta occupatio facta ſit: tunc enim & retro ex die † quo facta
vis eſt, computantur, & reſtituendi veniunt: vbi verbum reſtituo pleniſſi-
mam habet ſignificationem, *l. videamus* 38. §. *in Faviana cum ſequent. ff. de Vſur.*
l. 1. §. 40. *& ſeq. ff. vnd. vi.* Idem in mandatis ſine clauſula eodem fere modo
obtinet. Ita in cauſa noui operis, ea tantum reſtituuntur, quæ poſt interdi-
ctum vel nunciationem facta ſunt, &c. Et in cauſis ſpoliationum, item con-
ſtitutionis pignorationum, & arreſtorum, fit reſtitutio, ohn entgelt / cum omni
cauſa, damno, fructibus & intereſſe, ab ipſo die quo facta pignoratio eſt. Idem
in Quor. bon. & omnib. reſtitutoriis interdictis, tam adipiſcend. quam recup.

28 Duodecimo, † in cauſis interdictorum ſummarie procedebatur, teſtes
ſi opus eſſet, de plano recipiebantur, &c. vti *ex d. orat. pro Cecin.* videre licet: ſi-
militer in mandatis ſine clauſula proceditur, ſummarie, & ſine magno pro-
ceſſus ſufflamine: Quamuis id non vſque adeo accurate ſemper obſeruetur,
cum maximo eorum qui iudicijs tum ſummarijs tum ordinarijs experiri co-
guntur, detrimento, tædio, & afflictione. Pendet enim & protrahitur iudi-
cium, & interea patitur iuſtus.

29 Quod ipſum † & cauſa eſt, vt ſaluberrimæ conſtitutiones vileſcant &
vilipendantur, longeque minore, quam olim, reuerentia in parendo & ſub-
mittendo habeantur. Quia enim paritio, propter proceſſus, qui ſummarijſſi-
mus in hiſce iudicijs eſſe, & cito expediri debebat, diuturnitatem, non mo-
mentaneum, ſed grauiſſimum ſæpe præiudicium affert morigero, fit, vt in caſ-
ſum pœnarum fiat comminatio, & reuiſionum petitionibus, exceptionum, &
proteſtationum reticulis, mandatum ſiue interdictum eludatur. Quod facile
corrigi poſſet, ſi, iuxta leges, interdicta & mandata ſine clauſulis, non perpetui
vel tam diuturni, ſed temporarii & momentanei ſaltem eſſent præiudicii, in
rebus ambiguis, iureque partium controuerſo: alias enim, ſtrangulare recta &
iugulare, vt ita dicam, ſiue exſequi debent, in notoriis, vel aliis caſibus propri-
is, iure receptis.

30 Decimo † tertio: Quemadmodum interdictū diſtare dicitur ab actione,
ita & mandatum: Et ſicut olim actio, & interdictū, ex edicto perpetuo ſume-
bantur; Ita ex iure & legibus adhuc mandata ſine clauſulis petuntur, eundéq;
effectum habent: Quamuis ordo, ſolennitas & forma procedendi eſt diuerſa.

Actiones

Digitized by Google

Actiones enim à Citatione incipiunt: Interdicta & mandata à decreto; quo
prætor iudicium non dabat, ſed recta ipſe iubebat, *per text. in l. 1. §. 4. in fin.* Re-
ſtitutæ poſſeſſionis ordo aut interdicto expeditur, aut per actionem, & ibi gl.
& DD. *ff. Vti poſſid. l. liberum eſt 9. ff. de relig. & ſumpt. fun. & ibi* Oldendorp. *in
claſſ. &c.* Neq; mouet, quod etiam in quibuſdã interdictis iudicium ſe daturũ
prætor pollicetur, vt *in l. 1. ff. Vnde vi. &c.* Id enim fit non ratione decreti, ſed
ipſius cauſa principalis, cognitionem deſiderantis: Actiones, † in iure, quantũ 21
ad partes ambiguo, verſantur, quod ſciri non poteſt ante cauſæ exitum: Man-
data & decreta in aperto, liquido, certoque iure fundantur; hic proceſſus ſum-
marius, ibi, vt plurimum ordinarius, &c. Deinde ſicut actionis † verbo gene- 22
raliter ſumpto, & interdictum, ita quoque & mandatum continetur, *l. actionũ
37. ff. de O. & A.* Sic interdictũ dicitur actio, *l. antep. ff. de mort. inf. l. 43 ff. ad L. Aq.*

Decimo quarto, vti mandata, † ita etiam interdicta clauſulam habent, 23
ſi preces veritate nitantur: Et proinde vti mandata, ita etiã interdicta, vel ſim-
plicia, ſiue pura erant; ſi de iure petentis veriſimiliter appareret, vel res ea eſſet
vt ius formatum præcepto locũ facere poſſet: vel conditionalia, ſub illa clau-
ſula, quam in Curia Romana vocant conſtito de Aſſertis: vt in Iure Canonico
ſæpe concipiuntur mandata; Quod ſi ita eſt, ſi res ita ſeſe habet, mãdamus, &c.

Decimo quinto, interdicta † poſſeſſionũ cauſa, maximam ſui rationem 24
habent, & poſſeſſionum cauſa primo inuenta ſunt: per ea quæ paſſim, *ff & Inſt.
de Interd. & diximus ſup. c. 1. &c.* quia quod alter præ altero poſſidere volebat, ſę-
pe, vt Theophilus ait, ad rixas, arma, plagas, atque verbera perueniebatur: cui
malo interdictis obuiandũ fuit. Eadem ratio mandatorũ ſine clauſulis primo
& præcipue fuit; Vnde & conſtitutionibus ſingularibus, Cæſar, principes, atq;
ſtatũs Imperii, ius interdictorum publicum, in aliquibus caſibus, poſſeſſionis
reſpectu, ampliarunt, limitarunt, finierunt: vt videre eſt ex conſtitutione pi-
gnorationis, arreſtorum, litigioſæ poſſeſſionis, &c. Et † quemadmodum poſ- 25
ſeſſionum ratio cauſaq; hic latiſſima eſt in interdictis; Ita & in mandatis no-
ſtris: non tantum fundorum reſpectu, ſed cuiuſcunq; quaſi poſſeſſionis, rei fa-
miliaris, officii, & iuris cuiuſcunq; tuendi, *text. l. 2. §. 1. ff. de Interd. &c.* Atq; hinc
decimo ſexto cum iuris ſui tuendi ratio, perquam ampliſſima ſit; non mirum,
neq; rarum eſſe poteſt, etiã ad proprietatis vel quaſi † cauſam, interdicta non 26
minus, quã mandata pertinere: *text. notabilis in d. l. 2. §. 2. in fin.* Idq; non tantum
vt cauſa proprietatis in conſequentiam veniat, ſed etiã principaliter: non tan-
tum de rebus publicis, vt quidam volunt, ſed & priuatis. Quinimo cuiuſcunq;
intereſſe cauſa, interdicta non minus, quã mandata decernuntur; ſi modo pro-
bari & manifeſti iuris ratio patiatur vel requirat, vt recta per præceptum inhi-
beatur, vel iubeatur. Exemplo eſt interdictum de tabulis exhibendis & ſimili-
bus; vbi ad competentis intereſſe allegationem exhibitio vel editio facien-
da, etiamſi interdum neque poſſeſſionis neque proprietatis cauſa intercedat.

Et

Digitized by Google

27 Et † cum etiam extra vllam poſſeſſionis vel proprietatis cauſam, vis inferri, vel quid aliud enorme fieri poſſit, quin & tunc prætor interdixerit, neminem ſani iudicij exiſtimo dubitare poſſe.

Decimo ſeptimo, & propterea, vt mandatorum ſine clauſula; ita etiam
28 interdictorum † cauſa & materies, longe amplior latiorque eſt, quam vt ſolo libro 34. ff. de Interd. & in Cod. ac Inſtit. titulis iiſdem, complexa omnis finita, & concluſa ſit; quod male quidam exiſtimarunt. Nam & nunciationis noui operis, damni infecti, de publicanis & vectigalibus interdicta extant, *lib.* 39. Quod licet in hoc poſteriore de Public. & vectigalibus dubitari poteſt, cum ibi prætor expreſſe de edicto ſaltem loquatur, quo & iudicium ſe daturū
29 promittit: tamē † ratione tam liciti quam illiciti vectigalis, interdicta & mandata competunt, tam reſtitutoria quam inhibitoria, *tit. eod.* Ita interdicti fraudatorij fit mentio, *l. ait prætor, ff. Quæ in fraud. credit.* Interdictum etiam duplex proponitur de mortuo inferendo, *in l. 1. ff. de mort. inferend.* Sic miſſus in poſſeſſionem, ſi non admittatur, interdictum habet propoſitum: Cuius vi, recta in poſſeſſionem introducatur, per magiſtratus, viatorem, aut officialem præfecti, *text. l. qui 5. §. miſſus 27. ff. vt in poſſeſſ. legat. &c.*

30 Decimo octauo, † vti hodie omnia illa iudicum vel magiſtratus decreta, quibus in aperto iure fundari, inhibendo iubendoue procedunt, mandata ſine vel cum clauſula vocamus: Ita rectiſſime eadem adhuc iam, ſicut olim, interdicta nominamus. Sic arbiter qui in ſe compromitti paſſus eſt, iudicium ſuſcipere compellitur, interdicto ſcilicet prætoris: *l. 3. ff. de recept. arbit.* Simili ratione conſtitutus procurator defenſionem ſuſcipere tenetur, cogitur; *l. 8. l. ſeruum 33. §. 3. l. 43. §. 6. ff. de procurat.* Sic prætor in albo ſuo propoſuerat edictum: Quod quiſque iuris in alium, &c. Hic quia apertum & manifeſtum ius erat, eiuſque ratio certiſſima, probatiſſima: Anne putamus, ſi iudex in cauſa alterius aliter quam in ſua procedere vel iudicare vellet, Prætorem ad partis
31 inſtantiam recta interdixiſſe? Sic vſufructuarius & multi alij † ſatiſdare per præceptum compelluntur: *l. 2. ff. Qui ſatiſd. l. 13. ff. de vſufr. & quemad. l. 2. ff. de vſufr. ear. rer.* Ita actio, rationes, exempla inſtrumentorum, quibus aliquid petitur, ſunt edenda; interpoſito quoque, ſi negentur, interdicto, ſub iuris prætenſi periculo; *l. exempla, & paſſim, ff. de Edend.* Sic pactum conuentum legitime factum, & quod in confeſſo eſſet, ſeruare Prætor compellebat; *l. 1. §. 7. ff. de pact.* Infamis ſi procurare vellet, inhibebatur, &c. Ita, ſignatores tabellarum, cogi poterant ſigilla & inſtrumenta recognoſcere: *l. 4. ff. teſta. quem. aper.* Et ſic de infinitis alijs, quæ d. hom. 4. tetigimus. Caſus etiam *l. 1. § neceſſario ff. ſi vent. nom. mul.* vbi is qui poſſeſſionem, in quam mulier ventris nomine miſſa, dolo malo tranſlatam tenet, per interdictum ea decedere cogitur. Neque hic mo-
32 uere quenquam poteſt, vel debet, quod ſupra diximus: Interdicta † partem iuris ordinarii fuiſſe: quia vti & ante meminimus, id reſpectu τῆς ἀνθέσεως

& me-

Digitized by Google

& meritorum cauſæ, iudici & recuperatoribus ad cognoſcendum, vel etiam executionis ergo commiſſæ vel delegatæ intelligendum eſt: Nam punctus ſiue quæſtio mandati & paritionis ſiue decretum ipſum, quo iubebat vel inhibebat Prætor iuris erat extraordinarii, quo prætor in aperto iure fundatus ex officio procedebat, ſuper re liquida certa & probabili mandando præcipiendo: Id quod in liquidis & in ipſo iure ſubnixis omnium promptiſſimum eſt viliſſimumque.

Demandata † vero & delegata executio vel cognitio, iuris erat ordinarii: per ea quæ ſup. *l.* 1. §. 2. *ff. de migrand. l. ſi quis*, 3. *in princ. &* §. 1. *ac ſeq. ff. Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. l. Is qui* 5. §. *miſſus* 27. *ff. Vt in poſſeſſ. legat. l.* 1. §. 1. *Digeſt. de vent. inſp. c. &c.* 33

Quia in iis legibus omnibus, interdictum, nulla alia ratione, opponitur extraordinariæ executioni, quam ratione delegatæ cognitionis iudiciſque dationi. Neq; re enim, alio, vt aliquoties diximus, reſpectu, interdicta ordinarii iuris erant.

Quemadmodum, † & extraordinarius proceſſus, nihil aliud dicebatur, quam, cum prætor ipſe, ſine vlla iudicis datione cognoſcebat & exequebatur; *l.* 50. Si pignora veneant, per apparitores prætoris, extra ordinem ſententias exequentes, *ff. de Euict.* qualis extraordinaria cognitio & executio, rarius fiebat, & non niſi re vrgente, vel cauſarum, interdum etiam perſonarum, (vt in minorum reſtitutionibus) fauore, qui ipſo iure & æquitate niteretur: *text. expreſſ. l. fin.* Nonnunquam ſolent magiſtratus populi Romani viatorem hoc eſt officialem & executorem vice arbitri id eſt iudicis dare, quod raro & non niſi re vrgente faciendum eſt, *ff. de iudic.* Omnium enim frequentiſſimum Imperii & iuriſdictionis, quæ penes magiſtratus erat exercitium ordinarium, iudicis erat datio: *text. l. imperium*, §. *fin. l. more l. eum, l. ſolet prætor iuriſdictionem mandare. & leg. ſeq. ff. de iuriſd.* 34

Quin ad ea quæ diximus etiam illud facit, quod pro decima nona interdictorum & mandatorum collatione obſeruandum: Quod in multis † caſibus iudex vel magiſtratus ex officio per mandata & interdicta procedere poteſt, etiamſi eorundem caſuum nomine, actiones alias ſolennes & ordinariæ competant & proditæ ſint: *per ea quæ ſup. homil ſing. dicta ſunt*, adeo vt ſi quis ab interdicto vel mandato, in gratiam forte, vel fauorem partis aduerſæ, ad actionem quam ordinariam & communiorem ablegare vel reuocare nos velit, quod Ciceroni accidebat *in d. Orat. pro Cecinna*, actor; eiuſdem Ciceronis exemplo, interdicto vel mandato, ex quo agit inſiſtere poſſit, in iure legibus & æquitate, vel & Imperii conſtitutionibus, quibus omnibus iudex officium debet & pietatem, ſeſe fundando. 35

Vigeſimo, vti interdicta, † ita etiam mandata iudicialia fere omnia, vi ipſa, & intentione, & imperii reſpectu, ſunt perſonalia, licet plæraque in rem 36

concepta videantur: *text. l. 1. §. pen. ff. de interd.* Et eſt ratio, non in eo, quod
poſſeſſio, de qua plærunque agunt interdicta, ſit facti, ratione actus puta; non
iuris, quod reale eſt, ſicut & dominium; ſed quod iubendo vel inhibẽdo per-
agantur, concipiantur & emanent: cuius reſpectu omni iure ſunt perſona-
lia.

37 Vigeſimo primo, mandata, † ſi oppoſitis exceptionibus ſuſpendantur,
ſolent diſcuſſis exceptionibus vel caſſari vel redintegrati: prout dixi *in tract. de
mand. cap. 16.* Idem fiebat in interdictis: ad hoc enim fiebat ſponſio, à parte
actoris, quod narrata ſuper quibus interdictum impetrarat vera eſſent: ijs igi-
tur falſis & ſubreptitijs inuentis, interdictum caſſari oportebat; prout animad-
uertere licet *ex Orat.* Ciceronis *pro Cecinna.*

38 Vigeſimò ſecundo, interdicta † etiam olim mandata, præcepta & mo-
nitoria ſunt appellata: Ita ſenatoris filiæ, per edictum, & proinde ex eodem
per interdictum inhibebatur, ne cum vilibus nuptias contraheret: Si contra-
heret ergo, contra edictum contraxiſſe dicebatur: *text. in l. hac ratio 3. §. 1. ff. de
donat. int. vir. & ux. l. manifeſtum, Cod. de Nupt.* Sic mandato ſiue interdicto
præſes tutorem dabat: *l. nec mandante, ff. de tutor. & curat.* Poſſeſſiones ex præ-
cepto principali diſtrictas, *l. Lucius 11. ff. de Euict.* comperto præcepto non pro-
uocaueritis, *l. 3. C. de re iudic.* Sententia commonitoria, *l. 33. in princ. C. de epiſ. &
cler.* Monitorium & edicta monitoria, quorum aliquoties fit mentio in le-
gum inſcriptionibus ex lib. Calliſt. Etſi autem in illis Calliſtrati *titulis*, DD. per
39 edictum † monitorium, nihil aliud intelligunt, quam edictum prætoris, quo
ciues monebantur, quale ius dicturi magiſtratus eſſent: Tamen edictum mo-
nitorium etiam pro præcepto ſiue interdicto vſurpatur: *l. quamuis 13. ff. vt in
poſſeſſ. leg.* Vt ex edicto monitorio iuxta inſcriptionem mittit Prætor legata-
rium in poſſeſſionem omnium bonorum ſi legatum ab herede non ſoluatur
vel eius nomine caueatur: Id quod *l. Is cui 5. §. miſſus 27. eod.* dicitur fieri ex in-
terdicto, &c.

40 Vigeſimo tertio, vti † ab interdictis, ita etiam à mandatis ſine clauſula,
in manifeſtiſſimo iure fundatis, vel & momentaneam cauſam habentibus,
non debet nec poteſt de iure appellari: *per l. vn. Cod. ſi de mom. poſſ. & per ea quæ
poſt ſingulari homilia dicemus.*

41 Vigeſimo quarto, ſi poſſeſſio † vel allegatio petentis firma eſſet, optimũ
erat interdicti remedium, propter præcepti nimirum autoritatem, celeremq;
facti exorbitantis vel inhibitionem vel reuocationem: quemadmodum &
ipſum negotium facile expediri poterat, dum cetera ex interdicto diligenter
agerentur: Si autem poſſeſſio vel allegatio, minus firma eſſet, ſatius erat mu-
tata formula, actionibus vti, & iure Quiritium, rem, vel loci proprietatem pe-
tere; Hoc enim caſu, magna erat alea litem ad interdictũ deducere, cuius tunc
perplexiſſima erat executio, per ea quæ ex Aggeno Vrbic. Cuiacius *lib. 5. obſ. 17.*

Eadem

Digitized by Google

Eadem eſt ratio mandatorum ſine clauſula; ſi firma & bene in iure fundata & qualificata ſit petentis allegatio, pro obtinendo præcepto; bene & probe res geritur: Quod ſi minus firma, non tantum caſſationis & expenſarum eſt periculum, ſed etiam executio & deciſio perplexa: Et hoc † eſt quod Caius mo- 42
net *in l. is qui, ff. de rei vind.*

Is inquit qui deſtinauit rem petere, animaduertere debet, àn aliquo interdicto poſſit nanciſci poſſeſſionem: quia longe commodius eſt ipſum poſſidere, & aduerſarium ad onera heredis compellere quam alio poſſidente petere: & *§. commodum Inſtit. de Interd.* Hinc ſi non firma ſatis pateat via, ad conſequendam per interdictum poſſeſſionem, vel ad aſſequendum aliud, quod deſideratur; tunc proxima deliberatio eſt, vt de re ipſa, quam petiturus es, competentem actionem intendas: Oldendorp. *claſſ. 1. in princ.*

Vigeſimo quinto, interdicta non † minus, quam adhuc hodie, mandata ſine clauſulis, interloquendo decernebantur, & non ſine ſummaria cauſæ, & petitionis cognitione vel examine; an ſcilicet talis & ita qualificata eſſet allegatio, vt proceſſus à præcepto incipi & inchoari, iure permittente, poſſet, per ea quæ de cognitione interdictorum propria dicentur homil. ſing.

Vigeſimo ſexto, ex cauſis † interdictorum poterat agi, non tantum per 44
viam decreti & præcepti, ſed etiam actionis; prout ex claſſibus D. Oldendorpij & aliorum videre eſt: ſicut & omnes fere DD. de interdictis non aliter quam per modum ſimplicis actionis proponendis ſcripſere. Idem procedit in cauſis mandatorum: Nam fundatus *in part. 2. ordinat. tit. 23.* non modo mandatum, quod remed j tamen præſentioris eſt: Sed etiam, præuia citatione, actionem, ex eodem titulo inſtituere poteſt, *per text. l. 1. §. 4. ſub fin. ff. vti poſſid.* ſic de ſuperficiebus eſt & actio & interdictum, *l. 1. §. 3. ff. de ſuperfic.* & diximus late in ſuperioribus.

Vigeſimo ſeptimo, ſicut † in mandatis, ita & interdictis actionum con- 45
curſus, & cumulatio admittitur, ſuſtinetur; niſi obſtent regulæ cumulationis prohibitiuæ: de quibus in tract. de contin. cauſ. cap. 10. ſicuti etiam, de concurſu vel cumulatione interdictorum infra latius. Sic quædam mandata & interdicta poſſunt eſſe partim inhibitoria, partim reſtitutoria vel exhibitoria: *tex. l. 1. §. 1. ff. de interd.*

Vigeſimo octauo, in mandatis † ſine clauſula exceptiones non admit- 46
tuntur, niſi ſub & obreptionis, ipſum paritionis punctum recta concernentes: prout ſuo loco videre eſt: Idem procedit in interdictis, prout apparet ex d. Ciceronis Orat. pro Cecin. text. etiam clariſſimus elegātiſſimus, *in l. 1. §. Labeo 16. ff. de flumin.* Vbi Vlpian. autoritatem Labeonis allegando & ſequendo, Non eſſe, ait, dandam exceptionem illi qui interdicto conuenitur, &c.

Vigeſimo nono, in † mandatorum cauſis, eorum præcipue, quæ ſine 47
clauſula emanant non requiritur, nec eſt neceſſaria libelli ſolennis oblatio.

Idem fuit obſeruatum in cauſis omnium interdictorum: Cum vtrobiq; ſufficiat qualis qualis petitio in ſcriptis, vt plurimum facta: per ea quæ ſuo loco dicemus.

48 Trigeſimo, litis † conteſtandæ ratio eadem eſt in cauſis mandatorum ſine vel cum clauſula, quæ fuit interdictorum: vtrobique enim litis conteſtatio, reſpectu nimirum τῆς ὑποθέσεως & cauſæ principalis non requiritur: niſi & petitorium ſimul principaliter coincidat: alias, quantum ad cauſam interdicti, non aliter requirebatur, niſi, quod, de iure non modo Codicis, vt quidam aiunt, ſed etiam Digeſtorum, & tempore Ciceronis, vt patet *ex d. Orat. pro Cecin.* Prætor raro interdicebat, niſi auditis, vel ſaltem præſuppoſitis, partium allegationibus, ad qualificandum interdictum neceſſarijs, quod, cum, Actore affirmante, Reo negante plærunque fieret, propterea tempus interdicti, & litis in eodem conteſtatæ, pro eodem ſumit, Iuſtin. Imperat. §. 4. *verſ. Nam Vti poſſidetis Inſt. de interd.*

49 Quamuis † iſtam partis aduerſæ præſentiam, & allegationem, ipſo interdicti tempore non ſemper fuiſſe requiſitam, præcipue in cauſis inhibitionum, vel & Compulſorialibus aut executorialibus, ſi nimirum de ipſo facto notorie vel veriſimiliter conſtaret, ipſi interdictorum ſiue mandatorum iudicialium fontes, atque caſus arguunt. Et ita hodie in cauſis mandatorum obſeruatur; cum reus ſaluas ſemper exceptiones ſuas habeat, ſi quæ ei ſunt, quibus contra mandatum ſeſe tueatur, *per ea, quæ in ſequentib. ſuis locis.*

50 Denique † & poſtremo ſicut ex conſtitutionibus Imperatorum, *l. 2. & ſeq. Cod. de Interd. & §. fin. Inſtit. eod.* interdicta ruptis veteribus ambagibus extraordinarie efflagitantur: Ita etiam mandata iudicialia, &c. Ex quibus omnibus apparet, quam probe hactenus, vera interdictorum natura, ratio, atque vſus, à Doctoribus plæriſque intellectus & explicatus ſit; quorum propterea in iure interpretando frigiditatem, reprehendit Oldendorp. claſſ. 2. d. act. 6. in affin. remed.

51 Quid † autem mandata cum vel ſine clauſula, iuſtificatoria vel pura ſint, & quomodo differant, diximus in tractat. ſing. de mandat. & monitorijs iudicialibus, anno 1596. publicato, & poſt quaternas, me inſalutato factas editiones, vna cum reuiſionibus & additionibus, per me hoc ipſo anno 1615. iterum emiſſo. Vt ſic hiſce interdictorum Commentarijs in praxi ſuccenturietur.

COM-

Commentarius XV.

De effectibus interdictorum ſiue mandatorum.

Svmmaria.

1 *De effectibus interdictorum ſunt præcipue quæſtiones octo:*
1. quis finis & vtilitas? 2. An vim habeant ſimplicis citationis? Vel 3. ſententiæ? 4. quæ fructuum: 5. quæ obligationis ſit ratio? 6. An rem litigioſam: & 7. Attentata faciant? 8. An præſcriptionem interrumpant?

2 *Priores quatuor quæſtiones, alibi explicatæ:*

3 *Interdicta præcipue ligant & aſtringunt rem & perſonam obiectam, non tertiam.*

4 *Litis pendentia, vel & inhibitio, litigantes ſolum afficit, non tertiam rem vel perſonam.*
Non exiſtens in lite, non dicitur attentare:

5 *Legatarii, non obſtante iudicio hereditatis, legata recte petunt:*

6 *Niſi heres ante teſtatorem moriatur.*

7 *Interdicta ligant à tempore legitimæ exſecutionis:*

8 *Et, quatenus preces veritate nituntur:*

9 *Interdicta oppoſitis exceptionibus ſuſpenduntur, donec his ventilatis vel caſſentur, vel redintegrentur: & n. 10.*

11 *Interdicta reſpectu perſonalitatis, heredes non afficiunt: & n. 12.*

13 *Moleſtare prohibitus, vel, reſtituere iuſſus, non ea ſtatim re, à poſſeſſorio vel petitorio ordinario eſt excluſus.*

14 *Interdicta an rem litigioſam, veramque litis pendentiam cauſent?*

15 *Citatio legitime exſecuta litis pendentiam inducit.*

16 *Lis pendere dicitur non modo per litis conteſtationem:*
Sed etiam libelli oblationem: & reſtitutionis in integrum petitionem: num. 17.
An litis pendentia inducatur per recuſationem iudicis?

18 *Vel relationem & reſcriptum principis?*

19 *Diſtinctio quorundam reſpectu realium & perſonalium actionum. quaſi in illis ſola citatione, in his vero litis demum conteſtatione vitium litigioſi inducatur.*

20 *Denunciatio rem litigioſam non facit.*

21 *Dominii ipſius controuerſia rem litigioſam facere videtur:*

22 *Non poſſeſſionis vel nudi poſſeſſoris:*

23 *Litigioſum Eccleſiæ beneficium redditur per litem petitoriam, non poſſeſſoriam:*
24 *Eademque ratio rerum ſecularium & profanarum.*
25 *Quinimo in cauſis etiam interdictorum & poſſeſſorii datur litis pendentia, & vitium litigioſi: & n.26.*
27 *Interdicta reſpectiue ſunt perſonalia, ſed & in rem ſcripta:*
28 *Poſſeſſoria adipiſcendæ, vti ex petitorio deducuntur, ita omnium maxime rem litigioſam faciunt:*
29 *Poſt redditum legitime interdictum æque prohibita eſt alienatio, ac ſi petitorio ageretur:*
30 *Eluſorium eſſet interdictum niſi haberet autoritatem litis pendentiæ.*
31 *Noui operis nunciatio afficit rem ipſam:*
32 *Vti & damni infecti interdictum.*
33 *Litigioſi cauſa, ex rei iudicatæ æſtimatur.*
34 *Actio perſonalis & realis, quatenus ſe inuicem non afficiant? & n.35.*
36 *Poſſeſſionis legitimæ munia reſtaurare licet ſine vitio litigioſi.*
37 *Vitium litigioſi efficacius eſt in realibus, quam perſonalibus:*
38 *Vitium litigioſi, tam in perſonalibus, quam realibus actionibus conſideratur.*
39 *Per ſolam conuentionem, non modo reales, ſed & perſonales actiones fiunt litigioſæ.*
40 *Vt actio, ita & poſſeſſorium tam rei quam dominii appellatione continetur.*
41 *Auth. de litigioſis, ad dominium, non modo rei mobilis, ſed & immobilis pertinet; quo ad omnes dominii ſpecies.*
42 *L. Quia 3.§.1.& ſeqq. de alien. iud. mut. cauſ.*
43 *Poſſeſſionem dimittens quatenus alienare cenſeatur?*
44 *Ad exhibendum interdicto conuentus, ex edicto tenetur, ſi priſtinam iudicii cauſam non reſtituit:*
45 *Idem in iudicio Vti poſſidet: & omnibus inhibitoriis interdictis: n.46.*
47 *Litigioſa res efficitur, per ſolam cauſæ delegationem.*
48 *Interdicta attentati vitium an cauſent, ſi quid contra fiat?*
49 *Negatiua præiudiciis Rotæ confirmata: & n.50.*
51 *Monitus de non moleſtando, ſi ſpoliet, an attentare dicatur? & n.52.53.*
54 *Affirmatiua verior, quod ſcilicet interdicta faciant attentari ſi contraueniatur.*
55 *Interdicta, vt vim citationis habent, & litis pendentiæ, ita etiam attentati cauſant periculum, & n.56.*
57 *Præiudicia Rotæ Rom. ex Caſſador. & Mendoſ. n.58.*
59 *Prætoris imperium nunquam debet eſſe eluſorium:*
60 *Vnde poſt ſimplices proceſſus ſequuntur arctiores.*
61 *Interdicta ratione ſolius obiecti exorbitantis ſtringunt, nedum ergo ſi & illa ipſa violentur: & n.62.*

63 *Inter-*

Digitized by Google

63 *Interdictorum autoritas ex iure & lege dependet.*
64 *Poſſeſſionem legitime continuans non attentat.*
65 *An & quatenus per interdictum interrumpatur præſcriptio?*
66 *Differentia interruptionis, quoad præſcriptionem longiſſimi, longi, & triennalis temporis: & n. 67. & ſeqq.*
70 *Præſcriptionem, tam triennalem, quam longi temporis, alii litis conteſtatione interrumpi aiunt: vel ſaltem libelli oblatione.*
71 *Omnis præſcriptionis, eadem, vt fundandæ poſſeſſionis, ita interrumpendæ eſt ratio.*
72 *Omnis præſcriptio, non modo per litis conteſt. vel libelli oblationem, ſed & ſolam legitimam citationem interrumpitur: & n. 73.*
74 *Denunciatio extraiudicialis certis caſibus malam fidem inducit.*
75 *Statutaria præſcriptio ſola citatione interrumpitur:*
76 *A ſtatuto ad legem, & contra valida fit illatio.*
77 *Differentia fauorabilis & odioſæ præſcriptionis eſt abſurda: & n. 78.*
79 *Exemplum triennalis præſcriptionis interruptæ.*
80 *Litis conteſtatio, in materia præſcriptionis, totum fundandæ litis primordium comprehendit.*
81 *Poſſeſſio quarumcunque rerum interrumpitur ſola citatione.* (& ſeq.
82 *An controuerſia poſſeſſorii, interrumpat præſcriptionem petitorii? & n. 83.*
85 *Petitorii interruptio non afficit poſſeſſorium, niſi quatenus hoc ex illo depẽdet.*

IN † effectus quæſtione octo potiſſimum moueri ſolent: 1. quis finis & operatio & quænam vtilitas ſit interdictorum? 2. An vim ſimplicis habeant citationis. 3. An & quatenus ſententiæ? 4. Quatenus fructuum in illis habeatur ratio? 5. Quos quomodo & quatenus interdicta ligent & aſtringant: 6. An rem litigioſam faciant. 7. An attentata? 8. An præſcriptionem interrumpant? Quia vero de fine † & incomparabili interdictorum vtilitate tum neceſſitate, cum ad definitionem, tum in homilia, de cauſis & fontibus eorundem propriis, ſatis diximus; quomodo etiam, An & quatenus in citationem reſoluantur, cum aliis quæſtionibus in tract. de mandat. & monitor. c. 7. Et quatenus fructuum in iis ratio habeatur ſub diuiſionibus ſup. eſt expoſitum: quatenus vero ſententiæ vim mereatur, ſub homilia de cognitione interdictorum propria, diſcutietur: Hinc quatuor reliquas Quæſtiones hic perſtringemus. Et quo † ad quintam, vulgatiſſimum eſt, quod interdicta & mandata, cum inhibitoria, tum iuſſoria, non ligent & aſtringant tertium, ſed illas ſaltem & res & perſonas, quarum nomine redduntur: *per text. l. moris 9. §. 1.* Nec non ita quoque interdici poteſt, ne ce[illegible] perſonis adſit: *&* §. 2. poteſt & ita interdici cui, ne apud tribunal Præſidis poſtulet, & tamẽ apud legatum vel Procuratorem non prohibetur agere; *&* §. 3. 4. 5. *& ſeqq ff. de pœn.*

Et facit † ratio generaliſſima, quod & ipſa litis pendentia, indiſtincte ſumpta

(margin: 1 beside line 1; 2 beside "pant? Quia vero"; 3 beside "gemus."; 4 beside "Et facit")

ſumta & intellecta, nedum inhibitio vel mandatum, afficiat ſaltem litigantes,
non tertium: *per ea quæ* Mil. *verb. litiſpend.* Cæpol. *Caut. cap.34.* Couar. *pract.*
quæſt. 24. num. 4. Meno. h. *recup. rem. 7. quæſt. 14.* Vnde etiam non ex-
iſtens in lite non dicitur attentare: *per ead.* Peregrin. *deciſ. 97.* latiſſime Rob.
Lancellot. *de attentat. 2. c. 13. per tot.* vbi ampliationes & limitationes huius re-
5 gulæ proſequitur. Quo nomine † & legatarij, non obſtante quod pendeat
iudicium hereditatis, ob defectum inſtitutionis, vel ex cauſa præteritionis, le-
gata ſua rectiſſime petunt: *auth. ex cauſ. C. de lib. præt. vel exhered.* Crauet. *conſ.*
164. n. 2. Magon. *deciſ. Lucenſ. 92. nu. 15.* Niſi forte teſtamentum vel per viam
6 reuocationis, vel alias legitimas cauſas irritũ fiat: inter † quas, & illa, ſi nimi-
rum heres ante teſtatorem moriatur: ſic enim legata non debentur, ne ad
pias quidem cauſas: *per l. quoniam C. de iur. delib. l. 1. ff. de condit. & demonſt.*
DD. vt remiſſiue apud Tiraq. *de priuil. piæ cauſ. priuil 33.* Specul. *tit. de inſtrum.*
7 *edit. §. 13. n. 60.* Deinde ligant † interdicta & aſtringunt demum ordinarie,
à tempore legitimæ exſecutionis & denunciationis; *per l. prætor 20. & tot. tit.*
8 *ff. de nou. oper. nunc. &c.* Tertio ligant † & aſtringunt, ſub tacita clauſula,
quatenus preces veritate nitantur: *l. 1. & tot. tit. C. ſi contra ius vel vtil. publ. l.*
vniuerſa 7. Vniuerſa reſcripta ſub ea conditione proferri præcipimus ſi pre-
9 ces &c. *C. de diuerſ. reſcr.* Vnde † oppoſitis exceptionibus, vis interdicti
aut mandati, quaſi ſuſpenditur, donec ijs releuantibus inuentis & pronuncia-
10 tis, redintegretur: *per ead.* denique ligant interdicta, † ſi non in totum, ſaltẽ
ex parte, donec caſſentur & reuocẽtur: quod ad caput de cognitione pertinet.

An vero & quatenus interdicta etiam heredes vel ſucceſſores afficiant,
tetigimus ſup. ſub diuiſ. Interd. 18. Eo probe notando quod † quatenus in
11 meris perſonalitatibus conſiſtunt, heredem non afficiant: *l. idem in duob. §.*
perſonale ff. de pact. l. quia tale ff. ſol. matrim. l. non ſolum ff. de lib. leg. l. 1. § permitti-
tur, ff. de aq. quot. & æſtiu. cum ſimilib.

Vnde ex pœnali mandato contra Titium reddito, hæres ſi quid pro-
12 prio ſuo facto deſignet, non ſtatim recta tenebitur ad pœnam. Ita † ex man-
dato vel reſcripto, ratione publicæ pacis reddito; veluti de non turbando, de
non offendendo &c. non recte ſtatim ſubmouebitur heres, quo minus, ra-
tione petitorij, vel & veri poſſeſſorij poſſit agere. Cum & alias prohibitus
13 † moleſtare, ac arma deponere, quin & ob vim commiſſam reſtituere iuſſus,
non ea ſtatim re, à legitima poſſeſſorij, nedum petitorij actione ſit excluſus:
per prædicta, & alia communiſſima.

14 Sexta † vero quæſtio; An interdicta rem litigioſam faciant, vel ſaltem
veram litis pendentiam recta introducant, ex eo affirmari poteſt, quod In-
terdictum, vel Mandatum, ad minimum citationi æquiparetur, eamque vel
15 tacite vel expreſſe contineat: Citatio † autem, legitime executa, litis penden-
tiam inducit: *per text. in l. 2, ibi*, actiones quæ in iudicium deductæ ſunt, vel

tes,

Digitized by Google

res, pro quibus Actor à reo detentis intendit *C. de litig. & ibid. te Auth.* litigioſa
res eſt, de cuius dominio cauſa mouetur inter poſſeſſorem & petitorem iu-
diciali conuentione, vel precibus principi oblatis, & iudici inſinuatis: *ex*
Nouel. 112. *cap.* 1. *text. c. propoſuit de foro competent. clem.* 2. *Vt lit. pend.* Mynſing.
cent. 4. *obſ.* 26. Late Robert. Lancellot. *de Attent. part.* 2. *cap.* 4. *in præfation.*
Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 220. *num.* 15. Bald. 5. *conſ.* 505. Socin. *reg.* 295. Pariſ. 1.
conſ. 94. *num.* 1. Carpan. *in ſtat. Medio. lib.* 1. *cap.* 68. *num.* 17. *& ſeqq.* Non † 16
modo enim, per litis conteſtationem, lis pendere dicitur. *l. vn. C. de lit. conteſt.*
l. amplius 15. *ff. Rat. rem hab. l. ſed ſi res.* §. *ſi ante ff. de pet. hered.* ſed etiam per
libelli oblationem *l.* 1 *& tot. tit. C. vt lit. pend. l.* 1. *& ſeq. C quand. libel.* Et † 17
petitionem reſtitutionis in integrum: *l. vn. C. in integ. reſtitut. poſtulat.* An-
tonius Faber. *C.* 7. *titul.* 27. *def.* 1. Vbi & recuſationem iudicis addit: *Ex l. a-*
pertiſſimi C. de iudic. & † relationem tum reſcriptum principis: *l. ex illo tempo-* 18
re C. de appel. Et quamuis pleríque diſtinguant inter actiones reales & per-
ſonales, quaſi in illis, ſola citatione, in his † vero, non niſi per litis conteſta- 19
tionem vitium litigioſi inducatur: *gloſſ d. l.* 2. *late* Panormitan. *in cap. Eccleſia*
3. *num.* 7. *vt lit. pend. nihil innou.* poſt Barth. & alios, *ad l.* 1. *ff. & dict. l.* 2. *C. de*
litig. Weſenbec. *in parat. eod. num.* 2. *& in tit. ff. de alien iud. mutand. & de he-*
red. vel act. vend. in fin. Antonius Faber. C. 8. *tit. de litig.* 27. *def.* 4. *& defin.* 8.
Vnde & Vlpian. *d. l.* 1. litigioſam, ait, rem † non facit denunciatio, quæ im 20
pediendæ venditionis cauſa fit: quod generaliter ad omnia Interdicta ac
mandata, vtpote ſpeciem ſimplicis eiuſmodi denunciationis habentia per-
tinere omnino videtur: præſertim vero, quod de ipſo rei dominio † con- 21
trouerſiam fieri oportere intendat Imp. vt res litigioſa habeatur: *text. in d.*
auth. & Nouel. Cum igitur poſſeſſionis & cauſa, & quæſtio, à proprietatis vel
dominij controuerſia, longe ſit aliena & remota nihilque cum illa habeat
commune: *per l. naturaliter* §. *nihil commune: de acquir. poſſ. l. quæſtio eſt, iu. de*
verb. ſign. Hinc interdicta † etiam, poſſeſſoris rem facere litigioſam non 22
poſſe conſequitur: Eoque nomine litigioſum beneficium fieri † dicunt, per 23
litem petitoriam non poſſeſſoriam: ita nuper Iohan Waimeſ. *conſil.* 16. *nu.*
20. *& ſeq. poſt* Anton. But. Panormitan. & alios *cap.* 1. *de confir. vtil. &* Ludo-
uicus Gomel. *ad reg. Cancel, de trien. pacif. quæſt.* 53. *num.* 8. Quod † in alijs 24
etiam cauſis profanis vel ſecularibus, ita obtinere cenſetur, vt ob ſolam poſ-
ſeſſorii litem, non ſtatim ſint vel fiant litigioſæ: Lancellot. *de attent.* 1. *cap.* 3.
num. 143. E contra, tamen text. *d. l.* 2. *& d. auth. C. de litig. item d. Clem.* 2. *vt*
lit. pend. ſunt † generaliſſimi: quod etiam ſubindicat, nec ita generaliter vt 25
d. conſ. allegatus, negat Panormit. *dict. cap* 1. *num.* 5. Nam in cauſis etiam In-
terdictorum, ac † poſſeſſoriorum, rem litigioſam nonnunquam dari, & con- 26
ſiderari, id argumento eſt: quod reus conuentus, de poſſeſſione etiam, quam
fraudulenter forte alienauit, vel & ſine dolo, ac culpa amiſit, præſertim vero

Gg poſt

Digitized by Google

poſt intentatum poſſeſſorium, omnino teneatur, & pro poſſeſſore habeatur: eo, vt reſtituat: *l. dolo 2. l. cum à te 7. l. ſi vi is. & l. ſeq. & l. penul. ff. de vi*
27 *& vi armat.* Accedit, quod † interdicta quidem, quoad poſſeſſionis perſecutionem ſint perſonalia, ſed & maxime in rem ſcripta: *l. 1. §. 3. ff. de interdict. l. vitia 11. C. de acq. poſſeſ. l. 1. ff. & C. vti poſſid. l. 1. ff. vtrub. l. 1. C. ſi per vim abſentis &c.*

28 Deinde in poſſeſſorijs † adipiſcendæ, per ipſum interdictum litigioſi vitium induci, omnium maxime elucet: & quod ex ipſo petitorio, Interdicta illa profluant, & qualificanda ſint, & quod ipſam rem afficiant: ita, vt
29 poſt redditum legitime † Interdictum, æque prohibita ſit alienatio, ac ſi petitorium inſtitutum ſit: *per l. 1. ff. & C. Quorum bonorum l. 1. ff. & C. Quod le-*
30 *gat. &c.* & per † rationem, quod alias eluſorium redderetur Interdictum: Quod ipſum etiam, ex alijs interdictorum cauſis manifeſtum fit. Si enim, ex-
31 empli gratia, † in ipſa etiam noui operis cauſa, fiat alienatio, poſt redditum Interdictum: ea cum vitio fiet litigioſi: vt ſcilicet nihilominus teneat nunciatio, etiam tertium nouum ſucceſſorem: *text. l. fin. l. penult. &c. ff. de nou.*
32 *Oper. nunc.* Quod † in cauſa etiam ſit damni infecti. Neque eſt quod quis ratione ipſius realitatis hoc fieri dicat: *per ead.* Ergo in perſonalibus hoc non obtinere: quod etiam DD. in puncto litigioſi inter actiones reales &
33 perſonales diſtinguentes ita inculcant. Nam † quod in ipſa rei iudicatæ exceptione, idem etiam in quæſtione litis pendentiæ ac litigioſi, obſeruandum eſſe videtur: vt ſcilicet conſideretur, an & quatenus etiam actio vel quæſtio
34 aliqua perſonalis, iudicialiter pendeat, & ita litigioſa ſit? Etſi † enim actio perſonalis, hypothecaria forte aut pignoratitia, non ſtatim ipſam rem afficiat, nec econtra ipſius rei litigioſitas, pignus vel actionem hypothecariam: *per*
35 *text. d. Nouel. de litig. cap. 1.* Tamen ſi illa ipſa † actio, ratione vel prioritatis, vel nullitatis contractus & ſit controuerſa, ea ſane, ita litigioſa eſt, & eſſe apparet, vt in præiudicium alterius, præſertim collitigantis, vel ceſſio aut alienatio non commode fiat: *l. 2. & tot. tit. C. Ne lic. potentioribus patrocin. vel actiones in ſe transferre tot. tit. ff. de alien. iud. mutandi cauſa. tot. tit. Ne lit. pendent.*
36 Niſi, † quatenus parti habitæ iam poſſeſſionis ſuæ munia reſtaurare inte-
37 grum eſt: *l. per diuerſas 22. §. exceptis C. Mandat.* Denique licet † vitium litigioſi efficacius ſit in realibus, ad inhibendas alienationes, quam in perſona-
38 libus: quo DD. vulgo reſpiciunt: Tamen nihil id mouet, quo † minus litis pendentiam, iuris & iudiciorum obſeruantiam quod attinet, tam in perſonalibus, quam realibus, litigioſi ratio exigatur: quatenus ſcilicet, & quouſque tam perſonalis, quam realis actio, per legitimam conuentionem mouetur.
39 Vt ſic † de iure verior eſſe ſententia videatur: vt per ſolam conuentionem, actiones non modo reales, ſed & perſonales litigioſæ fieri dicantur; *per præd.*

&

Digitized by Google

& perturbationem, quod & actio, quinimo & poſſeſſio, tam rei quam dominij 40
appellatione contineatur. *Inſtit. de reb. corp. l. 1. de acq. poſſeſ. l. ſemper § penul.*
Quod vi aut clam l. 143. *de V. S. text. ſing. l.* 4. §. non ſolum ad dominij tranſla-
tionem hoc edictum pertinere, verum ad poſſeſſionis quoque: *ff. de alienat.*
iudic. &c. quod † ad explicationem *dict. auth. de litig.* obſeruandum: etſi 41
enim illa de dominio proprietatis, & rei quidem mobilis ſaltem loqui vide-
tur: tamen in Nouel. ipſa poſtmodum & ad res immobiles transfertur:
quod & iure antiquo ff. & C. obtinuit in omnibus dominij ſpeciebus: Et
pro † fundandi Interdictorum, de quibus hic agimus, autoritate luculen- 42
tiſſime probatur, *per text. notab. in l. Quia 3. §. 11. & ſeqq.* Sed etſi homi-
nem, quem petebam manumiſeris, Item, ſi locum, in quo opus feceris, cu-
ius nomine Interdicto, quod vi aut clam, vel actione aquæ pluuiæ arcendæ,
tenebaris, aut nunciatione noui operis, alienaueris, durior noſtra conditio
facta intelligitur: *ff. de alien. iud.*

Non † alienat quidem (rem ipſam) qui duntaxat amittit poſſeſſio- 43
nem: ſed inſtituto tamen iudicio, doloſe vel in fraudem dimittere cenſetur:
l. 4. eodem. Ita ad exhibendum † actione vel interdicto conuentus, ex edi- 44
cto tenetur, ſi priſtinam iudicij cauſam non reſtituit: *l. 8. ibidem.* Ita ſi quis
† in ſimplici Vti poſſid. Interdicto, non modo per ſe, ſed & per alium, ſim- 45
plici etiam iuſſu, nedum facta prætenſi iuris ceſſione, turbare pergat: næ iſte
contra præcepti, litis ac iudicij autoritatem delinquit: quod in † mandatis 46
de non alienando, & omnibus denique tam inhibitorijs, quam reſtitutorijs
manifeſtiſſimum eſt.

Eoque nomine, per ſolam † emiſſionem vel delegationem cauſæ, rem 47
litigioſam fieri dicunt. gloſſ. & Panormitan. *& ibid. addit. cap. cauſam de teſt.*
Et ex ijſdem nunc, ad ſeptimam quæſtionem, An & quatenus † Interdicta 48
vel mandata attentatorum vitium inducant, facile poterit reſponderi? Et-
ſi enim plerique negatiuam ſtabiliunt: per † rationem: quod monitorium 49
ſapiat nudam quandam comminationem: de qua *in tit. C. Commin. vel epiſt.* vbi
Barthol *ſuper l. iudex*, Bald. & al j *in rubr. eod.* Et quod veram litis penden-
tiam non inducat: *per ea quæ ſup.* quæ ſententia † negatiua etiam præiudi 50
cijs rotæ Romanæ aliquoties confirmata eſt: vt teſtatur Puteus: *deciſ. 8. Vt*
lit. pend. & deciſ. decima ſeptima. poſt monitorium: de reſtitut. Spol. Iohan. Baptiſt.
Pontan. *de reſtitut. ſpol. lib. tertio. capit. vigeſimo ſecund, in fin.* quos ſequitur
Lancellot. *de Attent. part. 2, cap. 4, num. 150. & tribus ſequentibus:* ponens poſt
Put. *dict. loc.* aliqua exempla, vt † in monitorio auditoris Cameræ de non 51
moleſtando aliquem in ſua poſſeſſione, nam ſi poſt dictum monitorium mo-
nitus poſſeſſorem ſpoliet, eum non dici attentare, ſed ſolum ſpoliare, eo vt
agatur via ſpolij, quia ſcilicet tale monitorium ſapiat nudam quandam cita-
tionem & comminationem, *ibid.*

Digitized by Google

52 Sic † monitorium vigore breuis,cum clauſula amoto quolibet detentore, ſi-
militer non facere litem nec attentata , etiamſi pars comparuerit & fuerit
53 proteſtata : *dict. loc. num.* 153. Quo † nomine & monitorium de non tur-
bando, & deſiſtendo à moleſtijs, ſuper beneficijs & alijs rebus curialibus illa-
tis, adiuncta citatione ad comparendum &c. non facere rem litigioſam , re-
54 ſolutum fuit: *ibid. num.* 151. Sed contrariam † ſententiam affirmatiuam,
veriorem eſſe ex ijs efficitur, quibus Interdicta & mandata aliquam litis pen-
55 dentiam inducere probauimus: Siquidem † enim, & hi ipſi, qui negatiuam
tuentur, & indiſtincte omnes, Interdictis ac monitoriis, vim citationis ad mi-
56 nimum attribuunt: Citatio autem iudicium † firmet, & ſic litis penden-
tiam inducat, *per ea* quæ diximus: hinc titulos omni iure generaliſſimos &
famoſiſſimos, *vt lit. pend. vel appellat. interpoſ. nihil innouetur*, & hic militare,
ac ſub attentati vitio & periculo interdictorum autoritatem munite, veriſſi-
57 mum eſt; lite igitur, † ex præſentatione monitorij, vel ad inſinuationem &
executionem interdicti ac mandati, introducta, quicquid ea pendente, con-
tra verba, mentem & ſententiam, interdicti fit, attentatum erit: quod recte
alias obſeruarunt domini de Rota, teſte Caſſad. *deciſ. 6. incip.* voluerunt do-
mini, *ſuper reg. Cancellar.* & firmat Quint. Mandoſ. *de monit. quæſtione decima*
58 *ſeptima, num. primo, & ſecundo.* Vbi quærit an monitus † ab auditore Came-
ræ, ne moleſtet B. in ſua poſſeſſione, ſub cenſuris forte eccleſiaſticis, ſi poſtea
nihilominus ſpoliet, attentaſſe dicatur? Et affirmatiuam contra aliquot Ro-
tæ præiudicia, veriorem eſſe, ait.

59 Quod ex † d. Citationis, quæ monitoriis ineſt, ratione, litiſque
pendentia, tum ex ipſa iudicii & prætoris autoritate, quæ ſancta & nullatenus
60 eluſoria eſſe debet, omnino aſtruitur: præſertim, † quod non modo poſt
emiſſum monitorium, ſi pars aduerſa, citra legitimas defenſiones, mandato
parere reluctetur, arctiores proceſſus decernantur, etiamſi alias nulla atten-
tati concurrat iniuria: vti fit in mandatis executorijs de edendo, ſoluen-
do, &c.

61 Sed † quod etiam, ante vllum emiſſum monitorium, per vim, aut
de facto, nulliter, & inique, aut ſcandaloſe, & exorbitanter deſignata, adeo
execrentur iura, vt eo nomine, Interdictorum aciem & rigorem ſtrinxerint,
62 ad paratiſſimam reformationis executionem: quam, † ob id, multo rigi-
diorem, & ſeueriorem eſſe conuenit, poſt læſam offenſamque Prætoris, &
mortui, quod aiunt, & viui, & ſic tam iudicis & magiſtratus quam iuris com-
63 munis autoritatem & interdictum. Dummodo † id obſeruetur, ne tam ex
arbitrio iudicis, aut ex precibus ipſius partis aduerſæ, forſan, vt fieri ſolet, fal-
ſis, & ſuſpectis, quam ex ipſa iuris & legum ordinatione ac præſcripto, inter-
dicti autoritas æſtimetur.

Vnde

Vnde † fit, quod attentate non dicatur, qui poſſeſſionem ſuam, qua ante, & citra legitimam cauſæ cognitionem ſpoliari nec poteſt, nec debet, ad ſimplicem etiam arctiſſimam iudicis vel comminationem, aut i hibitionē, non ſtatim derelinquit, ſed potius ad ius prouocando, continuat: *per l. 1. & tot. tit. C. de exec. rei iudic. c. 1. Vt lit. pend.* vbi Innoc. *n. 1. text. c. 2. de ſeq. poſſ. l. 2. C. de probat. & com. paſſim DD. & Gail. 1. obſ.* 147. Mandoſ. *de inhib. q.* 43. *n.* 3. Quarta † quæſtio, in ijs propriè locum habet, vbi & exceptio præſcriptionis poſſet competere: indeque dependet; An & quatenus, per citationem, præſcriptio interrumpatur? Et † vulgo triplicem hic, vt præſcriptionis, ita etiam interruptionis rationem conſtituunt: temporis † enim longiſſimi præſcriptionem, tanquam odioſam, ſola citatione, longi vero temporis præſcriptionem, † non citatione, ſed litis demum conteſtatione, idque cum titulo & bona fide: Tertiam vero triennij vel rerum † mobilium præſcriptionem, vtpote quæ fauorabilis ſit, non citatione, nec etiam litis conteſtatione, ſed per ſententiam demum definitiuam, interrumpi dicunt: quam diſtinctionem poſt alios ſequitur And. Gail. 1 *obſ.* 74. *num.* 20. *& Com. DD. vt ap.* Andr. Rauchbat, 2. *quæſt.* 28. vbi nouiſſime eandem multis defendit. Quamuis alii, † tam triennalē, quam longi temporis præſcriptionem litis conteſtatione interrumpi volunt: Donel. 5. *Com. c.* 21. Vaud. 2. *quæſt.* 3. *n.* 44. alij vero libelli oblatione hanc interruptionem metiuntur. Sed verior & veriſſima † eſt illa ſententia, quam *lib.* 5. *de proceſſ. c.* 43 *n.* 1. obiter ſaltem tetigi, & à Weſenbec. *ad tit. de vſucap. in fin.* Chilian. König. *in prax. c.* 34. *in fin.* probata fuit, ſententia, quod eadem, vt præſcriptionis, quoad poſſeſſionis continuationē, ita & interruptionis ſit ratio: & quod proinde omnes indiſtinctè præſcriptiones, non tantum per litis conteſtationem, vel & libelli oblationem, ſed ſolam etiam legitimam citationem ciuiliter interrumpantur; *per* † *text. expreſſ. l.* 3. *§. quæ ergo & l.* 7. *ibi*, ſi non interruptum erit ſilentium, vt lege cautum eſt, id eſt, per ſolam conuentionem, *C. de præſcr.* 30. *annor.* Et cum in hoc omnes conueniant, quoad præſcriptionem temporis longiſſimi; nulla eſt ratio, quare in aliis idem non obtineat: Et ſunt text. *l.* 10. *ibi*, aduerſariorum ſilentio & taciturnitate, &c. *C. de acquir. poſſ. l.* 1, *l.* 2, *l.* 10. *C. de præſ. long. temp. l.* 2. *ibi*, ex † eo die, quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt ad interrumpendam, &c. *C. vbi in rem act. l.* 2, *in fin. pr. l.* 3. *ibi*, aliqua moueatur actio, *C. de præſcr. quadrien. l.* 1. *& l.* 2. *ibi*, adire Præſidem prouinciæ, libellum porrigere, & in querimoniam deducere, & interruptionem temporis facere, *C. de annal. excep.* Accedit, † quod non modo extraiudicialis denunciatio, certis caſibus habilibus, malam fidem inducat; *l.* 17. *C. de rei vind. l fin. C. de neg. geſt. l.* 10. *§.* 2. *& ſeqq ff quæ in fraud. credit.* dixi de materia pcſſ. *cap.* 6. & probe etiam poſt alios Matth. Coler. *de proceſſ. executiu.* 1. *c.* 3. *n.* 106 *& ſeqq.* Sed † quod ſtatutarias quoque præſcriptiones, ſola citatione interrumpi ſit omnium communis ſententia: Weſenbec, *conſ.* 73. *num.* 69. Hartm. Piſtoris 1. *quæſt.* 12. *num.* 48.

Margin numbers: 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75

Gg 3 A ſtatu-

76 A ſtatuto † autem, ad legem & contra, eadem procedit ratio & conſequentia;
77 quæ quidem plus operatur in lege, quam ſtatuto. Et illa ratio odioſæ † & fauo-
rabilis præſcriptionis, plane abſurda & inuerſa eſt: non eo tâtum, quod omnis
præſcriptio, in odium res ſuas negligentium, & vt certa rerum ſint dominiã, in-
78 troducta ſit: ſed † quod interruptio, & facilior, & fauorabilior, meritiſſime eſſe
debeat, in longi, vel etiam triennalis tẽporis præſcriptione, quam longiſſimi:
cũ hic, triginta, vel 40. integros annos quis habeat, illic longe pauciores quod
79 vt demonſtremus, ecce caſum: Titio † aufugerat, vel & abactus fuerat, ex pra-
to ſuo equus; Sempronius illum à ruſtico bona fide emit: & cum integrum vel
annum vel biennium poſſediſſet, venit in forum Titij, qui conſpecto equo,
Sempronium in ius vocat; ille non modo citra vllam, de quo proteſtabatur, li-
tis conteſtationem, bonam fidem, titulumq;, ſed fori etiam incompetentiam
allegat, domumq; reuocans, de facto recedit vel aufugit: ita, vt integrum tri-
ennium abeat, antequam lis conteſtari, nedum per ſententiam definiri queat:
80 Anne hic interrupta præſcriptio? Neq; † obſtat, quod in aliquibus legibus
litis conteſtatæ fit mentio, *l. mora litis 26. C. de rei vind. l. 2. C. de fructib. & lit. ex-
penſ. l. alienam. ff. pro empt.* quia hoc ipſam Citationem non excludit, ſed potius
totum litis exordium complectitur, ium promiſcue vſurpatur: *d. l. 10. C. de ac-
quir. poſſ. & per d. l. 2. C. de annal. except. l. 1. Cod. Quand. libell. princ. oblat. & ead. quæ
81 ſup.* & dicemus latius in Digeſt. *ſub tit. de præſcript.* Eleganter † etiam Padil. *ad l.
ſi aquam, C. de ſeruit. & aq. nu. 77. & ibi* Bald. Iaſ. Cœpol. & alii; dicentes: hodie
quarumcunque rerum poſſeſſionem, interrumpi ſola Citatione, ad minus, de
iure Can. quod hoc caſu etiam in foro ciuili obſeruandum ſit. Sed elegantis ac
82 † difficilis adhuc eſt quæſtionis: An controuerſia, in poſſeſſorio mota, rumpat
vel impediat præſcriptionem ratione proprietatis aut petitorii? Et plærique
negant: *gloſſ. &* Panorm. *n. 5. c. 1. verb. litigioſa, De confirmat. vtil. vel inut.* Ioh. Bo-
lognet. *in l. naturaliter, §. nihil commune num. 57. de acq. poſſ.* Erneſt. Cothman. *re-
ſponſ. 30. num. 200.* per rationem quod poſſeſſio & poſſeſſorium nihil habeat
commune cum proprietate & petitorio: *d. §. nihil,* & quod proinde litigium
83 poſſeſſorii, non faciat litigioſum petitorium vel dominium ipſum. Sed hoc †
eatenus ſaltem, quatenus poſſeſſorium nullam plane petitorii rationem vel
reſpectum habet: Secus vero eſt, ſi tanquam petitorii præparatorium moueatur,
illudque intentione quærat: Sic enim omnino & petitorium litigioſum
fieri intelligitur, eiuſque præſcriptio interrumpi: Quod ex vti poſſid. Vnd. vi.
84 Quor. bon. & ſimilibus alijs interdictis liquido apparet: & † faciunt pro-
bantque ea, quæ de duplici interdictorum puncto vel cauſa atque ſtatu poſ-
ſeſſorii & petitorij diximus ſupra: homilia ſing.
85 Sic † petitorii interruptio, non aliter ipſam quoque poſſeſſorij cauſam
interrumpit, quam quatenus hæc, ex illo immediate dependet: *arg. d. §. Nihil
commune, vbi DD.*

COM-

Commentarivs XVI.

Quibus & aduerſus quos Interdicta reddantur: ad l. 1. in prin. ff. de interd. &c.

Svmmaria.

1 *Quibus & aduerſus quos reddantur interdicta, quæſtio eſt neceſſaria & generalis: & n. 2.*

3 *Diſtributio huius commentarij hiſce conſtat quæſtionibus:*

- 1 *Qualibus poſſeſſoribus vel actoribus retinendæ & recup. dentur interdicta.*
- 2 *An heredibus & in heredes:*
- 3 *An liberis & libertis in parentes & patronos, ſubditis in magiſtrat.*
- 4 *An pupillis & minorennibus & contra eoſdem.*
- 5 *Contra quoſnam generaliter reddantur? n. 4. 5. 6. 7. 8.*

9 *Interdicta dantur illis quibus prætor illa promiſit.*

10 *Ratione publici intereſſe quædam interdicta ſunt publica.*

11 *Interdicta de rebus familiaribus dantur actionem familiarem habentib.*

12 *Interdicta adipiſcendæ certos & qualificatos actores requirunt.*

13 *Interdicta retinend. & recup. veram poſſeſſionem præſupponunt: & n. 14.*

15 *Interdict. de itin. actuque priuato inutile eſt ei qui non iure ſuo iter habet.*

16 *Colono vel inquilino deiecto. non his, ſed domino datur interdictum.*

17 *Creditorib. vel alijs rei ſaltem ſeruandæ gratia in poſſeſſionem miſſis interdicta retin. vel recup. non dantur.*

18 *Secus, ſi ratione antichreſeos vel hypothecæ, veram poßidendi cauſam habent.*

19 *Sic enim ſibi vere poßident.*

20 *Vſufructuariis, emphyteutis vaſallis tanquam vere poßidentib. dantur interdicta,*

21 *Non modo vtilia, ſed etiam directa:*

22 *Cum fructuario interdum & dominus pro ſuo intereſſe concurrit in interdictum.*

23 *Non proprietarij ſolum ſed omnes iuſtam poßidendi cauſam habentes interdictorum ſunt capaces.*

24 *Frigida vel ieiuna eſt ſubtilitas dicere vſumfructuariũ & ſimiles non ipſum fundum, ſed ius vtendi ſaltem poßidere: & n. 25.*

26 *Fructuario in ipſum etiam dominum qui deiecit datur interdictum vt fundo reſtituatur.*

Eadem-

Eademque eſt ratio poſſeſſionem proiecti habentis.

27 *Interdictum, poſſeſſorem prædii, Ergo & fructuarium, &c. tuetur.*
Fructuarii & ſimiles ratione iuris vtendi fruendi ipſum fundum vere poſsident, & n. 28.

29 *Maritus pro dote vxoris, & donatarius pro re quantumuis iniuſte tradita habet interdictum, tanquam verus poſſeſſor.*

30 *Sequeſter & depoſitarius quatenus poſsideant & interdicta habeant? vſque ad num.* 36.

37 *Legatarius in poſſeſſione exiſtens quatenus habeat interdicta retin. vel recup.*

38 *Nudis detentoribus d. interdicta non dantur, ſed his quorum nomine ſunt in poſſeſsione: n.* 39.

40 *Nudi detentores poſſeſſoriis priuilegiis & ſtatuto competentibus non gaudent.*

41 *Habent tamen quaſi vtile interdicti auxilium, &c. & n.* 42.

43 *Idque ex lata & vtili interdictorum prætoriorum poteſtate.*

44 *Prætor ſuperficiarium tuetur ſecundum legem locationis:*

45 *Colonus, inquilinus, &c. facilius aduerſus tertium quam ipſum dominum vtili interdicto audietur & n.* 46.

47 *Prætor etiam quoad detentores omnes facti violentias deteſtatur, & interdicto comprehendit.*

48 *L. Aquilius Regulus ff de donat. valde notabilis.*

49 *Habitatores, Coloni, & conductores certam detinendi ac poſsidendi cauſam habentes æquiparantur vſufructuariis.*

50 *L. Cum fundum* 18 *ff. de vi & vi arm.*

51 *Interdicta quatenus actiue & paſsiue tranſeant in heredes.*

52 *L. denique* 13 §. 5. *ff. Quod vi aut clam valde notabilis.*

53 *Hereditas etiam iacens domina locum obtinet.*

54 *Heres qualibus interdictis experiri queat reſpectu inuaſa hereditatis, & nu.* 55. 56.

57 *Interdicta quæ atrocitatem facinoris præſupponunt aduerſus perſonas reuerendas non facile dantur.*

58 *Difficultas & inuerſio l.* 1. §. 43 *ff. de vi & vi arm.*

59 *Vis publica & priuata & interdicti deſuper competentis magna eſt differentia, n.* 60. 61. 62. 63.

64 *Pecuniaria & poſſeſſoria non capitales lites permittuntur liberis in parentes, &c. num.* 65.

66 *Vis turbatiua etiam priuata arguit dolum.*

67 *Genuina explicatio d. l.* 1. §. 43 *ff. de vi & vi priuat. & n.* 69. & 72.

68 *Filius ob nimiam crudelitatem agere poteſt aduerſus patrem.*

70 *Quoad*

Digitized by Google

70 *Quoad pœna perſecutionem requiritur dolus.*
71 *Eoque nomine, priuata vindicta ergo, in perſonas reuerendas non facile dantur interdicta: & n.72.*
73 *Perſonæ etiam alias reuerendæ interdum patrant quod pœnam mereatur & vindictam:*
74 *Vel & famoſam actionem.*
75 *Intolerabilem iniuriam leges non defendunt ſub prætextu reuerentiæ.*
76 *Mandata de non offendendo, de relaxando, &c. etſi non facile, tamen ſæpe dantur in magiſtratum: & n.77.78.*
79 *Ciuilia iudicia & interdicta dantur in perſonas reuerendas: & num.* 80. 81.82.
83 *Dummodo obſeruetur decorum.*
84 *Accuſandi temeritas vel facilitas, non neceſſitas & iuſticia damnatur quoad perſonas venerandas, n.*85.86.
87 *Vaſallus hoſtiliter offenſus ad priuationem feudi, vel etiam ad pœnam banni agit contra dominum.*
88 *Multo igitur magis interdicto.*
89 *Seruus etiam dominum tabulas libertatis ſupprimentem de falſo accuſat.*
90 *Contra vitricum, nouercam, tutorem, competit actio furti, expilatæ hereditatis, &c. n.*91.
92 *Coniugi, ſeruo, filiofamilias datur actio rerum amotarum.*
93 *Obiectio ex l. heres 33. ff nego. geſt. l.5. §.7. ff. de nou. op. nunc.*
94 *Solutio; & n.*95.
96 *Interdicta in caſibus fundatis in perſonas etiam reuerendas ſaluo omni honore & amore redduntur.*
97 *d.l.1. §.41. De vi & vi arm. mire torſit feudiſtas.*
98 *Pupillis & minorennibus, & contra eoſdem, quatenus reddātur interdicta.*
100 *L. fin C. Qui legitimam perſon. in iudic. ſtandi hab. tria ſunt capita.*
101 *Filii familias exercere poſſunt in factum actiones.*
Item ſuo nomine, iniurias, depoſ. commodat. Quod vi aut clam, &c.
102 *Pupillus ſine tutoris autoritate hereditatem adire vel bonorum poſſeſſionem petere non poteſt.*
An quorum bonorum vel alio adipiſcendæ interdicto agat?
103 *d.l. fin. de momentanea non retin. vel recup. ſaltem, ſed & adipiſcend. poſſeſſione loquitur.*
104 *Pupillus tutorem habens qualiter interdictis experiatur: num.*105 6.7.
108 *Popularibus in cauſis actiones non dantur pupillis & mulieribus.*
109 *Alterum d.l. fin. caput, de non miſcendo petitorio, in momentaneis poſſeſſoriis cauſis: n.*110. *& ſeq.*
112 *Teſtes in poſſeſſorio inter rogati, & de petitorio deponentes, non præiudicāt.*

Digitized by Google

113 *Tertium d. l. fin. caput, quatenus pupilli & minorennes interdictis recte conueniantur.*

114 *Pupilli meliorem ſuam conditionem facere poſſunt, non contra: & num. ſeqq.*

116 *Contra pupillos tutorem non habentes, vel non defenſos, fieri poteſt immiſſio.*

117 *Contra eos redduntur interdicta, qui non modo per ſe, ſed & familiam aut procuratorem &c. cauſam interdicti dant: & n. ſeq.*

119 *Deieciſſe videtur, qui iuſſit, vt quis deijceretur.*
Quod quis per alium facit, per ſe facere videtur.

120 *Si verus procurator deijciat vel turbet, cum vtroque tam illo, quam domino agitur:*

121 *Si falſus ſit procurator, cum ipſo ſolo agendum.*

122 *Dominus grauari non debet, qui non iuſſit, neque ratum habet: n. 123.*

124 *Si modo ſeruos, cum poteſt, noxa dedat: neq. participet.*

125 *Familia appellatio & ſeruos continet: non plures modo ſed etiam vnum: num. ſeqq.*

128 *Si filiusfamilias, vel mercenarius deijciat, vtile interdictum datur in dominum.*

129 *Antinomia: eiuſque conciliatio.*

130 *Noxa deditio proprie locum habet, ſi ſeruus, extra officij ſui rationem, proprio quid facto deſignet:*

131 *Dominus, ex facto ſerui, vtiliter ſaltem tenetur, ſi hic, licet non iuſſu, tamen intuitu domini & officij reſpectu quid fecerit. & n. ſeqq.*

135 *Qui iuſſu alterius quid agit, non cum eo, ſed cuius iuſſu vel nomine facit, erit actio, & n. ſeq.*

137 *Si ego tibi mandauero, tu alij: quis teneatur interdicto? ex l. 6. Quod vi aut clam.*

138 *Ex tutoris vel curatoris facto, quatenus pupillus, minor vel ipſe tutor aut curator teneatur? & n. ſequentib. vſq. ad n. 142.*

143 *Interdicta dantur etiam contra eum, qui dolo malo fecit, vt quid vetiti fieret:*

144 *Item contra heredem eius ad quem quid peruenit.*

145 *Si plures ſint heredes, hi pro parte vel in ſolidum tenentur quatenus ad eos peruenit.*

146 *Qui dolo, vel culpa ſua fecit, quo minus poſſideret, tenetur interdicto ac ſi poſſideret.*

147 *Qui inuaſam poſſeſſionem & ſine dolo vel culpa amittunt, tenentur.*

148 *Contra tertium titulo poſſidentem an detur interdictum: & numeris ſequentib.*

150 Qua-

Digitized by Google

150 *Quatenus & quare non modo contra dominum, ſed & procuratorem, officialem &c. detur interdictum? & trib. ſequentib.*
154 *Actione recte iunguntur, qui ſe iunxerunt in delicto.*
155 *Domini ad declinandum interdictum ſæpe miniſtris omnia callide aſcribunt. & n. ſeqq.*
158 *Domini iuſſus vel ratificatio probatur, ſi, quod poteſt, non reſtituat:*
159 *Vel familiam aut officialem reſtituere non compellat. & n. ſeqq.*
161 *Officiales & conſiliarij propterea cum dominis ſæpe iunguntur interdicto vel mandato, vt læſa iſtorum conſcientia tangatur, & dignam facti reformationem procurent.*
162 *De iuſticia, eiuſque prætoria reformatione multi ludos agunt:*
163 *Sed conſcientiæ cum periculo.*
164 *Iuſticiam illudens, Deum ipſum illudit.*
165 *Domino, & officiali, vel procuratore ſimul conuentis, ſi vnus ſatisfaciat, liberatur & alter.*
166 *Domino cauſam interdicti ſuſcipiente ſuperuacuum eſt officialis heredes ad reaſſumendum adigere.*
167 *Officialis ex facto officij regulariter non obligatur.*
168 *Miniſter dominium non acquirit, licet pretium numerauit.*
169 *Diſtracta in officiales interdicti vel mandati exſecutio, maiores ſumptus exigit.*
170 *Officialis iuſſu domini in facto excedens vel delinquens quatenus teneatur? & n. ſeqq.*
174 *Interdictis, etiam aduerſus ſocios, vel in communione exiſtentes vel fundi dominum experimur, n. ſeq.*
176 *Adipiſcendæ interdicta contra quos dentur?*
177 *Tranſitus ad homiliam ſeq. de Antiqua interdictorum ſolennitate ac proceſſu.*

ANtequam vero ad alia digrediamur: duo nobis præmittenda † ſunt: 1
vtpote: Quibus & aduerſus quos, tum à quo iudice, Interdicta ſint red-
denda. Et cum iudicii quoad interdicta competentis materiem, ad l. fin. ff.
de iuriſdict. om. iudic. expoſuerimus: Illud huius erit capitis: vt videamus
Quibus & aduerſus quos interdicta reddantur: præſertim quod hæc quæ-
ſtio † paſſim in omnibus fere interdictis moueatur, & ad generalem eorum 2
explicationem pernecelſaria ſit. Neque tamen ſubtiliter illam, & plene, &
quatenus in ſingulis Interdictis ſeorſim & ſpecialius moueri poteſt, hic enu-
cleabimus: ea enim interpretatio, ſingulorum Interdictorum propria ac ge-
nuina eſt: ſed obiter †, ſaltem, & generaliter, illa hic attingemus, quæ paſſim 3
in Interdictis, ad generalem eorundem diſciplinam, cui partem hanc priorem

tribuimus, declarandam faciunt. Videndo primum, Quibuſnam a ctoribus
4 † interdicta, & in ſpecie Quibuſnam & qualibus poſſeſſionibus, ea, quæ reti-
5 nendæ ac recuperandæ poſſeſſionis ſunt, dentur? Secundo, † An heredibus
6 & in heredes reddantur interdicta? Et tertio, An † liberis & libertis in pa-
7 rentes ac patronos, ſubditis in magiſtratum. Quarto, † an pupillis & mino-
8 rennibus, & contra eoſdem? Quinto contra quoſnam † generaliter & fre-
quentius reddantur? Primam igitur quod attinet quæſtionem illis in genere
9 dantur & prodita quidem ſunt interdicta, quibus prætor † illa promiſit, &
quos interdicti vel verbis vel mente complexus eſt, & qui competens aliquod
formatumque ius & intereſſe habent; *per l. 1. & tot. tit. ff. Cod & Inſt. de Interd. l.*
ſemper is, §. hoc interdicto 7. & ſequentib. ff. Quod vi aut clam, &c. Vt ita quoddam
10 ius † vel intereſſe publicum eſt: Et proinde quædam interdicta circa res pu-
blicas verſantur: ita etiam cuilibet, ratione publici & ſic quoque ſui alicuius
priuati intereſſe iis experiri licet: *d. l. 1. in princ. ff. de Interd. l. cuilibet ff. de loc. &*
11 *itin. pub. l. 2 §. 2. ff. Ne quid in loc. pub. &c.* Et ſicut † quædam interdicta circa
res familiares comparata ſunt: ita etiam ijs actorum, ratione ſui peculiaris in-
tereſſe in ipſis interdictorum requiſitis fundatum eſſe conuenit: *per d. l. ſemper,*
l. competit 10. ff. Quod vi aut clam. Et per leges titulosque omnes de interdictis
priuati ac familiaris iuris loquentes.

12 Hinc cum † adipiſcendæ interdicta, ſuum quælibet ſingulare ius titu-
lumque habeant, ex quo dependent: ad hanc generalem interdictorum ἐξή-
γησιν referri omnia commode nec poſſunt, nec debent: Quod ex interdictis
Quor. bonor. Quod legat. & ſimilibus alijs videre eſt.

13 Interdictorum † autem retinendæ & recuperandæ, alia eſt ratio: quoad
generalem hanc ἐξήγησιν. Hæc enim veram poſſeſſionem præſupponunt: quæ
hic quidem amiſſa eſt, ſed vera tamen fuit: ibi autem adhuc vera eſt, & habe-
14 tur: qualis † poſſeſſio apud eos eſt, qui ſibi ſuoque nomine poſſident: ijs
enim ſolis interdicta hæc prodita ſunt, *l. 1. & tot. tit. ff. Vti poſſid. l. ſi rerum, ibi:*
poſſeſſionem l. vim facit 11 l. ſi vi. 15 l. qui poſſeſſionem 17. & tot. tit. ff. de vi & vi ar-
mat. & ibid. tum paſſim & com. DD. text. etiam l. fin. ff. de itin. actuque priu. Vbi in-
15 terdictum † prorſus inutile eſſe affirmatur ei, qui non iure ſuo, itinere actuque
vtatur, neque ius fundi vere poſſideat. Vnde Labeo: Si Colonus tuus vi de-
16 iectus eſt, † non ille, ſed tu ages vnde vi interdicto; Item ſi inquilinus tuus
deiectus fuerit; *l. fin. de vi & vi arm. ſi duo 3. §. ſed ſi 7. ff. Vti poſſ.* Quemadmo-
17 dum & creditores, † vel alios rei ſaltem ſeruandæ gratia in poſſeſſionem miſ-
ſos, interdicto vti poſſidetis (vel vnde vi, &c.) vti non poſſe, dicendum eſt; &
merito; quia non poſſident: *§. creditores 8. ibid.* Quamuis alia ſit ratio, † ſi cre-
18 ditor, non modo rei ſeruandæ, ſed vel antichreſeos, vel pignoris & hypothe-
cæ nomine rem ipſam vere ſibique poſſideat: ſic enim interdicit; *gloſſ. ibid.*
De quo Cuiac. non eſſe dubitandum ait, *lib. 9. obſeru. 33. poſt med.* per rationem
† certiſ-

Digitized by Google

† certiſſimam, quod tunc vere ſibi ſuoque nomine poſſideat: *l. 7. §. 12. ff.* 19
com. diuid. l. 35. §. fin. ff. de pig. act. l. 40. in princ. & §. fin. eod. l. per ſeruum, in prin.
ff. de acq. rer. dom. Eadem igitur, quinimo maiore adhuc † ratione, vſufru- 20
ctuarijs, emphyteutis, vaſallis & ſimilibus, tanquam ſibi ſuoque nomine poſ-
ſidentibus dantur Interdicta: non modo vtilia, vt quidam voluerunt, † *poſt* 21
gloſſ. l. 1. in prin. vti poſſid. & in l. aut prætor §. item ei ff. Quib. ex cauſ. maior & in l.
ſi plures §. deiectum ff. vnd. vi. quam opinionem ſequuntur omnes qui ſolum
proprietarium vere poſſidere aiunt: reliquos autem, vt fructuarium &c. ſibi
ſuoque nomine & vere poſſidere negant: vti Cuiac. Donel. &c. ſed etiam † 22
directa: *text. expreſſ. l. fin. vti poſſid. & per l. vi. ff. Quemad ſeruit. amit. l. ſciendum*
15. §. 1. ff. qui ſatiſdat. late DD. vt ap. Menoch. *recup. rem. 1. q. 5. & retin. rem.*
3. num. 72. & ſeq. text. expreſſ. l. 2. Quanquam autem Colonus & fructuari-
us fructuum nomine in hoc interdictum admittantur, tamen & domino cō-
petit, ſi quid eius interſit. *ff. Quod vi aut clam.* Non enim † ſolos proprieta- 23
rios, ſed & fructuarios, & omnes qui conſtitutam de iure poſſidendi cauſam
habent, vere atque proprie poſſidere certum eſt: *per ea quæ dixi de materia poſ.*
cap. 2. Ac frigida † eſt ſubtilitas, quod illi dicunt, fructuarium & ſimiles, ius 24
quidem vſusfructus poſſidere, non ipſum fundum. Dicitur quidem colo-
nus † vel fructuarius, fructuum nomine habere Interdictum: *d. l. quanquam* 25
12. ff. Quod vi aut clam. l. fin. ibi: Si alter proprietatem, alter vſusfructus ſibi de-
fendat poſſeſſionem *ff. vti poſſid. l. ſi plures 9. §. 1.* deiectum ab vſufructu. *ff. de*
vi & vi arm. vbi fructuario † etiam in ipſum dominum, directum datur In- 26
terdictum: *l. acquiruntur 10. § fin ff. de acq. rer. dom.* ſicut & poſſeſſionem pro-
iectionis habenti datur Interdictum: *l. 3. §. 6. vti poſ.* Tamen † cum Inter- 27
dictum poſſeſſorem prædij tueatur: *l. 1. §. 6. eod.* fructuarium ſane, & ſimiles,
non tantum ipſum vſum fructumue &c. ſed reſpectu eius, & ipſum fundum
prædiumq; poſſidere certum eſt: *per ead. l. 1. & tot. tit. ff. ſi vſusfruct. pet.* quin-
imo ipſum etiam ius fundi: *text. expreſſ. l. fin. ff. de itin. actuque priu.* quod am-
plius per † rationem conuinco ac ſtabilio à cautione vſufructuaria deſum- 28
ptam: Cum ea nullatenus opus eſſet ſi vſufructuarius fundum vel prædium
indemne reſtituendum non poſſideret.

Denique dantur Interdicta omnibus qui, ſibi ſuoque † nomine poſſi- 29
dent, de quibus dixi *d. cap. 2.* Quales ſunt maritus, in dote vxoris, vel dona-
tarius, in rebus quantumuis inutiliter aut iniuſte donatis, & traditis: *d. l. ſcien-*
dum 15. §. 3. ff. Qui ſatiſd. l. 1. §. 10. ff. de vi & vi arm. Item ſequeſter † & depo- 30
ſitarius, in quem, vel voluntaria vel & iudiciali ſequeſtratione, remoto priore
poſſeſſore ipſa poſſeſſio tranſlata eſt: & ita quidem, vt neutrius deponentis,
vel partis, ſed ſequeſtro, in cauſam eorum, quorum nomine ſequeſtratio facta
eſt, id tempus, eaque poſſeſſio procedat: alias, ſi ſola † cuſtodia demandatur 31
vel adminiſtratio, ipſo poſſeſſionis commodo in eum redundante, qui antea

poſſedi, ſecus eſt: *ita text. l. licet 17. ff. depoſ. l. Intereſſe 39. ff. de acq. poſ. & vtrobique* DD. Canon. *Cap. 1. de ſequeſtr.* Weſenbec. *in parat. ff. Depoſ. num. 6. & conſ. 7. num. 3.* Gail. 1. *obſ. 5. n. fin. & obſ. 148. num. 9.* Duaren. *lib. 3. de beneſic. Ec-*
32 *cleſ. cap. 10.* Felin. & Innoc. *cap. examinata, de Iudic.* dicentes † quod facta ſequeſtratione rei Eccleſiaſticæ, cui Ius patronatus adhæret, poſſit interea ſequeſter conferre: Lambertin. *de Iur. patron. in part. 2. q. 9. art. 3.* Villalob. *Com. opin. lit. S. n. 52.* Per. Coſtal. *d. l. 17.* Et quamuis Panorm. & Corſet. *d. c. exami-*
33 *nata*, & alij nonnulli, contrarium † teneant: tamen, ſi apud ſequeſtrum ſit poſſeſſio, quam fiduciariam vel Recredentiariam alij vocitant: Pap. 8. *arreſt. tit. 11. de Recreance.* d. ſententia eſt veriſſima: *per l. cuiuſcunque 60. §. 4. ff. de vſufr. l. 3. §. 10. ff. de acq. poſ. arg. tit. Vt lit. pendent. part. 2. ordin. tit. 21. in fin.* Hinc
34 facta ſequeſtratione † prædij, vel caſtri, eo fine, vt creditores hypothecarij, vel ex fructuum annuorum, vel ipſius prædij diſtractione, ſoluantur: penes ſequeſtrum, vel & creditores, ſi horum nomine is in poſſeſſione ſit, eſt & poſſeſſio, & intercedendi facultas, *per ead. quæ ſup.* de creditorib. *diximus.* Sig. tur
35 facta † tali ſequeſtratione, ſequeſter, ab ipſo domino, vel priore poſſeſſore turbetur, vel iterum deijciatur, vel ſequeſtro, vel creditoribus recte dantur,
36 Interdicta: *per ead.* Talis enim † ſequeſtratio, quæ vel fructuum, vel rei ipſius diſtractionem continet, ſecundi decreti rationem obtinet, veramque poſſeſſionem tribuit: quod ſecus eſt, in ſequeſtratione, quæ nudam primi decreti rationem ſapit: Alciat. *Conſ. 37. num. 5.* Contard. *De mom poſſeſ. lim. 16. num. 7.* dixi de poſſeſ. *cap. 9. num. 30.*

37 Sic legatarius, † cuſtodiæ ſaltem gratia miſſus, non habet interdictum, nec poſſeſſionem, ſed tamen, ſi legati nomine rem habeat, & ſatiſdet, tam Interdictum quam poſſeſſionem habet: *Barth. l. Nemo poteſt. num. 18. ff. de legat. 1.* Capyc. *deciſ. 89. num. 2.* Honded. *2. conſ. 57. num. 25. & ſeq.* Vbi iam quæſtio incidit de ijs qui non ſibi ſuoque nomine, ſed alijs poſſident: de quibus etiam dixi, *dict. cap. 2. num. 13 & ſeq. per tot.* & eſt text. ſing. *l. officium 9. ff.*
38 *de Rei vind.* Et quamuis illis † regulariter Interdicta non dantur, prout Com. omnium eſt DD. ſententia, quod ſcilicet non poſſideant, ſed potius in poſſeſſione ſint: *l. ſi quis 10. §. Ceterum. 12. ff. de acq. poſ. l. certa 6. §. 2. ff. de precar.*
39 Vnde etiam non ipſis, ſed his quorum nomine † in poſſeſſione ſunt, Interdicta dantur: *l. 1. §. quod ſeruus 22 ff. de vi & vi arm. l. 7. §. 8. 9. & 11. ff. Com. diuid. l. fin.* Si colonus tuus vi deiectus eſt, ages vnde vi Interdicto: Idem
40 ſi inquilinus tuus vi deiectus fuerit, *ff. De vi & vi arm.* quemadmodum † etiam poſſeſſionis verbum, vel priuilegium quodcunque, poſſeſſoribus, ex ſtatuto aut lege conceſſum, in nudis hiſce detentatoribus, alieno nomine in poſſeſſione exiſtentibus, nec ſibi poſſidentibus, non obtinet: *per ea quæ Com.*
41 *DD.* Tamen hoc de propria vel directa ſaltem Interdictorum † poteſtate intel-

telligendum eſt, non de vtili: Cum latiſſima vt prætoris, ita & Interdictorum
ſit poteſtas, ampliſſimis tum iuris, tum æquitatis finibus circumſcripta: vnde 42
& pluribus, quam vno modis, etiam † nudis detentoribus, vt colono Inquilino, conductori, procuratori, conſultum eſt: vel enim dominus ipſe, ſi requiratur aſſiſtere, vel ipſum interdictum cedere tenetur, vel ipſe Colonus per ſe, in cauſam domini, vel ſui ipſius intereſſe experiri poteſt, quo poſteriore caſu vtile, prioribus vel & directum dabitur Interdictum: *l. 16.* competit
hoc interdictum etiam his qui non poſſident: ſi modo eorum intereſt: *&* 43
duab. ſeq. ff. Quod vi aut clam. Et † vtilia hæc Interdicta, tam recuperandæ quam retinendæ, interdum etiam adipiſcendæ, non tantum ex mero ſoloque
quod aiunt iudicis officio, ſed vt diximus, ex iuris ipſius, & vtili fiunt Interdi- 44
ctorum autoritate: *per ead. & text. l. ſi duo §. 7. in fin.* prætor † ſuperficiarium tuebitur ſecundum legem locationis *ff. vti poſſid.* text. ſingularis & expreſſus, *in l. damni* 18. *§. pen. ff. de damno infect.* vbi ait Paul. ſi is qui iuſſu prætoris cœperat poſſidere, & poſſidendo dominium capere, aut non admiſſus aut eiectus inde fuerit, vtile Interdictum vnde vi, vel publicianam, vel in factum actionem habere poteſt: Gozadin. *conſ.* 99. *num.* 4. Rip. *cap. ſæpe nobis num.* 18. *de reſtit. ſpol. & in l. rem quæ nobis,* 15. *ff. de acq. poſ.* Contard. *de moment. poſ. limit.* 2. *num.* 12. *Menſing. §. poſſideri num.* 11. *Inſtit. de interdict.* Menoch. *d. remed.* 3. *num.* 234. *& ſeq.* vbi DD. *& per ea* quæ idem in *remed. finalibus, ratione*
officij iudicis. 45

Qua † in re, minus eſt dubij, ſi contra, non ipſum dominum ſed tertium aliquem petat Colonus vel Inquilinus &c. Interdictum, ſecus ſi con- 46
tra ipſum dominum, tunc enim † potius ordinariam illis, ad intereſſe, ſeu de pacto ſeruando actionem competere, nonnullorum eſt ſententia *per l. 9. cum ſimil. ff. locat.* Iaſ. *conſ.* 109. *num.* 1. *lib.* 1. Pariſ. *conſil. decimo octauo, numero*
decimo ſeptimo, libro primo. Attamen, pro ratione circumſtantiarum facti, vt- 47
pote, † quod omnes violentiarum Caſus prætor coercere, parteſque ab armis vel proprij furoris & *αὐτονομίας* facto, ad ius auocare ſoleat, tum etiam debeat, & hic interdictum vtile competere ſolet, licet dominus interdum iudicio ſuperior eſſe queat: *per dict. l. ſi duo, & arg. l. fin. eodem. text. ſing. l. is, qui,* 11. *§.* 12. *ibi*: ſi tamen precario ſit in poſſeſſione, videamus, an, quia intereſt ipſius, qualiter poſſidet, Interdicto vti poſſit? Ergo & ſi conduxit, mul-
to magis, nam & Colonum interdicto experiri poſſe dubium non eſt. *ff. Quod* 48
vi aut clam. text. † etiam admodum ſingul. *l. Aquilius Regulus, vigeſima ſeptima, ff. de donat. & ibi* Paulus Caſtrenſ. *& in l. manifeſtiſſimi §. ſed cum ſecundum. C. de furt.* Barthol. *l. rem quæ nobis, numero primo, ff. de acq. poſſ.* Dec.
conſil. 353. Cepol. *de ſeruit. vrb. cap.* 2. *num.* 11. *ad fin.* Pinel. *l.* 1. *part.* 3. *ſub num.* 49
41. *C. de bon. mater.* Quamuis eiuſmodi † habitatores, qualis in *d. l. Regulus*

pro-

proponitur, vel & colonos, & conductores, ad vitam, longumue tempus certum formatumque poſſidendi ius habentes, non minus, quam vſuarium vel fructuarium, vere & poſſidere, & interdicere poſſe verius eſt: *per ead. & ita* Bald. & Alexand. *d. l. ſciendum. in princ. ff. Qui ſatiſd.* Bald. *lib. 1. conſ. 325. in fin.* Aretin. *l. ſi quis autem ff. de acq. poſ.* Tyraquel. *de retract. lig. §. 1. gloſ. 14. n. 79.* Contard. *de moment. poſ. Lim. 21. num. 27. &* dixi etiam *d. cap. 2. num. fin.*

50 Quid ſi † locator fundum vendiderit, colonus vero emptorem, qui in vacuam poſſeſſionem ire iuſſus erat, non admiſerit, vel hunc ille vi expulerit, cui & aduerſus quem Interdictum competat, quæſtionis fuit? Et eam acutiſſimus Papin. neruoſe exponit *in l. cum fundum 18. ff. de vi & vi arm.* & decidit, colonum Interdicto venditori teneri: emptori quoque qui poſtea vim adhibuerit, & ipſum colono teneri &c. Et Vlpian. *l. 1. §. 24.* ſi fundum ad quem aquam ducebas vendideris & tradideris, nihilominus Interdictum tibi vtile eſt. *ff. de aq. quot. & æſti.*

51 Secunda † quæſtio definiri poteſt, ex iis, quæ diximus ſup. homil. a 7. diuiſ. 18. quo remiſiſſe hic ſufficiat; cum plenam, de actione heredibus & in heredes competente, tractationem propoſuerimus ad tit. *C. de hered. action.* Quamuis ea hic regula rectiſſime ponatur: Quod interdictum etiam actiue & paſſiue tranſeat ad heredes, ſi & quatenus ipſa interdicti cauſa tranſit: veluti partim exſecutiuum de ingrediendo &c. hoc enim in ſingularem etiam tranſit heredem: per l. 1. & tot. tit. C. vt act. ab hered. & in hered. & d. tit. C. de hered. act. & poſt alios Hondede. 2. conſ. 21. n. 15. & ſeqq.

52 Notabilis autem & elegantiſſima eſt † quæſtio, quam proponit Vlpia. *in l. denique. 13. §. 5. ff. Quod vi aut clam.* Quæſitum eſt, inquit, ſi cum prædium interim nullius eſſet, aliquid vi aut clam factum ſit: an poſtea dominio ad aliquem deuoluto, Interdicto locus ſit? vt puta hereditas iacebat: poſtea adiit hereditatem Titius, an ei Interdictum competat? & eſt apud Viuianum ſæpiſſime relatum, heredi competere hoc Interdictum eius, quod ante aditam hereditatem factum ſit: Nec referre Labeo ait, quod non ſcierit, qui heredes futuri eſſent: hoc enim quem poſſe cauſari, etiam poſt aditam hereditatem: Ne illud quidem obſtare Labeo ait, quod eo tempore nemo dominus fuerit: nam & ſepulcri nemo dominus fuit, & tamen ſi quid in eo fiat, ex-
53 periri poſſum, quod vi aut clam. Accedit his, † quod hereditas dominæ locum obtinet, (*d. l. denique l. Non minus, §. fin. ff. de hered. inſt. l. hereditas 1. & 2. ff. de acq. rer. domin. l. Cum hereditas 9. C. depoſit. l. mortuo, ff. de fideiuſ. §. ſeruus alienus: Inſt. de hered. inſtit.*) vt recte dicatur, heredi quoque competere, & ceteris ſucceſſoribus: ſiue antequam ſucceſſerit, ſiue poſtea aliquid vi aut
54 clam admiſſum. *ita d. l. denique*: Qui textus veriſſime aureus † ſingularis ac nobilis eſt, eo in caſu, quo hereditates earumue partes, & iura, ante veri heredis ingreſſum plenamque poſſeſſionem inuaduntur: vt ſolet fieri: Etſi

enim

Digitized by Google

enim tunc † ex Vnde vi, vel reſtitutorio poſſeſſionis remedio, agi non poteſt: 55
tamen, non modo ex Quod vi aut clam, ſi quid tale admiſſum, Interdicto
agi poteſt: vel adipiſcendæ; quod vulgatiſſimum eſt: ſed & quaſi ac vtile † 56
Interdictum recuperandæ locum habet, vel cum adipiſcendæ cumulari po-
teſt, eatenus ſaltem, vt hereditas ſibi ipſi, & ſic ſuæ quaſi dominæ reſtituatur,
eo in ſtatu, quo relicta eſt: Sic enim & heres, in quaſi poſſeſſionem facultatis
adeundi, ingrediendi, ex qua deiectus fuit, reſtitutus intelligitur.

Tertia quæſtio fuit: An † & liberis in parentes, libertis, & ſimilibus per 57
ſonis, in patronos, & ſubditis in magiſtratum Interdicta reddantur? Et quæ-
dam ſane Interdicta, vtpote illa, quæ atrocitatem facinoris in ſe habent, inter
eiuſmodi perſonas, non reddi ſupra diximus *d. hom. 7. diuiſione 15.* Cuius qui-
dem diuiſionis membrum nobis præbuit text. *in l. 1. §. 43. ff. de vi & vi armat.*
Vbi Vlpian. Interdictum hoc, ait, quia atrocitatem facinoris in ſe habet, quæ-
ſitum eſt, an liberto in patronum, vel liberis, aduerſus parentes competat?
Et verius eſt, nec liberto in patronum, nec in parentes liberis dandum eſſe:
meliusque erit in factum actionem his competere: aliter atque ſi vi armata
vſus ſit aduerſus libertum patronus, vel aduerſus liberos parens, nam hic In-
terdictum competit. Vbi † mirari liceat, quæ cauſa ſit, vel eſſe poſſit, quod de 58
vi armata Interdictum inter dictas perſonas reddi dicitur, quod de Interdicto
in vim quotidianam concepto negatur. Vt enim vis priuatæ † & publicæ, ita 59
etiam Interdicti; quod ſuper vi priuata vel publica redditur, differentia ma-
gna fuit, & adhuc eſt: *per ea quæ ſuo loco dicemus.* At quia ab atrocitate facino-
ris rationem deſumit Iureconſultus, quare liberto in patronum &c. Inter-
dictum † de vi priuata non detur, atrocitas vero longe maior ſit vis armatæ 60
& publicæ, quam priuatæ: quemadmodum & hæc ſolius tertiæ partis bono-
rum publicatione cum infamia, illa vero † aquæ & ignis interdictione 61
interdum etiam ſupplicio capitali, cum omnium bonorum publicatione
plectebatur: *§. 7. Inſtitut. de pub. Iud. l. 7. & ſeq. & l. 4. l. 6. C. de vi priuat. &*
publ. Hinc ratio iſtius differentiæ tanto difficilius colligi † poteſt, quod termini 62
plane confuſi, & illa negatiua, quæ interdicto de vi priuata aſcripta eſt, ſequenti
de vi publica & armata, membro aſcribenda, vel ſaltem eadem vtriuſq; ratio
habenda eſſe videatur, præſertim quod idem Vlpian. *l. honori 2. §. fin. ff. de ob-*
ſeq. paren. & patron. præſtand. Interdictum vnde vi, non eſſe aduerſus parentes
& patronos reddendum indiſtincte & generaliſſime ſcribit. Quamuis † de 63
Interdicto ſuper vi armata, illam negatiuam, & de Interdicto ſuper vi quoti-
diana alteram poſteriorem affirmatiuam intelligendam eſſe, etiam ex *l. falſi*
quidem 5. C. ad l. Corn. de falſ. euinci poſſet: Falſi quidem crimen, inquit Imp.
vel † aliud capitale, mouere vos matri veſtræ ſecta mea non patitur; ſed ea 64
res pecuniarium commodum non aufert: ſi enim de fide ſcripturæ, vnde
eadem mater veſtra fideicommiſſum ſibi vendicat, dubitatio eſt, inquiri fides

veritatis, etiam ſine metu criminis poteſt. *text. ſimilis l. hi tamen §. 1. ff. de Ac-*
65 *cuſat.* Vbi † Macer I.C. liberi, inquit, libertique non ſunt prohibendi, ſuarum rerum defendendarum gratia de facto parentium patronorumve queri: veluti ſi dicant vi ſe à poſſeſſione ab h s expulſos: ſcilicet non vt crimen ijs intendant: ſed vt poſſeſſionem recipiant: Nam & filius non quidem prohibitus eſt de facto matris queri, ſi dicat ſuppoſitum ab ea partum, quo magis coheredem haberet: ſed rem eam lege Cornelia facere, permiſſum ei non eſt. Vt ſic grauiſſimæ hic & inſignes latere videantur Antinomiæ. Accedit
66 quod cum vis turbatiua † etiam priuata præſupponat dolum, multo magis hoc faciet vis armata: quo nomine DD. vt quis poſſit accuſari de vi turbatiua rigore legis vel ſtatuti, dicunt quod requiratur dolus turbantis: Angel. Aretin. *in tract. Malefic. verb. ſcienter & doloſe num. 2.* Bocat. *de manutent. cap. 11. num.*
67 *47.* Sed rationem † citatæ ab Vlp. differentiæ *in d. l. 1. §. 43.* eam eſſe concludo, Quod in interdicto ſuper vi armata & publica, ſecus ac in illo, quod ſuper vi priuata redditur, reſpectus perſonarum iſtarum non habeatur, propter pu-
68 blicam pacis atque legis offenſam: quemadmodum † & filius aduerſus patrem agere poterit, ſi propter crudelitatem ſub poteſtate eius viuere non poſſet: *l. fin. ff. ſi quis à par. fuerit manumiſ.* Eo ſimiliter obſeruando, quod In-
69 terdictum † vnde vi, quoad vim priuatam, liberis in parentes, vel liberto in patronum non reddi dicat Vlpian. ſubintellecto verbo non facile: reſpectu mutuæ pietatis, & communionis bonorum, in quibus forte pater vſumfructum habet: vel tertio quoad † pœnæ perſecutionem, eatenus enim, in
70 omni vi, tam turbatiua quam deiectiua, dolus præſupponendus & probandus eſt, niſi quis velit ſuccumbere: Aretin. *dict. num. 2.* Boſ. *tractat. crim. tit. de pluribus violentiis. num. 49.* Menoch. *retin. rem. 3. num. 611.* dolus autem ex ipſo facto per ſe illicito, & reprobato, tum ex alijs indicijs facile arguitur & probatur: *l. dolum C. de dol.* Crauet. *conſil. 8. num. 1.* Pariſ. *lib. 3. conſ. 46.* Roland. à val. *conſ. 11. num. 9. lib. 3.* Menoch. *d. rem. num. 618. & multis ſeq.* Et
71 ſic quoad † pœnam priuatæ perſecutionis, etiam quoad vim armatam nedum priuatam inter dictas perſonas non redditur Interdictum vnde vi: *per text. expreſſos d. l. falſi, dict. l. Hi tamen: de Accuſat.* Et ſit accipiendus eſt Vlpian. generaliter loquens *d. l. honori §. 2.* Sin igitur, citra pœnæ perſecutionem, vel citra vindictam, pro ſola vel manutentione, vel reſtitutione ciuiliter, vel, vt Vlp. ait, inſtar actionis in factum petatur Interdictum vnde vi, vel quod ſimile, id etiam inter dictas perſonas non denegatur. Præſertim quod
72 † dicta illa negatiua, non categorice & in totum excluſiue, ſed limitate, & pro non facile ſit accipienda *per text. expreſſ. l. ſi cautionis 2. ibi:* Nec enim facile tutores vel curatores &c. *C. de his qui accuſar. non poſ.* Nam & parentes
73 in liberos, † vel patroni in libertos, vel magiſtratus in ſubditos, tale quid patrare poſſunt, quod dignam, cum publica, tum priuata condemnatione pœ-

nam

Digitized by Google

nam mereatur: *per l. ſi dominus in ſeruos ſæuierit 2. ff. De his qui ſui vel alien. iur.*
§. 2. *Inſt. eod.* Et ne magiſtratibus quidem licet † aliquid iniurioſum in ſubdi- 74
tos peragere: *l. nec magiſtratib. ff. de iniur.* Et ſi fiat, vel filius à parente, libertus
à patrono, ſubditus à domino grauiſſima iniuria affectus fuerit &c. etiam ex
famoſa cauſa dabitur iudicium: *l. ſed ſi hac lege §. prætor ait ff de in ius voc.* nolunt
enim † leges iniuriam intollerabilem defendere ſub prætextu reuerentiæ: 75
Oldendorp. *Claſ.* 1. *act.* 4. *in pract. n.* 3. vid. quæ dixi, *de mand. ſine clauſ. c.* 13. *n.* 4.
& ſequentib. per tot. & c. 34. vbi diximus, quod mandata de non offendendo,
ſubditis contra magiſtratum † non facile dentur, niſi veriſimiliter probent & 76
deducant iniuſte & inique aut doloſe, hæc vel illa à magiſtratu fieri. Quemad-
modum de relaxandis captiuis mandata, contra magiſtratum non † facile de- 77
cernuntur, niſi prius ipſa camera, vel Iudex ſuperior, ab inferiore principe,
vel magiſtratu, contra quem, mandatum petitur, emiſſo plerunque monito-
rio, vmb bericht/informationes receperit, quibus cauſæ incarcerationis dedu-
cantur.

Et ſic in omnibus caſibus, quibus magiſtratus † præſumptionem iuris 78
pro ſe habet, mandata ſine clauſula, vel Interdicta, nō facile ſunt decernenda:
niſi ſubditi, vel probationes pro ſe habeant, vel ſaltē veriſimiliter, & ita narrēt,
vt de iure liceat à mandato incipere: *per ea* quæ ex parlamento Pariſ. apud Pa-
pon. *Arreſt.* 19. *tit.* 8. *n.* 9. *in fin.* & nos in tractat. De mandat. *cap.* 34. *n.* 2. Quod
longe † promptius eſt, in cauſis mere ciuilibus, vbi facilius, etiam, in perſonas 79
reuerendas redditur iudicium: vti filio, de bonis caſtrenſibus: *per vulg.* vel ſi à
patre ad acceptū eo nomine legatū, non emancipetur: *l. ſi cui ff. de cond. & dem.*
vel, ſi relicta ſit patri hereditas, quæ filio reſtituatur: tunc † enim agere poteſt 80
filius, vt pater aut reſtituat, aut caueat: *l. Imperator ff. ad Trebell.* vel vt alimen-
ta præſtentur: *l. ſi quis ff. De lib. agnoſ. & c.* text. omnium clariſ. & notabiliſ. in
l. 1. §. 7. Si domini vel patris iuſſu prohibitus quis ſit à poſſeſſione, in ipſos da-
bitur actio, quaſi per alios hoc fecerint, *ff. Ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſ.* Sic ad-
uerſus ipſum † dominum, neq; ſecus, neq; minus redditur interdictū vnde vi, 81
quam aduerſus quem alium: text. *l. ſi plures,* 9. §. 1. *l. cum fundum* 18 *ff. vnde vi.*
vti & Vaſallo contra dominum, *per ead. &* Iſernia *in cap. Imperialem §. illud. De
proh b. feud. alien. per Frideric.* Minſing. *Cent.* 4. *obſeru.* 91. Modeſt. Piſtor. *conſ.*
60. *n.* 57. Borcholt. de feudis *cap.* 9. *n.* 18. Et quamuis † nonnulli, contrarium 82
voluerint, vt Innocent. Panorm. Felin. Deci. *c. cæterum, De iudic.* Zaſ. *part.* 11.
de feud. numero vigeſimo tertio. Schrad. *part.* 6. *capit.* 6. *num.* 101. Menochius
recup. rem. 1. *num.* 90. *vſque ad num.* 98. Weſenbecius, Mozzi, &c. vt ap. Ro-
ſenthal de feudo. 10. *quæſtione. vigeſima tertia, num.* 2. Tamen dicta prior ſen-
tentia, in ſecreto iuris eſt verior, reſte Iacobin. de S. Greg. *verb. dictiq; Vaſalli n.*
7. Roſenthal. *d. quæſt. n.* 2. *&* 5. dummodo † obſeruetur decorum, & quantum 83

Digitized by Google

fieri poteſt, pecuniario ac ciuili poſſeſſionis reformandæ commodo, abſque criminali perſecutione, actionem metiamur: *per ea quæ ſupra diximus.* Qui-
84 bus † addenda ſunt alia iura communia, in cauſis Accuſationum, reſpectum aliquem perſonarum iniungentia: *l. Qui accuſare* 8. *ibi:* propter ſacramentum: propter magiſtratum, poteſtatemve: propter conditionem ſuam, vt libertini contra patronos. *l. Hoc accuſare* 12. *ff. de accuſat. &c. l.* 2. *l. iniquum* 17. *l. ſi quis ex familiaribus pen. & l. fin. C. Qui accuſar. non poſ.* Quibus omnibus
85 † tamen, facilitas ſaltem, ac temeritas accuſandi, quoad perſonas reuerendas, coercetur: nequaquam vero, delictorum, atque criminum, vel crudelitas, vel nimia indulgentia, vel atrocitas fouetur vel aſſeritur. Siquidem
86 enim † in turbando, ſpoliando, inuadendo, vim aut iniurias inferendo, grauius aliquod & magnum crimen coincidat, vbi pietas & ratio naturalis dolorem animi offenſi retinere, vel accuſationis intentionem reuocare non facile poteſt: ibi etiam, in parentes, liberos, fratres, ſorores, patronos, dominos &c. permittitur accuſatio: *dict. l.* 2. *l. Si magnum, & ſeq. & l ſi ſororem* 18. *dict. tit.*

87 Vnde, Vaſallus, † hoſtiliter offenſus, non modo ad priuationem feudi, ſed pro ratione facti, etiam ad banni pœnam agere poteſt contra dominium: *cap. vn. Qualiter domin. prop. feud. priuat. &c.* Gail. *de pac. publ.* 2. *cap.* 15.
88 *num.* 10. Nedum igitur † vt interdicto Vnde vi experiri prohibeatur: *per*
89 *prædicta.* Ita ſeruus, licet alias accuſator idoneus non ſit, tamen, † ſi ſuppreſſæ ſint tabulæ, quibus libertas ei data, etiam dominum ſuum de falſo accuſat: *l. ſeptima ff. ad l. Cornel. de falſ. l.* 53. *ff. de iudic.* Ita expilatæ here-
90 ditatis † actio etiam datur contr. vitricum & nouercam *l.* 2. *l.* 3. *C. de crimin.*
91 *exp. hered.* Ita & pupillo in tutorem datur † actio, ratione furti: *l. Tutor* 3.
92 *ff. de furt.* Item coniugi † vel ſeruo aut filio familias rerum amotarum actio: *l.* 1. *& tot. tit. ff & C. Rer. amot. l. ſi quis vxori* 52. *l.* 16. *& l. ſeq. ff. de furt.* Halßgerichtsordnung/ *art.* 162. Et cum ijs omnibus obſtare videatur *l. heres* 33. *ff.*
93 *Negot. geſt,* vbi dicitur, † quod heres defuncti viri vxorē compilatæ hereditatis poſtulare non debeat, ſed prudentius faciat, ſi ad exhibendum, vel ſi viri negotia geſſerit, negotiorum geſtorum experiatur *& l. de pupillo* 5. §. *ſi quis ipſi Prætori* 7. *de nou. Oper. nunc.* vbi dicitur, prætori opus nouum nunciari non
94 poſſe, ſed proteſtatione vtendum eſſe. Sciendum eſt, *d. l.* 33. eo caſu † loqui, quo vxor, res viri, in ſua & poſſeſſione & facultate habuit. *in princ. ibid.* dictæ autem leges præcedentes, rei & poſſeſſionis alienæ contrectationem præſup-
95 ponunt. Deinde *d. l.* 5 §. *ſi quis* 7. eatenus † ſaltem, aduerſus prætorem opus nouum facientem, proteſtatione vtendum ait, quatenus cum Imperio eſſet, & ſuperiorem non haberet, per quem cogeretur: ſed ita tamen, vt interea vero nunciationis effectui, ipſique prætorio edicto ſubiectus maneret, & poſtmodum deſtruere cogeretur, ſi quid aduerſus proteſtationem factum eſſet.

Deni-

Denique † cum conſtet, & ſupra com. vel homilia ſecunda, &c. proba- 96
uerimus, ſed & iura ipſa clariſſime præ ſe ferant, quod interdicta iuris ſint or-
dinarii, ſummum præ ceteris actionibus ordinarijs fauorem habentia: Hinc,
in perſonas etiam alias reuerendas, ſalua omni gratia & honore & amore, red-
duntur. in caſibus & circumſtantiis, ipſo iure receptis ac fundatis: per omnia
præd. &c.

Quemadmodum † & omnis tertiæ huius quæſtionis difficultas, *ex d. l.* 97
1. §. *hoc interdictum* 43. *ff. de vi & vi arm.* præcipue accepta eſt: quæ etiam in feu-
dis miſere torſit interpretes: Cum tamen † regulariter, non minus Recup. 98
quam Retinend. & Adipiſcend. interdicta, non ſecus atque aliæ ordinariæ a-
ctiones vaſallis competant: quod omnes tit. De controuerſiis feudalibus lo-
quentes, docent: & S. Imperialis Cameræ, omniumque Parlamentorum præ-
iudicijs confirmatur.

Quarta quæſtio † fuit: an pupillis & minorennibus, & contra eoſdem 99
reddantur interdicta? Et hanc quæſtionem egregie definiuiſſe nobis viden-
tur Honor. & Theodoſ. Impp. *in l. fin. C. qui legit. perſon. in iud. ſtand. hab.* vbi ita
aiunt: Momentaneæ poſſeſſionis actio, exerceri poteſt, per quamcunque per-
ſonam: Sub colore autem, adipiſcendæ poſſeſſionis obreptitia poſſeſſio alteri
obeſſe non debet: maxime cum abſque conuentione legitime initiatum iur-
gium videatur: Nihil autem opitulatur conuentio circa minorem habita,
cum id rectius circa curatorem debuerit cuſtodiri. Cuius l. tria † ſunt capita: 100
primum, quod in cauſis & interdictis momentaneæ poſſeſſionis, quæcunque
perſonæ, hoc eſt, etiam pupillus, minor, atque ſeruus, ſecus atque in alijs ordi-
narijs iudicijs, ſtandi perſonam, ſiue poteſtatem experiendi habeant: Idque
non tantum ſuo nomine; vt gloſſ. vt, ſed etiam, vt in ſeruis & Colonis, alieno:
l. 1. C. ſi per vim vel alio mod. abſ. l. ſi ſeruus 42. *ff. de damn. infect.* Quo facit, † quod 101
in factum actiones, quibus interdicta æquiparantur, etiam filij familiarum,
poſſunt exercere, *l. in factum* 13 *ff. de oblig. & act.* Quamuis ſuo nomine, nullas
habere eos Iulianus putauit, referente Paulo: niſi iniuriarum; Quod vi aut
clam: Depoſiti: Commodati: *l. filius familias* 8. *ff. eod.* Vnde apparet: Quod
etſi Pupillus hereditatem † adire vel ſuſcipere, vel bonorum poſſeſſionem 102
petere non poſſit, ſine tutoris autoritate, §. 1. *Inſtitut. de aut. tut.* poſſit tamen
quoad momentaneam poſſeſſionem, ex Quorum bonorum, vel quo alio
interdicto. Quamuis gloſſ. *d. l. fin.* in ſolis † recup. vel retin. non vero in adipi- 103
ſcendæ interdictis velit obtinere: cum tamen generaliſſime loquatur de mo-
mentanea poſſeſſione; quæ etiam in adipiſcendæ interdictis conſideratur. Si-
quidem † vero, pupillus, tutorem habeat, hic, eius nomine, tam interdicta, 104
quam alias actiones quaſcunque rectius inſtituit. Vnde eleganter Vlpian.
poſt Iulian. pupillo † inquit non eſſe operis noui nunciationis executionem 105
dandam, niſi ad ipſius priuatum commodum res pertineat, veluti ſi luminibus

eius officiatur aut proſpectui: non aliter autem pupilli rata habebitur nuncia-
tio, quam intercedente tutoris autoritate, *l. De pupillo 5. ff. de* nou. oper. *nunc.* Ita,
106 ſi tu † debeas pupillo, & huic, te mandatis Cæſareis pulſanti, exceptionem pu-
pillaritatis obiicias, teque proin, non illi, ſed tutori ſoluere teneri: ne ſi ipſe
profundat pecuniam, tibi hinc vllum periculum enaſcatur, hoc ſane audien-
dum, vel prætorio decreto tu ſecutus reddendus.

107 Attamen † recte interdicit pupillus, ſi tutore careat, ſuamque rem vtili-
ter agat aut procuret, quod, ad *d. l. pupillo*. ſingulariter notandum, præſertim
quod illa etiam, *iuxta l. præcedentem, vti gloſſ.* & DD. plærique *accipiunt*, de opere
108 loquitur, quod in publico fiat: in † popularibus enim cauſis, actiones non
dantur pupillis & mulieribus, *l. 6. ff. de popular. actionib.* Alterum d. l. caput eſt,
109 quod in cauſis, vel interdictis, momentaneæ poſſeſſionis, petitorii † vel pro-
prietatis cauſa ſiue quæſtio, non ſit miſcenda: Et ſiquidem forte, ad coloran-
110 dum poſſeſſorium attingatur, id alteri, † meliora forſan, vel clariora poſſeſſio-
nis iura oſtentanti, obeſſe non debeat: cum hoc vel caſu vel reſpectu, petito-
113 rii † quæſtio, habeatur pro ſub & obreptitia, quæ attendi non debet: & id ma-
xime quidem, vel hoc ſolo nomine, quod abſque conuentione perſonæ, hoc
eſt, abſque vlla petitorii intentione vel actione, circa ſolam momentaneam
poſſeſſionis cauſam, iurgium legitime ſit inchoatum, vbi poſſeſſioni nihil eſt
cum proprietate commune, *per Vulg.*

112 Vnde & teſtes † de poſſeſſione interrogati, & circa petitorium depo-
nentes, in cauſa poſſeſſionis non præiudicant, *l. ſi quis libere, §. fin. in fin. ff. de pet.
hon. l. ſi duo patroni, §. 2. ff. de iureiur. l. cum qui, in princ. eod. gloſſ. d. l. fin & ibi* Barth.
dicens, teſtis dictum de proprietate eatenus valere, ſi & ſuper proprietate vel
tota cauſa fuerit interrogatus.

113 At vero licet, † quod tertium eſt caput, pupillus ſiue minor, pro
poſſeſſione momentanea, vel adipiſcenda, vel recuperanda, vel retinen-
da, rectiſſime agat; tamen, ſi conuentio, circa ipſorum perſonas, ab aliis
inſtituatur, hoc eſt, ſi ab aliis, illi, vel poſſeſſorio vel petitorio conueniantur,
vel reconueniantur, id actori nihil opitulatur, etiamſi vincat: cum minor, ſiue
pupillus, ſine tutoris vel curatoris autoritate non debeat conueniri, *l. 1. §. ſuffi-
114 cit & tot. tit. ff. de adminiſt. tut.* Quo facit, † quod pupilli, meliorem quidem
ſuam conditionem facere poſſunt, deteriorem non poſſint, *in pr. Inſt. de aut. tu-
115 tor. §. pupillus 9. Inſtit. de inutilib. ſtipulat.* Quod etiam, in ipſis † momentanea-
rum poſſeſſionum cauſis eatenus ſaltem obtinere iudico, *per ead. & §. 2. Inſt.
Quibus alien. licet.* Barth. & Bald. *ibid. Molignat. tract. Reconuent. q. 68.*

Ceterum ſi pupillus tutorem non habeat, vel non defendatur, rectiſſi-
116 me interdicto & alijs actionibus † conuenitur, etiam ad immiſſionem poſſeſ-
ſionis, *l. ſi finita, §. 29. ff. dam. infect. l. 3. in fin. §. 5. & ſeq. ff. Quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.*
vbi praxis traditur. Eaque liquidiſſima & facillima eſt, *d. legis fin. C. Qui legit.
perſ.*

Digitized by Google

perſ. explicatio, quam gloſſ. Barth. & alij difficillimam & obſcuriſſimam reddunt.

Quintam quæſtionem, contra quoſnam videlicet interdicta generalius
reddantur, non noſtris, ſed proprijſſimis † Iureconſultorum verbis expone- 117
mus, & primo quidem ex interdictis recuperandæ ac retinendæ: Quibus prætor factum interdictis vetitum perſequitur, non modo quod ipſe dominus,
ſed & familia, vel procurator qualiſcunque deſignauit & perpetrauit. Hoc
autem non confuſe, ſed caute, & diſtincte, & alternatiue Prætor: ſi deiecisti
vel quid vi aut clam feciſti ait, aut familia tua deiecit, fecit, &c. Nam quod deiecisti vel feciſti verbum, referatur ad perſonam eius qui fecit, nec pertineat ad
eum, cuius familia deiecit (nec enim ego videor deieciſſe, ſi familia mea deiecerit) conſequens † fuit addere prætorem, aut familia tua deiecit vel fecit, 118
text. l. 1. §. ait prætor 11. ff. de vi & vi arm. vbi, cum ſolertiſſime & diligenter integris nouem §. ſequentibus membrum hoc exponat ICtus Vlpian. Iccirco huc
illa, tanquam ad propriam ſuam ſedem exſignata referemus: *Sequitur ergo* §.
12. Deieciſſe autem etiam is videtur, † qui mandauit, vel iuſſit, vt aliquis deij- 119
ceretur, parui enim referre viſum eſt, ſuis manibus quis deijciat, an vero per
alium: Quare & ſi familia mea ex voluntate mea deiecerit, ego videor deieciſſe 13. §. Quod enim quis per alium facit, per ſe facere videtur, per vulg.
Quotiens verus † procurator deiecerit: cum vtrolibet eorum, id eſt, ſiue do- 120
mino, ſiue procuratore, agi poſſe, Sabinus ait; & alterius nomine alterum eximi: Sic tamen ſi ab altero eorum litis æſtimatio fuerit præſtita; non enim excuſatus eſt, qui iuſſu alicuius deiecit; non magis quam ſi iuſſu alicuius occidit.
Cum autem † falſus eſt procurator, cum ipſo tantum procuratore interdici 121
debere, 15. §. Quod igitur additur aut familia tua deiecit, merito ſcriptum eſt
in eum caſum, in quem familia mea vi deiecit.

Ceterum, ſi iuſſit, ipſe deiecit; nec † grauari debet dominus, qui non 122
iuſſit, ſi ſeruorum ſuorum factum præſtaret, & ſi non iuſſu eius deiecerunt.
Nam non grauabitur hoc nomine: quippe cum aut † peruenit ad eum ali- 123
quid, & reſtitueret: aut non peruenit, & ipſos ſeruos maleficii cauſa noxæ dedendo, indemnis erit.

Quod enim † noxæ dedere compellitur, in damno debet reputare, cum 124
ſeruus hic poſſit domini deteriorem conditionem facere, 16. §. Familiæ autem † appellatio ſeruos continet, 17. §. Sed quæritur, quem numerum ſer- 125
uorum contineat: vtrum plurium an vero & duum † vel trium? ſed verius 126
eſt in hoc interdicto etiamſi vnus ſeruus vi deiecerit, familiam videri deieciſſe.
18. §. Familiæ appellatione † & eos quos loco ſeruorum habemus, contineri 127
oportere, dicendum eſt, 19. §. *Si* quis tamen neget ſe ſeruum vel familiam defendere: cogendus eſt † pati hoc interdictum, ad hoc ſcilicet, vt quod ad eum 128
peruenit, reſtituat, 20. §. Si filiusfamilias, vel mercenarius vi deiecerit, vtile
inter-

129 interdictum competit, *l. denique §. fin. ff. eod.* Quod poſterius † explicatione opus habet, eum paulo ante, § 15. & *l. fin. ff. de interd. & l. Si alius 7. §. 1. ff. Quod vi aut clam* Vlpian. negauerit dominum, ex facto ſerui vel familiæ interdicto
130 teneri: ſi modo noxæ ſeruum dedat. Sed ea eſt explicatio: quod † noxæ deditio proprie locum habeat, & in eum caſum loquatur, ſi ſeruus extra officii ſui rationem, ſingulari ſuo dolo, contra interdictum peccarit: Ceterum ſi
131 aliter fecit ſeruus vel mercenarius, ſcilicet ſi non iuſſu, ſaltem † intuitu vel nomine domini, ſuiue officii, vtile in ipſum quoque dominum dabitur interdictum, non ſecus ac ſi filiusfamilias quid feciſſet: huius enim nomine etiam extra officii conſiderationem vtiliter dominus vel pater tenebitur. Quibus conuenit quod idem Vlp. *l. denique 13. §. 6. & ſeq. ff. Quod vi aut clam.* vbi dicit,
132 † quod idem ſit, per ſe quis, an per colonum procuratoremue quid vi aut clam faciat: vnde & in ipſum dominum quinimo & colonum, vel procuratorem ipſum ſimul interdictum reddi poſſe.

Porro iſthæc omnia vlterius explicantur ab eod. Vlp. *l. Aut qui 5. §. 8. &*
133 *ſequentib. d. tit.* vbi, cum §. 10. etiam aduerſus procuratorem, † tutorem, curatorem, municipuumue Syndicum, alieno nomine (quorum ſcilicet cauſas agunt) interdici poſſit. *ſeq.* §. 11. Si quid, ait, ſeruus meus fecit, non ob id me-
134 cum actio eſt; ſed ſi id meo nomine aut ſuo fecit, nam ſi tuum † ſeruum mercenarium habuero: quicquid ab eo factum fuerit, meo nomine, ob id non tecum, ſed mecum, cuius iuſſu, aut nomine id opus à ſeruo tuo factum fuerit, agendum erit hoc interdicto 12. §. Similiter quod iuſſu cuius factum
135 erit: ob id non cum eo, ſed cuius † nomine geſſerit, hæc actio eſt. Nam ſi procurator, tutor, curator, duumuir municipii, quod eius nomine ageret, cuius negotium procuraret, fieri iuſſerit: ob id agendum erit cum eo cuius nomine factum quid erit; non cum eo, qui ita iuſſerit.
136 Et ſi tibi † mandauero, vt opus fieri iuberes, & in ea te mihi parueris: mecũ (inquit) non tecum erit actio. Vbi dein Paul. *l. ſi ego tibi 6. Quod vi aut clam,*
137 elegantem mouet quæſtionem: Si ego, ait, tibi mandauero † opus nouum facere, tu alii: non poteſt videri meo iuſſu factum; teneberis ergo tu, & ille: an & ego tenear, videamus; & magis eſt, & me, qui initium ei præſtiterim, teneri; ſed vno ex his ſatisfaciente, ceteri liberantur, & ex ijs etiã explicanda, *l. ſi quis 17. in princ. & §. 1. & ſeq. ff. de damn. infect. & l. ſeq. 18. §. 13.* ſi pupillus prohibuit iri in poſſeſſionem damni infecti, placet in eum non iniuſte competere hanc actionem. *& §. ſeq. 4.* ſi mandatu meo alius prohibuerit, in me hæc actio competit, *text. notab. in l. liber homo 37, & leg 44. §. 1 ff. ad L. Aquil.*

Quæſitum etiam eſt de facto tutoris, † an & quatenus ſuper eo, contra
138 tutorem vel & pupillum ſit reddendum interdictum? Et cum regulariter ac generaliter, ſemper actio, tam contra tutores, quam ab eiſdem, nomine pupilli

pilli inſtituenda veniat, per vulg. hic præcipuus quæſtionis neruus eſt; an &
quatenus interdictum vel actio, non modo contra tutorem, ſed ita † etiam
reddatur, vt ipſe etiam efficaciter ex ſuis ipſius, non pupilli, bonis teneatur? 139
Et quatenus de facto agitur qualemcunq; vel dolum vel delictum continen-
te, res plana eſt, etiam ex illo Iauoleni axiomate: Neque in interdicto, † neq;
in ceteris cauſis pupillo nocere oportere dolum tutoris, ſiue ſoluendo ſit, ſiue 140
non ſoluendo, *l. Neque 198. ff. de R. I. & d. l. 17. §. 2. de dam. infect.* Vnde & Paul.
l. 4. pen. ff. de tab. exhib. Si ſint tabulæ apud pupillum, & dolo tutoris deſierint
eſſe, in ipſum tutorem competit interdictum: æquum enim eſt ipſum ex deli-
cto ſuo teneri, non pupillum. Et Vlp an *l. is qui 11 §. 6. ff. Quod vi aut clam.* Si
tutoris, † inquit, iuſſu aut curatoris factum ſit; cum placeat quod Caſſius pro-
bat, ex dolo tutoris vel curatoris pupillum vel furioſum non teneri: eueniet, 141
vt in ipſum tutorem curatoremque aut vtilis actio competat, aut etiam vtile
interdictum: certe ad patientiam tollendi operis vtrique tenebuntur pupillus
& furioſus, & ad noxam. Neque hic antinomia metuenda eſt, in eo, quod
d. l. Neque & d. l. pen. directum videantur concedere interdictum, contra tuto-
rem, quod Vlp. *d. §. 6.* vtile ſolum largitur. Nam † reſpondetur, quod dire- 142
ctum tunc detur, ſi tutor non tam probabili aliqua pupilli ſui vel cauſa vel ra-
tione, quam dolo, ſuaque culpa, aut delicto quid fecerit; Secus vero ſi contra:
tunc enim vtile dabitur.

Quin contra † eum quoque dantur interdicta, qui dolo malo fecit, vt 143
aliquid vetitum fieret; *l. 3. §. 12. ff. de vi & vi ar.* Tum etiam contra † heredem, 144
vel quemcunque, ad quem aliquid, quod ex interdicto alias reſtituendum eſ-
ſet, peruenit: *l. 3 §. fin. eod.* Hinc ſi vi me deiecerit quis nomine municipum: in
municipes mihi interdictum reddendum, ſi quid ad eos peruenit; *l. ſi vi 4. ibid.*
Et ſi plures † heredes ſunt, vnuſquiſque non in amplius quam ad eum perue- 145
nerit, tenetur. Qua de cauſa interdum in ſolidum tenebitur is, ad quem totum
peruenit: quamuis ex parte heres ſit; *l. 9. d. tit.* Quia autem Vlp. *l. in interdicto
16. eod.* expreſſe dicit, quod eius cauſa, quod ad patrem peruenerit, ipſe tenea-
tur: quæri poſſet, an ſolum is ad quem aliquid peruenit, teneatur? † Et non 146
ſolum is, ſed & ille ipſe, qui contra interdictum fecit, licet rem alienarit, dolo-
ue malo fecerit, quo minus poſſideret vel haberet, interdicto tenebitur: *text.
l. 1. §. 36. l. dolo 2. l. cum à te 7. d. tit. de vi & vi armat.* Quinimo ſi vi me deieceris,
vel vi aut clam feceris: quamuis ſine dolo † & culpa amiſeris poſſeſſionem: 147
tamen damnandus es, quanti mea interſit, quia in eo tua culpa præceſſit: *l. ſi vi
15. eod. l. qui petitorio. l. quod ſi dolo. ff. de Rei vindic. l. 21. l. 24. l. 26. ff. de noxal. l. com-
petit. §. in ſumma ff. Quod vi aut clam.*

Ceterum, aduerſus eos, ad quos aliquid peruenit ipſi tamen, vel per ſe,
vel per alium vim non fecerunt, vtile † ſaltem interdictum competere exiſti-
mo; & id quidem, ſi ea ſit facti ratio iuriſque fauor, vt ab interdicto vel præ- 148

149 cepto incipete liceat: alias enim, contra tertium præſertim † titulo aliquid habentem, vtilis ex interdicto actio potius, quam interdictum dabitur, *per d. l. 11. §. 6. Quod vi aut clam l. toties 44. ff. de Reg. Iur.* qua de quæſtione latius ſub interdicto vnde vi.

150 Porro cum ſupra audiuerimus, non tantum contra ipſum dominum, cuius nomine quid factum, ſed etiam contra procuratorem, vel colonum, aut officialem, & ſic contra vtroſque ſimul reddi poſſe interdictum; *per d. l. 1. §. 13.* quoties verus procurator, &c. *ff. Vnd. vi. d. l. 5. §. 10 & l. 6. d. l. denique 13. §. fin. ibi:*
151 ambo tenebuntur: *Quod vi aut clam.* quod ipſum in praxi † vſitatiſſimum & quotidianum, vt ſcilicet tam contra officiales, quam ipſum principem vel dominum, cuius nomine illi quid fecerunt, mandata extrahantur: hinc non im-
152 merito quæritur, cuinam rei vel bono hoc fiat? Aut † enim nomine & intuitu domini res omnis peracta, quod & ipſe dominus non impugnat, & ſolus dominus tenebitur: *text. d. l. Aut 5. §. 12. in fin.* ſi tibi mandauero (vel & ratum habuero) vt opus fieri iubeas, & in ea re mihi parueris, mecum, inquit poſt
153 Labeonem Vlp. non tecum erit actio, *ff. Quod vi aut clam.* Aut dominus † non iuſſit, neque ratum habet, & ex facto alieno quantumuis officialis ſui grauari non debet: *text. l. 1. §. 15. ff. Vnd. vi.* Sed praxis illa non caret ratione & lege:
154 primo enim, præter id, quod non immerito coniungantur † in actione, qui coniunguntur in ipſo actionis facto vel delicto, contra tã officiales vel procuratores quam dominos ipſos in omnẽ euentum diriguntur mandata, vt con-
155 ſtet: † an etiam nomine vel iuſſu & in cauſam domini eoue ratum habente quid factum ſit? *text. in l. prætor 20. §. 7.* aduerſus ipſum quoque qui opus fecit, vel factum ratum habuit, interdicto locus eſt. *ff. de nou. op. nunc.* ſæpiſſime enim domini, quantumuis in rem ſuam omne peractum eſſe videatur, hocque ab
156 ipſis etiam vel colonis vel officialibus aſſeratur, ſe † & inſcijs & citra vllum ſuum vel mandatum vel & ratificationem, hoc vel illud factum eſſe, prætendunt: ipſis officialibus, nihil interdum, vel ſaltem tantum bonorum non habentibus, vnde damnum reſarciri queat, omnem culpam aſcribendo.

157 Qualis † exceptio in cauſis præcipue pignorationum, arreſtorum, litigioſæ vel turbatæ poſſeſſionis, &c. non raro à principibus, & alijs etiam inferioribus opponi ſolet: cum vel illi ipſi pudorem reſtitutionis habere nolunt, vel aduerſarium vexare, & in iudicio ſuſtinere ſatagunt, non ſine legis aut conſtitutionis cauillatione.

158 Quo † caſu, ex ſupra adductis textibus, illud exceptionis retinaculum reſoluendum eſt: Non enim, ex ſolo, vel mandato, aut iuſſu, vel & aperta ac diſerta ratificatione ipſius domini, hanc rem æſtimamus: ſed & aliunde: vtpote ſi quid ad ſe peruenerit, vel in rem ſuam vtiliter peractum verſumque ſit, & non reſtituat; *text. expreſſ. l. etiamſi non mandante 3. Cod. Quod cum eo qui in*

alien.

alien.pot. vel ſeruum noxæ non dedat; ſiue † quod hodie, abrogato illo ſerui- 159
tutis rigore, ad praxin quadrat, famulum, procuratorem, præfectum, co-
lonum, aut officialem reſtituere & ſatisfacere, cum poſſet, non compellat, at-
que cogat.

Huiuſmodi enim caſibus de † mandato, vel iuſſu, aut ratificatione, cau- 160
ſaque ipſius domini, deque fundato contra ipſum monitorio vel interdicto,
non dubitandum eſſe, cum ipſa ratio, ipſumque ius ſuggerit, tum præterea
ſingulari conſtitutione anno 1594. eſt ſancitum.

Deinde & illa praxeos iſtius eſt ratio, vt ſcilicet † officiales vel conſi- 161
liarii, præſertim pii & prudentes, in ius ſimul vocati, factum, ipſo forſan iure
improbatum, in melius reformandum procurare iuuent: tum vt non domini
ſolum, ſed ipſorummet etiam læſa, vt in Claſſibus ſuis Oldendorp. alicubi
ait, conſcientia tangatur, quamuis † enim non pauci ludum agant, ſibique 162
interdum gratulentur, ſi egregie ius calumniati & partem circumducere que-
ant: tamen, ſi hoc in cauſa notorie vel ſcienter iniuſta fit, conſcientia tan-
dem expergiſcetur, teque non † ioci aut iocularia cautelæ, ſed luendi crimi- 163
nis reum peraget, cum iſtud ſine dolo, ſine fraude & πλεονεξία nõ fiat. Quam-
uis alia ſit ratio, ſi quis ſe bonam cauſam, non fictam, ſed vere bona ſanaque con-
ſcientia fouere exiſtimet: licet poſtea litis euentus errorem detegat, alioquin
iuſtitiam qui illudit, ipſum Deum illudit, iuſtitiæ autorem, patronum, & aſ- 164
ſertorem acerrimum.

At vero, licet † officialis quoque, vel conſiliarius ſiue præfectus, &c. vna 165
cum ipſo domino conuenitur interdicto: tamen vno ex his ſatisfaciente &
ceteri liberabuntur, *d. l. ſi ego 6. in fin. Quod vi.* Quemadmodum & illud ob-
ſeruandum; quod ſi domino † ipſo, factum, in querelam deductum, quo- 166
cunque modo, reſpectu ſcilicet mandati aut ratihabitionis, &c. agnoſcente,
ipſe officialis ſimul conuentus deceſſerit, non ſit opus, eius heredes ad reaſſu-
mendum litem vocari: ſicut & hoc nomine, interdicto mora prætexi poſſet
ab ipſo domino: ſed ſufficiat contra ipſum dominum interdictum finiri, qui
& reſpondere ac pati interdictum tenetur; *per ead. quæ ſup. & l. ſi mandator 8.*
Cod. Quod cum eo, qui in alien. pot. præſertim quod officialis † ex contractu quo- 167
cunque, ratione officii inito, regulariter non obligatur: *l. 50.* vbi Bald. & ex eo
Gothofred. & facit, *l. 4. Quod cum eo qui in alien. poteſt. l. 2. & tot. tit. Cod. per quas*
perſon. nob. acquir. quemadmodum † nec miniſter dominium ſibi quærit, et- 168
iamſi pretium numerauit; *per leg. mancipia 3. & per tot. Cod. ſi quis alteri vel*
ſibi.

Quomodo † quoque, ad parcendum ſumptibus pertinet, ſi contra ſo- 169
lum dominum, non vero ſimul in officiales eius, hos vel illos fiat manda-
torum iudicialium exſecutio, ſi videlicet de iuſſu & voluntate domini con-
ſtet.

170 An vero igitur, quod Vlpian. etiam † ſcitiſſime quærit, ſemper ignoſca-
tur ſeruo, officiali, vel procuratori, qui domino, vel tutori vel curatori obtem-
perauit, eiuſue nomine quid geſſit? Et ad quædam ſane quæ non habent atro-
citatem facinoris vel ſceleris ignoſcitur; alias ſecus; *text. elegans, d. l. Is qui* 11. §.
171 7. *ff. Quod vi.* Ita † officialis vel miniſter ducis, prouinciales expilantis, vna
cum ipſo domino, non ſolum reſtituere, ſed etiam in quadruplum tenetur;
172 *l. 1. C. ad L. Iul. repet.* Et officialis obediens iudici † mandanti incarcerari mu-
lierem, cingulo ſpoliatur, & mittitur in exilium; *Auth. hodie in fin. C. de cuſt.*
173 *reor.* Hinc illicita miniſteria, ſub prætextu etiam † adiuuandi militares viros,
ad concutiendos homines procedentia, & prohibere, & deprehenſa coercere
præſes prouinciæ curabit; *l. illicitas 6. §. 3. & ſeq. ff. de offic. præſ.*

Porro, contra quemcunque, illicite & illegitime nos turbantem, vel
174 quid aliud facientem, quod in interdictum cadat, interdicto † experiri poſſu-
mus, etiam contra ſocium, & reſpectu etiam rei alias communis; *d. l. denique*
175 13. §. 3. *Quod vi.* vel etiam contra ipſum fundi ſoliue dominum † proprieta-
rium, ſi quid in præiudicium vſufructuarij emphyteutæ vel vaſalli aut ſeruitu-
tem habentis faciat, & contra: *per l. quamuis, §. 1. ff. de acq. poſſ. text. l. fin ff. Vti poſ-
ſid. DD. vt ap.* Menoch. *ibid. num.* 476.

176 Ex quibus † etiam deinde iam colligere licet, contra quos ex adipiſcen-
dæ interdictis agatur: Contra eos ſcilicet qui rem vel poſſeſſionem nobis de-
bitam præoccuparunt vel detinent, vel & fecerunt aut adhuc faciunt quo mi-
nus nobis habere liceat, *per ead. & per tot. tit. De rei vind. & tit. de condict. l. ſemper
aduerſus poſſeſſorem hoc interdictum competit 15. ff. Quod vi aut clam. tit. Quor. bonor.
tit. C. vbi de poſſeſſ. &c.* Et iſta generaliora hic attigiſſe ſufficiat: reliqua ſub ipſis
paſſim interdictis, quorum propria ſunt, memorabuntur. Vbi nunc ad reli-
qua tranſeundum foret, quæ ad proceſſum interdictorum faciunt: Veluti, an
& quatenus, libello, litis conteſtationi, exceptionibus, &c. in ijs locus ſit: Sed
177 enim † quod veterem quoque interdictorum morem explicare & no-
uiſſe, nec à ſuſcepta materia alienum nec infrugiferum ſit: Ideo
ſeq. homilia de antiquis interdictorum ritibus & ſo-
lennitatibus breuiter agemus.

COM-

Commentarivs XVII.

De antiqua Interdictorum ſolennitate ac proceſſu: ad §. fin. Inſtit. & l. fin. C. de Interdict.

Svmmaria.

1 *Interdictorum, quod iuris ordinarij fuerint, antiquus proceſſus cognitu neceſſarius: & num. 3.*
2 *Licet Iuſtinian. Imperat. in inſtitut. de eo, ſuperfluum putarit tractare.*
4 *Oratio Cic. pro Cecin. doctiſſima eſt interdictoriorum proceſſuum explicatrix.*
5 *Thema d. orationis: & n. 6.*
7 *Interdictum de vi armata ibid. redditum:*
8 *Præſcripta ſimul formula, & datis qui recuperatores iſthoc caſu dicebantur, iudicibus.*
9 *Recuperatores dicebantur, quod de reformanda, ad factam ſponſionem poſſeſſione, tum de cauſa principali cognoſcerent.*
10 *Aduerſarius Ciceronis, cauſam principalem, cum puncto interdicti callide tentabat miſcere.*
11 *Cic. econtra, paritionis in ſponſionem deducta punctum, præiudicialiter vrgebat.*
12 *Aduerſarij exceptiones erant, quod fundum controuerſum ſibi ipſe emiſſet: ſed nec Cecinna, ex eodem deiectus, vnde vero deiectus, eo reſtitutus eſſet: num. 13.*
14 *Teſtium receptio, atteſtationum publicatio, & reſpectiue impugnatio.*
15 *In interdictis, poſſeſſorium aliquando, ex petitorio vtiliter coloratur.*
16 *Recuperatores, in Ebutium deiectorem, magis propenſi, quam in Cecinnam.*
17 *Argutiſſima Cic. refutatio: & n. 18. 19.*
20 *Anſa controuerſiæ: & n. 21.*
22 *Proteſtatio Ciceronis de non miſcendo petitorio:*
23 *Aſſumptio & reſpectiue reprobatio atteſtationum.*
24 *Deiectus fundo cenſetur, qui ad eundem prohibetur accedere.*
25 *Solennitates interdictorum ordinariæ: 1. Formularum impetratio 2. Denunciatio: 3. Deductio, 4. interdictum, 5. Sponſiones, 6. iudicis datio: &c.*

 26 *De-*

26 *Deductio fiebat cum comitatu, non modo in rem præſentem, ſed iſthinc etiam ad iudicem.*
27 *Si deiectionem pateretur, vel pertimeſceret actor, & n. 28.*
29 *Deductio in cauſis recuperatorijs præcipue locum habuit.*
30 *Vnde cautela DD. de eundo in rem præſentem.*
31 *Deductio non ſemper erat vel adhuc eſt ſatis tuta.*
32 *Modi probandæ inuaſionis plurimum extenſi:*
33 *Spolium probatur iure Can. per antiquiorem poſſeſſionem.*
34 *Deductio in rem præſentem & ad iudicem obſoleuit.*
35 *Et ſucceſſerunt legitimæ beneque fundatæ ſupplicationes pro interdicto, vel mandatis.*
36 *Interdicti redditio.*
37 *Sponſio fiebat ab vtraque parte, & quomodo? n. 38. 39. 41.*
40 *Fideiuſſores vindiciarum: & n. 41. 43. 44. 45.*
46 *Sponſiones fiebant vltra fideiuſſores, & quatenus?*
47 *Sponſio paritionis.*
48 *Sponſio fiebat ſtipulatione & promiſſione certæ pecuniæ.*
49 *Antiqui proceſſus iudiciarij partes quæ? ex Orat. Cic. pro Quint. Et de ſponſione, ibid. & trib. ſeq.*
53 *Sponſiones fiebant in omnibus iudicijs ordinarijs:*
54 *Per certæ pecuniæ reſtipulationem.*
55 *Compromiſſa fiebant in arbitriis, ſponſiones in iudiciis.*
56 *Sponſione prouocans erat actor.*
57 *Pecunia ſponſionis depoſita dicebatur ſacramentum:*
58 *Erat priuatis in cauſis pars decima, in publicis quinta.*
59 *Ἐποβολία ſexta pars mulctæ, quam victus ſoluebat: deque eius origine.*
60 *Sponſionis pecunia apud Rom videtur fuiſſe arbitraria.*
61 *Donec Cai. Calig. Imperat. quadrageſimam ſumma litibus indiceret.*
62 *Abrogatis ſponſionibus, victus victori in expenſas, vel decimam partem litis condemnatur, ex nouel. Iuſtinia.*
63 *Pecunia ſponſionis an iudici, vt Pet. Greg. vel parti vt VVeſembec. putat, ceſſerit? & n. 64 65.*
66 *Pecuniaria ſponſiones in cauſis potiſſimum ciuilibus obtinebant: in criminalib. pœna talionis.*
67 *Recuperatorum, vel iudicum ſelectorum datio, cognitio, & num. 68. 69. 70.*
71 *Iudices, in ipſam etiam paritionis, vel poſſeſſoriæ reformationis cauſam dabantur: & n. 72.*
73 *Iudicis datio quando fuerit neceſſaria?*
74 *Quando non? & n. 75.*

76 Si

78 *Si prætor ipſe interdictum expediret, proceſſus erat extraordinarius: & num. ſeqq.*
79 *Iudicia extraordinaria dicebantur, quibus prætor ipſe cognoſcebat.*
80 *Extraordinarius hodie proceſſus, præ ordinario celerioris eſt expeditionis:*
81 *Qualis ſemper etiam fuit interdictorum: & n. ſeqq.*
84 *Proceſſus interdictorum per abrogationem veterum ſolennitatum longe expeditior redditus: & n. ſeqq.*
87 *Interdicta inter ipſa cognitionum auſpicia illico redduntur: & ſeq.*
89 *Interdictorum expeditio in extraordinariis iudiciis locum olim non habebat: nunc ſecus: & n. 90.*
91 *Regius interdictorum proceſſus non ſemper ſatis bene obſeruatur.*
92 *Regius interdictorum proceſſus, ſatis inculcatur, quod ruptis omnibus antiquis ambagibus, & amputatis omnibus fruſtrationibus expediri iubeatur: & n. 93. & ſeqq.*
96 *Omnia quidem nunc iudicia ſunt & dicuntur extraordinaria, quod prætor ipſe cognoſcat, ſed non, quod interdictorum omnia & exſecutiuum habeant proceſſum, & n. 97.*
98 *Momentaneæ poſſeſſionum cauſæ interdictorum ſolummodo ſunt propriæ.*
100 *Breuis expeditio interdictorum qualis olim, & hodie? & num. 102. 103.*
101 *Interdicti expeditio differt ab actione in factum.*

EXplicatum † ſupra, & probatum eſt, interdicta iuris Ordinarij fuiſſe: 1
nunc paulo vlterius progrediendo, videamus; quales, & quænam ſpe-
cialiores fuerint Interdictorum ſolennitates, quis & qualis fuerit eorum pro-
ceſſus? Etſi enim Imperat. *in §. fin. Inſt. de Interdict.* ſuperfluum † exiſtima- 2
uit, de veteri Interdictorum more atque exitu, multis tractare: tamen hoc,
ratione ſaltem, propoſiti, tum præſentis ſui, quo prima iuris principia tradere
conatus fuit, eſt intelligendum: Cum † ad ſolidam plenamque, *cum d. iſtius* 3
§. tum l. 3. & l fin. C. de Interdict. & aliarum legum explicationem, hæc conſi-
deratio admodum ſit neceſſaria. Solennis igitur Interdictorum proceſſus, ſi
vſpiam alibi, certe, in d. Ciceronis, quam pro A. Cecinna habuit, oratione,
luculentiſſime depingitur: quæ † Oratio, etſi, ex Interdicto vnde vi, ſiue de 4
vi armatis hominib. ſolummodo agat, & loquatur: tamen, proceſſus omniũ
Interdictorum, doctiſſima eſt explicatrix. Aul. Cecinna, cum ſibi, ab Sexto † 5
Ebutio, de poſſeſſione cuiuſdam fundi Fulciniani, negotium malitioſe factũ
iri videret; Placuit, de amicorũ ſententia, vt in rem præſentem veniretur, & de
fundo Cecinna morib. deduceretur. Sumpto igitur, ex vtriuſque commodo,
die, Cecinna cum amicis venit in Caſtellum Axiam, ex quo loco, fundus is,
de quo

Digitized by Google

de quo agebatur, non longe aberat. Ibi certior fit à pluribus, homines per-
multos, liberos, atque ſeruos, coegiſſe, & armaſſe Ebutium. Cum id partim
mirarentur, partim non crederent: Ecce ipſe Ebutius in Caſtellum venit:
denunciat Cecinnæ, ſe armatos habere, abiturum eum non eſſe, ſi acceſſiſſet.
Cecinnæ nihilominus placuit & amicis, quoad videretur, ſaluo capite fieri
poſſe, experiri: tum de Caſtello deſcendunt, in fundum proficiſcuntur. At
iſte, ad omnes introitus, qua adiri poterat, non modo, in eum fundum de quo
controuerſia erat, ſed etiam in proximum, de quo nihil ambigebatur, arma-
tos homines opponit. Cecinna quidem, quantum potuit, ad ipſum fundum
accedere conabatur: tamen quia vndiquaque depelleretur: Ebutius etiam,
ſuis, & cum primis Antiocho ſeruo acclamaret, vt qui fundum intraſſet occi-
deret: Cecinna tandem, armatorum tela atque incurſus refugit, ſeque in fu-
6 gam conferunt vna amici, aduocatique eius, metu perterriti. His rebus †
ita geſtis, ad P. Dolobellam prætorem itur: Cecinna conqueritur, quod de
fundo iſto ſuo, quem per integrum quadriennium, ſine vlla controuerſia
poſſediſſet, ab Ebutio, vi deiectus eſſet, petendo interdicti auxilium. Ebuti-
us contra, iſtum fundum ſuum eſſe, ſeque eum ſibi emiſſe, &c.

7 Prætor, † quod vim in poſſeſſione factam eſſe intelligeret, interdixit,
vt eſt conſuetudo, de vi hominibus armatis: ſine vlla exceptione, tantum,
8 vt vnde deieciſſet, reſtitueret, præſcripta ſimul † formula, datiſque iudici-
bus, ſiue, vt Cicero ibidem vocat, recuperatoribus, qui de reſtitutione faci-
9 enda, tum de cauſa principali cognoſcerent. Ille, reſtituiſſe ſe dixit, † &
facta apud Prætorem ſponſione, Recuperatores cognoſcunt. Ibi Ebutius,
10 homo mire vafer, Callidus, atque verſutus, pro more † adhuc hodierno, &
conſueto, quibuſcunque poterat exceptionibus Interdicti vim eludere co-
nabatur: punctum, vt hodie loquimur cauſalium, ſiue dominij & cauſæ prin-
11 cipalis, cum puncto paritionis commiſcendo. Cicero † enim, cum Cecin-
næ reſtitutionem, iuxta interdictum, ante omnia, & quidem non minus re-
cte, quam prudenter vrgeret: Ille, duobus potiſſimum argumentis, ſeſe de-
12 fendebat: Primum, † quod fundus ille eſſet ſuus, ſibi à ſe emptus: argenta-
rij tabulas, quibus id probaret, producendo: deinde, negabat, in fundo, de
13 quo controuerſia erat, † vim factam: nec enim Cecinnam, de illo, vtpote
quem pedibus tum ne contigiſſet quidem, ſed de proximo fundo profugiſſe;
ad eum igitur, facta reſtitutione, Prætoris decreto ſatis factum eſſe. Quia
14 igitur, vis, & præcipue in fundo ipſo controuerſo facta negabatur, teſtes †
vtrinque ſummarie recipiebantur. Publicatis atteſtationibus, Cicero, ſu-
am pro Cecinna, quæ iam adhuc extat, Orationem habet. Et quandoqui-
dem, Vti & Ciceronis forſan Exemplo Quintilianus monet, *lib. 7. cap. 5.*
15 ſemper † efficiendum eſt, vt de re ipſa bene ſentiat Iudex: Ita vt etiam in In-
terdictis, licet non proprietatis, ſed tantum poſſeſſionis quæſtionem conti-

neant,

Digitized by Google

neant, non ſolum poſſediſſe nos, ſed etiam noſtrum poſſediſſe, viriliter doceamus: Idcirco, & Cicero hac in re, valde diligens & laborioſus fuit; ne poſſeſſorio petitorij, coloratio deeſſet.

Decenter igitur facto exordio, cum † recuperatores, vt apparet, ex 16
ſingulari in Ebutium beneuolentia, Ciceronem, ab Interdicto, quaſi per id æſtimatio Ebutij nonnihil læderetur, ad actionem quam leuiorem deducere conarentur, & ita, more hodierni etiam ſeculi, reſtitutionem, iudiciumque protraherent: Cicero, primum, neque † Recuperatoribus, neque ſibi li- 17
cere oſtendit, inſtitutum agendi modum, formulamque mutare: Tum, quod non conueniret, quæ cauſa fuerit ad conſtituendum Iudicium, eandem motam eſſe ad Iudicandum: tum, quod alia ratione, ſuum recuperare ius Cecinna non poſſet, nec ipſe, vim armatis hominibus factam, relinqui putaret oportere, nec leuiorem actionem demonſtrare poſſet.

Secundo † primum Ebutij argumentum ſolide & neruoſe confutat: 18
dicendo: etſi Ebutius quidem fundum iſtum emiſſet, ſibique in argentarij tabulis expenſa pecunia lata eſſet, acceptaque relata; tamen, non ſibi, ſed Cæſenniæ (vxori Cecinnæ) cuius defenſorem, vel Procuratorem, mortuo priore marito atque filio egiſſet, eiuſque, non ſuis nummis, fundum iſtum emiſſe: idque, † non modo ex tabulis, quas ille auertiſſet, ſed inde etiam 19
locupletiſſime doceri & apparere, quod Cæſennia, ex tempore emptionis, & tum cum A. Cecinnæ iterum nupſiſſet, & poſtea, ad mortem vſque, fundum iſtum poſſediſſet, atque locauiſſet. Anſam controuerſiæ † nullam 20
eſſe aliam, quam, quod Ceſennia, teſtamento facto, heredem ex deunce & ſemuncia Cecinnam, maritum, ex duabus ſextulis M. Fulcinium, libertum ſuperioris viri, reliquiſſet: Ebutio, ſolam ſeſtulam, aſperſiſſet: quam illa mercedem iſti voluerat aſſiduitatis & moleſtiæ, ſi quam eius nomine ſuſcepiſſet.

Hanc ſeſtulam, † Ebutium, nimis exaggerando, ſe heredem eſſe voluiſſe: quo nomine, & arbitrum familiæ erciſcundæ poſtulaſſet: prætendendo: Cecinnam, licet in poſſeſſione bonorum eſſet, hereditatem retinere non poſſe, quaſi, deteriore iure eſſet, quam cæteri ciues: propter incommodum ſcilicet, Volaterranum, & calamitatem ciuilem: Stultiſſima iſthac omnia ratione, nullo alio ſtudio, quam, vt potiſſimam bonorum partem Cecinnæ abraderet, litium terrore. Quod cum minus ſucceſſiſſet, ad hanc eum litem, atque vim conuolaſſe, quaſi fundus eſſet ſuus. 21

Atque his † incidenter, cum veniæ etiam præfatione, ſi forte res altius, quam ratio iuris pateretur repetita foret, pro confutatione prioris argumenti expoſitis, ad alteram Ebutij defenſionem tranſit Cicero: eamque, cum ex ipſius interdicti ſententia, verbis, atque mente, tum etiam teſtium, † 23 22

inter quos aliquot excipiendo reprobat, depoſitionibus, elegantiſſime, atq;
plurimis exagitat atque euertit: Quemadmodum ex ipſa oratione ad longũ
24 videre quilibet, tum per ſe intelligere poteſt. Qui ſi vero † enim, Ebutius aliquis, qui me, vi & armis poſſeſſione arceat, eadem prorſus non deieciſſe videatur: *per l. 1. §. 38. ff. vnde vi.* Vnde, quin ad illam quoque Ciceronis orationem, Cecinna pleniſſime reſtitutus ſit, dubium nullum eſt.
25 Ex quibus apparet, præter formularũ † impetrationum, denunciationum, & alias, ordinariarum actionum, de quibus ſupra, Com. vel homilia ſecunda diximus, ſolennitates, quatuor præcipue partes fuiſſe proceſſus interdictorum: Primo deductionem, Secundo ipſum Prætoris interdictum,
26 Tertio ſponſionem, Quarto, iudicis vel iudicii dationem. Deductio † fiebat, non modo in rem præſentem, de qua erat controuerſia, vel vbi vis, inquietatio, & deiectio metuebatur: ſed fiebat etiam, ad iudicem, ſiue Prætorem. Et in rem quidem deductio moris potius, quam iuris, & in cauſis poſſeſſionum, turbationum, atque deiectionum, potiſſime obſeruata fuiſſe videtur: idque, eo fortaſſis ſolo caſu, cum alias probationes deeſſe, vel vis
27 illata, turbatio, ſeu ſpoliatio, non facile conſtare poſſet & doceri: Tunc † enim, prout Cic. *in d. oratione* non obſcure indicat, is, qui moleſtationem, vel occupationem poſſeſſionis ſuæ pertimeſcebat, conuocatis amicis, vel familiaribus, item teſtibus, & cum comitatu ad ſtatim poſſeſſionem contendebat,
28 probaturus, an tuto, & recte eam retinere ſibi, ac defendere poſſet: Sin † minus, prætorem, pro interdicto adibat: idque ſimiliter iiſdem plerumque cum Comitibus, qui turbationi vel deiectioni interfuerant: quibus parte
29 aduerſa præſente, vim factam eſſe conuincebat. Ita vt † appareat, non tam in cauſis Inhibitionum, vtpote quæ non tanti ſunt præiudicij, quam reſtitutionum, iſthanc in rem, deductionem vſui fuiſſe.
30 Cui perſimilis eſt illa à DD. adhuc paſſim celebrata † cautela, qua ei, qui deiectus eſt poſſeſſione ſua, ſed modum tempuſque deiectionis ignorat, Conſilium dant, vt vna cum teſtibus, vadat ad prædium occupatum, illudque ingredi, & actus in eo poſſeſſionis exercere conetur: Siquidem enim tunc non admittatur, ex eo, & vim probari & modum tempuſque deſignari poſſe: *per l. vim facit l. Co oni &c.* & Bartho. *l. 1. §. ſiue autem ff. vnde vi.* Angel. A e. § *quadrupli numero vigeſimo tertio. Inſtitut. de Act.* Corne. *conſ. 207. libro ſecundo.* Crauet. *conſil. 107. numero tertio.* Capel. Tholoſ. *quæſtione 310.* Contra. d. *ad l. vn. Ampliat. ſeu quaſi numero decimo nono, C. ſi de moment. poſſeſſ.*
31 Quia † autem, iſtud Conſilium, non ſemper eſt bonum, præcipue, cum ſpoliator, vel moleſtator, poſſet quem interficere, vti ponderat Accurſ. & Cag. *in l. Si nulla C. de acq. poſſ.* quemadmodum & moribus antiquis, quod
ipſum

Digitized by Google

ipſum quoque ex Cecinnæ & Ebutij congreſſibus elucet, ipſa in rem dedu-
ctio, pleniſſima ſæpe periculorum fuit: vnde † etiam ratio modique, vim, 32
turbationes, atque ſpoliationes probandi, plurimum exterſi: quod deie-
ctus videatur, etiam is, qui, vel cuius familia, veniens, non admittitur: *d. l. ſi*
Coloni, d. l. vim facit ff. vnde vi. ſicut etiam ſpolium † ſatis probatum, ex iure 33
Cn. ſi, vel antiquiorem me poſſeſſionem habuiſſe, eaque inuitum cecidiſ-
ſe doceam: *per ea quæ ſuo loco dicemus*; tum etiam modis alijs perquam mul-
tiuarijs, in poſſeſſione vel turbari vel ea deijci poſſumus: Idcirco, iſta † in rem 34
deductio, ſi modo aliter, ſatis, & ſufficienter, narrata ſupplicationis, pro in-
terdicto qualificari poſſint, plane obſoleuit, ac in deſuetudinem abijt. Sicut
etiam, † in iſtius ad prætorem deductionis locum legitimæ, & in iuris & 35
facti neceſſarijs qualitatibus fundatæ ſupplicationes ſunt receptæ: quibus,
res, ſatis ſuperque proponi, & iuxta circumſtantias eius, iudex moueri po-
terit, ad interponendum interdictum.

Quoniam † vero interdictum, quidnam ſit, vel olim fieri, iam ante 36
dictum eſt: qua in re, & totus hic tractatus verſabitur: ideò de ſponſione
videbimus: Tertio igitur fiebat & Sponſio, † tam ab actore quam reo. 37
Hinc Quintilianus *lib. 7. dict. capit. 5.* In ſponſionibus, quæ ex interdictis
fiunt. Ita, vt in omnibus interdictis receptas fuiſſe eas, exiſtimare poſſi-
mus: neque in ſolis reſtitutorijs locum habuiſſe, in quibus, à Cic. *dict. loc.*
ſponſionum mentio fit. Vnde idem Cic. ad Trebat. de cauſa Silij cum, in-
quit, ei dicerem, tibi videri ſponſionem illam nos ſine periculo facere poſſe,
ſi bonorum Turpiliæ poſſeſſionem Q. Cæpio prætor, ex edicto ſuo, mihi da-
ret: negare aiebat Seruium, tabulas teſtamenti eſſe eas, quas inſtituiſſet is, qui
factionem teſtamenti non habuerit: hoc idem Offilium dicere. Actor, † 38
in Interdicto vnde vi, vel quo alio, ſponſionem faciebat, niſi vis, aut turba-
tio &c. ſuper qua interdictum petebatur, facta probataque eſſet: Reus † 39
è contra quod interdicto & iudicatis vellet parere ac ſatisfacere.

Quomodo & in hac † vindiciarum lite, fideiuſſores præſtabantur 40
ab eo, cui poſſeſſio momentanea dabatur, nihil ſe deterius in poſſeſſione
facturum &c. Contard. *l. vn. in rubrica num 40. C. ſi de moment. poſſeſſ.* Vnde
Cic. *dict. Orat.* At vero hoc quidem iam vetus eſt, & maiorum exemplo
multis in rebus vſitatum: cum ad vim faciendam veniretur, ſi quos arma-
tos, quamuis procul, conſpexiſſent, vt ſtatim teſtificati diſcederent, opti-
me † ſponſionem facere poſſent: ni aduerſus edictum prætoris vis facta 41
eſſet.

Et in princip. poſt exordium: Etſi, forte, inquit, videbor altius ini-
tium rei demonſtrandæ petijſſe, quam me ratio iuris, & ius de quo iudicium
eſt, & natura cauſæ coegerit, quæſo vt ignoſcatis.

Non enim minus laborat A. Cecinna, ne ſummo iure egiſſe, quam ne certum
42 ius non obtinuiſſe videatur. Reus † ſpondebat, non modo, ſi vis turba-
tione facta probaretur, ſed etiam ſi forte probata eſſet, interdicto morem ſe-
geſturum, reſtituendo, vi abſtinendo, iuriſdictioni ſeſe & cognitioni iudiciali
ſubmittendo. Vnde, in eadem Orat. Cicer. *ſub dict. exord.* Qui igitur con-
uenit, quæ cauſa fuerit ad conſtituendum iudicium, eandem moram eſſe ad
43 iudicandum? ſi † quis, quod ſpoſpondit, qua in re vno ſe verbo obligauit,
id non fecit, maturo iudicio, ſine vlla religione iudicis condemnatur: &c.
Et poſt eadem Orat. Conſolatus eſt me, Caius ſcilicet Aquilius, & oſtendit, in
hac ipſa cauſa, nihil eſſe, quod laborarent: nam ipſa verba ſponſionis facere
mecum, ſi diligenter attenderem. Prætor enim interdixit, vt vnde deie-
ctus eſſet Cæcinna eo reſtitueretur, hoc eſt quicunque is locus eſſet: Ebuti-
us autem, qui fatetur aliquo ex loco deiectum eſſe Cecinnam, is, quomodo
ſe reſtituiſſe dixit? neceſſe eſt male fecerit ſponſionem. Idem, *ibid. Ac. in Ver.*
44 Si quis, † inquit, teſtamento ſe heredem eſſe arbitraretur, quod tum non
exſtaret, lege ageret in hereditatem, aut pro præde litis, vindiciarum cum ſa-
tis accepiſſet, ſponſionem faceret, ita de hereditate certaret. quod Aſcon. 3.
45 *in Ver.* ita interpretatur: quod qui † fiduciaria poſſeſſione poſſidet, interim,
dum de iure quæritur, fideiuſſorem dare debet, de reſtituenda re controuerſa,
46 in eadem cauſa, ſi forte lite confecta appareat, reſtitui oportere. Vbi tunc †
nihilominus ſponſiones fiebant: ſiue de poſſeſſione ſiue de proprietate age-
retur: Niſi poſſideret: ni clam poſſideret ab altero: Ni ſua eſſet hereditas,
qua de re ageretur, vel contra.

47 Quin, ſi quis reddito vnde vi interdicto reſtituiſſe † ſe dicebat, paruiſ-
ſeue interdicto, ſponſio fiebat: Ni reſtitutus eſſet, qui deiectus fuerat: Cic.
48 *d. Orat. pro Cecin.* Id eſt, vltro citroque ſtipulatio † interponebatur certæ pe-
cuniæ vel æſtimationis, quam amittebat reus, ni actor reſtitutus eſſet, vel &
contra. Eguin Baro. *Inſtit. de Interdict. in princ.* Atque ita Cic. & alibi, citra
ſpecialem vnde vi interdicti rationem, ſponſionis verbo vtitur: *vti in Oratio.*
49 *pro Quint.* (quæ antiqui † proceſſus iudiciarij partes, vt in ius vocationem,
actionis tum Editionem, tum poſtulationem, Vadimonium, intentionem
litis, ſatiſdationis, ſponſionis, exceptionis, litis conteſtationis, & iudicij, lucu-
lente depingit) huius ſponſionis aliquoties fit mentio: vt, iubet prætor P.
50 Quintium, ſponſionem † cum ſexto Næuio facere, ſi bona ſua ex edicto Bu-
renij Prætoris, dies 30. poſſeſſa eſſent. Et paulo poſt: Aut ſatiſdare, aut
ſponſionem iubet facere: fecit, ex ſponſo egit: &c. *vide ibidem* Thomam
Freigi. & P. Pithæum 1. *ſubſeciuarum capit.* 18. Et Cic. *in Oration. pro Roſc.*
51 *Comœd.* Eundem, in † anguſtiſſimam formulam ſponſionis, concludebas:
& paulo poſt: ſatis formulæ & ſponſioni feciſſe videbatur: &c. Et idem

Digitized by Google

4.Rhet. in pecunioſum quendam, quem ſuas opes malo titulo habere arguit:
Amplum illi patrimonium relictum eſt? At patris bona venierunt: Hereditas
aliqua obuenit? Sed à neceſſarijs omnibus exhæredatus eſt: Præmium ali-
quod ex lite cæpit? non modo id non fecit, ſed etiam inſuper ipſe † grandi 52
ſponſione victus eſt: Ergo, ſi his rationibus locupletatus non eſt, aut iſti aurum
domi naſcitur, aut vnde non eſt licitum, pecunias accepit.

Vnde apparet, ſponſiones, † non modo in interdictis omnibus, tem- 53
pore adhuc Ciceronis, ſed antiquitus apud Græcos præcipue, & eorum dein-
de exemplo apud Romanos, in omni lite, ad reprimendam ſcilicet temeri ta-
tem litigantium, vſitatas fuiſſe. Fiebant enim † ab vtroque litigatore, inter- 54
poſita ſtipulatione & reſtipulatione, depoſitione certæ pecuniæ, quam perde-
ret is, qui ſponſione vinceretur. Fiebant compromiſſa in arbitrijs, † ſponſio- 55
nes in iudicijs: Illa, ni damnatus arbitri ſententiæ pareret: hæ, ni vere actio in-
tenderetur, vel exciperetur; Sigon. 1. *de indic.c.27.* Freigi. *ad Orat.Cic.pro Roſ.
Comœd.* & ſponſione † prouocans, actoris partes obtinebat, ac primo loco di- 56
cebat: *in d orat.pro Quint.* Pecunia † autem, quæ vel deponebatur, vel ſpon- 57
debatur, ſacramentum dicebatur.

Fuerat autem, teſtibus Polluce, & alijs, decima pars † controuerſiæ, in 58
cauſis priuatis: in publicis, quinta: Erat etiam ἐπωβολία, ſexta pars mulctæ,
quàm victus ſoluebat: ſic † dicta, quod obolus ſexta pars drachmæ eſt: Iul. 59
Polluc. *lib. 2.c.4.* Cuius introductæ occaſionem refert Suidas: Quod cum A-
thenis, multi forenſes & mercatores, ſæpe viros bonos, & quietos ciues, pecu-
niæ cauſa calumniarentur, decretum factum fuerit, vt qui reum non peregiſ-
ſet, ſexta litigioſæ pecuniæ parte mulctaretur: hoc eſt, de ſingulis drachmis,
quæ ſenos valerent obolos, ſingulos obolos ſolueret; Suid. *in verb.* ἐπωβολία.

An vero, apud Romanos, † iſta in litibus ſponſio, definitæ quantitatis, 60
vel arbitraria fuerit, dubito: arbitrariam potius fuiſſe exiſtimem; *ex d.Orat.pro
Cecin.& d.4.Rhet.& ex d.Orat.* pro Roſ. Comœd. *ibi*: pecunia petita eſt certa,
cum tertia parte ſponſio facta eſt, *&c.* Donec C. Caligula † Imp. pro litibus at- 61
que iudicijs, vbicunque conceptis, quadrageſimam ſummæ, de qua litigare-
tur, præſtari ſtatuit, imminente pœna ei, qui compoſuiſſe, vel donaſſe nego-
tium conuinceretur, Sueton. in Calig. meminit & Pet. Gregor. *Syntag.23.c.3.n.
9.& lib.48.c.4.n.3.*

Sed abrogatis poſtmodum iſtis † litium ſponſionibus, Iuſtinian. Imp. 62
ſanxit, vt actor præter alia, caueret, quod ſi iniuſte litem mouiſſe poſtmodum
probaretur, ſumptuum & expenſarum nomine, decimam partem eius quan-
titatis, quæ in libello continetur, pulſato reſtitueret; *Nouell.112.c.2.* & *Auth.ge-
neraliter, C.de Epiſcop.& Cler.* An vero pecunia † ſponſionis, iudici vel parti vin- 63
centi ceſſerit, etiam dubium eſt: Per. Gregor *d. nu. 7.* iudicibus eam obueniſſe
ait, & ita quidem, vt pars victa, non modo ſuam, ſed etiam vincentis ſponſionē

 præſta-

Digitized by Google

149 cepto incipere liceat: alias enim, contra tertium præſertim † titulo aliquid habentem, vtilis ex interdicto actio potius, quam interdictum dabitur, *per d.l.* 11.§.6. *Quod vi aut clam l. toties* 44. *ff. de Reg. Iur.* qua de quæſtione latius ſub interdicto vnde vi.

150 Porro cum ſupra audiuerimus, non tantum contra ipſum dominum, cuius nomine quid factum, ſed etiam contra procuratorem, vel colonum, aut officialem, & ſic contra vtroſque ſimul reddi poſſe interdictum; *per d. l.*1. §.13. quoties verus procurator, &c. *ff. Vnd. vi. d.l.*5.§.10 *& l.*6. *d. l. denique* 13.§. *fin. ibi;*

151 ambo tenebuntur: *Quod vi aut clam.* quod ipſum in praxi † vſitatiſſimum & quotidianum, vt ſcilicet tam contra officiales, quam ipſum principem vel dominum, cuius nomine illi quid fecerunt, mandata extrahantur: hinc non im-

152 merito quæritur, cuinam rei vel bono hoc fiat? Aut † enim nomine & intuitu domini res omnis peracta, quod & ipſe dominus non impugnat, & ſolus dominus tenebitur: *text. d. l. Aut* 5.§.11. *in fin.* ſi ubi mandauero (vel & ratum habuero) vt opus fieri iuberes, & in ea re mihi parueris, mecum, inquit poſt

153 Labeonem Vlp. non tecum erit actio, *ff. Quod vi aut clam.* Aut dominus † non iuſſit, neque ratum habet, & ex facto alieno quantumuis officialis ſui grauari non debet: *text. l.*1. §.15. *ff. Vnd. vi.* Sed praxis illa non caret ratione & lege:

154 primo enim, præter id, quod non immerito coniunguntur † in actione, qui coniunguntur in ipſo actionis facto vel delicto, contra tã officiales vel procuratores quam dominos ipſos in omnẽ euentum diriguntur mandata, vt con-

155 ſtet: † an etiam nomine vel iuſſu & in cauſam domini eoue ratum habente quid factum ſit? *text. in l. prætor* 20.§.7. aduerſus ipſum quoque qui opus fecit, vel factum ratum habuit, interdicto locus eſt. *ff. de nou. op. nunc.* ſæpiſſime enim domini, quantumuis in rem ſuam omne peractum eſſe videatur, hocque ab

156 ipſis etiam vel colonis vel officialibus afferatur, ſe † & inſcijs & citra vllum ſuum vel mandatum vel & ratificationem, hoc vel illud factum eſſe, prætendunt: ipſis officialibus, nihil interdum, vel ſaltem tantum bonorum non habentibus, vnde damnum reſarciri queat, omnem culpam aſcribendo.

157 Qualis † exceptio in cauſis præcipue pignorationum, arreſtorum, litigioſæ vel turbatæ poſſeſſionis, &c. non rato à principibus, & alijs etiam inferioribus opponi ſolet: cum vel illi ipſi pudorem reſtitutionis habere nolunt, vel aduerſarium vexare, & in iud cio ſuſtinere ſatagunt, non ſine legis aut conſtitutionis cauillatione.

158 Quo † caſu, ex ſupra adductis textibus, illud exceptionis retinaculum reſoluendum eſt: Non enim, ex ſolo, vel mandato, aut iuſſu, vel & aperta ac diſerta ratificatione ipſius domini, hanc rem æſtimamus: ſed & aliunde: vtpote ſi quid ad ſe peruenerit, vel in rem ſuam vtiliter peractum verſumque ſit, & non reſtituat; *text. expreſſ. l. etiamſi non mandante* 3. *Cod. Quod cum eo qui in alien-*

Digitized by Google

alien.pot. vel ſeruum noxæ non dedat; ſiue † quod hodie, abrogato illo ſerui- 159
tutis rigore, ad praxin quadrat, famulum, procuratorem, præfectum, co-
lonum, aut officialem reſtituere & ſatisfacere, cum poſſet, non compellat, at-
que cogat.

Huiuſmodi enim caſibus de † mandato, vel iuſſu, aut ratificatione, cau- 160
ſaque ipſius domini, deque fundato contra ipſum monitorio vel interdicto,
non dubitandum eſſe, cum ipſa ratio, ipſumque ius ſuggerit, tum præterea
ſingulari conſtitutione anno 1594. eſt ſancitum.

Deinde & illa praxeos iſtius eſt ratio, vt ſcilicet † officiales vel conſi- 161
liarii, præſertim pii & prudentes, in ius ſimul vocati, factum, ipſo forſan iure
improbatum, in melius reformandum procurare iuuent: tum vt non domini
ſolum, ſed ipſorummet etiam læſa, vt in Claſſibus ſuis Oldendorpial cubi
ait, conſcientia tangatur, quamuis † enim non pauci ludum agant, ſibique 162
interdum gratulentur, ſi egregie ius calumniari & partem circumducere que-
ant: tamen, ſi hoc in cauſa notorie vel ſcienter iniuſta fit, conſcientia tan-
dem expergiſcetur, teque non † ioci aut iocularię cautelæ, ſed luendi crimi- 163
nis reum peraget, cum iſtud ſine dolo, ſine fraude & πλεονεξία non fiat. Quam-
uis alia ſit ratio, ſi quis ſe bonam cauſam, non ficta, ſed vere bona ſanaque con-
ſcientia fouere exiſtimet: licet poſtea litis euentus errorem detegat, alioquin
iuſtitiam qui illudit, ipſum Deum illudit, iuſticiæ autorem, patronum, & aſ- 164
ſertorem acerrimum.

At vero, licet † officialis quoque, vel conſiliarius ſiue præfectus, &c. vna 165
cum ipſo domino conuenitur interdicto: tamen vno ex his ſatisfaciente &
ceteri liberabuntur, *d.l. ſi ego 6. in fin. Quod vi.* Quemadmodum & illud ob-
ſeruandum; quod ſi domino † ipſo, factum, in querelam deductum, quo- 166
cunque modo, reſpectu ſcilicet mandati aut ratihabitionis, &c. agnoſcente,
ipſe officialis ſimul conuentus deceſſerit, non ſit opus, eius heredes ad reaſſu-
mendum litem vocari: ſicut & hoc nomine, interdicto mora prætexi poſſet
ab ipſo domino: ſed ſufficiat contra ipſum dominum interdictum finiri, qui
& reſpondere ac pati interdictum tenetur; *per ead. quæ ſup. & l. ſi mandator 8.*
Cod. Quod cum eo, qui in alien pot. præſertim quod officialis † ex contractu quo- 167
cunque, ratione officii inito, regulariter non obligatur: *l. 5 o.* vbi Bald. & ex eo
Gothofred. & facit, *l. 4. Quod cum eo qui in alien. poteſt. l. 2. & tot. tit. Cod. per quas*
perſon. nob. acquir. quemadmodum † nec miniſter dominium ſibi quærit, et- 168
iamſi pretium numerauit; *per leg. mancipia 3. & per tot. Cod. ſi quis alteri vel*
ſibi.

Quomodo † quoque, ad parcendum ſumptibus pertinet, ſi contra ſo- 169
lum dominum, non vero ſimul in officiales eius, hos vel illos fiat manda-
torum iudicialium exſecutio, ſi videlicet de iuſſu & voluntate domini con-
ſtet.

170 An vero igitur, quod Vlpian. etiam † ſcitiſſime quærit, ſemper ignoſca-
tur ſeruo, officiali, vel procuratori, qui domino, vel tutori vel curatori obtem-
perauit, eiuſue nomine quid geſſit? Et ad quædam ſane quæ non habent atro-
citatem facinoris vel ſceleris ignoſcitur; alias ſecus; *text. elegans, d. l. Is qui* 11. §.
171 7. *ff. Quod vi.* Ita † officialis vel miniſter ducis, prouinciales expilantis, vna
cum ipſo domino, non ſolum reſtituere, ſed etiam in quadruplum tenetur;
172 *l. 1. C. ad L. Iul. repet.* Et officialis obediens iudici † mandanti incarcerari mu-
lierem, cingulo ſpoliatur, & mittitur in exilium; *Auth. hodie in fin.* C. *de cuſto-*
173 *reor.* Hinc illicita miniſteria, ſub prætextu etiam † adiuuandi militares viros,
ad concutiendos homines procedentia, & prohibere, & deprehenſa coercere
præſes prouinciæ curabit; *l. illicitas 6. §. 3. & ſeq. ff. de offic. præſ.*

Porro, contra quemcunque, illicite & illegitime nos turbantem, vel
174 quid aliud facientem, quod in interdictum cadat, interdicto † experiri poſſu-
mus, etiam contra ſocium, & reſpectu etiam rei alias communis; *d. l. denique*
175 13. §. 3. *Quod vi.* vel etiam contra ipſum fundi ſolive dominum † proprieta-
rium, ſi quid in præiudicium vſufructuarij emphyteutæ vel vaſalli aut ſeruitu-
tem habentis faciat, & contra: *per l. quamuis, §. 1. ff. de acq. poſſ. text. l. fin ff. Vti poſ-
ſid. DD. vt ap.* Menoch. *ibid. num.* 476.

176 Ex quibus † etiam deinde iam colligere licet, contra quos ex adipiſcen-
dæ interdictis agatur: Contra eos ſcilicet qui rem vel poſſeſſionem nobis de-
bitam præoccuparunt vel detinent, vel & fecerunt aut adhuc faciunt quo mi-
nus nobis habere liceat, *per ead. & per tot. tit. De rei vind. & tit. de condict. l. ſemper
aduerſus poſſeſſorem hoc interdictum competit* 15. *ff. Quod vi aut clam. tit. Quor. bonor.
tit. C. vbi de poſſeſſ. &c.* Et iſta generaliora hic attigiſſe ſufficiat: reliqua ſub ipſis
paſſim interdictis, quorum propria ſunt, memorabuntur. Vbi nunc ad reli-
qua tranſeundum foret, quæ ad proceſſum interdictorum faciunt: Veluti, an
& quatenus, libello, litis conteſtationi, exceptionibus, &c. in ijs locus ſit: Sed
177 enim † quod veterem quoque interdictorum morem explicare & no-
uiſſe, nec à ſuſcepta materia alienum nec infrugiferum ſit: Ideo
ſeq. homilia de antiquis interdictorum ritibus & ſo-
lennitatibus breuiter agemus.

COM-

Digitized by Google

Commentarivs XVII.

De antiqua Interdictorum ſolennitate ac proceſſu: ad §. fin. Inſtit. & l. fin. C. de Interdict.

Svmmaria.

1 *Interdictorum, quod iuris ordinarij fuerint, antiquus proceſſus cognitu neceſſarius: & num. 3.*
2 *Licet Iuſtinian. Imperat. in inſtitut. de eo, ſuperfluum putaris tractare.*
4 *Oratio Cic. pro Cecin. doctiſſima eſt interdictoriorum proceſſuum explicatrix.*
5 *Thema d. orationis: & n. 6.*
7 *Interdictum de vi armata ibid. redditum:*
8 *Praſcripta ſimul formula, & datis qui recuperatores iſthoc caſu dicebantur, iudicibus.*
9 *Recuperatores dicebantur, quod de reformanda, ad factam ſponſionem poſſeſſione, tum de cauſa principali cognoſcerent.*
10 *Aduerſarius Ciceronis, cauſam principalem, cum puncto interdicti callide tentabat miſcere.*
11 *Cic. econtra, paritionis in ſponſionem deducta punctum, praiudicialiter vrgebat.*
12 *Aduerſarij exceptiones erant, quod fundum controuerſum ſibi ipſe emiſſet: ſed nec Cecinna, ex eodem deiectus, vnde vero deiectus, eo reſtitutus eſſet: num. 13.*
14 *Teſtium receptio, atteſtationum publicatio, & reſpectiue impugnatio.*
15 *In interdictis, poſſeſſorium aliquando, ex petitorio vtiliter coloratur.*
16 *Recuperatores, in Ebutium deiectorem, magis propenſi, quam in Cecinnam.*
17 *Argutiſſima Cic. refutatio: & n. 18. 19.*
20 *Anſa controuerſia: & n. 21.*
22 *Proteſtatio Ciceronis de non miſcendo petitorio:*
23 *Aſſumptio & reſpectiue reprobatio atteſtationum.*
24 *Deiectus fundo cenſetur, qui ad eundem prohibetur accedere.*
25 *Solennitates interdictorum ordinariæ: 1. Formularum impetratio 2. Denunciatio: 3. Deductio, 4. interdictum, 5. Sponſiones, 6. iudicis datio: &c.*

26 *Deductio fiebat cum comitatu, non modo in rem praſentem, ſed iſthinc etiam ad iudicem.*
27 *Si deiectionem pateretur, vel pertimeſceret actor, & n. 28.*
29 *Deductio in cauſis recuperatoryſ praecipue locum habuit.*
30 *Vnde cautela DD. de eundo in rem praſentem.*
31 *Deductio non ſemper erat vel adhuc eſt ſatis tuta.*
32 *Modi probandae inuaſionis plurimum extenſi:*
33 *Spolium probatur iure Can. per antiquiorem poſſeſſionem.*
34 *Deductio in rem praſentem & ad iudicem obſoleuit.*
35 *Et ſucceſſerunt legitima beneque fundatae ſupplicationes pro interdicto, vel mandatis.*
36 *Interdicti redditio.*
37 *Sponſio fiebat ab vtraque parte, & quomodo? n. 38. 39. 41.*
40 *Fideiuſſores vindiciarum: & n. 41. 43. 44. 45.*
46 *Sponſiones fiebant vltra fideiuſſores, & quatenus?*
47 *Sponſio paritionis.*
48 *Sponſio fiebat ſtipulatione & promiſſione certae pecuniae.*
49 *Antiqui proceſſus iudiciary partes quae? ex Orat. Cic. pro Quint. Et de ſponſione, ibid. & trib. ſeq.*
53 *Sponſiones fiebant in omnibus iudicijs ordinarijs:*
54 *Per certae pecuniae reſtipulationem.*
55 *Compromiſſa fiebant in arbitriis, ſponſiones in iudiciis.*
56 *Sponſione prouocans erat actor.*
57 *Pecunia ſponſionis depoſita dicebatur ſacramentum:*
58 *Erat priuatis in cauſis pars decima, in publicis quinta.*
59 *Ἐπωβολία ſexta pars mulcta, quam victus ſoluebat: deque eius origine.*
60 *Sponſionis pecunia apud Rom videtur fuiſſe arbitraria.*
61 *Donec Cai. Calig. Imperat. quadrageſimam ſummae litibus indiceret.*
62 *Abrogatis ſponſionibus, victus victori in expenſas, vel decimam partem litis condemnatur, ex nouel. Iuſtinia.*
63 *Pecunia ſponſionis an iudici, vt Pet. Greg. vel parti vt VVeſembec. putat, ceſſerit? & n. 64 65.*
66 *Pecuniariae ſponſiones in cauſis potiſſimum ciuilibus obtinebant: in criminalib. poena talionis.*
67 *Recuperatorum, vel iudicum ſelectorum datio, cognitio, & num. 68. 69. 70.*
71 *Iudices, in ipſam etiam paritionis, vel poſſeſſoriae reformationis cauſam dabantur: & n. 72.*
73 *Iudicis datio quando fuerit neceſſaria?*
74 *Quando non? & n. 75.*

76 Si

Digitized by Google

78 *Si prætor ipſe interdictum expediret, proceſſus erat extraordinarius: & num. ſeqq.*

79 *Iudicia extraordinaria dicebantur, quibus prætor ipſe cognoſcebat.*

80 *Extraordinarius hodie proceſſus, præ ordinario celerioris eſt expeditionis:*

81 *Qualis ſemper etiam fuit interdictorum: & n. ſeqq.*

84 *Proceſſus interdictorum per abrogationem veterum ſolennitatum longe expeditior redditus: & n. ſeqq.*

87 *Interdicta inter ipſa cognitionum auſpicia illico redduntur: & ſeq.*

89 *Interdictorum expeditio in extraordinariis iudiciis locum olim non habebat: nunc ſecus: & n. 90.*

91 *Regius interdictorum proceſſus non ſemper ſatis bene obſeruatur.*

92 *Regius interdictorum proceſſus, ſatis inculcatur, quod ruptis omnibus antiquis ambagibus, & amputatis omnibus fruſtrationibus expediri iubeatur: & n. 93. & ſeqq.*

96 *Omnia quidem nunc iudicia ſunt & dicuntur extraordinaria, quod prætor ipſe cognoſcat, ſed non, quod interdictorum omnia & executiuum habeant proceſſum, & n. 97.*

98 *Momentaneæ poſſeſſionum cauſæ interdictorum ſolummodo ſunt propriæ.*

100 *Breuis expeditio interdictorum qualis olim, & hodie? & num. 102. 103.*

101 *Interdicti expeditio differt ab actione in factum.*

EXplicatum † ſupra, & probatum eſt, interdicta iuris Ordinarij fuiſſe: 1
nunc paulo vlterius progrediendo, videamus; quales, & quænam ſpecialiores fuerint Interdictorum ſolennitates, quis & qualis fuerit eorum proceſſus? Etſi enim Imperat. *in §. fin. Inſt. de Interdict.* ſuperfluum † exiſtima- 2
uit, de veteri Interdictorum more atque exitu, multis tractare: tamen hoc, ratione ſaltem, propoſiti, tum præſentis ſui, quo prima iuris principia tradere conatus fuit, eſt intelligendum: Cum † ad ſolidam plenamque, *cum d. iſtius* 3
§. tum l. 3. & l. fin. C. de Interdict. & aliarum legum explicationem, hæc conſideratio admodum ſit neceſſaria. Solennis igitur Interdictorum proceſſus, ſi vſpiam alibi, certe, in d. Ciceronis, quam pro A. Cecinna habuit, oratione, luculentiſſime depingitur: quæ † Oratio, etſi, ex Interdicto vnde vi, ſiue de 4
vi armatis hominib. ſolummodo agat, & loquatur: tamen, proceſſus omniũ Interdictorum, doctiſſima eſt explicatrix. Aul. Cecinna, cum ſibi, ab Sexto † 5
Ebutio, de poſſeſſione cuiuſdam fundi Fulciniani, negotium malitioſe factũ iri videret; Placuit, de amicorũ ſententia, vt in rem præſentem veniretur, & de fundo Cecinna moribus deduceretur. Sumpto igitur, ex vtriuſque commodo, die, Cecinna cum amicis venit in Caſtellum Axiam, ex quo loco, fundus is,

de quo

de quo agebatur, non longe aberat. Ibi certior fit à pluribus, homines per-
multos, liberos, atque ſeruos, coegiſſe, & armaſſe Ebutium. Cum id partim
mirarentur, partim non crederent: Ecce ipſe Ebutius in Caſtellum venit:
denunciat Cecinnæ, ſe armatos habere, abiturum eum non eſſe, ſi acceſſiſſet.
Cecinnæ nihilominus placuit & amicis, quoad videretur, ſaluo capite fieri
poſſe, experiri: tum de Caſtello deſcendunt, in fundum proficiſcuntur. At
iſte, ad omnes introitus, qua adiri poterat, non modo, in eum fundum de quo
controuerſia erat, ſed etiam in proximum, de quo nihil ambigebatur, arma-
tos homines opponit. Cecinna quidem, quantum potuit, ad ipſum fundum
accedere conabatur: tamen quia vndiquaque depelleretur: Ebutius etiam,
ſuis, & cum primis Antiocho ſeruo acclamaret, vt qui fundum intraſſet occi-
deret: Cecinna tandem, armatorum tela atque incurſus refugit, ſeque in fu-
6 gam conferunt vna amici, aduocatique eius, metu perterriti. His rebus †
ita geſtis, ad P. Dolobellam prætorem itur: Cecinna conqueritur, quod de
fundo iſto ſuo, quem per integrum quadriennium, ſine vlla controuerſia
poſſediſſet, ab Ebutio, vi deiectus eſſet, petendo interdicti auxilium. Ebuti-
us contra, iſtum fundum ſuum eſſe, ſeque eum ſibi emiſſe, &c.
7 Prætor, † quod vim in poſſeſſione factam eſſe intelligeret, interdixit,
vt eſt conſuetudo, de vi hominibus armatis: ſine vlla exceptione, tantum,
8 vt vnde deieciſſet, reſtitueret, præſcripta ſimul † formula, datiſque iudici-
bus, ſiue, vt Cicero ibidem vocat, recuperatoribus, qui de reſtitutione faci-
9 enda, tum de cauſa principali cognoſcerent. Ille, reſtituiſſe ſe dixit, † &
facta apud Prætorem ſponſione, Recuperatores cognoſcunt. Ibi, Ebutius,
10 homo mire vafer, Callidus, atque verſutus, pro more † adhuc hodierno, &
conſueto, quibuſcunque poterat exceptionibus Interdicti vim eludere co-
nabatur: punctum, vt hodie loquimur cauſalium, ſiue dominij & cauſæ prin-
11 cipalis, cum puncto paritionis commiſcendo. Cicero † enim, cum Cecin-
næ reſtitutionem, iuxta interdictum, ante omnia, & quidem non minus re-
cte, quam prudenter vrgeret: Ille, duobus potiſſimum argumentis, ſeſe de-
12 fendebat: Primum, † quod fundus ille eſſet ſuus, ſibi à ſe emptus: argenta-
rij tabulas, quibus id probaret, producendo: deinde, negabat, in fundo, de
13 quo controuerſia erat, † vim factam: nec enim Cecinnam, de illo, vtpote
quem pedibus tum ne contigiſſet quidem, ſed de proximo fundo profugiſſe;
ad eum igitur, facta reſtitutione, Prætoris decreto ſatis factum eſſe. Quia
14 igitur, vis, & præcipue in fundo ipſo controuerſo facta negabatur, teſtes †
vtrinque ſummarie recipiebantur. Publicatis atteſtationibus, Cicero, ſu-
am pro Cecinna, quæ iam adhuc extat, Orationem habet. Et quandoqui-
dem, Vti & Ciceronis forſan Exemplo Quintilianus monet, *lib. 7. cap. 5.*
15 ſemper † efficiendum eſt, vt de re ipſa bene ſentiat Iudex: Ita vt etiam in In-
terdictis, licet non proprietatis, ſed tantum poſſeſſionis quæſtionem conti-

neant,

Digitized by Google

neant, non ſolum poſſediſſe nos, ſed etiam noſtrum poſſediſſe, vtiliter doceamus: Idcirco,& Cicero hac in re,valde diligens & laborioſus fuit: ne poſſeſſorio petitorij, coloratio deeſſet.

Decenter igitur facto exordio, cum † recuperatores, vt apparet, ex 16
ſingulari in Ebutium beneuolentia, Ciceronem, ab Interdicto, quaſi per id æſtimatio Eburij nonnihil læderetur, ad actionem quam leuiorem deducere conarentur, & ita, more hodierni etiam ſecul, reſtitutionem, iudiciumque protraherent: Cicero, primum, neque † Recuperatoribus, neque ſibi li- 17
cere oſtendit, inſtitutum agendi modum, formulamque mutare: Tum, quod non conueniret, quæ cauſa fuerit ad conſtituendum Iudicium, eandem moram eſſe ad Iudicandum: tum, quod alia ratione, ſuum recuperare ius Cecinna non poſſet, nec ipſe, vim armatis hominibus factam, relinqui putaret oportere, nec leuiorem actionem demonſtrare poſſet.

Secundo † primum Ebutij argumentum ſolide & neruoſe confutat: 18
dicendo: etſi Ebutius quidem fundum iſtum emiſſet, ſibique in argentarij tabulis expenſa pecunia lata eſſet, acceptaque relata: tamen, non ſibi, ſed Cœſenniæ (vxori Cecinnæ) cuius defenſorem, vel Procuratorem, mortuo priore marito atque filio egiſſet, eiuſque, non ſuis nummis, fundum iſtum emiſſe: idque, † non modo ex tabulis, quas ille auertiſſet, ſed inde etiam 19
locupletiſſime doceri & apparere, quod Cœſennia, ex tempore emptionis, & tum cum A. Cecinnæ iterum nupſiſſet, & poſtea, ad mortem vſque, fundum iſtum poſſediſſet, atque locauiſſet. Anſam controuerſiæ † nullam 20
eſſe aliam, quam, quod Ceſennia, teſtamento facto, heredem ex deunce & ſemuncia Cecinnam, maritum, ex duabus ſextulis M. Fulcinium, libertum ſuperioris viri, reliquiſſet: Ebutio, ſolam ſeſtulam, aſperſiſſet: quam illa mercedem iſti voluerat aſſiduitatis & moleſtiæ, ſi quam eius nomine ſuſcepiſſet.

Hanc ſeſtulam, † Ebutium, nimis exaggerando, ſe heredem eſſe vo- 21
luiſſe: quo nomine, & arbitrum familiæ erciſcundæ poſtulaſſet: prætendendo: Cecinnam, licet in poſſeſſione bonorum eſſet, hereditatem retinere non poſſe, quaſi, deteriore iure eſſet, quam cæteri ciues: propter incommodum ſcilicet, Volaterranum, & calamitatem ciuilem: Stultiſſima iſthac omnia ratione, nullo alio ſtudio, quam, vt potiſſimam bonorum partem Cecinnæ abraderet, litium terrore. Quod cum minus ſucceſſiſſet, ad hanc eum litem, atque vim conuolaſſe, quaſi fundus eſſet ſuus.

Atque his † incidenter, cum veniæ etiam præfatione, ſi forte res altius, 22
quam ratio iuris pateretur repetita foret, pro confutatione prioris argumenti expoſitis, ad alteram Ebutij defenſionem tranſit Cicero: eamque, cum ex ipſius interdicti ſententia, verbis, atque mente, tum etiam teſtium, † 23

Ll inter

inter quos aliquot excipiendo reprobat, depoſitionibus, elegantiſſime, atq; plurimis exagitat atque euertit: Quemadmodum ex ipſa oratione ad longũ
24 videre quilibet, tum per ſe intelligere poteſt. Quaſi vero † enim, Ebutius aliquis, qui me, vi & armis poſſeſſione arceat, eadem prorſus non deieciſſe videatur: *per l. 1. §. 38. ff vnde vi.* Vnde, quin ad illam quoque Ciceronis orationem, Cecinna pleniſſime reſtitutus ſit, dubium nullum eſt.

25 Ex quibus apparet, præter formularũ † impetrationum, denunciationum, & alias, ordinariarum actionum, de quibus ſupra, Com. vel homilia ſecunda diximus, ſolennitates, quatuor præcipue partes fuiſſe proceſſus interdictorum: Primo deductionem, Secundo ipſum Prætoris interdictum,
26 Tertio ſponſionem, Quarto, iudicis vel iudicii dationem. Deductio † fiebat, non modo in rem præſentem, de qua erat controuerſia, vel vbi vis, inquietatio, & deiectio metuebatur: ſed fiebat etiam, ad iudicem, ſiue Prætorem. Et in rem quidem deductio moris potius, quam iuris, & in cauſis poſſeſſionum, turbationum, atque deiectionum, potiſſime obſeruata fuiſſe videtur: idque, eo fortaſſis ſolo caſu, cum alias probationes deeſſe, vel vis
27 illata, turbatio, ſeu ſpoliatio, non facile conſtare poſſet & doceri: Tunc † enim, prout Cic. *in d. oratione* non obſcure indicat, is, qui moleſtationem, vel occupationem poſſeſſionis ſuæ pertimeſcebat, conuocatis amicis, vel familiaribus, item teſtibus, & cum comitatu ad iſtam poſſeſſionem contendebat,
28 probaturus, an tuto, & recte eam retinere ſibi, ac defendere poſſet: Sin † minus, prætorem, pro interdicto adibat: idque ſimiliter iiſdem plerumque cum Comitibus, qui turbationi vel deiectioni interfuerant: quibus parte
29 aduerſa præſente, vim factam eſſe conuincebat. Ita vt † appareat, non tam in cauſis Inhibitionum, vtpote quæ non tanti ſunt præiudicij, quam reſtitutionum, iſthanc in rem, deductionem vſui fuiſſe.

30 Cui perſimilis eſt illa à DD. adhuc paſſim celebrata † cautela, qua ei, qui deiectus eſt poſſeſſione ſua, ſed modum tempuſque deiectionis ignorat, Conſilium datur, vt vna cum teſtibus, vadit ad prædium occupatum, illudque ingredi, & actus in eo poſſeſſionis exercere conetur: Siquidem enim tunc non admittatur, ex eo, & vim probari & modum tempusque deſignari poſſe: *per l. vim facit l. Co oni &c.* & Bartol. *l. 1. §. ſiue autem ff. vnde vi.* Angel. Aret. *§. quadrupli numero vigeſimo tertio Inſtitut. de Act.* Corne. *conſ. 207. libro ſecundo.* Crauet. *conſil. 107. numero tertio.* Capel. Tholoſ. *quæſtione* 310. Conta. d. *ad l. vn. Ampliat. ſeu quaſi numero decimo nono, C. ſi de moment. poſſeſſ.*

31 Quia † autem, iſtud Conſilium, non ſemper eſt bonum, præcipue, cum ſpoliator, vel moleſtator, poſſet quem interficere, vti ponderat Accurſ. & Cag. *in l. Si nulla C. de acq. poſſ.* quemadmodum & moribus antiquis, quod ipſum

ipſum quoque ex Cecinnæ & Ebutij congreſſibus elucet, ipſa in rem dedu-
ctio, pleniſſima ſæpe periculorum fuit: vnde † etiam ratio modique, vim, 32
turbationes, atque ſpoliationes probandi, plurimum extendi: quod defe-
ctus videatur, etiam his, qui, vel cuius familia, veniens, non admittitur: *d.l.ſi
Coloni, d.l. vim facit ff. vnde vi.* ſicut etiam ſpolium † ſatis probatum, ex iure 33
Cani. ſi, vel antiquiorem me poſſeſſionem habuiſſe, eaque inuitum cecidiſ-
ſe doceam: *per ea quæ ſuo loco dicemus*: tum etiam modis alijs perquam mul-
tiuarijs, in poſſeſſione vel turbari vel eadem deijci poſſumus: Idcirco, iſta † in rem 34
deductio, ſi modo aliter, ſatis, & ſufficienter, narrata ſupplicationis, pro in-
terdicto qualificari poſſint, plane obſoleuit, ac in deſuetudinem abijt. Sicut
etiam, † in iſtius ad prætorem deductionis locum legitimæ, & iuris & 35
facti neceſſarijs qualitatibus fundatæ ſupplicationes ſunt receptæ: quibus,
res, ſatis ſuperque proponi, & iuxta circumſtantias eius, iudex moueri po-
terit, ad interponendum interdictum.

Quoniam † vero interdictum, quidnam ſit, vel olim fuerit, iam ante 36
dictum eſt: qua in re, & totus hic tractatus verſabitur: ideo de ſponſione
videbimus: Tertio igitur fiebat & Sponſio, † tam ab actore quam reo. 37
Hinc Quintilianus *lib. 7. dict. capit. 5.* in ſponſionibus, quæ ex interdictis
fiunt. Ita, vt in omnibus interdictis receptas fuiſſe eas, exiſtimare poſſi-
mus; neque in ſolis reſtitutorijs locum habuiſſe, in quibus, à Cic. *dict. loc.*
ſponſionum mentio fit. Vnde idem Cic. ad Trebat. de cauſa Sulpitij cum, in-
quit, eid cerem, tibi videri ſponſionem illam nos ſine periculo facere poſſe,
ſi bonorum Turpiliæ poſſeſſionem Q. Cæpio prætor, ex edicto ſuo, mihi da-
ret: negare aiebat Seruium, tabulas teſtamenti eſſe eas, quas inſtitutu fieret is, qui
factionem teſtamenti non habuerit: hoc idem Ofilium dicere. Actor, † 38
in Interdicto vnde vi, vel quo alio, ſponſionem faciebat, niſi vis, aut turba-
tio &c. ſuper qua interdictum petebatur, facta probataque eſſet: Reus † 39
è contra quod interdicto & iudicatis vellet parere ac ſatisfacere.

Quomodo & in hac † vindiciarum lite, fideiuſſores præſtabantur 40
ab eo, cui poſſeſſio momentanea dabatur, nihil ſe deterius in poſſeſſione
facturum &c. Contard. *l. vn. in rubrica num* 40. *C. ſi de moment. poſſeſſ.* Vnde
Cic. *dict. Orat.* At vero hoc quidem iam vetus eſt, & maiorum exemplo
multis in rebus vſitatum: cum ad vim faciendam veniretur, ſi quos arma-
tos, quamuis procul, conſpexiſſent, vt ſtatim teſtificati diſcederent, opti-
me † ſponſionem facere poſſent: ni aduerſus edictum prætoris vis facta 41
eſſet.

Et in princip. poſt exordium: Etſi, forte, inquit, videbor ad ius ini-
tium rei demonſtrandæ petijſſe, quam me ratio iuris, & ius de quo iudicium
eſt, & natura cauſæ coegerit, quæſo vt ignoſcatis.

Non enim minus laborat A. Cecinna, ne ſummo iure egiſſe, quam ne certum
42 ius non obtinuiſſe videatur. Reus † ſpondebat, non modo, ſi vis turba-
tione facta probaretur, ſed etiam ſi forte probata eſſet, interdicto morem ſe
geſturum, reſtituendo, vi abſtinendo, iuriſdictioni ſeſe & cognitioni iudiciali
ſubmittendo. Vnde, in eadem Orat. Cicer. *ſub dict. exord.* Qui igitur con-
uenit, quæ cauſa fuerit ad conſtituendum iudicium, eandem moram eſſe ad
43 iudicandum? ſi † quis, quod ſpoſpondit, qua in re vno ſe verbo obligauit,
id non fecit, maturo iudicio, ſine vlla religione iudicis condemnatur: &c.
Et poſt eadem Orat. Conſolatus eſt me, Caius ſcilicet Aquilius, & oſtendit, in
hac ipſa cauſa, nihil eſſe, quod laborarent: nam ipſa verba ſponſionis facere
mecum, ſi diligenter attenderem. Prætor enim interdixit, vt vnde deie-
ctus eſſet Cæcinna eo reſtitueretur, hoc eſt quicunque is locus eſſet: Ebuti-
us autem, qui fatetur aliquo ex loco deiectum eſſe Cecinnam, is, quomodo
ſe reſtituiſſe dixit? neceſſe eſt male fecerit ſponſionem. Idem, *ibid. Ac. in Ver.*
44 Si quis, † inquit, teſtamento ſe heredem eſſe arbitraretur, quod tum non
exſtaret, lege ageret in hereditatem, aut pro præde litis, vindiciarum cum ſa-
tis accepiſſet, ſponſionem faceret, ita de hereditate certaret. quod Aſcon. *3.*
45 *in Ver.* ita interpretatur: quod qui † fiduciaria poſſeſſione poſſidet, interim,
dum de iure quæritur, fideiuſſorem dare debet, de reſtituenda re controuerſa,
46 in eadem cauſa, ſi forte lite confecta appareat, reſtitui oportere. Vbi tunc †
nihilominus ſponſiones fiebant: ſiue de poſſeſſione ſiue de proprietate age-
retur: Niſi poſſideret: ni clam poſſideret ab altero: Ni ſua eſſet hereditas,
qua de re ageretur, vel contra.

47 Quin, ſi quis reddito vnde vi interdicto reſtituiſſe † ſe dicebat, paruiſ-
ſeue interdicto, ſponſio fiebat: Ni reſtitutus eſſet, qui deiectus fuerat: Cic.
48 *d. Orat. pro Cecin.* Id eſt, vltro citroque ſtipulatio † interponebatur certæ pe-
cuniæ vel æſtimationis, quam amittebat reus, ni actor reſtitutus eſſet, vel &
contra. Eguin Baro. *Inſtit. de Interdict. in princ.* Atque ita Cic. & alibi, citra
ſpecialem vnde vi interdicti rationem, ſponſionis verbo vtitur: *vti in Oratio.*
49 *pro Quint.* (quæ antiqui † proceſſus iudiciarij partes, vt in ius vocationem,
actionis tum Editionem, tum poſtulationem, Vadimonium, intentionem
litis, ſatiſdationis, ſponſionis, exceptionis, litis conteſtationis, & iudicij, lucu-
lente depingit) huius ſponſionis aliquoties fit mentio: vt, iubet prætor P.
50 Quintium, ſponſionem † cum ſexto Næuio facere, ſi bona ſua ex edicto Bu-
renij Prætoris, dies 30. poſſeſſa eſſent. Et paulo poſt: Aut ſatiſdare, aut
ſponſionem iubet facere: fecit, ex ſponſo egit: &c. *vide ibidem* Thomam
Freigi. & P. Pithæum *1. ſubſecinarum capit.* 18. Et Cic. *in Oration. pro Roſc.*
51 *Comœd.* Eundem, in † anguſtiſſimam formulam ſponſionis, concludebas:
& paulo poſt: ſatis formulæ & ſponſioni feciſſe videbatur: &c. Et idem

4. *Rhet.*

Digitized by Google

4.*Rhet*,in pecunioſum quendam, quem ſuas opes malo titulo habere arguit:
Amplum illi patrimonium relictum eſt? At patris bona venierunt: Hereditas
aliqua obuenit? Sed à neceſſarijs omnibus exhæredatus eſt: Præmium ali-
quod ex lite cæpit? non modo id non fecit, ſed etiam inſuper ipſe † grandi 52
ſponſione victus eſt: Ergo, ſi his rationibus locupletatus non eſt, aut iſti aurum
domi naſcitur, aut vnde non eſt licitum, pecunias accepit.

Vnde apparet, ſponſiones, † non modo in interdictis omnibus, tem- 53
pore adhuc Ciceronis, ſed antiquitus apud Græcos præcipue, & eorum dein-
de exemplo apud Romanos, in omni lite, ad reprimendam ſcilicet temerita-
tem litigantium, vſitatas fuiſſe. Fiebant enim † ab vtroque litigatore, inter- 54
poſita ſtipulatione & reſtipulatione, depoſitione certæ pecuniæ, quam perde-
ret is, qui ſponſione vinceretur. Fiebant compromiſſa in arbitrijs, † ſponſio- 55
nes in iudicijs: Illa, ni damnatus arbitri ſententiæ pareret; hæ, ni vere actio in-
tenderetur, vel exciperetur; Sigon. 1. *de iudic.c.*27. Freigi. *ad Orat.Cic.pro Roſ.*
Comœd.& ſponſione † prouocans, actoris partes obtinebat, ac primo loco di- 56
cebat; *in d orat.pro Quint.* Pecunia † autem, quæ vel deponebatur, vel ſpon- 57
debatur, ſacramentum dicebatur.

Fuerat autem, teſtibus Polluce, & alijs, decima pars † controuerſiæ, in 58
cauſis priuatis: in publicis, quinta: Erat etiam ἐπωβολία, ſexta pars mulctæ,
quam victus ſoluebat: ſic † dicta, quod obolus ſexta pars drachmæ eſt: Iul. 59
Polluc.*lib.* 2.*c*.4. Cuius introductæ occaſionem refert Suidas: Quod cum A-
thenis, multi forenſes & mercatores, ſæpe viros bonos, & quietos ciues, pecu-
niæ cauſa calumniarentur, decretum factum fuerit, vt qui reum non peregiſ-
ſet, ſexta litigioſæ pecuniæ parte mulctaretur: hoc eſt, de ſingulis drachmis,
quæ ſenos valerent obolos, ſingulos obolos ſolueret; Suid. *in verb.* ἐπωβολία.

An vero, apud Romanos, † iſta in litibus ſponſio, definitæ quantitatis, 60
vel arbitraria fuerit, dubito: arbitrariam potius fuiſſe exiſtimem; *ex d.Orat.pro*
*Cecin.& d.*4.*Rhet.& ex d.Orat.* pro Roſ. Comœd. *ibi*; pecunia petita eſt certa,
cum tertia parte ſponſio facta eſt, *&c.* Donec C. Caligula † Imp. pro litibus at- 61
que iudicijs, vbicunque conceptis, quadrageſimam ſummæ, de qua litigare-
tur, præſtari ſtatuit, imminente pœna ei, qui compoſuiſſe, vel donaſſe nego-
tium conuinceretur, Sueton. in Calig. meminit & Pet. Gregor. *Syntag.*23.*c.*3.*n.*
9.*& lib.*48.*c.*4.*n.*3.

Sed abrogatis poſtmodum iſtis † litium ſponſionibus, Iuſtinian. Imp. 62
ſanxit, vt actor præter alia, caueret, quod ſi iniuſte litem mouiſſe poſtmodum
probaretur, ſumptuum & expenſarum nomine, decimam partem eius quan-
titatis, quæ in libello continetur, pulſato reſtitueret; *Nouell.*112.*c.*2.*Auth.ge-*
neraliter, C.de Epiſcop.& Cler. An vero pecunia † ſponſionis, iudici vel parti vin- 63
centi ceſſerit, etiam dubium eſt: Pet. Gregor *d. nu.* 7. iudicibus eam obueniſſe
ait, & ita quidem, vt pars victa, non modo ſuam, ſed etiam vincentis ſponſionē

Digitized by Google

64 præſtare atque ſoluere coacta fuerit. Alii, † vt etiam Weſenbec. *in parat. de*
interdict.n.7. parti vincenti eam ceſſiſſe dicunt. Sed vtraque ſententia vera eſt:
65 ratione diuerſorum ſtatutorum † & conſuetudinum: illa, iuxta Græcos & ſta-
tutum Caligulæ: *vt ſup.* Hæc, iuxta Ciceronem: *d.Orat.& d.4.Rhetor.* Et fa-
cit *d.Nouell.*112. Vbi præterea notandum, quod illæ pecuniariæ ſponſiones, in
66 cauſis potiſſimum † ciuilibus receptæ fuerint: in criminalibus enim, talionis
pœna erat, & in pœnam inſcriptio, locum ſponſionis obtinebat. Vnde Sym-
mach.*lib.*10.*Epiſt.*63. Quid habeat conditionis, ait, inſcriptio, noſtis præ cæ-
teris: Prouiſum eſt enim, Ne quis temere in alieni capitis diſcrimen irrueret,
niſi ſe idem prius pœnæ ſponſione vinciret. meminit etiam Cuiac. 1. *obſ.*20. *in*
princip.

67 Quarto, fiebat † Recuperatorum vel iudicum ſelectorum datio, & co-
gnitio: Non modo ſuper proprietate, ſed etiam ſuper facta, vel facienda pa-
ritione, tum poſſeſſione, vel quo alio iure controuerſo, quod cognitionem
deſiderabat. Vnde male Duaren. diſput. 1. cap. 20. vt ſupra, interdictum ex
68 Theophilo definit, effatum Prætoris iudicem inſtruentis, quemadmodum †
in cauſa poſſeſſionis ſit iudicandum: Male etiam, illum, qui reprehendit,
Cuiac.*ad tit.C. de interd.* eandem Theophili definitionem interpretatur, qua-
ſi interdictum ſit effatum prætoris ῥυθμίζοντος informantis iudicem quomo-
69 do in cauſa proprietatis ſit procedendum. Quaſi † vero, interdictum, ſit
70 ῥυθμὸς & informatio ſolius de proprietate iudicii. Per hypotheſin † enim, in-
telligit Theophilus, non tantum proprietatem, vel poſſeſſionem, ſed vtram-
que: Item omne ius, de quo principaliter controuertitur. Quemadmodum
71 † conſtat, Prætorem, de ipſa etiam paritionis cauſa, ſi perplexior eſſet, Recu-
peratores informaſſe. Vnde & Cecinna, cum Ebutio, non ſtatim ad proprie-
tatis quæſtionem deſcendebat, † ſed primo omnium, cauſam poſſeſſionis præ-
72 iudicialiter tractabat: ita, vt ante illam attingere nollet, quam reſtitutio, ſiue
paritionis punctus, iuxta interdicti tenorem expeditus eſſet. Et Cic. Non-
dum, ait, de Cecinnæ cauſa diſputo, nondum de iure poſſeſſionis noſtræ lo-
quor, tantum de tua defenſione, C. Piſo, queror: Erat enim iſte aduocatus
Ebutij.

Iudicis † autem datio, plærunque ſane & frequenter, ſed tum demum
73 tamen fiebat, vbi, vt, ante meminimus, cognitio erat neceſſaria. Quod pluri-
mum accidebat, ſi is, in quem ex edicto interdicebatur, rem vellet defende-
re, vel etiam paritionis, vt in imperio hodie loquimur, punctum remorari:
tunc enim, iudex ſumebatur, cuius arbitratu abſolutio vel condemnatio fie-
74 ret: vt inquit Cuiac. *lib.* 5. *obſerv.* 7. Alias autem, ſi res † vndiquaque eſſet li-
quida, & confeſſa, neque reus opponeret, vel ſe defenderet, vel etſi ſe defen-
deret, tamen de vanitate defenſionis illico conſtaret, tunc ſolo prætoris inter-
dicto, decreto, & deciſione, res finiebatur. Atque ita intelligendus eſt We-
ſenbec.

Digitized by Google

ſenbec.*ad tit.ff.de interdict.n.7.poſt med.* Vbi iudicem ait, interdixiſſe quidem
duntaxat, ſed ita, vt iudicium, ni paritum eſſet, in futurum polliceretur. Nam
† cum reus interdicto acquieſceret: vel nulliter, & ſine aliqua iuris & facti au- 75
toritate, quæ cognitione digna eſſet, vel indaginem vllam requireret, relucta-
retur: certe interdicto prætoris ſtandum erat: quo non ſecus, atque ſub au-
toritate decreti, & rei iudicatæ, tutus actor erat: alioquin enim, inane &
eluſorium prætoris imperium & decretum fuiſſet: *l. fin. Digeſt. Ne quid in loc.
pub.*

Quia vero ſupra diximus, interdicta, non minus, quam actiones, ordi-
narii iuris fuiſſe: Anne & tum Ordinarius interdictorum proceſſus fuerit,
cum, vti iam dictum eſt, ſolo † Prætoris decreto, ſine vlla rei oppoſitione, ſine 76
vlla iudicis ad cognoſcendum datione finiebantur?

Et per ea quæ ſupra, extraordinarium hoc caſu proceſſum, extra-
ordinariam cognitionem fuiſſe dicendum eſt, quandoquidem potiſſima
ordinarii iudicij pars erat iudicis datio & cognitio. Vnde apparet, quod in-
terdicta ordinarij iuris fuerint, ratione cognitionis † potiſſimum, vel execu- 77
tionis delegatæ, quæ fiebat per iudicem datum, &c. Extraordinarii vero iuris
fuerint, ratione decreti ſiue † mandati, quo partibus, quid fieri, vel iubebat 78
Prætor ſiue magiſtratus, vel inhibebat: Aut, ſi ipſe Prætor, per ſe, vel miſſo of-
ficiali, & viatore exequeretur.

Quemadmodum, vti ſupra memini, † omnia illa iudicia extraordina- 79
ria dicebantur, in quibus Magiſtratus ipſe cognoſcebat certarum cauſarum
vel perſonarum fauore. Quo reſpectu, inſcriptionem tituli ff. de interdictis
ſiue extraordinariis quæ pro his competunt actionibus, defendi poſſe, & Tri-
bonianum ab omni errore vel temeritate vindicari, ſup. probauimus.

Cæterum, cum ſupra † mouerimus, ordinarias & extraordinarias, ſiue 80
ſummarias actiones & iudicia, nunc alio quam olim reſpectu, nimirum quoad
procedendi rationem conſiderari: monendum quoque hic eſt, ſummarium
celeremque interdictorum † proceſſum, non modo adhuc hodie eſſe, vel ſal- 81
tem merito eſſe debere, ſed & olim, ab omni antiquitate ſingulariter, præ cæ-
teris actionibus fuiſſe: id, quod ex ipſis interdictorum formulis & decretis,
quibus recta mandando, iubendo, vel inhibendo proceſſum eſt: tum † etiam 82
inde colligere eſt: Quod mox, illico, & confeſtim, res peragenda, ac reforma-
tio deiectionis, & turbationum facienda dicitur: *l. ſi quis in tantam, Cod.
Vnd. vi. cum ſimilibus.*

Et, quod poſſeſſio † per interdictum aſſignata vel aſſignanda, propter 83
celerem promptamq; ipſius petitorii ventilationem ac deciſionem, momen-
tanea olim vocata eſt, & adhuc vocatur. *per ea quæ ſup.*

Et antiquus quidem ille interdictorum proceſſus, longe adhuc † expe- 84
ditior, faciliorque redditus eſt, quod dictæ ordinarij iuris ſolennitates,
ab Im-

Digitized by Google

ab Imperatoribus ſint abrogatæ & ſublatæ: quo nomine Arcad. & Honor. Impp. *d.l.fin.C.de interd.* Si quis, aiunt, quodlibet interdictum efflagitet: ruptis veterib. ambagibus, inter ipſa cognitionum auſpicia actionem exprimere ac ſuas allegationes iubeatur proponere.

85 Ruptis enim iam † proceditur veteribus illis ambagibus, non modo formularum, impetrationum, denunciationum, de quibus dictum eſt, ſed etiam comitatus, & deductionum, cum in rem præſentem, tum ad iudicem,
86 Item ſponſionum, & iudicis vel iudicii dationum; ita, † vt cuilibet, ſine vlla poſtulatione, vel denunciatione, &c. ex edicto, hoc eſt, ex iure atque legibus, actiones aſſumere liberum ſit, petendæ rei & negotio conuenientes: *l.1. & 2. C.de form. & impetrat. act. ſublat.*

87 Et quidem, quoad interdicta, inter ipſa cognitionum auſpicia, † hoc eſt, mox atque illico, & recta f.ctum narrando, actionem, vel interdictum, quod ſub generali actionis poteſtate ac ſignificatu venit, vel allegationes competentes proponendo, exprimendo, & ſic interdicti, vel prætoris, ex interdicto competens auxilium, implorando, obtinendo.

88 Quandoquidem † Prætor, vel magiſtratus ipſe, non modo interdictum reddit, iubendo vel inhibendo, ſed etiam recta de ipſa controuerſia extraordinarie cognoſcit.

89 Licet enim, antiquitus, interdicta, † in extraordinariis iudiciis, quæ citra iudicis formularumque dationem, per ipſum prætorem expediebantur, locum regulariter, aut proprie non habuerint: tamen, & olim ſæpe interdicta, per ipſos Prætores expediebantur, & regie exequebantur: ſi, vel exceptio, vel
90 paritio, altiorem indaginem non requireret ac poſtularet, tum hodie † ad exemplum antiquorum extraordinariorum iudiciorum res agitur: *text. d.l. incerti 3. in fin. C.de interd. & d.§.fin. Inſtit. eod.* hoc eſt, proceditur vel vtique procedi debet hodie, in interdictis, extraordinarie, ſummarie, veloque leuato, & cauſa, celeriter, debito tamen modo, cognita, miſſis viatoribus, exſecutoribus, vel manu miniſtrorum, aut apparitoribus: cum ipſius interdicti, quoad paritionem celeremque reformationem, tum cauſæ poſtmodum principalis ſententiam, executioni mandando: *prout apparet ex* Symmacho, 1. *epiſt.* 74. *&* 6. *epiſt.* 11. *& lib.* 10. *Epiſt.* 41. *&* 46. *&c.*

91 Qui † & qualis interdictorum proceſſus, vti verus & legitimus, vereque regius, & Imperialis eſt, ita parum, ſed male & illegitime paſſim obſeruatur:
92 Nam, cum extraordinaria prætoris † cognitio & executio, eiuſmodi, vt dixi, proceſſum habuerit, quo Prætor ſuum decretum, iure poteſtatis ſuæ, vel prætoria poteſtate, regie & prætorie exequebatur, manu miniſtrorum, per viatores, & exſecutores ſuos, nonnunquam etiam per manum militarem; *iuxta text. expreſſiſſimos, l. Si quis miſſus fuerit, ff. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. l.1. §. neceſſaria ff. ſi vent. nom. mul. cum ſimilib.*

Conſe-

Digitized by Google

conſequens quoque eſt, & immediate efficitur, Imperatores, qui ruptis † o- 93
mnibus veteribus iſtis ambagibus, & extraordinarie, in interdictis maxime,
procedi iuſſerunt, eiuſmodi quoque prætoriam executionem, non minus cõ-
ſecraſſe & ſanxiſſe, quam iuſſiſſe atque voluiſſe: quod ipſum, ſub ipſis † paſſim 94
interdictorum generibus non obſcure declaratur: *l.2.in fin.* tibi rector prouin-
ciæ reſtitui efficiet: *& l.fin.* iubemus vt omnibus fruſtrationibus amputatis
per interdictum in peritorem corpora transferantur: *C.de bon.poſſ.l.meminerint
ibi.* illico quidem poſſeſſio ei, à quo eſt ablata reddatur; *& l.ſi quis in tantam, in
fin.* reſtituere compellatur, *&c. C.Vnd.vi.l.1.ibi.* momentariæ poſſeſſioni ſine
vlla cunctatione reſtituant, *C.ſi per vim vel al. mod.&c.* Neque moror, † quod 95
dici poſſet, omnibus quoque aliis actionibus, vtpote quod omnia iudicia ex-
tra ordinem iam reddantur, propterea eundem prætorium proceſſum deberi.
Etſi enim omnia iam iudicia, extra ordinem peraguntur, quoad ipſius præto-
ris † vel magiſtratus cognitionem: tamen ob id, non omnes ſtatim actiones, 96
paratam promptiſſimamque habent executionem, qualis interdictorum cau-
ſis, præ cæteris debetur. Interdicta enim, ipſo iure ſunt † executiua, & execu- 97
tiue, iubendo, & inhibendo, redduntur; quod in aliis non fit actionibus. Quẽ-
admodum, & in aliis † actionibus momentaneum non conſideratur præiudi- 98
cium, quod ſubſecuturo petitorii iudicio celeriter atque facile poteſt reparari.
Denique in aliis actionibus, tam celeris † & expedita procedendi, & illico ex- 99
equendi compellendique ratio, non iniungitur, vti fit in interdictis: ita, vt in
conſequens ſit futura illatio, ab interdictis, ad alias actiones ordinarias hodie
dictas. Vti enim olim, † breuis erat expeditio interdictorum, ſecundum 100
qualitatem negotii: ſiquidem à ſimplici iudicis officio nihil diſtabat, niſi con-
ceptione quadam verborum: vt rectiſſime Ioh. Oldendorp. *claſ.2.act.9.* ita ad-
huc hodie breuis illa expeditio fieri debebat; *per text. admodum ſing. l. liberum
eſt*, ei, qui prohibetur, mortuum oſſaue mortui, inferre, aut ſtatim interdicto
vti, quo prohibetur ei vis fieri: aut alio inferre: & poſtea in factum agere, per
quam conſequitur actor quanti eius interfuit prohibitum non eſſe, *&c. ff. de
relig.& ſumptib.fun.* vbi apparet, † quod Iureconſultus, interdicti expeditio- 101
nem, etiam ab actione in factum, cum quibus interdicta iam cõfundunt, caute
ſeparet. Quemadmodum & antiquitus, prætor, † reddito interdicto, extra- 102
ordinarie, & recta miſſis viatoribus exequebatur: niſi res dubia, iudicis datio-
nem poſtularet, cuiuſmodi celeris † executio ac reformatio ſi in iure & 103
caſibus propriis ſit fundata, tanto minus habet periculi, ſi in ſolo
poſſeſſorii puncto, eoque momenta-
neo fiat.

Digitized by Google

Commentarivs XVIII.

An & qualiter citatio ac libellus in interdictis olim requiſita, & adhuc iam requirantur: ad rubr. verb. actionibus, ff. hoc tit. & §. fin. Inſtit. & l. fin. verb. cognitionum auſpicia, C. eod.

Svmmaria.

1 *Citatio in interdictis iure veteri vſitatiſſima fuit.*
2 *Vnde & quaſi inter duos dicta.*
3 *Quor. bon. de tab. exhib. Vti poſſid. & alia quædam interdicta in perſonas præſentes concepta.*
4 *Sponſiones litiſque conteſtationes in interdictis etiam requiſita citationem arguunt.*
5 *Pars regulariter citanda: Etiam in ſummariis.*
6 *Citatio eſt ſolennitas iuris naturalis.*
7 *Sententia etiam in fauorem abſentis non citati lata eſt nulla.*
8 *Citatio in omnibus poſſeſſoriis neceſſaria:*
9 *Etiam ratione Carboniani, vel l. fin. C. de edicto diu. Adr.*
10 *Et quibuſcunque proceſſib. exſecutiuis & ſummariiſſimis:*
11 *Stante etiam pacto propria autoritate ingrediendi.*
12 *Niſi iudex ſtante iſto pacto, vrbanitatis gratia & proteſtando adeatur: quod aliis diſplicet, num. 13.*
14 *Citatio an requiratur quoad inhibitionem decernendam, num. 15.*
16 *Non minus olim, quam hodie, & ſine præuia citatione reddita ſunt interdicta.*
17 *Actio in iure edi dicebatur etiam abſente parte.*
18 *Deductio partis ad album, non ſemper fiebat, ſed dica etiam ſcribebatur.*
19 *Vbi fundatis interdicti requiſitis illud emittebatur: Vti continuo Romanæ, & imperialis Curiæ ſtylo obſeruatum.*
20 *Mos in abſentes interdicendi antiquiſſimus eſt & ſacris etiam ſcripturis, tum Digeſt. Cod. & Nouellis comprobatiſſimus.*
21 *Poteſtas & iuriſdictio magiſtratus non ad præſentes modo, ſed & abſentes pertingit.*

22 In-

22 *Interdictum in abſentem emiſſum citra vllam eius præſentiam & olim exſequebatur, ſi iuſtu vel releuantibus exceptionibus non ſuſpenderetur: & n. 23.*

24 *Formula quorundam interdictorum generaliſſime ſunt concepta tam in abſentes quam præſentes.*

25 *Interdictum omne quantumuis in abſentem redditum citationis quoque vel expreſſæ vel tacitæ vim habet: n. 26.*

27 *Interdictis, etſi vim citationis habent, procedendum non eſt niſi in caſibus iure receptis.*

28 *Et ita quidem, vt non præcipitetur exſecutio, ſed legitimæ, ſi quæ ſint, exceptiones attendantur.*

29 *Omnia interdicta tacitam habent clauſ. ſi preces veritate nitantur.*

30 *Interdicta quædam licet perſonaliter concepta leguntur, nihilominus generalem edicti poteſtatem continent.*

31 *Interdictorum cauſæ ita ſunt ipſo iure conſtituta, vt ſtreperam citationem non curent.*

32 *Omnis interdicti vel reſcripti duplex eſt actus, impetrationis, & iuſtificationis, quam Galli intertinationem vocant: & n. 33.*

34 *Luſitaniæ in regno omnes prouiſiones regiæ fiunt præuia aliqua partis citatione & recepta informatione. Et quatenus hoc imitandum? n. 35.*

36 *Caſus ſunt perquam multi, qui præuiam citationem in iure non deſiderant; num. 37.*

38 *Quibus tamen cautiſſime & moderate procedendum.*

39 *Caſus citationem non deſiderantes ex interdictorum fontibus permanant:*

40 *Veluti de non offendendo, de non turbando:*

41 *Cum ſcandalum imminet vel mora periculum: n. 42.*

43 *Cum nulla parti competit defenſio:*

44 *Vel ſi propria partis ſtet permiſſio; vel alias ea etiam præſente & inuita procedere liceat: n. 45.*

46 *Vel ſi notoria ſit & manifeſta procedendi neceſſitas:*

47 *Aut partis contumacia.*

48 *Intereſſe necdum formatum non attendibile.*

49 *Subſtitutus non recte inhibet inſtitutum.*

50 *Agnatus in prohibenda alienatione feudi formatum habet intereſſe. Sicuti & fideiuſſores ratione principalis, & creditores ratione pignoris.*

51 *Examen teſtium non citata parte quando fiat: remiſſiue.*

52 *Partis citatione non eſt opus quando præſens non poſſet contradicere;*

53 *Vel de nullo eius agitur præiudicio.*

54 *Vel ſi aduerſarius non appareat.*

55 *Vel ſi res dependeat ex ſola voluntate agentis.*

56 *Vel ſi caſus ipſo iure paratam habeat execſutionem.*
57 *Vti indictarum pœnarum, reuocationis eorum quæ de facto fiunt, exactionis tributorum, &c.*
58 *Inhibitiones abſque citatione procedunt in appellationibus à diffinitiua:*
59 *Aliquando non.*
60 *Appellatio vt ordinarium remedium per ſe ſuſpendit ſententiam à qua.*
61 *Interlocutoria quando ſint appellabiles, & inhibitionem mereantur; nu. 62 63. 64. 65.*
66 *Inhibitiones qualiter cum cauſa cognitione decernantur? num. 67.*
68 *Libellum in reddendis interdictis alii negant requiri:*
69 *Quia ſunt vel ſaltem eſſe debent ſummaria:*
70 *Vbi libello opus non eſt: n. 71.*
72 *Interdicta quæ partibus præſentibus reddebantur, earum citationem vel & ſcripturam non requirebant.*
73 *Vbi ſine ſcriptis proceditur, ibi libello non eſt opus:*
74 *Vt & in executiuis, qualia ſunt interdicta: & n. 75.*
76 *Interdicta redduntur non tam per viam actionis quam prætorii officii: nu. 77.*
78 *Sed iſta omnia, de crepero & ſolenni libello intellexerunt DD. non vero de quali quali petitione:*
Qualis qualis petitio, etiam in ſummariis, & vbi iudex ex officio poſſet procedere, requiritur:
79 *Ergo etiam & omnino in reddendis interdictis, n. 80.*
81 *Libellus aliquis requiritur etiam in iudiciis celeritatem deſiderantibus.*
82 *Vel vbi officium iudicis imploratur.*
83 *Libellus an requiratur vbi nullus adeſt contradictor? n. 84. 85.*
86 *Qualis qualis petitio ſæpe etiam ſine ſcriptis recte fit, & num. 87. 88. 89.*
90 *Narratio iudici oretenus expoſita vel & ſcripto inſinuata eſt inſtar libelli.*
91 *Scriptas petitiones exhiberi tutius eſt, & quare num. 92.*
93 *Tenor ſupplicationis, interdictu & reſcriptis inſerendus.*
94 *Alii copias vel exempla ſimul tranſmittunt.*
95 *Demonſtratio actionis ad album olim inſtar erat libelli & editionis.*
96 *In Camera Imp. narrata ſupplicationum ita inſeruntur mandatis, vt poſtea aliis libellis non ſit opus, n. 97.*
98 *Differentia ſolennis libelli & qualis qualis petitionis à DD. eſt conficta, num. 99.*

100 In-

100 *Ineptitudo libelli, vel qualis qualis petitionis, vtrobiq; nullitatem cauſat.*
101 *Clem. ſæpe, de verb. ſignif. in ſummarijs libellum non requiri, & quatenus?*
102 *Sententia ſuper inepto libello lata an ſit nulla in cauſa qua libellus non requiritur?*
103 *Clauſula libellorum, non ſolennis libelli ſed qualis qualis petitionis: Niſi & quatenus à iure requiritur &c. nullius ſunt momenti: n.* 104. 105. 106. *& ſeq.*
108 *Cauillatorijs præſtigijs in praxi non eſt vtendum.*
109 *Praxis iuridica, eſt officina & arena iuſticiæ.*

VT autem proceſſus Interdictorum cum antiquus tum hodiernus, tanto
melius inclareſcat, præter ea quæ capitibus præced. diximus, videndum
eſt: An quoque Citatione & libello opus ſit in Interdictis reddendis & im-
petrandis? Et citationem † ſane in Interdictis olim vſitatiſſimam commu- 1
niſſimamque fuiſſe, non modo ex d. Oratione Ciceronis, & ijs quæ ſupra di-
ximus, ſed ex ipſis adeo interdictorum formulis apparere videtur: Quibus
omnia fere Interdicta non aliter, quam inter partes præſentes redduntur:
Vnde etiam † quaſi inter duos dicta, ita nominati, ait Iuſtin. Imp. Hinc Præ- 2
tor. Quorum bonorũ ex edicto meo illi poſſeſſio data eſt: quod de his bonis
pro herede aut pro poſſeſſore poſſides &c. id illi reſtituas † *l.* 1. *Quor. bonor.* 3
Quas tabulas L. Titius ad cauſam teſtamenti ſui pertinentes reliquiſſe dice-
tur, ſi hæ penes te ſunt, eas illi exhibeas *l.* 1. *de tab. exhib.* Vti eas ædes quibus
de agitur, nec vi, nec clam, nec precario, alter ab altero poſſidetis, quo minus
ita poſſideatis, vim fieri veto. *l.* 1. *Vti poſſid.* Quo minus illi cloacam quæ ex
ædibus eius in tuas pertinet, purgare reficere liceat: vim fieri veto: Item:
Quod in cloaca publica factum ſiue immiſſum habes, reſtituas, *l.* 1. *in princ.*
& §. pen. de cloac. Quod vi aut clam factum eſt qua de re agitur id cum expe-
riundi poteſtas eſt, reſtituas *l.* 1. *Quod vi aut clam.* Quod precario ab illo
habes, id illi reſtituas. *l.* 2. *de precar.* Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius
impendet, ſi per te ſtat, quo minus eam adimas, tunc quo minus illi arborem
adimere ſibique habere liceat, vim fieri veto: *l.* 1. *de arbor cæd.* Quem liberum
dolo malo retines, exhibeas, *l.* 1. *de hom. lib. exhib. & l.* 1. *tit. ſeq.* Si is homo,
quo de agitur, non eſt ex his rebus, de quib. inter te & actorem conuenit &c.
l. 1. *de migrand.* Et cum † ſponſiones in Interdictis fierent, à parte, tam rei, quã 4
actoris: *per ea quæ ſup.* tum etiam litis conteſtationes: *per ea quæ paulo poſt*: ſta-
tim apparet, non ſine præuia Citatione interdicta eſſe reddita. Quo facit re-
gula ſiue maxima † illa communiſſima, quod in quolibet actu regulariter ſit 5
pars citanda: *l. de vnoquoq; ff. de re iud. l. nam ita Diuus ff. de adopt. l. ſi quando C. de teſtam. clem. paſtoralis, de re Iudic. cap. cum olim. de teſt. cap.* 1. *de cauſ. poſ. & prop.*

Digitized by Google

Etiam in ſummarijs: *clem. ſæpe §. non ſit de V. Sig.* DD. vt ap. Gabriel. *lib. 2. de Citat. conclu. 1. n. 36. & ſeq.* licet caueatur vel dictum fuerit, quod quis poſſit de facto procedere, vel iuris ordine omiſſo, vel ſine figura iudicij: *ibid. n. 39. & ſeq.*
6 Eſt enim citatio ſolennitas † iuris naturalis, non propter ſe, ſed propter defenſionem: quam ne Diabolo quidem denegandã eſſe aiunt: Com. DD. & Vanti,
7 *de nullit. ſent. ex def. cit. à princ. vſq. ad n.* 10. Vbi citatio † tantopere ſubſtantialis eſſe dicitur, vt ſententia etiam in fauorem abſentis non citati lata non valeat: vide etiam Gabr. *d. concluſ. n. 7. & ſeq. & per tot.*

8 Eoque nomine in omni remedio poſſeſſorio, etiam retinendæ alias † admodum fauorabili, & inhibitorio, aduerſarium citandum eſſe volunt, non modo ſi ex interdicto vti poſſidetis agatur: *d. l. 1. Vti poſſid.* ſed etiam ſi ex iudicis officio: Dec. Neuizan. Angel. Curt. Brun. Zuchard. Pariſ. *vt ap.* Menoch.
9 *retinendæ poſſeſſ. rem. fin. n.* 31. Item ſi miſſio † fiat in poſſeſſionem ex Carbon. vel & Diui Adriani edicto: DD. ad vnum omnes. *l. fin. C. de edict. diu. Ad.* Menoch. *adip. rem. 4. n.* 447. Deniq; & ſemel pro ſemper, ſine magnis ambagib. in
10 omnib. † proceſſibus, quantumuis executiuis, & ſummarijſſimis, Citatio partis aduerſæ eſt neceſſaria: *per ea, quæ paſſim* ad omnia remed. Men. & quæ Mat.
11 Col. de proceſ. exſecutiu. *part. 3 c. 7. à princ. vſq. ad n.* 10. Adeo vt & illo † caſu citationẽ requiri dicant, cum is, qui ex pacto propria autoritate poſſet ingredi poſſeſſionem, à Iudice in eam ſe immitti atq; induci petit: Bart. Bald. & alij vt
12 ap. Coler. *d. c. 7. n.* 7. Niſi forte, is, cui facultas ingrediendi † eſt conceſſa, non tam immiſſionis, quam vrbanitatis gratia iudicem adeat, vt ſe in poſſeſſionẽ ſaltẽ aſſociari vel comitari faciat: ſic enim citationem non requiri: prout hæc limitatio paſſim traditur, à DD. Barth. & Salicet. *l. Creditores, illen. 26. hic. n. 30. C. de pig.* Neuiz. *conſ.* 82. *n.* 28. & alij *vt ap.* Menoch. *adipiſ. poſ. rem. 5. n. 150. & re-*
13 *cup. rem. 8. n.* 100. Coler. *d. loc. n. 11. & ſeqq.* licet † Alexand. ab Imola etiam hoc
14 caſu citationem deſideret, *lib. 4 conſ. 131. n. 6.* Hinc etſi in decernendis † inhibitionibus nonnulli partis citationẽ nullatenus neceſſariam eſſe aiunt: Minſ. *cent. 3. obſ. 87. in fin.* & ex eo Erneſt. Cothman. *reſponſ. 7. n.* 145 Meurer. *ad proceſ. ord. part. 5. n. 5.* Mandoſ. *de Inhib. q.* 118. Tamen alij communiorem aſſerere, & quaſi regulam conſtituere non dubitarunt, in omni inhibitione decernenda
15 † partis citationem requiri: *per text. in c. Romana 3. §. ſi vero, & ſeq. c. non ſolum 6, de appel. in 6. c. vt debitus ext. eod. Alex. lib. 4. conſ.* 9. Dec. *conſ.* 460. *n.* 20. Pariſ. 1. *conſ.* 172. *n.* 15. Cou. *pract. q. c* 24. *n.* 3. vbi Felin. & alij. Marant. *de ap. n.* 196. Iaſ. *l. ſi quis, col. 2. ff. de nou. op. nunc.* Roland. à Val. *lib. 2. conſ. 77. n.* 24. & alii vt apud Lancel. *de attent. 2. c. 19. in præf. n. 209. & ſex ſequentib.* vbi ab hac regula non recedendum eſſe putat: Gail. 1. *obſ.* 144. *n.* 3. Contard. *de mom. poſſ. q. 5. n.* 15. vbi poſt alios tenet, quod Canonica inhibitio debeat fieri parte citata.

16 Quod autem non ſemper, † citato primum reo, ſed interdum in illũ etiam abſentem, non ſecus atq; hodie fit, interdictum redditum fuerit, inde

facile

facile paret: Quod in alijs quoq; tã ordinarijs quã extraordinarijs actionib. 17
edi actio † vel interdictum dicebatur, in iure, apud Prætorẽ ſeu magiſtratum,
aut citata & præſente parte, aut ante etiam, quã in ius vocaretur reus vel veni-
ret: Quemadmodũ quoq; non ſemper Actor vocatum reum ad λεύκωμα vel
albũ prætoris, in quo formulæ actionũ & Interdictorũ propoſitæ extabant, † 18
deducebat, demonſtrans qua actione vti vellet: ſed etiam acceptã actionem
libello complectebatur, reoque tranſmittebat: quod dicam ſcribere diceba-
tur: vti rectiſſime Eguin. Baro *d. man. 6. per l. 1. ff. de Edend. l. edita C. eod. l. 33. ff. de*
iud. l. 3. ff. de Interd. l. 1. ff. de vi & vi arm. Et ſi tunc actoris † narratio, & editio ita 19
qualificata eſſet, vt prætor mandatum deſuper recta interponere poſſet: id
vtiq; feciſſe eum, ipſa interdicta nõ obſcure demonſtrant: quod & continuo
dein curiæ Romanæ ſtylo, vt ex quamplurimis Iuris Canonici textibus, ijſque
comprehenſis mandatorum formulis apparet, ita obſeruatum, quemadmo-
dum etiam, non modo ex multis Digeſtor. Codicis & Nouellar. ſed ſacræ etiã
ſcripturæ † locis liquet, quod non poſt abrogatas demum formularum & iu- 20
dicum dationis ſolennitates, vel etiam de iure Canonico, vt nonnulli putarũt,
ſed ab omni antiquitate, mos, etiam in abſentes, pro qualitate circumſtantia-
rum facti, recta mandandi & interdicendi introductus & receptus ſit, & per-
petuo continuatus. Cuius rei & illa ratio certiſſima, quod, ſicut poteſtas † 21
magiſtratus in ſubditos, non modo præſentes ſed etiam abſentes ſeſe exten-
dit: ita etiam mandandi & interdicendi facultas. Et ſiquidem interdictum
ita fundatum eſſet, vt reus abſens parere vel cogeretur, vel teneretur: vlterio-
re cognitione opus non † erat. Sin autem exceptiones contra emanatum 22
Interdictum, tanquam ad tranſmiſſam aliquam dicam, iterum inferret:
Prætor, non ſecus, atque inter præſentes, vel ipſe mandatum ſiue interdictũ,
exceptionibus reiectis redintegrabat, miſſiſque ſi iuris factique ratio poſtula-
ret, viatoribus ſeu miniſtris, manu etiam interdum militari executionem ma-
turabat: vel, ſi res † altiorem adhuc indaginem requireret, iudicem dare, ei- 23
que cauſam committere ſolitus erat, qui ex ſcriptis & productis, quod vo-
cant, partium, cauſam & partitionem interdicti cognoſceret & expediret:
Quod ipſum quoque arguunt formulæ † quorundam interdictorum gene- 24
raliſſime ſonantes: vt, *l. 1. Ne quid in loc. ſac. l. 1. de loc. pub. l. 2. §. 20. Ne quid*
in loc. publ. l. 1. in princ. de via publ. & itiner. publ. l. 1. in princ. Ne quid in flum.
publ.

Et cum omne interdictum ſiue mandatum in abſentem conceptum &
tranſmiſſum, non † modo præcepti, ſed & citationis, & quidem vel expreſſæ 25
vel ſaltem tacitæ vim clauſulamq; in ſe habeat: Conſequens eſt, vnũ idemq;
† eſſe, eodemq; rem recidere: ſiue prævia citatione, & auditis obiter allegatio- 26
nib. ſiue ſtatim per formã mandati interdicatur: quod tamen fieri non debet,
niſi in caſib. † propriis, in iure & legib. earũq; ratione fundatis: *per ea quæ ſup. l.* 27

adoptio

Digitized by Google

adoptio. l. nam ita Diuus ff. de adopt. l. fin. ff. de natal. reſtitut. l. fin. C. *ſi per vim &c.*
28 Nam & interdictum vel decretum & mandatum recta quidem † emittitur: nec tamen recta & immediate condemnando vel exequendo: ſed exceptiones potius, ſi quas reus habeat contra opponendas reſeruando. Aluar. Valaſc.
29 *deciſ. Luſit.* 20. *nu.* 2. *& per tot.* ſemper inhærente † & ſubintellecta clauſula: ſi preces veritate nitantur, per vulgat.

Neque obſtant ſuperiores interdictorum allatæ formulæ, quæ in præ-
30 ſentes conceptæ ſonant, quia vt ſupra alicubi diximus, etiam ipſa † edicta, interdum in perſonas quidem, ſed tamen, publico & generali, publici iuris, legumque, nomine concepta propoſitaque fuerunt. Et ratio quidem, quod & quare in reddendis interdictis ac mandatis, partis citatione opus non ſit, ma-
31 nifeſtiſſima † & omni iure æquiſſima conſiſtit primo, in ipſo decreti vel interdicti aut monitorij reſcripto, quod in iure fundatum eſt, & parti ſuas ſi quas ad cauſam interdicti habet, exceptiones, non præſcindit: *per tot. tit.* C. *ſi cont. ius vel vtil. pub. & tit. C. de diuerſ. reſcript. l. ſi quando* C. *de dilat.* Eſt enim duplex
32 † omnis reſcripti actus ſiue punctus; alter, impetrationis, qui citra vllam cunctationem expediri poteſt, ſaluis ſcilicet & præſeruatis exceptionibus: Al-
33 ter vero, iuſtificationis, quem Galli interinationem vocant, ad quem † pars omnino citanda, quinimo per ipſum monitorium euocatur, propter præiudicium executionis, aut iuſtificationis vel redintegrationis, vt nos loquimur, mandati. Valaſ. *d. l. num.* 2. *& ibi* Bertrand. *conſ.* 149. *lib.* 1. Rebuf. *lib.* 2. *ad leg. Gal. de reſcript. num.* 42. Vbi hanc praxin probari aiunt, *per l.* 3. §. ſi cauſa
34 cognita *ff. de bon. poſ. l. Libertus ff. de in ius vocando.* Quamuis in regno † Luſitaniæ hanc praxin non obſeruari, ſed ſemper à ſummaria partis aduerſæ informatione prouiſiones regias decerni, & ita multas lites ac moleſtias præcidi,
35 teſtatur Valaſ. *ibid. in fin.* Quod cæteris paribus, † & ijs ſaltem caſibus probabile & imitandum eſt, vbi iuris legumque fauor & præſumptio non adeſt.
36 Sunt enim ſecundo & accidere ſolent perquam multi caſus, qui † citra vllam citationem, decretum, vel monitionem iudicis admittunt, tam inhibendo, quam iubendo; Nonnulli etiam, qui ipſam recta quodammodo executionem, *per ea quæ ſupra* cap. ſingulari demonſtrauimus, & communiſſimis omnium interpretum calculis firmata comprobauimus, & quamplurimis aliis allegationum cumulis, niſi in re tam clara ſuperuacaneum eſſet & fruſtraneũ,
37 comprobari poſſet. Quamuis non ij ſolum † qui interdictorum proprij, ſed & alij ſint caſus, citationem partis non deſiderantes: ſed ita tamen, vt ne ca-
38 ptatorie vel ad iuſticiæ † illuſionem, ſed moderatiſſime, & non ſine manifeſtiſſima iuſticiæ iuris legumque aſſenſione & legitima cauſa, in actibus qualiſcunque præiudicij, citationem omittamus: ſicut d. caſus fere omnes, iudicis quidem decretum & interdictum admittunt: ſed non ſemper, omiſſa omni Citatione, exſecutionem: quod omnino & cautiſſime obſeruandum.

Caſus

Digitized by Google

Caſus † vero Citationem non deſiderantes, quos Gabriel. *d. lib.* 2. *de* 39
Citat. concluſ. 1. proſequitur, & ex fontibus vel cauſis Interdictorum proprijs
maxima ex parte dependent, ſunt primo illi, qui omni iure reprobari damna-
biles & per ſe prohibiti ſunt: ex quibus mandata de non offendendo, de non
turbando, & ſimilia decernuntur: Secundo cum † ipſo iure, caſus, eorumq; 40
mandata ſunt recepta ac fundata: vt in cauſis appellationum compulſoriales
& inhibitiones. Tertio † cum ſcandalum imminet, vel periculum eſt in mo- 41
ra, DD. vt ap. Gabriel. *lib. 2. de Cit. concl.* 1, *n.* 302. Ex quo cap. contra Reum de
fuga ſuſpectum, † vel ſequeſtrationes & Arreſta conceduntur, & ſimiles pro- 42
ceſſus in ciuilib. vel etiam capturæ in Criminalibus, citra vllam citationis mo-
nitionem; *ibid. n. ſeqq. & lim.* 71. Quarto citationem † partis non requiri aiunt, 43
quando nulla ei competit defenſio: vel vbi notorie conſtat ius eam nullum
habere: Felin. poſt alios *c.* 1. *n.* 21. *de iureiur. DD. ad l. fin. C. de edict. Diu. Ad.* vbi
& Sap. *n.* 609. Zuchard. *n.* 131. *&* 315. late Menoch. *adip. rem.* 4. *q.* 56. *& recup.*
rem 15. *n.* 259. *& de arb. q.* 17. *ad fin.* Sexto ſtante permiſſione † ipſius partis, vt 44
ſcilicet ſe etiam inuita vel ignorante, & non citata fiat executio. *L. creditores* C.
de pig. & per ea quæ ſup. & d. concl. lim. 29. Cui vicinus eſt caſus ſeptimus, quan-
do dies, † ab ipſa parte, vel per compromiſſum, vel alias præfinita, interpellat 45
pro homine: hoc eſt, loco iudicis: *per ea quæ d. concl.* 1. *lim.* 3. Octauo eſt † 46
caſus manifeſtæ & notoriæ neceſſitatis: vt cum furioſis & pupillis conſtituun-
tur tutores: *ibid. lim.* 7. Nono eſt caſus manifeſtæ ac rebellis contumaciæ,
quæ † & ipſa citationem non deſiderat: lim. 8. n. 62. Et quoniam ſæpiſſime 47
intromittere ſeſe in iudicijs vel cauſis conantur, qui non formatum ſed remo-
tum † ſaltem & non attendibile intereſſe habent: hinc nono vtiliter receptũ 48
eſt, nec eorum citationes requiri *per l. Item eorum ff. Quod cuiuſ. vniuerſ. l. fin. ff.*
de man. teſt. vid. DD. concluſ. 1. *lim.* 9. qui caſus in praxi admodum eſt vtilis, vt
ſciat iudex, an & quando ad inſtantiam intereſſe prætendentis, debeat moni-
torium vel proceſſus decernere, ita, ſi ſubſtitutus † inſtitutum prohibere velit, 49
ne rem in qua inſtitutus eſt, alienet, vel vt cautionem præſtet, &c. non audie-
tur, *per l. ſi patroni* vbi Alex. & Caſtr. *ff. ad Trebell.* Alia autem † eſt ratio, ſi aga- 50
tur de periculoſa feudi alienatione, in præiudicium agnatorum: hi enim pro-
pter formatum intereſſe admittuntur: ſicut & fideiuſſores & pignorum poſ-
ſeſſores in diſcuſſione principalis debitoris *vid. d. lim.* 9, *ap.* Gabriel. An au-
tem † & quando non citata parte, poſſit fieri vel committi examen teſtium, 51
late ibid. lim. 11. *&* 4. *ſequentib. & lim.* 18. *&* 4. *ſeq. &* 25. Decimum caſum
huius loci † proprium eſſe aiunt illum, quando pars etiamſi citaretur & præ- 52
ſens eſſet, non poſſet actum impedire, vel legitime contradicere: *limit.* 16.
Cui † peruicinus eſt caſus vndecimus nullius vertentis præiudicij: *limit.* 17. 53
Item duodecimus † non exiſtentis aduerſarij: *limit.* 26. Decimus tertius 54
caſus eſt agnoſcendæ bon. poſ. *limit.* 24. 28. vel † cuius alterius actus depen- 55

dentis ex ſola voluntate agentis: qualiter proteſtationes ſæpe fiunt, item prehenſiones poſſeſſionum extraiudiciales, aduerſaria parte nec citata nec
56 præſente. Decimo quarto huc referunt omnes † caſus paratarum executionum: vt nunciationis noui operis: *ibid. limit.* 31. omnium mandatorum
57 ſine vel cum clauſ. *lim.* 32. *& lim.* 102. Item pœnarum † ipſo iure impoſitarum: *lim.* 35. Item reuocationis eorum, quæ de facto fiunt: *lim* 68. Item ex actionis tributorum, collectarum & aliarum ſolutionum fiſcalium *lim.* 127.

Ex quibus iam mota paulo ante quæſtio, Anne & quatenus abſque ci-
58 tatione, & proin cauſæ cognitione, inhibitiones † decernantur, facilli ne deiudicari poteſt & reſolui: Et de appellationibus primo agendo, interponuntur eæ, vel à definitiua, aut vim definitiuam habente, vel à ſimplici interlocu-
59 toria: primo † caſu inhibitiones recte & indiſtincte decerni poſſunt, niſi dubia ſit iuriſdictio: vel niſi appellatio in caſibus prohibitis ſit interpoſita: vel niſi inhibitio cauſæ principali eſſet præiudicatura, v. luti ſi appellatus, poſſeſſione ſua, quam habet, ante plenarium cauſæ & appellationis exitũ abſtinere iuberetur &c. Aud. Gail. 1. *obſ.* 130. *n.* 6. *& obſ.* 144. *n.* 4. *Receſſus imperij de anno*
60 1594. Cuius rei ratio † eſt, quod appellatio ſit ordinarium iuris remediũ, iudicium primæ inſtantiæ, per ſe, & vi ſua ſuſpendens: cui iudex ſuperior, inhi-
61 bendo rectiſſime ſuccurrit: Alia autem eſt ratio † ſimplicium interlocutoriarum, à quibus, appellationes, niſi probato & apparente grauamine, non recipiuntur, vnde & inhibitiones in ijſdem non decernuntur, niſi cum cauſæ & grauaminis cognitione, aut niſi euidens moræ periculum, damnumue irrepa-
62 rabile probetur. *per ead.* Eademq; eſt ratio appellationum † extraiudicialiũ: quamuis enim in ijs inhibitioni propter locũ non eſſe generaliſſime nonnulli affirmare videntur: Gail *d. obſ* 44. *n* 5. *& obſ.* 120 *n.* 5. Cothman. *Reſp* 38. *n.* 157.
63 tamen hoc eatenus accipiendum † eſt, niſi fundata iuriſdictione, liteq; conteſtata, vel ſaltem altera parte audita, de forma lib. appellationis & digno grauamine conſtiterit & ita loquitur *text. d. c Romana. & ſeq. c. vt debitus &c.* item DD. *vt ſup.* pro contraria, vt videbatur, allegati, prout etiam explicat Achil. Perſonal. *de adipiſ. poſſeſ n.* 356. *d. receſ. imp. &* Pet. Denaiſ. *in iure Cam. verb. inhib.*
64 *in fin.* Quin imo, ſicuti † alias citra vllam appellationẽ inhibitio decerni poteſt ad ſolam partis inſtantiam in caſib. proprijs & vrgentibus; ita in ijſdem, multo magis ier fieri poteſt, & vtiq; debet, in cauſa appellationis quantumuis extra
65 iudicialis: per † rationem quod duplex vinculum & beneficium iuris, magis
66 l get quam vnum: Vnde & iſta, quam alij in decernendis inhibitionibus † requirunt, cauſæ cognitio, cum mica ſalis intelligenda eſt, non de ordinaria & plenaria, ſed tali cauſæ cognitione, qua inhibitionem in iure fundatam eſſe & decerni poſſe, iudex certus ſit. Eademq; iterum eſt ſententia Doctorum ſupra
67 allegatorum: vnde † & ipſi, limitationum ergo, citationem non deſiderari aiunt, ſi inhibitio in caſibus euitandi ſcandali, aut peccati, vel ad tuendã libertatem

tatem Eccleſiæ, vel & alias ex officio decernatur: Gabr. *de Citat. concl. 1. n. 82. & ſeq.* Lancel. *d. part. 2. c. 20. in præfat. à n. 219. vſque ad 229.* Alex. *d. conſ. 9. lib. 4.*
Ruin. *conſ. 6. n. 28. lib. 5.* An vero † etiam Libello opus fuerit, vel adhuc ſit 68
in cauſis interdictorum, non immerito quæritur: Et negatiua quidem inde
probari videtur, quod in cauſis interdictorum nullibi in iure libelli mentio
fiat: deinde quod in iure notorium ſit ac manifeſtum, tum etiam ſaniore Do-
ctorum ſententia receptum cauſas † ſcilicet & iudicia interdictorum, non or- 69
dinarie vel plenarie, ſed extraordinarie ſiue ſummarie quoad proceſſum, tra-
ctata & olim fuiſſe, & adhuc tractanda eſſe: *per ea quæ diximus ſup. & in §. fin.*
Inſt. eod. In cauſis vero † ſummarie tractandis libellum neceſſariũ non eſſe re- 70
nent: Iaſ. §. *præiudiciales n. 35. Inſt. de act.* Rol. à Val. *vol. 1. conſ. 71. n. 37. poſt* Alex.
vol. 7. conſ. 138. & Marſil. *ſing. 102. Can. in Clem. diſpendioſam, de Iud.* Oldrad. *conſ.*
244. ad obiect. poſt prin. vbi ait, quod in cauſis ſummarijs, in quibus ſc. ſumma-
rie & de plano proceditur, poſſit libellus omitti, & ab articulis inchoari: text.
clariſ. *& ibi per om. clem. ſæpe, de verb. ſig.* Barth. *in Extrau. ad Reprim. verb. Et figura.*
Et in terminis, Quint. Mandoſ. *de monit. q. 38. in fin.* vbi in † cauſis monitoriorũ 71
vel, quod mihi idem eſt Interdictorum, libellos nullo modo requiri ait; & ſi-
quidem requirantur, ipſa iudicum præcepta & monitoria eſſe vice libellorum.
Quo facit: quod ipſa interdicta, † vt vbiq; apparet, ſine ſcriptis, ad nudam in 72
ſtantiam & veriſimilem querelã reddita plærunq; ſint in partium præſentia:
Vbi autem † ſine ſcriptis proceditur, ibi Libellus non requiritur: *per Auth. of-* 73
feratur C. de lit. Cont. & recte tenet Iaſ. *lib. 3. Conſ. 2. ſub fin.* tum quod cauſæ † in- 74
terdictorum ſint & habeantur executiuæ, vt ex omnib. interdictis videre eſt:
vbi ſimiliter libello non opus eſſe aiunt: Socin. Iun. *lib. 2. conſ. 75. n. 1. &* videtur
tex. eſſe expreſ. *in l. 3. § ibid. 3. ff. ad Exhib.* Item, quod cauſæ † interdictorũ, non 75
modo fauorẽ euidentiamq; iuris pro ſe habeant, & per ſe liquidiſſimæ repu-
tentur: *per ea quæ Cap ſing. diximus*: Quales libellum non deſiderant: *per c. ma-*
nifeſta, accuſatione non indigent: c. de manifeſta 2. q. 1. c. euidentia, de accuſ. l. fin. C.
eod. l. minor. 25. annis ff. de min. Bald. *c. 1. de libell. oblat.* Itẽ quod ipſa † interdicta, 76
non tam per viam actionis, quã ex officio prætoris ſiue Iudicis & Magiſtratus
reddantur; quod itidẽ ex omnium interdictorũ formulis elucet: quib. caſib.
ſimiliter libellus eſt ſuperuacuus: Innoc. *d. c. 1. de libel. oblat. text. & DD. l. nequic-*
quam §. vbi decretum ff. de offic. proconſ. l. Papinianus §. ſed ſi filius ff. de inoff. teſtam.
l. ædiles §. Idem ſciendum ff. de ædil. edict. quod in † ſummario poſſeſſorio expreſ- 77
ſe videtur probare, Barth. *l. 3. § nihil com. n. 35. ff. de acq. poſſeſ.* Rot. *deciſ. 54. &*
437. in nou. *Afflict. deciſ. 283 n. 4.* Cothman. *reſp. 17. n. 72.* Veruntamen quod
iſthæc omnia, de plenario & ſolenni & crepero ſaltẽ libello intelliguntur, non
† vero, de quali quali petitione: vt pote quæ in omni & quocunq; iudicio, etiã 78
ſummario, quod ad partis quidem inſtantiam (in caſib. enim proprijs, vbi iu-
dex ex mero officio, vel proprio motu procedit alia eſt ratio) ſit peragendum,

omnino & neceſſario requiritur: *text. expreſ. d. clem. ſæpe §. verum quia &c. DD. Com. omnes, vt ſup.* Specul. *de libel. concept. §. Nunc dicendum num. 1. & 3.* Lanfranc. *in prax. de petit. n. 11. &c.* Menoch. *de arbit. q. 18. n. 8.* Vant. *de nullit. ex defect. proceſ. n. 18. & ſeq. & n. 21.* In cauſis † ſane interdictorũ libello ſiue pe-
79 titione omnino opus eſt, eaque quali quali quidem, vt DD. Com. loquuntur, ſed tali tamẽ & eiuſmodi, vt intelligere Iudex poſſit non modo quid petatur, ſed an etiam interdictum ſit reddendum, vel à præcepto ſiue mandato, vt hodie loquimur, inchoandum. Atq; hæc eadem eſt ſententia eorundem DD. ſupra relatorum, & Mariani Socini in omnibus Interdictis, ſiue qualibuſcunq; iudicijs poſſeſſorijs libellum offerri docentis, *d. c. 1. de libel. oblat. & paßim Do-*
80 *ctores*, qui in omnibus † Interdictis, libellum petitionis requiri tenent: late Menoch. *adipiſ. rem. 1. q. 23. & rem. 4. q. 57. & rem. fin. n. 9. Et retin. Remed. fin. q. 3. & recup rem. 8. q. 5. rem. 9. q. 47. Remed. 10. q. 15. rem. 13. q. 17. rem. 15. q 20.* Adeo
81 vt † etiam libellus qualiſcunque requiratur in his iudicijs quæ celeritatem deſiderant. Barth. *l. 4. §. hoc autem iudicium, n. 10. & ibid.* Ripa *n. 106. ff de dam in-*
82 *fect.* Socin. *d. c. 1. fol. 34.* vel vbi officium † Iudicis imploratur, Menoch. *remed. fin. adipiſ. retin. & recup.* Ferrar. *form. libel. act. real gloſ. ad euidentiam n. 25.* Spec. *d. §. nunc vidend.* Vel etſi nullus adhuc ab aduerſo adſit contradictor, quo ſolo
83 caſu, etſi diſſentiant, † & libellum requiri plane negent, Socin. *d. c. 1. fol. 65.* Zuchard. *ad l. fin n. 291. Item* Iacobin. *n. 23 &* Corn. *n. 28. C. de edict. diu. Adria. tol. & ibid.* Menoch. *d. rem. 4. q. 57.* dicens non eſſe qui iſthoc caſu diſſentiat: Tamen, ipſa legis tam verba, quam ratio, qualem qualem petitionem deſiderãt.
84 Cum enim lex, teſtamentum idque † non cancellatum vel viſibili parte non vitioſum requirat, etiam eo caſu, cum contradictor nullus exiſtit: certe producendum illud, & qualis qualis congrua petitio deſuper interponenda eſt,
85 qua iudex petentem immitti oportere intelligat, neque enim † alias ſcilicet non rogatus, recte ſe intromittere poteſt, per vulg. quibus iudicem ad inſtantiam demum partis & conuenientem petitionem officium impartire debere docetur: *l. ad peremptorium 68. ibi*, vt primo quis petat *ff. de Iudic. d. l. 4. §. in hoc autem iudicium, vbi DD. ff dam. infect. &c.* Socin. *de citat. art. 6. n. 3.* Mandoſ. *de Inhibit. q. 54. n. 2. & ſeq.* And Gail. *1. obſ. 50. n. 3. & ſeq.*

86 Neque tamen † tam ſtricte & generaliter opus vel neceſſe eſt, hanc qualem qualem petitionem in ſcriptis offerre, vt Caſtrenſ. Zuchard. & poſt eoſdem Menoch. tradunt *adipiſ. rem. 4. d. q. 57. in fin.* Etſi enim hoc in Ca-
87 mera Imperiali † & ſuperioribus, tum alijs quibuſdam iudicijs ita obſeruatur, etiam in cauſis interdictorum & mandatorum ſine clauſulis: tamen id, extra caſus, vel ſtatuti, vel ſtyli & conſuetudinis, vel loci, & abſentiæ implo
88 rantis, non eſt iuris plane neceſſarij: præcipue in ſummarijs † iudicijs, & cum primis quidem interdictorum, vtpote fauorem Iuris & poſſeſſionis pro ſe habentium, vel etiam aliarum cauſarum leuiorum magnamque

difficul-

Digitized by Google

difficultatem non habentium. Quo nomine in ciuitatibus † hinc inde, 89
ad ſolam partis veluti noui operis, de non turbando &c. narrationem
veriſimilem, interdicta & mandata decerni ſolent, quæ rectiſſime vel per
nuncios ſeu curſores iudicii poſſunt exequi, vel per ipſum iudicem aduerſa-
rio citato denunciari, vel etiam per literas & monitoria iudicis intimari ab-
ſentibus: vti in foro olim Romano, per prætores, item per pontifices ſæpiſſi-
me factitatum eſſe liquet. Et hoc † caſu, ipſa narratio, iudici facta, & poſt 90
modum parti vel oretenus vel in ſcriptis denunciata, pro libello habetur; vt
recte affirmat Mandoſ. *de Monit. d. quæſt. 37. & facit text. d. clem. ſæpe, de Verb. S.*

Quamuis ſcriptam † aliquam petitionem exhiberi & tutius, & neceſſa- 91
rium eſt: non modo iis in caſibus, vbi actoris petitio exceptione poſſet ſu-
ſpendi & controuerti: ſed etiam ijs, vbi denunciatio vel monitio ab ipſo iudi-
ce ſcriptis inſinuanda venit: vt ſcilicet appareat, quod iudex imploratus, iu-
reque coactus, ad mandatum vel interdictum proceſſerit. Sic enim † tenor 92
ſupplicationis, ipſi mandato inſerendus eſt, ex ſtylo iuris omniumque iudi-
ciorum. Et ita in Camera & aula Imperiali Cæſarea, in cauſis interdictorum
vel mandatorum, tenor ſupplicationis, ipſi mandato vel commiſſioni inſeri
ſolet: vbi tunc † ipſum Mandatum non modo præcepti ſed etiam libelli vicē 93
ſuſtinet: Idemque operatur, ac ſi, quod in inferioribus quibuſdam Iudiciis
fieri † ſolet, parti ipſi, implorantis ſupplicatio vel libellus in Copia tranſmit- 94
tatur, & deſuper vna à iudice, vel pure, vel conditionaliter mandetur. Et ita
iure vetere † Digeſtorum, pro libello, eiuſque editione habebatur etiam, 95
cum actio, qua quis experiri vellet, in albo demonſtraretur: *text. l. 1. ff. de edend.*
Et hac ratione, in cauſis mandatorum non modo ſine clauſula, ſed etiam † 96
cum clauſula emanantium, libellus, vtpote qui ipſi mandato ex narratis ſup-
plicationis ſubſtantialibus iam inſertus eſt, in Camera Imper. non requiritur,
quod ipſum hactenus cum de ſtylo & conſuetudine, tum de iure ita obſerua-
tum, & anno 1594. in Conſtit. Imperiali pro lege confirmatum eſt, etiam in
mandatis cum clauſula emanantibus: Ita vt in termino † reproductionis aut 97
paritionis vlteriore libellatione nullatenus ſit opus, ſed ſufficiat narrata man-
dati repetere, cum annexa breui petitione eorum quæ decernenda poſtula-
mus: idque paſſim probatur in ſententiis Cameralibus D. Saileri, & Danini
Chriſtiani Barth.

Ceterum etſi DD. † magnam videntur differentiam conſtituere ſolen- 98
nis libelli, & qualis qualis petitionis: tamen ea, ad differentiam ordinarii &
ſummarii iudicii impertinentiſſime efficta, Ferrar. *form. libell. act. real. gloſſ. qua-
lis qualis*, vel nulla vel admodum exigua eſt: cum vtraque eadem habeat requi-
ſita † ſubſtantialia. Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo: vnde et- 99
iam recte nonnulli, ſed tamen d. diſtinctioni male inhærentes dixerunt, quod
ſicut ineptitudo libelli vitiat proceſſū, in cauſis † ordinariis, ita vitiet & reddat 100

Digitized by Google

iudicium nullum, in cauſis ſummariis ineptitudo qualis qualis petitionis; vtpote quæ & ipſa debet in iure concipi & fundari, & ſubſtantialia requiſita habere; Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ. d. n. 21. in fin.* dicens hoc autẽ Anchorani verbum eſſe, *in conſ. 33. In Christi nomine per ſtatut.* Neque obſtat *d. Clem. ſæpe,*
101 quæ † in ſummariis libellum non requiri ait: quia ibi cauſæ ſummariæ appellantur, quæ adeo breues ſunt & planæ, vt libellum in ſcriptis vel ſaltem foliatum & ſtreperum offerri non deſiderent: ita vt ſaltem reſpectu ſcripturæ, libellus ibi, à quali quali petitione diſtingui videatur; cui vera & formalis dif-
102 ferentia non ineſt. Deinde non † obſtat quod Vant. *vbi ſup.* ait, Etſi ſententia ſuper inepto libello lata ſit nulla, *n. 22. & ſeq.* tamen nullam non eſſe, ſi feratur in caſibus libellum neceſſario non requirentibus *num. 24.* quia expreſſe addit poſt DD. *ibid.* citatos, ſi modo ex libello vel quali qual iſta petitione, intentio actoris recte poſſit deprehendi: hoc eſt, ſi ſubſtantialia habeat requiſita. Vnde
103 & futiliſſima † nulliuſque momenti illa eſt clauſula, quam in ingreſſu libellorum inſerere ſolent, non in forma ſolennis libelli, ſed qualis qualis petitionis, Crauet, *conſil. 151. num. 3.* cum Anchor. *d. conſil. 33* futiliſſimum etiam
104 quod dicunt, eam clauſulam † in caſibus ordinarii iudicii vſurpatam, facere, vt Actor ſuccumbat, niſi adiiciantur illa verba, Niſi ſi & quatenus à iure requiratur, Iaſ. *l. eleganter, § ſi quis poſt tranſact. 23. n. 46 ff. de condict. indeb. & l. non ſolum, § morte n. 46. ff. de nou. oper. nunciat. & l. au Prætor 2. num. 19. ff. de iureiur.* vbi hanc cautelam admodum extollit, eamque cordi tenere iubet, quia poſſit honorem
105 facere aduocato, ad caſſandum totum proceſſum. Sed hoc nullitet † plane, tum ſine ratione & lege, non modo quod iſta cautela neque in Camera Imperiali, neque alibi in praxi obſeruetur: Sed quod prior etiam clauſulã, vt vt libellis cõmuniter inſeratur, per ſe, neque deteriorem neque meliorem ipſum
106 libellum faciat. Siquidem enim hic ſubſtantialia † habeat requiſita, & recte beneque concludat, probe eſt: & iniquiſſimum foret propter iſtam clauſulam eum reiicere: Sin vero non habeat ſubſtantialia requiſita nec recte concludat, tunc & illa ipſa clauſula plane non ſuſtinebit, Anchor. & Crauet. *vt ſup.* Eadem
107 ratione vaniſſimum † eſt, quod dicunt iſtam clauſulam operari, ne libellus detur reo ſumptibus actoris; Marant. *de ord. Iud. c. 15. n. 15.* quod non obſeruari, recte ait Maſuer. alias illam Iaſonis ſententiam male collaudans, ad Ferrar. *d. gl. Qualis qualis,* Vbi citat etiam Alex. & Rel. i Val. nihil tale tenentes. Quæ obi-
108 ter notare volui, ne † Cauillatoriis præſtigiis & eluſionibus in praxi indulgea-
109 mus: vtpote in qua, tanquam iuris † officina, vel arena atq; campo, nihil, niſi ius, & iuſticiam, & æquitatem, vrgere atque proſequi debemus: vnde & ego nunquam iſtis clauſulis in libellis vti volui.

COM-

Commentarius XIX.

An & qualiter litis conteſtatio ac iuramentum calumniæ, requiratur in cauſis interdictorum.

Svmmaria.

1 *Litis conteſtatione etiam in cauſis interdictorum opus eſt.*

2 *Litis conteſtatio eſt actus ſubſtantialis & lapis angularis omnium iudiciorum:*

3 *Et proinde ſub ipſis interdictis expreſſa inſinuatur:*

4 *Non modo retinendæ, ſed omnibus tribus poſſeſſoriis, n.5.6.*

7 *Litis conteſtatio an requiratur in officio iudicis.*

8 *Vel Carboniana bon. poſſeſſione.*

9 *In cauſis ſummariis pro litis conteſtatione eſt primus partium actus, num.10.*

11 *Extraordinaria bonorum poſſeſſiones, ut certas qualitates ita & litis conteſtationem recipiunt.*

12 *In mandatis iudicialibus litem conteſtari nonnulli negant:*

13 *Quod libellos ſolennes non deſiderent:*

14 *Et ſummarie expediantur.*

15 *Litis conteſtatio an requiratur in mandata de relax. captiuo?*

16 *Vel de reſtitut. pignoratis & relaxandis arreſtis?*

17 *Vel momentanea aut litigioſæ poſſeſſ.*

18 *Item cauſis inhibitionum & attentatorum? n.19.20.*

21 *Mandata plerunque in abſentes decernuntur quorum litis conteſtatio non audita.*

Mandatis cum litis conteſtatione nulla videtur eſſe conſortio.

22 *Sed contrarium verius, eademque earum eſt ratio mandatorum quæ olim interdictorum:*

23 *Tempus redditi interdicti, & litis conteſtata quatenus ſumatur pro eodem?*

24 *Hodiernus interdictorum proceſſus longe iam expeditior quam fuit iure veteri.*

25 *Reus emiſſo mandato ſatis mature litem conteſtatur: & n.26.*

27 *In S. Imperiali Camera in cauſis mandatorum etiam ſummariis relax. captiuorum, arreſtorum, pignorat. executionis priuilegiorum, &c. n.28.29.30.*

13 Si

31 Si contra mandatum, vel releuans vel nulla aut inualida exceptio obiiciatur, id pro litis conteſtatione habetur.

32 Contraria ſuperius mota diſtinguendo conciliantur.

33 Inter ſummarium proceſſum & cauſas ſummarie tractandas diſtinguendum.

34 Summariæ quadam cauſæ ſunt & dicuntur, quæ miſſo ſtrepero proceſſus ſufflamine, ſubſtantialia ſaltem merita expendi deſiderant: & num. 35.

36 Quædam vero cauſæ ſummariæ, adeò per ſe ſunt expeditæ, vt nullam prorſus indaginem requirant:

37 Et exſecutionem recta mereantur: & n. 38. 39.

40 In exorbitantibus interdicti cauſis nihil curatur partis conteſtatio:

41 Interdicta reſpuunt litis conteſtationem in puncto paritionis, quoad punctum cauſæ principalis, vel citationis.

42 De Conſtit. litigioſa poſſeſſ. qualiter litis conteſtationem non deſideret?

43 Litis conteſtatio qualiter prohibeatur reſpectu attentatorum in conſtit. de an. 1570.

44 Litis conteſtatio, in cauſis mandatorum quantumuis alias ſummariorum ſæpe iniuncta: veluti in mandatis de reſtit & non offendendo.

45 Immiſſionis, item exſecutorialium & compulſorialium: & num. 46. 47.

48 Item in mandatis de relaxandis captiuis, vel detentis Legatis:

49 Et noui operis, ac demolitionis.

50 Item in mandatis de relax. arreſto: & aliis quantumuis ſummariis. num. 51.

52 Et in attentatorum ſpoliorumque cauſis.

53 An ſuper Conſtitut. pignorationis fiat litis conteſtatio? & num. 54. 55. 56.

57 Quatenus in puncto mandati & paritionis fiat litis conteſtatio? num. 58. 59.

60 Exceptiones etiam oppoſitæ requirunt litis conteſtationem vel quaſi, & num. 61.

62 Licet alii negent:

63 In exceptionibus nec quaſi contrahitur nec proinde lis conteſtatur reſpectu intentionis actoris & cauſæ principalis: n. 64. 65. 66.

67 Sed interim ipſa exceptio, ſi releuans ſit, quaſi litis conteſtationem requirit: num. 68.

69 Cui definitio competit, ei & definitum: n. 70. 71.

72 Litis conteſtatio proprie eſt cauſæ principalis, quaſi vero vel improprie & exceptionis n. 73. 74. 75.

76 Curioſa

76 *Curioſa & ſuperſtitioſa DD. litis conteſtatio nihil curanda: n.77.*
78 *Iuramentum calumniæ in omnibus præſertim pecuniariis cauſis requiritur:*
79 *Etiam ſummariis: & quatenus, n.80.*
81 *Iuramentum calumniæ in interdictis aut mandatis regulariter locum non habet.*
82 *Et ad ordinarias potius actiones pertinet:*
83 *Interdum quoque in interdictis, præſertim petitorij cauſam continentib. locus eſt iuramentis.*
84 *Iuramenta æſtimationis frequentia ſunt in cauſis interdictorum:*
85 *Iuramentum etiam calumniæ, vna cum litis conteſtatione impoſitum.*
86 *Iuramenta purgationis quatenus iniungantur in cauſis interdictorum & num.87.89.100.*
88 *Iuramentum recognitionis quando iniungatur?*
101 *Repetitio & accomodatio eorum quæ de litis conteſtatione & iuramentis dicta ſunt & quatenus neceſſaria ſint in expeditione interdicti n. 102. 103.104.*

LItis autem conteſtationem in cauſis † etiam Interdictorum & proinde 1
mandatorum quoque requiſitam fuiſſe ſemper, & adhuc requiri, non
tantum inde affirmatur, quod illa ſit actus ſubſtantialis omnium iudiciorum,
Item lapis † angularis, & fundamentum, quo deficiente, nihil poteſt ſuper 2
ædificari: *text. & Com. DD. in cap. 1. de lit. conteſt. Auth. offeratur, & tot. tit. C. de lit. conteſt. & c. 2. in 6 eod.* Specul. 2. *part. in princ.* Vant. *de nullit. ex defect. proceſ. num.* 28. Gail. 1. *obſ.* 75. *& vtrobique DD.* Sed quod etiam † in ipſis interdictis 3
ſpecialiſſime & expreſſe requiratur, *eſt text. §.4. in fin. ibi:* Nam vtriuſque interdicti poteſtas exæquata eſt, vti ille vincat, & in re ſoli, & in re mobili, qui
poſſeſſionem, nec vi, nec clam, nec precario ab aduerſario, litis conteſtatæ
tempore detinet, *Inſt. de Interd. & ibi Com. DD.* Vbi, licet de retinendæ, vti
poſſidetis, & vtrubi agatur: tamen † eandem in omnibus interdictis ratio- 4
nem eſſe, res ipſa docet; & eſt communis omnium ſententia: Iaſon. *ad l. naturaliter § nihil commune num. 165. & ibid.* Alex. *num. 96.* Rip. *n. 182.* Zaſ. *n. 68. de acq. poſſeſ.* vbi notandum eſſe dicit, quod in omnibus tribus poſſeſſorijs lis
ſit conteſtanda. In retinendæ: eſt † text. *d. §.4. Inſt.* in poſſeſſorio recuperan- 5
dæ, *eſt gloſ. in l fin. C. ſi per vim vel al. mod.* in adipiſcendæ eſt *l. fin. in fin. cum gloſ. ff. Quod legat.* & alii DD. *d. §. nihil commune,* Claud. Marin. *num. 58.* Socin. iun. *num. 373.* quod tamen hic in tribus, ille vero in duobus caſibus fallere dicunt,
vti & Villalob. *in Com. opin. lit. l. concl. 124. text. c. 2. & ibi DD. Vt lit. non conteſt.* Vant. *de nullit. ex defect. Proceſſ. ſub num. 29.* dicens poſt alios, quod litis conteſtatio etiã requiratur & procedat in iudiciis poſſeſſoriis: late etiam Marian.

Socin. *d. c. frequenter, Vt lit. non conteſt.* vbi enumerat Caſus 82. litis conteſtationem non requirentes: late etiam Panormitan. *cap. fin. eod. &c.* Aſinius in
6 prax. Florentin. §. 4. *cap.* 3. Vbi 80. caſus recenſet. At litis † quidem conteſtationem, abſolute, in quouis poſſeſſorio neceſſariam eſſe, ſcribit, Rebuff. *comment. Reg. Conſt* 3. *tit. de mat. poſſeſſ. art.* 4. *gloſ.* 1. Menoch. *recup. poſſeſ. rem.* 15. *quaſt.* 22. Contard. *l. vn. Limit.* 15. *num.* 18. *C. ſi de moment. poſſ.* poſt Barth.
7 Alexand. Rubeus & Rip. *d. §. nihil com.* Et quamuis litis conteſtationem † tunc neceſſariam non eſſe aiunt, cum per officium iudicis proceditur: *per ea*
8 *quæ* Menoch. *Retin. rem. fin. quaſt.* 6. *& Recup. rem fin. num.* 35. Item † in Carboniana bonorum poſſeſſione, propter fauorem ſcilicet pupilli, Contard. poſt alios, vt ſupra & in alijs Caſibus de quibus Socin. & Aſin. *d. locis.* Hiſce
9 tamen in caſibus, quatenus † ratione forſan ſcandali, ex mero iudicis officio veniunt expediendi, pro litis conteſtatione habetur primus ab aduerſo
10 actus: Contard. & Men. *vt ſup.* Sicut & alias † in cauſis ſummarijs, vbi & ſine libello & litis conteſtatione procedi poteſt, pro litis conteſtatione habetur primus quilibet actus: Felin. *cap. inſinuante ſub fin. de offic. & pot iud. deleg.* Ro-
11 land. à Val. *conſil.* 71. *nu.* 37. *lib.* 1. Et cum extraordinariæ † illæ bonorum poſſeſſiones non quibuſuis ſed certis perſonis cauſiſque reddantur: ſane in neceſſatijs qualitatibus, & ibi, lis, vel tacite, vel expreſſe conteſtatur.

Ex quibus apparet, litis conteſtationem in omnibus interdictis regu-
12 lariter requiri: An vero idem in cauſis quoque mandatorum obtineat † non abs re quæritur: cum ſint qui id per quam generaliter negent: ea moti ratione, quod libellus in ijs, etiamſi cum clauſula emanent, ex conſtitutionibus imperij non requiratur: Chriſtoph. Schuuanman. *in proceſſ. Cameral.*
13 1. *cap. quadrageſimo tertio. numero octauo & ſequentib.* Vbi autem libellus † non deſideratur, ibi litis conteſtationem quoque omitti poſſe, pro regula ab omnibus traditum eſſe, teſtatur And. Gail. 1. *obſ.* 76. *num.* 4. poſt Socin. Alex. Roland. Hippol. Guid. *vt ibi.*

14 Quemadmodum quoque in omnibus ſummarijs † cauſis (quales & mandatorum merito habeantur) litis conteſtationem non eſſe poſtulandam ipſe Pontifex reſcripſit: *per text. expreſ. in Clement. ſæpe de V. S. & ibi com. not.* Lancellot. *de Attentat. part.* 5. *capit. decimoquinto, numero vigeſimo primo*, quo
15 nomine † etiam omittitur neque poſtulatur in mandatis relaxandorum captiuorum, etiam cum clauſula emanantium: Gail. 1. *obſ.* 78. *num. quarto.* Item
16 in † cauſis pignorationum: And. Gail. *de pignorat. obſ. vigeſima prima, numero*
17 *primo, & ſeptimo.* Item in cauſis † momentaneæ vel litigioſæ poſſeſſionis, Gail. *lib.* 1. *obſ.* 6. *in princip. & num. tertio*, poſt Caſtrenſ. *in eleganti conſil. ſuo*
18 3. *per tot. volu.* 2. Item in cauſis † inhibitionum & attentatorum, vbi nouationes tolli aut reformari ipſo iure oportet, *per notiſ.* quemadmodum etiam in puncto inhibitionis, vbi pœnæ declaratio petitur, non debet indulgeri pro-

procuratoribus vt ſingulari † litis conteſtatione, aut proceſſu vtantur, ſed 19
potius aſtringi, vt officio ſolem iudicis implorato, attentata, aut nouationes
vel contrauentiones, articulatim, aut alias ſummarie proponant, & ita ſta-
tim probando vel concludendo procedant: *Conſtit. Imperii de anno* 1570. §.
in puncto attentatorum & not. ad ordin. part. 3. *tit.* 31. Manfred. *de Attent.* 2. *cap.*
5. Lancellot. *dict. cap.* 25. *numero* 20. Vbi † & in reuocationis attentatorum 20
iudicio, litis conteſtationem non requiri dicit.

Accedit, quod mandata, partibus, vel ſaltem reo abſentibus, plerum-
que decernantur, & ita † demum per nuncios executioni mandentur, prout 21
praxis quotidiana docet. Abſentibus vero partibus, litis conteſtatio non re-
cte procedit: vtpote, quod ſit quaſi mutua teſtatio quæ fieri debet per partes
ambas præſentes: Bald. *l.* 1. *C. de lit. Conteſt.* Marant. *part.* 6. *de lit. conteſt. n.* 7.
vnde ſequi videtur, quod litis conteſtationi, cum hodiernis vel interdictis vel
mandatis nulla ſit conſortio.

Verum hiſce non obſtantibus, eandem † adhuc hodie mandatorum 22
eſſe rationem, hac quoque in parte, quæ olim interdictorum fuit, ex iis, quæ
ſupra de libello diximus, facile apparet: Eſt quidem differentia accidentalis
in eo, quod antiquitus † interdicta plærumque partibus, ſi facilis earum co- 23
pia eſſet, præſentibus, iiſque ſummariiſſime auditis, & ſic lite iam qualiter-
cunque conteſtata, reddita fuerint: vnde & tempus redditi interdicti & litis
conteſtatæ pro eodem ſumitur, *d.* §. 4. *Inſtit. de interdict.* Sed in effectu &
† quoad merita, res eodem recidit, & quidem hodierno more longe prom- 24
ptius atque melius, quam antiquo iſto, ſi modo non tam tarda proceſſus eſ-
ſet expeditio.

Nam vt olim interdicto † nemo niſi auditus condemnabatur vel te- 25
nebatur, ita adhuc fit hodie: non quidem vt primo euocetur reus: ſed vt ipſo
interdicti monitorio (cauſa ſcilicet & narratis in ipſo iure manifeſtiſſime fun-
datis) recta ſub iuris & iuſticiæ regulas, prætoriamque poteſtatem, & magi-
ſtratus imperium conſtringatur & coarctetur: ita vt impune contra ius & de
facto euagari nequeat. Cui † rei, præter ipſum mandati tenorem iuriſque 26
diſciplinam, & citatio expreſſiſſima plærumque vel ſaltem tacita ineſt: Qua
reus ſimul euocatur, & ad iudicium venire, deque iure ſuo, ſi illi in contra-
rium confidat, docere & oſtendere, & ita ſatis mature litem conteſtari
compellitur. Et regulariter in cauſis mandatorum, quantumuis † ſum-
mariis, litis conteſtationem etiam in Camera Imperiali requiri, tanto mi- 27
nus eſt dubium, quod iuris hoc ſit regularis & communiſſimi: *per dict.* §. 4.
Inſt. de Interdict. & alia vt ſup. & per text. clariſ. *in l. digni appellatione,* §. *ſi quis
non poſſideat &* §. *idem ſcribit ff. ad Exhib.* Idemq; de cauſis ſummariis, & Ca-
mera Imperiali, teſtatur Gail. *de pign. d. obſ.* 21. *numero decimo. per d. l. digni. &*
ex Barth. *ad Conſt. reprimendum verb. ſummarie num.* 2. *& verb. figura num.* 10.

Digitized by Google

Socin. *c. quoniam freq. n. 26. vt lit. non conteſt.* enucleate etiam Gail. 1. *obſ.* 78.
28 *num.* 6. vbi obſeruandum ait, Quod licet † in mandato de relaxandis captiuis lis non ſemper conteſtatur; in aliis tamen mandatis cum clauſula, vel (quod ego recte addo) & ſine eadem emanantibus, vt puta, de reſtituendo, non turbando, de relaxandis pignoribus vel arreſtis, & ſimilibus, lis deſuper
29 conteſtetur: quod infinitis † exemplis & præiudicijs Cameralibus probari poſſet, niſi, quod ipſi ſententiarum cameralium tomi luculentiſſime loquantur, eſſet fruſtraneum & ſuperuacuum: veluti: in ſachen N. contra O. iſt erkant / das O. fürgewandter einred vnuerhindert / auff eingekommene petition oder libell in puncto mandati attentatorum &c. dem rechtlichen Krieg zubefeſtigen
30 ſchuldig rc. Ita litis † conteſtatio, de Stylo S. Imperialis Cameræ, in omnibus poſſeſſorijs, item cauſis quantumuis ſummariis, etiam executionis, priuilegiorum, collectarum & contributionum imperialium, item captiuorū relaxandorum, violati ſalui conductus, vectigalium, rationum reddendarum aut repetendarum, &c. ſæpiſſime iniuncta, adeo, vt pars moroſa, ſub pœna litis pro conteſtata habendæ &c. litem conteſtari iuſſa ſæpe in expenſis &
31 ſumptus condemnata legatur. Quod ipſum † quoque ipſa iuris ratio omnino exigit, vbi partis allegatione opus eſt: quæ ſi ad excipiendum vel defendendum minus idonea, vel nulla plane profertur, id loco conteſtationis habetur, & deciditur, quod iuris, vel interdicti aut mandati ratio expoſcit.

32 Neque obſtant ea, quæ paulo ante in contrarium militare † videbantur: Ea enim non contraria vel aduerſa, ſed ſaltem diuerſa ſunt, ſubdiſtinctionis fœdere concilianda. Etſi enim generaliſſimum, vti in alijs, ita etiam mandatorum ſeu interdictorum cauſis eſt, litem cōteſtari oportere: tamen in regulis quantumuis generaliſſimis exceptioni locum eſſe, vulgatiſſimum eſt: quod etiam in quæſtione præſente multis caſibus à DD. declaratur: de qui-
33 bus caſibus intelligenda eſt d. Clement. ſæpe, de V.S. Ita † vt neceſſario inter ſummarium Proceſſum, vel cauſas ſummarie tractandas diſtinguendum ſit, quod etiam ſup. ſub diuerſis Interdictorum cauſis & fontibus, tum ſub diuerſitate Mandatorum ſine clauſula non obſcure indicauimus. Sunt enim
34 & dicuntur quædam † cauſæ ſummariæ, eo ſaltem reſpectu: quod miſſa omni diſpendioſa litium prorogatione, vel ſubtili illa Proceſſus ordinarii obſeruatione, ipſa quæſtionis cum in poſſeſſorio, tum petitorio principalis merita & momenta ſubſtantialia & quaſi vt ita dicam viſcera, in ijs recta proponantur, diſcutiantur atque ventilentur, *per Clem. diſpendioſam, de iudic. & dict. Clem. ſæpe* §. Non ſic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes neceſ-
35 ſariæ & defenſiones legitimæ admittantur: *&* §. *ſeq. De verb. ſignif.* ac † eiuſmodi ſummarius Proceſſus in cauſis Interdictorum mandatorumq; generaliter, & ad minimum eſſet obſeruandus: Quædam vero cauſæ ſummariæ, ad-
36 eo ſunt planæ & expeditæ, vt etiam † nullam plane altiorem indaginem requirant:

Digitized by Google

quirant: Sed recta etiam, quoad merita facti vel iuris, ſine ſubſtantialibus alias
proceſſus vel iudiciorum requiſitis definiri & expediri poſſint: *per text d.Clem.*
ſæpe. Ita in notoriis & manifeſtis, vbi iudex recta iubendo, vel interdum etiam
† exequendo recte procedit, perperam ſæpe, & in caſſum conqueruntur par- 37
tes, de non adhibita litis conteſtatione, & cognitione ordinaria: ibi enim, ci-
tra vllam allegationis neceſſitatem, ipſa rei factique & iuris euidentia, non ſine
manifeſta ſæpe partis & cauſæ malitia, iniquitate, ac iniuſtitia, litem ſatis ſuper-
que conteſtatur. Ita ſi † fiant vel immineant tumultus, ſeditiones, ſcandala, 38
violentiæ, &c. ibi mandata de non offendendo, &c. decernuntur, nulla requi-
ſita litis conteſtatione. Idemque fit quotidie in cauſis appellationum † per 39
compulſoriales de edendo, &c. item Arreſtorum, pignorationum, momenta-
neæ poſſeſſionis, captiuorum nulliter & illegitime detentorum: reſpectu ſcili-
cet cauſæ principalis. Neque enim audietur reus, ſi in eiuſmodi † exorbitan- 40
tibus caſibus, ratione quorum, mandata vel interdicta plærumque emanant,
ad cauſam principalem prouocare velit, & in ea litem conteſtari: Quia ſcili-
cet, facti exorbitantia prius amputanda, & deinde legitime diſputandum.
Quo † nomine rectiſſime dicitur, in eiuſmodi cauſis, litis conteſtationē quoad 41
cauſam ſcilicet principalem, non requiri. At enim, nec & inde ſtatim ſequi-
tur, in eiuſmodi caſibus, ratione ſaltem facti, nullam propterea litis conteſta-
tionem eſſe vel requiri: quod male tam generaliter & confuſe negatur. Nam
quod in conſtitutione de † litigioſa poſſeſſione, nulla dicitur fieri litis conte- 42
ſtatio: Id ſingulare eſt: cum poſſeſſio, ob dubia partium iura ſequeſtratur: vbi
tamen facta inhibitione & ſequeſtratione, ad exhibitos poſtmodum articulos,
lis omnino conteſtatur: *part.2.ord.tit.21.*

Sic in † cauſis inhibitionum, & attentatorum, quoad proceſſum litis 43
conteſtationis, id ſaltem reformat d. conſtitutio de anno 1570. quod procu-
ratores, ſtrepetis & moratoriis illis ſpecialibus litis conteſtationibus abſtinere,
ſed recta implorato iudicis officio, contrauentiones & attentata, ſummarie ex-
hibita probare debeant, quod ſane inandita parte, ac citra litis aliquam conte-
ſtationem fieri non poteſt.

Et ne præiudicia inuide celare cenſeamur, aliqua illorum allegare non
pigebit: veluti † in cauſa mandati de reſtituendo & non offendendo Prioris 44
& Ordinis N. contra Comitem O. eſt decretum, quod O. exceptionibus non
attentis ad petitionem ſummariam 15. Iun. productam ad proximam litem
conteſtari tenentur, mit dem Anhang/quod alias pro conteſtata hiſmet acce-
ptata: ſaluis tamen rei exceptionibus poſtea proponendis: 21. Octob. 1574.
& 18. April. 1581.

Sic in † cauſa E. von F. contra L. N. quantumuis bannitum, erklerten 45
Echter/in puncto immiſſionis bonorum & mandari executorialis generalis,
tum in puncto editionis actorum, & priorum compulſorialium, contra con-

ſules, prætorem,& ſcabinos in T.ad petitiones ambas 4.Septemb. an. 42. iu-
dicialiter productas, lis in contumaciam pro conteſtata eſt recepta, actoris
procuratore ad vlteriora admiſſo 26.Ian.an.1543.

46 Ita † in puncto compulſorialium, admodum regio & exſecutiuo ad
productam petitionem, lis in contumaciam pro conteſtata angenommen: In
Sachen G. von D. wider K. von D. 27 Maij.an.1541.

47 Sic in † cauſa vertente inter Coſſ. & ſenatus ciuitatum D. & K. exce-
ptionibus declinatoriis non attentis, in vtroque tam mandati quam citatio-
nis ad videndum puncto ad productas petitiones litis conteſtatio eſt iniuncta
7. Feb. an. 1537. Et infinita ſunt præiudicia quibus in cauſis mandatorum et-
iam exſecutorialium litem conteſtari partes iuſſæ.

Quinimo in cauſa etiam Coſſ. & Senatus Ciuitatis T. contra Ducem O.
48 mandati † de relaxandis captiuis, vel detentis Legatis die verſtrickte Geſandten
belangendt/ euentualiter illata litis conteſtatio pro puta eſt acceptata, cum de-
creto quod actorum procurator intra terminum ordinis ad articulatas exce-
ptiones auff articuliert Einrede vnd Vrſachen 3. eiuſdem productas in iure re-
ſpondere teneretur 17.Martii an. 1563. & ſimilia alia.

49 Ita in † cauſa noui operis, quæ & ipſa ſummariiſſima, & prætoriæ tam
in Camera Imperiali, adhuc hodie, quam olim Romæ exſecutionis fuit, inter
Comites L. Y. & C. V. ad ſummariam petitionem 2. Maii 65. productam in-
iuncta eſt litis conteſtatio 22. Decemb. an. 1567. Quomodo etiam in cauſa de-
molitionis ex eodem prætoris edicto vel interdicto alibi ſimilis litis conte-
ſtatio decreta eſt.

50 Sic in cauſa T. cont. V. mandati de † relaxando arreſto ad petitionem
ſummariam 12. Septemb. an. 67. illatam, ex officio, von Ampts wegen/ impoſi-
ta eſt litis conteſtatio ſub pœna alias pro conteſtata habendæ 9. Martii, anno
1573. Quomodo & alibi in cauſa mandati de relaxando arreſto lis pro conte-
ſtata recepta legitur de 7. Martii, 67.

51 Denique in † omnibus quantumuis ſummariis ſeu prætoriæ exſecutio-
nis cauſis, vbi aliqua partis allegatione, ad faciendam iuſtitiam omnemque
vel minimam iniuſtitiam excludendam opus, viſum fuit, litis conteſtatio non
eſt inſuper habita.

52 Quo † eodem reſpectu frequentiſſima ſunt præiudicia quibus in cauſis
attentatorum, item ſpoliorum, &c. litis conteſtatio eſt iniuncta, &c.

53 Vnde non † conſtat, quod Andr. Gail. lib. 1. d. obſ. 21. n. 10. & poſt eum
alii dicunt, in mandatis ſuper Conſtitut. pignorationis redditis, ne in puncto
quidem citationis, litem conteſtari: Cum tamen, in vtroque tam mandati
ſeu paritionis, quam cauſalium ſeu citationis puncto, res longe ſequius ſe ha-
bere videatur,

Quod

Digitized by Google

Quod ſcilicet in puncto mandati reus reſtituere non † teneatur, niſi ratione facti, litem, ad minimum, tacite conteſtetur: Et in puncto citationis ipſe quaſi actor conſtituatur, & productis cauſalibus, parti aduerſæ, niſi cauſalibus recti ſuccumbere, palmamque dare velit, neceſſitatem iniungat in ipſo petitorio & plenario poſſeſſorio litem conteſtandi, ac reſpondendi, tum eliſiuis & peremptorialibus confligendi: quod ex praxi luculentiſſimum, vt mirum fuerit, ſi ſuper conſtitutione pignorationis, in puncto citationis, litem conteſtari, pertinacius quis negare ſatagat. 54

Quomodo † & D. Gail. dupliciter excuſari poteſt: quod ſcilicet in puncto mandati, reſpectu cauſæ principalis, in puncto vero cauſalium, reſpectu examinis ad perpetuam rei memoriam (quod ſæpe ad citationis punctum fruſtra peti ſolebat,) litis conteſtationem non requiri ſentiat. 55

Cum enim pignorator, in puncto † mandati reus, in puncto citationis & cauſalium actor conſtituatur, ſine vllo extraordinarii examinis ſubſidio, cauſales inferre, eorumque probationem, non expectata eatenus vlla litis conteſtatione, maturare integrum illi eſt, omnibuſque modis permiſſum. 56

Etſi vero † in punctis mandati, lis non conteſtari rectiſſime dicitur quoad punctum cauſæ principalis, vtpote qui à puncto facti exorbitantis longiſſime eſt remotus ac diuerſus: Tamen in his ipſis etiam exorbitantis facti punctis nunquam fere non lis quoque conteſtatur: præcipue quando reus narrata ſupplicationis & mandati aut expreſſe aut tacite vel oblique confitetur, ex viſceribus forſan cauſæ principalis rem palliando: vel puriſſime negat: 57

Sic enim vtroque caſu & modo in ipſa etiam interdicti quæſtione litem conteſtatur.

Et probatur hæc noſtra concluſio, quod in cauſis etiam mandati der † Pfandung / de pignorationibus reformandis, actor vel implorans exceptionibus in puncto mandati vel paritionis faciendo oppoſitis, ſi pertinentes ſint aut releuantes, reſpondere prius, quam reus cauſales inferre teneatur. 58

Quod etiam † decerni ſolet, ſi reus exceptiones ſuas, contra negationem eleuationemue, aut captatoriam ſubmiſſionem actoris probare offerat: veluti: In cauſa E.K. à B. contra Marchionem O. & conſortes decretum: quod rei procurator cauſales producere necdum teneatur: ſed oppoſitas exceptiones, ſaluo iure impertinentium & non admittendorum intra 4. menſes probare admiſſus ſit, &c. 59

Quinimo

60 Quinimo,eiuſdem † conſequentiæ & rationis ductu in omnibus & qualibuſcunque legitimis tam facti, quam iuris exceptionibus, ſingulari quadam litis conteſtatione opus eſt,ſine qua negotium expediri nequeat: per ratioñ, quod reus ad cauſam euocatus reſpondere cogatur, & excipiendo partibus actoris fungatur, & proinde † intentionem exceptionis probare teneatur: l. Ei incumbit, l. in exceptionibus, ff. de probat. in quo mutua petitoris vel actoris conteſtatione, vel quod idem eſt propria & pertinente reſponſione, ei ſubueniendum: per ea quæ de except.& replic.in iure com. & apud DD.

62 Et quod etiam † in exceptionibus, præſertim per modum contradictionis præſcribendo oppoſitis, lis conteſtanda veniat: vel ſolus Quintilian. nos docet, *lib. 7. Inſtitution. cap. 5.* Cum ex præſcriptione lis pendet,de ipſa re quæri non eſt neceſſe: ait: Ignominioſo patri filius præſcribit,de eo ſolo iudicatio eſt. Accedit *gloſſ. magna c. 1. de lit. conteſt. in 6. & in c. interpoſita, §. fin. de appell. item gloſſ. &* Hoſtienſ. *c. prudentiam, §. ſexta: de offic. iud. deleg.* Angel. Natta, Lanfranc. vt apud Cæſ. Contard. *ad l. diffamari in ampliat. n.* 188.

63 Et quamuis † nonnulli contrariam opinionem teneant, litem ſcilicet in exceptionibus non conteſtari, etiamſi, quod Hoſtienſ. diſtinctionis loco afferebat, hoc ab excipiente petatur, Panorm.& Imol. *d. c. interpoſita & in c. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt. & ibid.* Butrio,& late Marian. *fallent. 68. &* Panorm, *d. c. prudentiam d. §. ſexta, de offic. iud. deleg. & ibid. præciſe admodum* Felin. *nu.* 15. poſt eoſdem, & Bald. *ibid. &* Specul. *de lit. conteſt. §. pen. in princ.* quibus addi poteſt & Bald. *in Auth. Sed etſi quis. C. de teſtib. & l. 2. C. de ord. cognit.* vbi dicit,
64 quod in † exceptionibus nec quaſi contrahatur, nec propterea lis quaſi conteſtetur, quia ſcilicet excipiendo nemo obligatur: Attamen, omnes illi DD.
65 loquuntur, & intelligi ſaltem poſſunt, reſpectu cauſæ † principalis: in qua reus, excipiendo, ne quaſi quidem contrahere, multo minus litem affirmatiue conteſtari recte dicitur. Quo nomine hanc Negatiuam ex argumento abſur-
66 di ſtabilire conantur; quia † ſcilicet, ſi ſuper exceptionibus lis conteſtaretur, deberet etiam ſuper illis ferri definitiua: Et ita in eadem cauſa ferrentur multæ definitiuæ, vti Bald. Et poſt eum Felin. ponderat. *d. § ſexta,* Sed vt propterea eadem quoque ſit ratio, quo ad ipſum exceptionis negotium, id neutiquam ſequitur; hoc enim foret contra *d. l. in exceptionibus, & omnia iura*; Reus enim,
67 excipiendo, neque † proprie nec quaſi contrahit reſpectu obligationis cauſæ principalis: vtpote quæ pendẽte exceptione ſuſpẽditur: *per text. d. l. non vtiq;*: tamen quaſi contrahit, litemque proinde conteſtari facit reſpectu liberatio-
68 nis, vel cuius alterius intentionis. Quo caſu exceptionem, † mediante reſponſione, vel actor, niſi concedat, negare aut elidere, vel reus probare tenetur: quorum nullum ſine aliqua tacita vel quaſi litis conteſtatione perfici poteſt.

Adeo litis conteſtatio, omnis cuiuſcunque litigii vel principalis vel incidentis

cidentis decidendi & definiendi fundamentum atque medium vnicum eſt.
Et hanc ſententiam † veriſſimam vlterius probo, *per l.rem non nouam 12.§.pa-* 69
troni: ibi: cum lis fuerit conteſtata per narrationem propoſitam & contradi-
ctionem obiectam, *C.de iudic.& c.vn.ext.de lit.conteſt.*

Vnde ita arguere licet: cuicunque definitio recte accommodatur, ei-
dem, † & definitum: Sed exceptionum quæſtionibus recte accommoda- 70
tur definitio litis conteſtationis, quod ſcilicet non poſſint expediri, niſi per
narrationem propoſitam & reſponſionem vel contradictionem obiectam:
Ergo & definitum litis ſcilicet conteſtatio Exceptionibus rectiſſime accom-
modatur. Eademque aſſumptio † fieri poteſt, *ex l.vn.C.de lit.Conteſt.* Sicut 71
enim in cauſæ principalis, ita etiam in Exceptionis negotio, ad factam narra-
tionem iudex cauſam audire ſolet; Ergo vtrobique & tam hic quam ibi lis
conteſtari cenſetur: Sed quia hæc iura, de litis conteſtatione in cauſa † vel 72
negotio principali, præcipue & principaliter, & ob id proprie loquuntur:
quemadmodum & litis conteſtatio κατ' ἐξοχὴν de cauſis principalibus ſem-
per & in dubio intelligitur: Ideo hanc quaſi vel † incidentem litis conteſta- 73
tionem vocare poſſumus, quæ in exceptionibus & aliis incidentibus quæſtio-
nibus fieri ſolet.

Et iſtæ, quæ huic ſententiæ contrariari videntur tricæ, ex ſuperſtitioſa
iſta litis † conteſtatione eiuſque definitione, ſuper qua DD. altercantur, pro- 74
fectæ ſunt: quæ nunc prorſus ſublatæ: Quod ſcilicet non tantum ex publica
Imperii ordinatione, ſed omnium paſſim iudiciorum obſeruatione, ex vera
legum iuriſque ciuilis & ſententia & obſeruantia, ex ſola † narratorum vel af- 75
firmatione vel negatione, & petitione abſolutionis, quinimo per ſolam re-
ſponſionem, qua narrata vel pure vel mediantibus exceptionibus negentur
vel affirmentur, litis conteſtatio inducatur: *tot.tit.C.de lit.conteſt.& ext.eod.& c.*
part.3.ord.tit.13.§.4.& tit.32.§.5. Marant. *part.6.d.tit.* Gail.1.*obſ.73.* Ex qui-
bus † apparet, quomodo & qua ratione in cauſis ſummariis litis conteſtatio- 76
nem omitti poſſe dicatur *d.Clem.ſæpe*: quod ſcilicet hoc intelligatur de ſolen-
ni ſaltem & ſuperſtitioſa illa ac ſtrepera vel perplexa litis conteſtatione, in or-
dinariis fori & actionum clamoribus, erronee recepta: & non de illa, † quæ 77
tacite vel expreſſe, ex ipſis cauſæ meritis partiumque allegationibus neceſſario
æſtimatur.

Et ex iiſdem etiam percipere eſt, quando & quatenus in cauſis interdi-
ctorum, iuramentum calumniæ recte exigatur. Etſi enim, † regulariter, illud, 78
in omnibus indiſtincte cauſis præſertim pecuniariis aut ciuilibus, præſtandum
eſſe dicitur, ſi exigatur: *per text.l.1.in pr.& l.2.in fin.vbi gloſſ.verb.in omnibus,C.de*
iuram.ob calum.

Adeo vt & in ſummariis † & extraordinariis vbi litis conteſtatione o- 79
pus non eſt, ſine vitio nullitatis, non poſſit omitti: Alberic. *ibid.nu.3.* Bald. *n.7.*

Digitized by Google

Barth.*n.*13. Vant.*de Nullit.ſent.ex defect.proceſſ.n.*29. Anton.Del Re *de iuram.calum.cap.*19. *a prin.vſque ad num.* 7.

80 Tamen hoc eatenus ſaltem † obtinet, ſi iudicem plena veritatis deficiat inſtructio: & ad iuramentum hoc confugere iubeat probationis neceſſitas: *per text.expreſſ d.l.*1.*in pr.C.de iuram.propt.calum.dando.* Quia igitur interdicta † in cauſis & caſibus fundantur, ipſo iure receptis ac probatis: Idcirco vbi facti interdicto comprehenſi euidentia, ſemetipſam arguit, neque probandi neceſſitatem iniungit, ibi ſane iuramentum calumniæ, vel & veritatis, dandorum, aut reſpondendorum, non temere eſt deferendum.

82 Præſertim quod † eiuſmodi, ad ordinarias potius actiones, earumque probationes, & non ad interdictorios regio more vel officio exſequendos

83 proceſſus pertineant. Quamuis, in altero interdictorum † puncto, nimirum petitorio, vel & in mixtis eorundem cauſis, veluti ſolutionum ex inſtrumentis, &c. quinimo in ipſo interdictoriæ exſecutionis puncto, veluti, ſi ſpoliator vel turbator, in termino paritionis, deſignationem ablatorum pernegeт, & in contrarium ſtet præſumptio, vel vrgens actoris intentio, euenire poſſit, vt ad ſacramenti religionem rectiſſime & neceſſario deueniatur: *per text.expreſſ.l.ſi quando.vl i Plot.C Vnd.vi.*

84 Quo pertinent † præiudicia quibus in cauſis ſpoliorum, inuaſionum, pignorationum, arreſtorum. &c. in puncto etiam mandati vel paritionis iuramenta æſtimationis deferuntur: veluti, in cauſa V. actoris cont. H. & conſortes reos, noui mandati, die ſiben abg pfendte Kühe in dem Forſt L. betreffende/ ſeptem vaccas in foreſta vel ſylua L. pignoratas quod attinet, iſt in puncto paritionis der Beſcheidt: Schwere/ hoc eſt, ſi iurauerit D. V. (actoris procurator) vigore ſpecialis mandati, in principalium ſuorum animas, Einen Eyd zu Gott vnd auff das heillige Euangelium/ quod pignoratarum vaccarum quælibet 10. florenis, ſupra & non infra valuerit, tum quod annuatim tres florenis Rhenenſibus ſuis ex bonis, quam d. ſingularum vaccarum vſufructu caruiſſe maluerint: Quod ſit, rei conuenti, d. actoribus, d. ſummas, intra 3. menſes qui illis pro omni termino & pignoratione hiſce præſcripti, realiter præſtare, ac reſcindere teneantur: cum hac appendice: quod, ſi non fecerint, nunc prout tunc, & tunc prout nunc in pœnam mandato nominatam hiſce meri declarati eſſe, ſed & expenſas actoribus cauſatas ſua moderatione exſoluere teneantur debeant: 4 Septembr. anno 1587. Cuiuſmodi præiudiciorum multa ita poſſent adduci.

85 Quin vna † cum litis conteſtatione iuramentum etiam calumniæ, quod vtrinque delatum eſſet, iniunctum: veluti in cauſa O. appellantis cont. D. O. appellatam eſt cauſa principalis, deſtinatoriis non attentis in Cæſar. hoc camerali iudicio recepta: vnd der Beſcheidt: quod partes in ea vlterius progredi, tum d. appellata in puncto attentatorum, auff fürbrachte Attentatenklag/

klag beſchehener Einrede vnuerhindert/litem conteſtari, tum vtræque partes oblatum calumniæ iuramentum præſtare, ceteraque quæ oportet, peragere teneantur, 1. April. an. 1555.

Quomodo † vero & alias in puncto mandati vel paritionis iuramentis 86
locus ſit, arguunt præiudicia quæ ſequuntur Cameralia: veluti in cauſa mandati pro editione documentorum: Iſt erkant: wellen B. klager ſelbſt/oder durch jhren vollmächtigen Anwaldt ſchweren einen Eyd zu Gott daß ſie der Regiſter/Quitanzien/Brieff vnd Vrkunde/in den Articuln oder Bitte angezogen nicht mehr in jhrer/oder jhrer Amptleute Verwahrung vnd Beſelch/noch ſonſten bey jemand anders wiſſen/daß ſie auch vber möglichen Fleiß vmb Erfahrung derſelben nicht mehr funden haben/wie in jhrem Schreiben Meldung geſchicht/daß ſol gehört werden.

Qualiter † & alibi iudices à quibus in puncto editionis quæ per viam 87
mandati & compulſorialium prætorie iniungitur integritatem fidemque editionis iureiurando aſſerere coacti: alibi etiam, ſi negligentia & amiſſio documentorum vel actorum doceretur, mulctati.

Sic in cauſa Coſſ. & Senatus T. ab vna & G. altera partibus decretum,
quod G ſub iuramento † calumniæ, productum ſigillum, autographum, & 88
ſignetum Notarii prout iuris recognoſcere debeat. Iſt erkant/D. G. bey ſeinem Eyd ohn alle Gefehrde vnd arge Liſt zu vermelden antworten ſoll/ober das Sigel/auch Handſchrifft vnd Signet deß Notarien in dem eingelegten Inſtrument verzeichnet/wie ſich zu Recht gebühret erkenne oder nicht: Et ſiue faciat ſiue non, fiet quod iuris,

Ita ſi † executorialibus pœnalibus intra terminum non pareatur, & 89
reus de tardiore inſinuatione excipiat: ita ſententiatũ legitur: ſi iurauerit N. ſe latam ſententiam ſerius reſciuiſſe, quam vt executorialibus, intra terminum præfixum parere potuerit, neque dolo circa hæc feciſſe, fiat quod iuris.

Ita † in cauſis ſpolii & inuaſionum ignorantiam allegantes omnemque 100
participationem vel ratificationem negantes, iuramento purgationis demum abſolutos legimus.

Ceterum, ad † ea, quæ de litis conteſtatione, in interdictis vel manda- 101
tis iudicialibus, recepta, ex Imperialis Cameræ præiudiciis attulimus, illud monendum ducimus: quod iſtorum præiudiciorum pleraque, iſtis caſibus reddita, quibus actores, in cauſis etiam poſſeſſoriis, vel alias interdictoriis, per viam potius citationis & libelli, quam veri interdicti aut prætorii mandati egerunt.

Qualiter in cauſis † ſpoliorum, inuaſionum, attentatorum, turbatæ poſ- 102
ſeſſionis, priuilegiorum, ſalui conductus, collectarum & contributionũ, tum

Digitized by Google

omnibus adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ remediis, nihil olim vſitatius fuit, quam vt, indiſtincte, tam interdictorum propriis, quam aliis ordinariarum actionum in cauſis, ordinaria via ageretur. Et ita quidem, vt, licet,
103 mandatum † primitus, vel interdictum rectiſſime redditum fuerit; in termino tamen reproductionis, præſertim ſi cum clauſula iuſtificatoria emanaſſet vrgendæ paritionis loco, libellus aliquis vel ſummarius, vel ſæpe etiam articulatus fuerit exhibitus: quaſi mandatum, (vti quoque paſſim DD. putarunt) meræ & nudæ citationis vim obtineret.

Vnde iſthæc præiudicia: In cauſa N.D. cont. E. Epiſcopum L. & conſortes *iſt erkant*: quod A. W. (reorum procurator) prætextis tationibus n hil obſtantibus, ad libellos in puncto mandati, 7. Ian. tum attentatorum, 18. eiuſdem productos, litem, vti, oportet, conteſtari teneatur: 14. Aug. 1549. Vti & eadem iuridica, in cauſa emanati mandati, & allegati pacifragii, Decani & Capituli G. cont. Coſſ. & Senatum P. ad exhibitas petitiones, ſaluis tamen exceptionibus, ſeu defenſionalibus poſtea proponendis, Conteſtatio litis impoſita.

104 Cum & † præiudicia non deſint, quibus poſt reproductionem mandati, & rei comparitionem libellare negligentibus vel nolentibus, illud iniunctum: veluti; In cauſa N.D. cont. C. ab V. *iſt erkant*: Siquidem in puncto mandati, reus, ad emiſſos proceſſus, reique comparitionem formiter aget, tunc reus in vtroque puncto litem conteſtari tenebitur, 11. Decembr. anno 1551.

105 Quorum † conſideratione, Andr. Gail. *d. obſ.* 78. *lib.* 1. mandatorum de relaxandis captiuis proceſſum, litis conteſtationem ob moræ periculum rarius admittentem, aliis mandatorum cauſis de reſtituendo, non turbando, de relaxando atteſto, & ſimilibus opponit, quod in his legitimus proceſſus obſeruetur, libellus exhibeatur, lis deſuper conteſtetur, & in cauſa demum concludatur, *d. obſ. n.* 6.

106 Iam vero † cum ex receſſu deputationis Wormatienſis de ann. 1586. & Conſtitut. Imp. de an. 94. iſthæc libellandi neceſſitas, in cauſis etiam man-
107 datorum cum clauſula ſit prorſus ſublata: & merito: prout, † iuxta illud propheticum, dies diem docet, & nox nocti addit ſcientiam: vel iuxta illud IC. paulatim increſcunt iuris ſententiæ.

108 Quomodo etiam mandata cum clauſula, † ad eoſdem interdictorum ſeu puriſſimorum ſine clauſula mandatorum fontes cauſaſque nonnihil arctius aſtrictæ: ita, vt parum nunc differant, niſi quod clauſulata nonnihil magis dubii circa factum arguant, quo ſublato puriſſima habentur.

109 Hinc quod litis conteſtationem, in ipſis etiam † interdictis, ſeu mandatis, cum vel ſine clauſula emanantibus requiri diximus, non de ſtrepera illa & ampul-

Digitized by Google

ampulloſa longeque petita (quod & ſupra monuimus) cauſidicorum litis conteſtatione intelligendum eſt, quæ præuia fiet citatione, libellorumque inducijs, vel cum iudicis etiam interminatione: ſed tali ſaltem, qua ad redditum emiſſumque monitorium vel interdictum, narrata eius aut tacite vel expreſſe, aut etiã ex prætoce aliquo petitorij capite factum palliando, obl que, aut per legitimas & pertinentes ſub & obreptionis exceptiones lis interdicti de iure tam veteri quam paſſim hodierno conteſtari ſolet: Itaque fieri æquiſ- 110 ſimum † eſt, ne quis indebite regio prætoris imperio vllatenus lædatur: *per ea quæ paßim cum ſup. tum in ſequentib. inculcata, & dicentur.*

Vnde facillimum quoque percipere eſt, quod & quomodo iuramenti calumniæ, in † mandatis vel interdictis rarior ſit vſus; quamuis caſus oboriri 111 poſſint, quibus illud, pro re nata, veluti in cauſis interdictorijs, de edendo, de exhibendo, de recognoſcendo, de ſoluendo &c. in punctis præcipue exceptionum locus eſſe queat, vel & neceſſario dandus ſit.

Quia † vero in libellorum litiſque conteſtationis campo, cumulatio- 112 nibus & concurſu actionum non raro ludi ſolet, tam interdictis, quam alijs ordinarijs petitionibus: vbi illic, ob diuerſitatem ſed & concurrentiam poſſeſſorij & petitorij difficiles moueri ſolent quæſtiones: idcirco non dedecebit, ſi explicationi earum ſequentem homiliam tribuamus.

Commentarivs XX.

De concurſu Interdictorum tum petitorii & poſſeſſorii, & primo ratione cumulationis, ad l. incerti C. de interdict. &c.

Svmmaria.

1 *Concurſus petitorij & poſſeſſorij frequens eſt, etiam quoad interdicta.*

2 *Concurſus petitorij & poſſeſſorij fit quinque modis: quorum alter in poſſeſſorij & petitorij tantum, reliqui praterea in ſolis etiam poſſeſſorijs locum habent. n. 3.*

4 *Cumulationem petitorij & poſſeſſorij alij indiſtincte concedunt:*

5 *Alij contra praſertim quoad interdicta retinenda: & res corporales num. 6.* 8. 10.

7 *Poſſeſſorium regulariter ante petitorium expediendum.*

9 *Poſſeſſorio retinenda agens poſſeſſionem ſe habere, qui autem petitoria rei vindicatione experitur, alium poſſidere intendit.*

1.*obſ.63.n.2.& 10.vbi* DD. Borchold. *de poſſeſ.c.8.n.53.& ſeq.* Cuiac.2.*obſ.53.*
Weſenbec.*conſ.7.num.2.* Alij † vero, non attenta, *d.l.naturaliter* quæ Vl-
5 piani eſt, quoad Interdicta ac poſſeſſoria retinendæ contrarium plane aſtru-
unt: ex eod. Vlpian. *l.1.§.6.* Interdictum autem poſſeſſorem prædij tuetur,
quod eſt vti poſſidetis: actio enim nunquam vltro poſſeſſori datur, quippe
ſufficit ei quod poſſideat, *ff. vti poſſid.* Late Menoch. *retinend.rem.3.q.66.* vbi
poſt Barth. Alex. & alios, *ad d.l.naturaliter*, item poſt Afflict. &c. Commu-
nem & pene tranſlatitiam DD. ſententiam recenſet ac defendit: quod poſ-
6 ſeſſorium † retinendæ, cum petitorio cumulati, vel ſuper vtraque procedi, &
ſimul ſententiari nequeat: præſertim vero in corporalibus: quod cum DD.
ibid. relatis latiſſime extendit & declarat, per caſus ſeptem: & probat ac ſequi-
tur Contard, *d.limit.2.§.fin.9.num.19.* poſt Barth. *d.§.nihil com.* quem ibi
omnes ſequi ait, & poſt Abbat. ac alios *in cap.paſtoralis, de cauſ.poſſeſ.* Corn.
l.edita num.42.C.de edend. Aug. Bero. *lib.8.conſ.48.conſ.51.q.71.& conſ.110.*
num.9. late etiam, & more ſuo docte Hotoman. *illuſt.quæſt.31.per tot.* omnes
per l.ordinarii C. de rei vind. l.incerti, vbi Com. DD. de interdict. l.exitus ff. de acq.
7 *poſ.d.l.1.§.interdict.6.c.2.& 3.de cauſ.poſ.& prop.* quibus, † tum alijs permul-
ris iuribus, vt & *l.ſi de vi 37.ff. de Iudic*, cauetur quod poſſeſſorium ante peti-
torium ſit proponendum & finiendum; deinde omnes, per rationem indiſ-
8 ſolubilis perplexitatis & repugnantiæ, † quam tantam eſſe aiunt, vt ne per
clauſulam quidem ſalutarem admitti vel ſaluari talis libellus & cumulario
quea . Nam qui poſſeſſorio iudicio experitur, affirmat ſe poſſidere, *l.1.§.eſt*
igitur ff. vti poſ.& late ibid. Menoch. *quæſt.65.* qui autem rei vindicatione vel
9 petitorio † agit, non ſe, ſed aduerſarium poſſidere vel rem habere ſibique cũ
dominio reſtituendam eſſe intendit: *per tex.l.9.* officium iudicis in hac actio-
ne eſt, vt inſpiciat, an reus poſſideat, *l.ſi vero 12.cum multis ſeq.l.is qui deſtinauit*
24.& duab.ſeq.l.36. qui petitorio iudicio vtitur, ne fruſtra experiatur, requi-
rere debet, an is, cum quo inſtituat actionem, poſſeſſor ſit, vel dolo deſierit
poſſidere *ff. de rei vind. l.aduerſus 4.& l.ſeq.d.l.ordinarij L.rerum l.res alienas*
10 *poſſides.C.eod.& tot.tit ff.& C.de hered.petit.l.1.C.vbi in rem act.* ita vt duplici †
ratione, iſta cumulatio non procedat: ratione ſcilicet ordinis, quo poſſeſſo-
rium ante per totium & conſtituendum & expediendum eſt: & ratione con-
trarietaris, quam proponens non eſt audiendus; *l.ſi procuratorio §.ſed alius ff.*
Quand. appel.l.1.C.de furt.c.ſollicitudinem, de appel. text.& caſus expreſſ. in c.ex-
aminata 15.de iudic. quem ad hoc ſingulariter allegat poſt alios Panormit. *d.c.*
paſtoralis num.17.

11 At vero vt hanc † quoque quæſtionem aliorum quam plurimis exten-
ſionibus & limitationibus non illuminatam, ſed admodum intricatam, recte
& breuiſſime explicemus: duos caſus ponemus: vnum quo actor petitoriam
12 cumulatuſus, poſſeſſor non eſt, alterum quo eſt: primo † caſu procedit &
ompino

omnino valet d. ſententia. Altero vero caſu non procedit, ſed cumulatio ad-
mittitur: ſic enim vtraq; iſta tam repugnantiæ & contrarietatis quam ordinis,
ratio ceſſat; quod antequam exemplis illuſtremus, falſum eſſe † generale il- 13
lud ſuperioris ſententiæ præſuppoſitum, ſciendum eſt, quaſi rei vindicatio, &
quod omnium abſurdiſſimũ eſt, omne petitorium, ſemper & neceſſario con-
ſtituat vel requirat aduerſarium eſſe poſſeſſorem: Cum tamen, & poſſeſſor † 14
idem, & petitor eſſe & proinde tam poſſeſſorio quã petitorio experiri queat:
idq; vel cum beneficio ordinis, *d. l. ordinarii, d. l. incerti &c.* vel ſine eod. cum
enim poſſeſſionẽ iam habeat, dictæ *l. Is qui deſtinauit* regula vel cautela tan-
to minus opus habet, quanto magis ſua intereſſe putat, integerrimam, iuris ſui
integerrimi cauſam, non in poſſeſſorio † tantum, ſed etiam petitorio ſimul, 15
vnaque vice proponi, ad præſcindendas omnes aduerſariorum machinatio-
nes, quibus forte & ſe iam poſſeſſorem, vel etiam ſuos poſtmodum heredes,
quibus pacatam hereditatem relinquere cupit, fatigare inſtituunt. Et cum il-
lud ordinis † beneficium, non tam reo, quam ipſi actori proditum ſit, in illius 16
etiam poteſtate eſt eidem renunciare: *per text. expreſ. d. c. 2. c. 3. & c. 4. de cauſ.
poſſeſ. & prop.* vbi & contraria illorum † ratio, recta confutatur: qua dicunt, 17
cumulato ita poſſeſſorio, ac petitorio, illud ab hoc ita abſorberi, vt ſuper poſ-
ſeſſorio vanum atq; friuolum ſit procedere: Etſi enim hoc eo caſu obtinere &
valere poteſt, cum cauſa petitorij recta vel ſimul, cum ipſo poſſeſſorio liquida
& probata eſt: *d. c. 3. c. 4.* Tamen & † hic, non modo vtriuſque cauſæ ordo, ſed 18
etiam actoris intentio & petitio conſideranda: An videlicet poſſeſſorij cauſa,
ante petitorij, altiorem forte indaginẽ requirentis, liquida & probata fiat: ſic
enim prius ſuper illa, & poſtmodum de iſta, vel vtraque ſimul, ſi æque clara &
liquida vtraq; ſit, & æquis paſſibus expediri queat, pronunciari debet: *per ead.*

Caſus autem huius Cumulationis noſtræ, ex tit. C. De rei vind. quam
plurimos licebit depromere: Ita, † ſeruus alienus, quem bona fide poſſideo, 19
operis ſuis, dominium mihi acquiſiuit, quod tu vna cum ipſo ſeruo, ad te per-
tinere iactitas, negotiumq; hoc nomine mihi faceſſis: hic ego tam poſſeſſorio
quam petitorio contra te experiri poſſum: illo quidem, vt ante omnia, ab ipſis
turbationibus deſiſtas: hoc, vt tutam dominij cauſam mihi conſtituam: *ex l.
1. d. tit.* Sic ædificio † meo, quod vna cum ſolo ipſo poſſideo, tu tigna trabeſq; 20
vel cœnaculum, me quidem acquieſcente imponis, ſed quæ poſtea me inuito
demere & diruere inſiſtis, non ſine mea moleſtia: anne hic cumulationi erit
locus? Et ſane erit: *ex l. ead.* Sic mater tua vel maritus, fundum † tuum, in- 21
uito vel ignorante te, vendidit, data etiam emptori facultate, eum propria
autoritate occupandi: emptore vero ingrediente, & tanquam re ſua vti frui-
que volente: tu & in poſſeſſorio & petitorio te fundas in contrarium, actio-
nemque inſtituis *ex l. 3. eod.* Idemque facere † poſſum, ſi poſſeſſiones meas, 22
quas ex tua pecunia, ap. me depoſita quidem, ſed mihi non tibi comparaui,

Digitized by Google

ſule?, prætorem,& ſcabinos in T.ad petitiones ambas 4.Septemb. an. 42. iudicialiter productas, lis in contumaciam pro conteſtata eſt recepta, actoris procuratore ad vlteriora admiſſo 26.Ian.an.1543.

46 Ita † in puncto compulſorialium, admodum regio & exſecutiuo ad productam petitionem, lis in contumaciam pro conteſtata angenommen: In Sachen G. von D. wider K. von D. 27 Maij, an.1541.

47 Sic in † cauſa vertente inter Coſſ. & ſenatus ciuitatum D.& K. exceptionibus declinatoriis non attentis, in vtroque tam mandati quam citationis ad videndum puncto ad productas petitiones litis conteſtatio eſt iniuncta 7.Feb. an.1537. Et infinita ſunt præiudicia quibus in cauſis mandatorum etiam exſecutorialium litem conteſtari partes iuſſæ.

Quinimo in cauſa etiam Coſſ. & Senatus Ciuitatis T.contra Ducem O.
48 mandati † de relaxandis captiuis, vel detentis Legatis die verſtrickte Geſandten belangendt/euentualiter illata litis conteſtatio pro pura eſt acceptata, cum decreto quod actorum procurator intra terminum ordinis ad articulatas exceptiones auff articulirte Einrede vnd Vrſachen 3. eiuſdem productas in iure reſpondere teneretur 17.Martii an. 1563.& ſimilia alia.

49 Ita in † cauſa noui operis, quæ & ipſa ſummariiſſima, & prætoriæ tam in Camera Imperiali, adhuc hodie, quam olim Romæ exſecutionis fuit, inter Comites L. Y. & C. V. ad ſummariam petitionem 2. Maii 65. productam iniuncta eſt litis conteſtatio 22.Decemb, an.1567. Quomodo etiam in cauſa demolitionis ex eodem prætoris edicto vel interdicto alibi ſimilis litis conteſtatio decreta eſt.

50 Sic in cauſa T, cont. V, mandati de † relaxando arreſto ad petitionem ſummariam 12.Septemb.an.67.illatam, ex officio, von Amptswegen/ impoſita eſt litis conteſtatio ſub pœna alias pro conteſtata habendæ 9. Martii, anno 1573. Quomodo & alibi in cauſa mandati de relaxando arreſto lis pro conteſtata recepta legitur de 7.Martii, 67.

51 Denique in † omnibus quantumuis ſummariis ſeu prætoriæ exſecutionis cauſis, vbi aliqua partis allegatione, ad faciendam iuſtitiam omnemque vel minimam iniuſtitiam excludendam opus, viſum fuit, litis conteſtatio non eſt inſuper habita.

52 Quo † eodem reſpectu frequentiſſima ſunt præiudicia quibus in cauſis attentatorum, item ſpoliorum, &c. litis conteſtatio eſt iniuncta, &c.

53 Vnde non † conſtat, quod Andr. Gail. lib. 1.d. obſ. 21.n.10.& poſt eum alii dicunt, in mandatis ſuper Conſtitut. pignorationis redditis, ne in puncto quidem citationis, litem conteſtari: Cum tamen, in vtroque tam mandati ſeu paritionis, quam cauſalium ſeu citationis puncto, res longe ſequius ſe habere videatur,

Quod

Digitized by Google

Quod ſcilicet in puncto mandati reus reſtituere non † teneatur, niſi ratione facti, litem, ad minimum, tacite conteſtetur: Et in puncto citationis ipſe quaſi actor conſtituatur, & productis cauſalibus, parti aduerſæ, niſi cauſalibus rectè ſuccumbere, palmamque dare velit, neceſſitatem iniungat in ipſo petitorio & plenario poſſeſſorio litem conteſtandi, ac reſpondendi, tum eliſiuis & peremptorialibus confligendo: quod ex praxi luculentiſſimum, vt mirum fuerit, ſi ſuper conſtitutione pignorationis, in puncto citationis, litem conteſtari, pertinacius quis negare ſatagat. 54

Quomodo † & D. Gail. dupliciter excuſari poteſt: quod ſcilicet in puncto mandati, reſpectu cauſæ principalis, in puncto vero cauſalium, reſpectu examinis ad perpetuam rei memoriam (quod ſæpe ad citationis punctum fruſtra peti ſolebat,) litis conteſtationem non requiri ſentiat. 55

Cum enim pignorator, in puncto † mandati reus, in puncto citationis & cauſalium actor conſtituatur, ſine vllo extraordinarii examinis ſubſidio, cauſales inferre, eorumque probationem, non expectata eatenus vlla litis conteſtatione, maturare integrum illi eſt, omnibuſque modis permiſſam. 56

Etſi vero † in punctis mandati, lis non conteſtari rectiſſime dicitur quoad punctum cauſæ principalis, vtpote qui à puncto facti exorbitantis longiſſime eſt remotus ac diuerſus: Tamen in his ipſis etiam exorbitantis facti punctis nunquam fere non lis quoque conteſtatur: præcipue quando reus narrata ſupplicationis & mandati aut expreſſe aut tacite vel oblique confitetur, ex viſceribus forſan cauſæ principalis rem palliando: vel puriſſime negat: 57

Sic enim vtroque caſu & modo in ipſa etiam interdicti quæſtione litem conteſtatur.

Et probatur hæc noſtra concluſio, quod in cauſis etiam mandati der † Pfandung / de pignorationibus reformandis, actor vel implorans exceptionibus in puncto mandati vel paritionis faciendo oppoſitis, ſi pertinentes ſint aut releuantes, reſpondere prius, quam reus cauſales inferre teneatur. 58

Quod etiam † decerni ſolet, ſi reus exceptiones ſuas, contra negationem eleuationemue, aut captatoriam ſubmiſſionem actoris probare offerat: veluti: In cauſa E.K. à B. contra Marchionem O. & conſortes decretum: quod rei procurator cauſales producere necdum teneatur: ſed oppoſitas exceptiones, ſaluo iure impertinentium & non admittendorum intra 4. menſes probare admiſſus ſit, &c. 59

Quinimo

Digitized by Google

60 Quinimo, eiuſdem † conſequentiæ & rationis ductu in omnibus & qualibuſcunque legitimis tam facti, quam iuris exceptionibus, ſingulari quadam litis conteſtatione opus eſt, ſine qua negotium expediri nequeat: per rationẽ, quod reus ad cauſam euocatus reſpondere cogatur, & excipiendo partibus actoris fungatur, & proinde † intentionem exceptionis probare teneatur: l. Ei incumbit, l. in exceptionibus, ff. de probat. in quo mutua petitoris vel actoris conteſtatione, vel quod idem eſt propria & pertinente reſponſione, ei ſubueniendum: per ea quæ de except. & replic. in iure com. & apud DD.

61 Et quod etiam † in exceptionibus, præſertim per modum contradictionis præſcribendo oppoſitis, lis conteſtanda veniat: vel ſolus Quintilian. nos docet, *lib. 7. Inſtitution. cap. 5.* Cum ex præſcriptione lis pendet, de ipſa re quæri non eſt neceſſe: ait: Ignominioſo patri filius præſcribit, de eo ſolo iudicatio eſt. Accedit *gloſſ. magna c. 1. de lit. conteſt. in 6. & in c. interpoſita*, §. *fin. de appell. item gloſſ. &* Hoſtienſ. *c. prudentiam*, §. *ſexta: de offic. iud. deleg.* Angel. Natta, Lanfranc. vt apud Cæſ. Contard. *ad l. diffamari in ampliat. n.* 188.

63 Et quamuis † nonnulli contrariam opinionem tenent, litem ſcilicet in exceptionibus non conteſtari, etiamſi, quod Hoſtienſ. diſtinctionis loco afferebat, hoc ab excipiente petatur, Panorm. & Imol. *d. c. interpoſita & in c. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt. & ibid.* Butrio, & late Marian. *fallent. 68. &* Panorm. *d. c. prudentiam d. §. ſexta, de offic. iud. deleg. & ibid. præciſe admodum* Felin. *nu.* 15. poſt eoſdem, & Bald. *ibid. &* Specul. *de lit. conteſt. §. pen. in princ.* quibus addi poteſt & Bald. *in Auth. Sed etſi quis. C. de teſtib. & l. 2. C. de ord. cognit.* vbi dicit,
64 quod in † exceptionibus nec quaſi contrahatur, nec propterea lis quaſi conteſtetur, quia ſcilicet excipiendo nemo obligatur: Attamen, omnes illi DD.
65 loquuntur, & intelligi ſaltem poſſunt, reſpectu cauſæ † principalis: in qua reus, excipiendo, ne quaſi quidem contrahere, multo minus litem affirmatiue conteſtari recte dicitur. Quo nomine hanc Negatiuam ex argumento abſur-
66 di ſtabilire conantur; quia † ſcilicet, ſi ſuper exceptionibus lis conteſtaretur, deberet etiam ſuper illis ferri definitiua: Et ita in eadem cauſa ferrentur multæ definitiuæ, vti Bald. Et poſt eum Felin. ponderat. *d. §. ſexta,* Sed vt propterea eadem quoque ſit ratio, quo ad ipſum exceptionis negotium, id neutiquam ſequitur; hoc enim foret contra *d. l. in exceptionibus, & omnia iura*; Reus enim,
67 excipiendo, neque † proprie nec quaſi contrahit reſpectu obligationis cauſæ principalis: vtpote quæ pendere exceptione ſuſpẽditur: *per text. d. l. non vtiq.*: tamen quaſi contrahit, litemque proinde conteſtari facit reſpectu liberatio-
68 nis, vel cuius alterius intentionis. Quo caſu exceptionem, † mediante reſponſione, vel actor, niſi concedat, negare aut elidere, vel reus probare tenetur: quorum nullum ſine aliqua tacita vel quaſi litis conteſtatione perfici poteſt.

Adeo litis conteſtatio, omnis cuiuſcunque litigii vel principalis vel incidentis

Digitized by Google

cidentis decidendi & definiendi fundamentum atque medium vnicum eſt.
Et hanc ſententiam † veriſſimam vlterius probo, *per l.rem non nouam* 12.§.*pa-* 69
troni: ibi: cum lis fuerit conteſtata per narrationem propoſitam & contradi-
ctionem obiectam, *C.de iudic.& c.vn.ext.de lit.conteſt.*

Vnde ita arguere licet: cuicunque definitio recte accommodatur, ei-
dem, † & definitum: Sed exceptionum quæſtionibus recte accommoda- 70
tur definitio litis conteſtationis, quod ſcilicet non poſſint expediri, niſi per
narrationem propoſitam & reſponſionem vel contradictionem obiectam:
Ergo & definitum litis ſcilicet conteſtatio Exceptionibus rectiſſime accom-
modatur. Eademque aſſumptio † fieri poteſt, *ex l.vn.C.de lit.Conteſt.* Sicut 71
enim in cauſæ principalis, ita etiam in Exceptionis negotio, ad factam narra-
tionem iudex cauſam audire ſolet; Ergo vtrobique & tam hic quam ibi lis
conteſtari cenſetur: Sed quia hæc iura, de litis conteſtatione in cauſa † vel 72
negotio principali, præcipue & principaliter, & ob id proprie loquuntur:
quemadmodum & litis conteſtatio κατ' ἐξοχὴν de cauſis principalibus ſem-
per & in dubio intelligitur: Ideo hanc quaſi vel † incidentem litis conteſta- 73
tionem vocare poſſumus, quæ in exceptionibus & aliis incidentibus quæſtio-
nibus fieri ſolet.

Et iſtæ, quæ huic ſententiæ contrariari videntur tricæ, ex ſuperſtitioſa
iſta litis † conteſtatione eiuſque definitione, ſuper qua DD. altercantur, pro- 74
fectæ ſunt: quæ nunc prorſus ſublatæ: Quod ſcilicet non tantum ex publica
Imperii ordinatione, ſed omnium paſſim iudiciorum obſeruatione, ex vera
legum iuriſque ciuilis & ſententia & obſeruantia, ex ſola † narratorum vel af-
firmatione vel negatione, & petitione abſolutionis, quinimo per ſolam re- 75
ſponſionem, qua narrata vel pure vel mediantibus exceptionibus negentur
vel affirmentur, litis conteſtatio inducatur; *tot.tit.C.de lit.conteſt.& ext.eod.& c.*
*part.3.ord.tit.*13.§.4.*& tit.*32.§.5. Marant.*part.6.d.tit.* Gail.1.*obſ.*73. Ex qui-
bus † apparet, quomodo & qua ratione in cauſis ſummariis litis conteſtatio- 76
nem omitti poſſe dicatur *d.Clem.ſæpe*: quod ſcilicet hoc intelligatur de ſolen-
ni ſaltem & ſuperſtitioſa illa ac ſtrepera vel perplexa litis conteſtatione, in or-
dinariis fori & actionum clamoribus, erronee recepta: & non de illa, † quæ 77
tacite vel expreſſe, ex ipſis cauſæ meritis partiumque allegationibus neceſſario
æſtimatur.

Et ex iiſdem etiam percipere eſt, quando & quatenus in cauſis interdi-
ctorum, iuramentum calumniæ recte exigatur. Etſi enim, † regulariter, illud, 78
in omnibus indiſtincte cauſis præſertim pecuniariis aut ciuilibus, præſtandum
eſſe dicitur, ſi exigatur: *per text.l.1, in pr.& l.2.in fin.vbi gloſſ.verb.in omnibus, C.de*
iuram.ob calum.

Adeo vt & in ſummariis † & extraordinariis vbi litis conteſtatione o- 79
pus non eſt, ſine vitio nullitatis, non poſſit omitti: Alberic.*ibid.nu.*3. Bald.*n.*7.

Barth.*n.*13.Vant.*de Nullit.ſent.ex defect.proceſſ.n.*29. Anton.Del Re *de iuram.calum.cap.*19. *à prin.vſque ad num.* 7.

80 Tamen hoc eatenus altem † obtinet, ſi iudicem plena veritatis deficiat inſtructio: & ad iuramentum hoc confugere iubeat probationis neceſſitas: *per text.expreſſ.d.l.*1.*in pr.C.de iuram.propt.calum.dando.* Quia igitur inter-
81 dicta † in cauſis & caſibus fundantur, ipſo iure receptis ac probatis: Iccirco vbi facti interdicto comprehenſi euidentia, ſemetipſam arguit, neque probādi neceſſitatem iniungit, ibi ſane iuramentum calumniæ, vel & veritatis, dandorum, aut reſpondendorum, non temere eſt deferendum.

82 Præſertim quod † eiuſmodi, ad ordinarias potius actiones, earumque probationes, & non ad interdictorios regio more vel officio exſequendos
83 proceſſus pertineant. Quamuis, in altero interdictorum † puncto, nimirum petitorio, vel & in mixtis eorundem cauſis, veluti ſolutionum ex inſtrumentis, &c. quinimo in ipſo interdictoriæ exſecutionis puncto, vel, ubi, ſi ſpoliator vel turbator, in termino paritionis, deſignationem ablatorum pernegerit, & in contrarium ſtet præſumptio, vel urgens actoris intentio, euenire poſſit, vt ad ſacramenti religionem rectiſſime & neceſſario deueniatur: *per text.expreſſ.l.ſi quando. vl i Plot. C Vnd.vi.*

84 Quo pertinent † præiudicia quibus in cauſis ſpoliorum, inuaſionum, pignorationum, atreſtorum. &c, in puncto etiam mandati vel partitionis iuramenta æſtimationis deferuntur: veluti, in cauſa V. actoris contr. H. & conſortes reos, noui mandati, die ſiben abg pfendte Kühe in dem Forſt L. betreffende / ſeptem vaccas in foreſta vel ſylua L. pignoratas quod attinet, iſt in puncto paritionis der Beſcheidt: Schwere / hoc eſt, ſi iurauerit D. V. (actoris procurator) vigore ſpecialis mandati, in principalium ſuorum animas, Einen Eyd zu Gott vnd auff das heillige Euangelium / quod pignoratarum vaccarum quælibet 10. florenis, ſupra & non infra valuerit, tum quod annuatim tres florenis Rhenenſibus ſuis ex bonis, quam d. ſingularum vaccarum vſufructu caruiſſe maluerint: Quod ſit, rei conuenti, d. actoribus, d. ſummas, intra 3. menſes quilibet pro omni termino & pignoratione hiſce præſcripti, realiter præſtare, ac reſcindere teneantur: cum hac appendice: quod, ſi non fecerint, nunc prout tunc, & tunc prout nunc in pœnam mandato nominatam hiſcemet declarari eſſe, ſed & expenſas actoribus cauſatas ſua moderatione exſoluere tenentur debean: 4 Septemb. anno 1587. Cuiuſmodi præiudiciorum multa ita poſſent adduci.

85 Quin vna † cum litis conteſtatione iuramentum etiam calumniæ, quod vtrinque delatum eſſet, iniunctum: veluti in cauſa O. l. appellantis contr. D. O. appellatam eſt cauſa principalis, deſtinatoriis non attentis in Cæſar o hoc camerali iudicio recepta: vnd der Beſcheidt: quod partes in ea vl eius progredi, tum d. appellata in puncto attentatorum, auff fürbrachte Attentatenlag /

klag / beſchehener Einrede vnuerhindert / litem conteſtari, tum vtræque partes oblatum calumniæ iuramentum præſtare, ceteraque quæ oportet, peragere teneantur, 1. April. an. 1555.

Quomodo † vero & alias in puncto mandati vel paritionis iuramentis 86
locus ſit, arguunt præiudicia quæ ſequuntur Cameralia: veluti in cauſa mandati pro editione documentorum: Iſt erkant: wellen B. klager ſelbſt / oder durch jhren vollmächtigen Anwaldt ſchweren einen Eyd zu Gott / daß ſie der Regiſter / Quitantzen / Brieff vnd Urkunde / in den Articuln oder Bitte angezeigt / nicht mehr in jhrer / oder jhrer Amptleute Verwahrung vnd Befehl / noch ſonſten bey jemand anders wiſſen / daß ſie auch vber möglichen Fleiß vmb Erfahrung derſelben nicht mehr funden haben / wie in jhrem Schreiben Meldung geſchicht / daß ſol gehört werden.

Qualiter † & alibi iudices à quibus in puncto editionis quæ per viam 87
mandati & compulſorialium prætorie iniungitur integritatem fidemque editionis iureiurando aſſerere coacti: alibi etiam, ſi negligentia & amiſſio documentorum vel actorum doceretur, mulctati.

Sic in cauſa Coſſ. & Senatus T. ab vna & G. altera partibus decretum,
quod G ſub iuramento † calumniæ, productum ſigillum, autographum, & 88
ſignetum Notarii prout iuris recognoſcere debeat. Iſt erkant / D. G. bey ſeinem Eyd ohn alle Gefehrde vnd arge Liſt zu vermelden antworten ſoll / ob er das Sigel / auch Handſchrifft vnd Signet deß Notarien in dem eingelegten Inſtrument verzeichnet / wie ſich zu Recht gebühret erkenne oder nicht: Et ſiue faciat ſiue non, fiet quod iuris,

Ita ſi † executorialibus pœnalibus intra terminum non pareatur, & 89
reus de tardiore inſinuatione excipiat: ita ſententiatū legitur; ſi iurauerit N. ſe latam ſententiam ſerius reſciuiſſe, quam vt executorialibus, intra terminum præfixum parere potuerit, neque dolo circa hæc feciſſe, fiet quod iuris.

Ita † in cauſis ſpolii & inuaſionum ignorantiam allegantes omnemque 100
participationem vel ratificationem negantes, iuramento purgationis demum abſolutos legimus.

Ceterum, ad † ea, quæ de litis conteſtatione, in interdictis vel manda- 101
tis iudicialibus, recepta, ex Imperialis Cameræ præiudiciis attulimus, illud monendum ducimus: quod iſtorum præiudiciorum plæraque, iſtis caſibus reddita, quibus actores, in cauſis etiam poſſeſſoriis, vel alias interdictoriis, per viam potius citationis & libelli, quam veri interdicti aut prætorii mandati egerunt.

Qualiter in cauſis † ſpoliorum, inuaſionum, attentatorum, turbatæ poſ- 102
ſeſſionis, priuilegiorum, ſalui conductus, collectarum & contributionū, tum

Digitized by Google

omnibus adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ remediis, nihil olim vſitatius fuit, quam vt, indiſtincte, tam interdictorum propriis, quam aliis ordinariarum actionum in cauſis, ordinaria via ageretur. Et ita quidem, vt, licet,
103 mandatum † primitus, vel interdictum rectiſſime redditum fuerit; in termino tamen reproductionis, præſertim ſi cum clauſula iuſtificatoria emanaſſet, vrgendæ paritionis loco, libellus aliquis vel ſummarius, vel ſæpe etiam articulatus fuerit exhibitus: quaſi mandatum, (vti quoque paſſim DD. putarunt) meræ & nudæ citationis vim obtineret.

Vnde iſthæc præiudicia: In cauſa N.D. cont. E. Epiſcopum L. & conſortes *iſt erkant*: quod A. W. (reorum procurator) prætextu rationibus nihil obſtantibus, ad libellos in puncto mandati, 7. Ian. tum attentatorum 18. eiuſdem productos, litem, vti, oportet, conteſtari teneatur: 14. Aug. 1549. Vti & eadem iuridica, in cauſa emanati mandati, & allegati pacifragii, Decani & Capituli G. cont. Coſſ. & Senatum P. ad exhibitas petitiones, ſaluis tamen exceptionibus, ſeu defenſionalibus poſtea proponendis, Conteſtatio litis impoſita.

104 Cum & † præiudicia non deſint, quibus poſt reproductionem mandati, & rei comparitionem libellare negligentibus vel nolentibus, illud iniunctum: veluti; In cauſa N.D. cont. C. ab V. *iſt erkant:* Siquidem in puncto mandati, reus, ad emiſſos proceſſus, reique comparitionem formiter aget, tunc reus in vtroque puncto litem conteſtari tenebitur, 11. Decembr. anno 1551.

105 Quorum † conſideratione, Andr. Gail. *d. obſ.* 78. *lib.* 1. mandatorum de relaxandis captiuis proceſſum, litis conteſtationem ob moræ periculum rarius admittentem, aliis mandatorum cauſis de reſtituendo, non turbando, de relaxando arreſto, & ſimilibus opponit, quod in his legitimus proceſſus obſeruetur, libellus exhibeatur, lis deſuper conteſtetur, & in cauſa demum concludatur, *d. obſ. n.* 6.

106 Iam vero † cum ex receſſu deputationis Wormatienſis de ann. 1586. & Conſtitut. Imp. de an. 94. iſthæc libellandi neceſſitas, in cauſis etiam man-
107 datorum cum clauſula ſit prorſus ſublata: & merito: prout, † iuxta illud propheticum, dies diem docet, & nox nocti addit ſcientiam: vel iuxta illud IC. paulatim increſcunt iuris ſententiæ.

108 Quomodo etiam mandata cum clauſula, † ad eoſdem interdictorum ſeu puriſſimorum ſine clauſula mandatorum fontes cauſaſque nonnihil arctius aſtrictæ: ita, vt parum nunc differant, niſi quod clauſulata nonnihil magis dubii circa factum arguant, quo ſublato puriſſima habentur.

109 Hinc quod litis conteſtationem, in ipſis etiam † interdictis, ſeu mandatis, cum vel ſine clauſula emanantibus requiri diximus, non de ſtrepera illa & ampul-

ampulloſa longeque petita (quod & ſupra monuimus) cauſidicorum litis
conteſtatione intelligendum eſt, quæ præuia fiet citatione, libellorumque in-
ducijs, vel cum iudicis etiam interminatione: ſed tali ſaltem, qua ad reddi-
tum emiſſumque monitorium vel interdictum, narrata eius aut tacite vel ex-
preſſe, aut etiã ex præcoce aliquo petitorij capite factum palliando, obl que,
aut per legitimas & pertinentes ſub & obreptionis exceptiones, lis interdicti
de iure tam veteri quam paſſim hodierno conteſtari ſolet: Itaque fieri æquiſ- 110
ſimum † eſt, ne quis indebite regio prætoris imperio vllatenus lædatur: *per
ea quæ paßim cum ſup. tum in ſequentib. inculcata, & dicentur.*

Vnde facillimum quoque percipere eſt, quod & quomodo iuramenti
calumniæ, in † mandatis vel interdictis rarior ſit vſus; quamuis caſus oboriri 111
poſſint, quibus illud, pro re nata, veluti in cauſis interdictorijs, de edendo, de
exhibendo, de recognoſcendo, de ſoluendo &c. in punctis præcipue exce-
ptionum locus eſſe queat, vel & neceſſario dandus ſit.

Quia † vero in libellorum litiſque conteſtationis campo, cumulatio- 112
nibus & concurſu actionum non raro ludi ſolet, tam interdictis, quam alijs
ordinarijs petitionibus: vbi illic, ob diuerſitatem ſed & concurrentiam poſ-
ſeſſorij & petitorij difficiles moueri ſolent quæſtiones: idcirco non dedecebit,
ſi explicationi earum ſequentem homiliam tribuamus.

Commentarivs XX.

De concurſu Interdictorum tum petitorii & poſſeſ-ſorii, & primo ratione cumulationis, ad l. incer-ti C. de interdict. &c.

Svmmaria.

1 *Concurſus petitorij & poſſeſſorij frequens eſt, etiam quoad interdicta.*
2 *Concurſus petitorij & poſſeſſorij fit quinque modis: quorum alter in poſſeſ-ſorij & petitorij tantum, reliqui præterea in ſolis etiam poſſeſſorijs locum habent. n. 3.*
4 *Cumulationem petitorij & poſſeſſorij alij indiſtincte concedunt:*
5 *Alij contra præſertim quoad interdicta retinendæ: & res corporales num. 6.* 8. 10.
7 *Poſſeſſorium regulariter ante petitorium expediendum.*
9 *Poſſeſſorio retinendæ agens poſſeſſionem ſe habere, qui autem petitoria rei vindicatione experitur, alium poſſidere intendit.*

11 *Quæſtio de cumulatione poſſeſſorii & petitorii multis DD. extenſionibus & limitationibus intricata potius quam illuſtrata fuit.*
12 *Actor petitorium cumulaturus, vel poſſeſſor eſt, vel non eſt, & ibi, non vero hic, poſſeſſorium retinendæ cum petitorio cumulare poteſt.*
13 *Non omne petitorium conſtituit aduerſarium poſſeſſorem.*
14 *Sæpe & poſſeſſor idem & petitor eſſe poteſt: quod declaratur: n 15.*
16 *Ordinis beneficium quo ad præmiſſionem poſſeſſorii eſt in poteſtate actoris:*
17 *Petitorium cum poſſeſſorio cumulatum non ſtatim hoc ſemper abſorbet; & n. 18.*
19 *Cumulatio poſſeſſorii & petitorii declaratur per exempla: num. 20. 21. 22. 23. 24.*
25 *Cumulatio petitorii & poſſeſſorii quo ad incorporalia à DD. paſſim admiſſa.*
26 *Obſtare videtur c. examinata, de iudic.*
27 *In rebus corporalibus, frequentiores fiunt turbationes vnde & d cumulatio, tam circa illas quam res incorporales obtinet: & n. 30.*
28 *Omne genus poſſeſſorii poteſt concurrere cum petitorio niſi obſtet ratio ordinis. contrarietatis, electionis: & n. 29.*
31 *Poſſeſſionis ciuilis & naturalis apud diuerſos exiſtentium cumulatio qualiter procedat? n. 32. 33. 34. 35.*
36 *Si actor & reus petitorium & poſſeſſorium cumulando alter contra alterum ſe poſſidere dicat quid iuris? n. 37.*
38 *Antinomia Vlpian. conciliatur ex l. 12. §. 1. de acq poſ. & l. 1. §. 6. vti poßid. & n. 39.*
40 *Poſſeſſoria adipiſcendæ ac recup. cum petitorio cumulari poſſe com. eſt DD. ſententia.*
Explicatio d. c. Examinata de iudic. ibid.
41 *Quorum bon. & petitio hereditatis, ſaluianum & hypothecaria cumulari poſſunt.*
42 *Quod legatorum interdictum an cumulari valeat? n. 43. 44.*
45 *In remediis recup. vſitatiſſima eſt petitoris cumulatio.*
46 *Leges cumulationis ordinariæ & hic obſeruandæ.*
47 *Remedia ſucceſſoria teſtati & inteſtati non cumulantur niſi alternatiue,*
48 *Vti remedia nullitatis & reſtitutionis in integrum.*
49 *Quotieſcunque incertum eſt, quanam actione rectius obtineas, licita eſt alternatiua petitionis Cumulatio.*
50 *Pœnæ legales quatenus cumulentur?*
51 *Fructuum, intereſſe, & damni cumulatio quomodo procedat in Interdictis? num. 52.*

53 Cumu-

53 *Cumulata violentiæ & poſſeſſorij cauſa, vtra ſit in cognitione præmittenda? & n. 54.*
55 *Cumulatio ipſorum poſſeſſoriorum quatenus procedat?*
56 *Interdicta vel mandata de reſtituendo & non turbando rectiſſime cumulantur: n. 57. 58. 59.*
60 *Compulſorialia de edendis actis & Inhibitio attentatorum concurrunt quotidie in cauſis appellationum:*
61 *Interdictorum vti caſus ita & cumulationes ſunt diuerſiſſimæ.*
62 *Interdicta adipiſcendæ quatenus cum retinendæ poſſint cumulari:*
63 *Vel hoc cum recuperandæ? & n. 64.*
65 *Eiuſdem rei reſpectu iſta ſaltem interdicta cumulari poſſunt quæ leges cumulationis admittunt & n. 66.*
67 *Reſpectu ciuilis & naturalis poſſeſſionum qualiter procedat cumulatio: & n. 68.*
69 *Recup. & retinendæ, & adipiſ. qualiter cumulentur.*
70 *Plura ad eundem finem tendentia ſæpe cumulari poſſunt.*
71 *Quor. bonor. & l. fin. C. de Edict. diu. Ad. qualiter cumuletur.*
72 *Item Quod legatorum:*
73 *Querela inofficioſi cumulari poteſt cum petitione bonor. poſſeſſionis contra tabulas.*
74 *Vti poſſidetis & vtrubi quomodo cumulentur?*
75 *Remedia recup. quatenus cumulari valeant?*

DE concurſu † Interdictorum, vtpote in generali eorundem doctrina 1
ſæpius occurrente, hic etiam paucis agendum: Et ita quidem, vt à con-
curſu petitorij & poſſeſſorij incipiamus; Videndo quot modis petitorium
cum poſſeſſorio ſimul & cumulatiue (de concurſu enim petitorij & poſſeſſo-
rij quo ad diuerſos proceſſus alia & fere communis interdictorum eſt quæ-
ſtio) concurrere queat. Et hoc † quatuor vel quinque potius fieri modis 2
dicunt: cumulationis ſcilicet, mixti iudicij, exceptionis, reconuentionis,
interuentionis: Bald. *l. incerti n. 12. C. de Interd.* Contard. *de mom. poſ. lim. 2. §* 4.
num. 12. Ex † quibus modis, alteri in petitorij & poſſeſſorij concurſu tantum, 3
reliqui in ſolis etiam poſſeſſorijs, vel hiſce & petitorijs ſimul locum habent.
Primo igitur de cumulatione petitorij ac poſſeſſorij dicemus: vbi recta, rem
aggrediendo, alij indiſtincte iſtam cumulationem † admitti dicunt, ita vt 4
petitorio & poſſeſſorio iudicio ſimul agi poſſit; *per l. naturaliter 12. §. 1.* Nihil
commune habet proprietas cum poſſeſſione: Et ideo non denegatur ei Inter-
dictum vti poſſid. qui rem cœpit vindicare: non enim videtur poſſeſſioni re-
nunciaſſe qui rem vindicauit. *ff. de acq. poſ. l. 14. §. fin ff. de Excep. rei iud.* Gail.
1. obſ.

1. *obſ.63.n.2.& 10.vbi* DD. Borchold. *de poſſeſ.c.8.n.53.& ſeq.* Cuiac. 2. *obſ.53.*
5 Weſenbec. *conſ.7.num.2.* Alij † vero, non attenta, *d.l. naturaliter* quæ Vl-
piani eſt, quoad Interdicta ac poſſeſſoria retinendæ contrarium plane aſtru-
unt: ex eod. Vlpian. *l.1.§.6.* Interdictum autem poſſeſſorem prædij tuetur,
quod eſt vti poſſidetis: actio enim nunquam vltro poſſeſſori datur, quippe
ſufficit ei quod poſſideat. *ff. vti poſſid.* Late Menoch. *retinend. rem. 3.q.66.* vbi
poſt Barth. Alex. & alios, *ad d.l. naturaliter*, item poſt Afflict. &c. Commu-
nem & pene translatitiam DD. ſententiam recenſet ac defendit: quod poſ-
6 ſeſſorium † retinendæ, cum petitorio cumulari, vel ſuper vtraque procedi, &
ſimul ſententiari nequeat: præſertim vero in corporalibus: quod cum DD.
ibid. relatis latiſſime extendit & declarat, per caſus ſeptem: & probat ac ſequi-
tur Contard, *d. limit. 2. §. fin. 9. num. 19.* poſt Barth. *d. §. nihil com.* quem ibi
omnes ſequi ait, & poſt Abbat. ac alios *in cap. paſtoralis, de cauſ. poſſeſ.* Corn.
l. edita num. 42. C. de edend. Aug. Bero. *lib. 8. conſ. 48. conſ. 51. q. 71. & conſ. 110.
num. 9.* late etiam, & more ſuo docte Hotoman. *illuſt. quæſt. 31. per tot.* omnes
per l. ordinarii C. de rei vind. l. incerti, vbi Com. DD. de Interdict. l. exitus ff. de acq.
7 *poſ. d.l. 1. §. interdict. 6. c. 2. & 3. de cauſ. poſ. & prop.* quibus, † tum alijs permul-
tis iuribus, vt & *l. ſi de vi 37. ff. de Iudic,* cauetur quod poſſeſſorium ante peti-
torium ſit proponendum & finiendum; deinde omnes, per rationem indiſ-
8 ſolubilis perplexitatis & repugnantiæ, † quam tantam eſſe aiunt, vt ne per
clauſulam quidem ſalutarem admitti vel ſaluari talis libellus & cumulatio
queat. Nam qui poſſeſſorio iudicio experitur, affirmat ſe poſſidere, *l. 1. §. eſt
igitur ff. vti poſ. & late ibid.* Menoch. *quæſt. 65.* qui autem rei vindicatione vel
9 petitorio † agit, non ſe, ſed aduerſarium poſſidere vel rem habere ſibique cũ
dominio reſtituendam eſſe intendit: *per tex. l. 9.* officium iudicis in hac actio-
ne eſt, vt inſpiciat, an reus poſſideat, *l. ſi vero 12. cum multis ſeq. l. is qui deſtinauit
24. & duab. ſeq. l. 36.* qui petitorio iudicio vtitur, ne fruſtra experiatur, requi-
rere debet, an is, cum quo inſtituat actionem, poſſeſſor ſit, vel dolo deſierit
poſſidere *ff. de rei vind. l. aduerſus 4. & l. ſeq. d. l. ordinarij L. re tua l. res alienas*
10 *poſſides. C. eod. & tot. tit. ff. & C. de hered. petit. l. 1. C. vbi in rem act.* ita vt duplici †
ratione, iſta cumulatio non procedat; ratione ſcilicet ordinis, quo poſſeſſo-
rium ante petitorium & conſtituendum & expediendum eſt: & ratione con-
trarietatis, quam proponens non eſt audiendus; *l. ſi procuratorio §. ſed alius ff.
Quand. appel. l. 1. C. de furt. c. ſollicitudinem, de appel. text. & caſus expreſſ. in c. ex-
aminata 15. de iudic.* quem ad hoc ſingulariter allegat poſt alios Panormit. *d. c.
paſtoralis num. 17.*
11 At vero vt hanc † quoque quæſtionem aliorum quam plurimis exten-
ſionibus & limitationibus non illuminatam, ſed admodum intricatam, recte
& breuiſſime explicemus: duos caſus ponemus: vnum quo actor petitoriam
12 cumulatiuus, poſſeſſor non eſt, alterum quo eſt: primo † caſu procedit &
ompino

Digitized by Google

omnino valet d. ſententia. Altero vero caſu non procedit, ſed cumulatio admittitur: ſic enim vtraq; iſta tam repugnantiæ & contrarietatis quam ordinis, ratio ceſſat: quod antequam exemplis illuſtremus, falſum eſſe † generale il- 13
lud ſuperioris ſententiæ præſuppoſitum, ſciendum eſt, quaſi rei vindicatio, & quod omnium abſurdiſſimũ eſt, omne petitorium, ſemper & neceſſario conſtituat vel requirat aduerſarium eſſe poſſeſſorem: Cum tamen, & poſſeſſor † 14
idem, & petitor eſſe & proinde tam poſſeſſorio quã petitorio experiri queat: idq; vel cum beneficio ordinis, *d. l. ordinarii, d. l. incerti &c.* vel ſine eod. cum enim poſſeſſionẽ iam habeat, dictæ *l. Is qui deſtinauit* regula vel cautela tanto minus opus habet, quanto magis ſua intereſſe putat, integerrimam, iuris ſui integerrimi cauſam, non in poſſeſſorio † tantum, ſed etiam petitorio ſimul, 15
vnaque vice proponi, ad præſcindendas omnes aduerſariorum machinationes, quibus forte & ſe iam poſſeſſorem, vel etiam ſuos poſtmodum heredes, quibus pacatam hereditatem relinquere cupit, fatigare inſtituunt. Et cum illud ordinis † beneficium, non tam reo, quam ipſi actori proditum ſit, in illius 16
etiam poteſtate eſt eidem renunciare: *per text. expreſ. d. c. 2. c. 3. & c. 4. de cauſ. poſſeſ. & prop.* vbi & contraria illorum † ratio, recta confutatur: qua dicunt, 17
cumulato ita poſſeſſorio, ac petitorio, illud ab hoc ita abſorberi, vt ſuper poſſeſſorio vanum atq; friuolum ſit procedere: Etſi enim hoc eo caſu obtinere & valere poteſt, cum cauſa petitorij recta vel ſimul, cum ipſo poſſeſſorio liquida & probata eſt: *d. c. 3. c. 4.* Tamen & † hic, non modo vtriuſque cauſæ ordo, ſed 18
etiam actoris intentio & petitio conſideranda: An videlicet poſſeſſorij cauſa, ante petitorij, altiorem forte indaginẽ requirentis, liquida & probata fiat: ſic enim prius ſuper illa, & poſtmodum de iſta, vel vtraque ſimul, ſi æque clara & liquida vtraq; ſit, & æquis paſſibus expediri queat, pronunciari debet: *per ead.*

Caſus autem huius Cumulationis noſtræ, ex tit. C. De rei vind. quam plurimos licebit depromere: Ita, † ſeruus alienus, quem bona fide poſſideo, 19
operis ſuis, dominium mihi acquiſiuit, quod tu vna cum ipſo ſeruo, ad te pertinere iactitas, negotiumq; hoc nomine mihi faceſſis: hic ego tam poſſeſſorio quam petitorio contra te experiri poſſum: illo quidem, vt ante omnia, ab ipſis turbationibus deſiſtas: hoc, vt tutam dominij cauſam mihi conſtituam: *ex l. 1. d. tit.* Sic ædificio † meo, quod vna cum ſolo ipſo poſſideo, tu tigna trabeſq; 20
vel cœnaculum, me quidem acquieſcente imponis, ſed quæ poſtea me inuito demere & diruere inſiſtis, non ſine mea moleſtia: anne hic cumulationi erit locus? Et ſane erit: *ex l. ead.* Sic mater tua vel maritus, fundum † tuum, in- 21
uito vel ignorante te, vendidit, data etiam emptori facultate, eum propria autoritate occupandi: emptore vero ingrediente, & tanquam re ſua vti fruique volente: tu & in poſſeſſorio & petitorio te fundas in contrarium, actionemque inſtituis *ex l. 3. eod.* Idemque facere † poſſum, ſi poſſeſſiones meas, 22
quas ex tua pecunia, ap. me depoſita quidem, ſed mihi non tibi comparaui,

Digitized by Google

23 inuolare moliaris *l. ſeq.* Ita agrum meum, me inſcio & abſente † conſeuiſti:
reuerſus autem, te falcem immittere video, vel magna forſan mea cum iniuria
& periculo immiſſurum metuo, in meum fundum, meaſq; proinde fruges: &
non tantum Interdicto poſſeſſionem iſtam meam cōtra te defendam, ſed etiā
ipſo ſimul petitorio congrediar *l. ſi quis ſciens* 11. *d. tit. &c.* qualia non ſemel pra-
24 cticaui clientulis. Ita Sempronius paulo ante † mortē, totā quadrigam, vel ci-
ſiū vna cū equis, donarat & tradiderat Titio priuigno: & decedens relinquit
filiū ex ſenatū heredem: Hic, ex equis illis quatuor, quos Titius poſt dies ali-
quot in commune paſcuum depaſcendos miſerat, duos ſibi arrogabat, & ad
ſuos vſus applicabat, comminando adhuc, ni quieſceret Titius, & reliquos
duos, tanquam ad ſe vna cum tota hereditate pertinentes, ſibi habiturum. Ec-
ce hic Titium, non modo pro iſtis duobus reliquis, vtrubi retinendæ, & pro
ablatis duobus redintegrandæ (per ea quæ ſuo loco dicemus) Interdicta, ſed
deſuper etiam tam pro his, quam illis & petitorium rectiſſime cumulaſſe ne-
25 mo dubitabit. Et cum † in incorporalibus iuribus eorumque quaſi poſſeſſio-
nibus, & confeſſoriam, & vti poſſid. vel retinendæ Interdictum cumulari poſ-
ſe DD. vnanimiter affirment & concedant: *per ea quæ* Menoch. *d. q.* 66. *num.*
541. Contard. *d. §. fin. lim.* 2. *n.* 23. *per l. & ſi forte ff. ſi ſeruit. vend. l. vti frui §. fin.
ff. ſi vſuſfruct. pet.* poſt Barth. quem ſequuntur omnes, *d. §. nihil commune n.* 18.
26 (quod tamen eſt contra text. † expreſ. *in d. c. Examinata, de iudic.* vbi de iure
patronatus agitur, & rei vindicationem ne quidem cum Interdicto recup.
cumulari poſſe dicitur.) Quare circa res corporales idem non obtineat nulla
eſt ratio: Cum poſſeſſores tam in rebus corporalibus, quam incorporalibus
magnas, quinimo maiores, ſæpiſſime turbationes & moleſtias patiātur. Quod
27 vel ex illo percipi poterit exemplo, quod iura † cōſtituunt in eo qui deiectus
eſt, & recuperata in continenti poſſeſſione aduerſarium ſuum à talibus facti
& violentiarum v js, non modo retinendæ Interdictō, ſed cumulata etiam
petitorij quæſtione, ad ius ordinarium euocat & compeſcit: *per ead. & per l.* 3.
§. 9. *& l. qui poſſeſſionem* 17. *ff. de vi & vi arm.* Et hanc noſtram ſententiam etiam
rectiſſime tenuit Fulgoſ. poſt gloſ. & Placent. *d. l. in certin.* 5. *& ſeq. C. de interd.*
28 dicentes, omne genus poſſeſſorij † concurrere cum petitorio, modo non ob-
ſtet ratio contrarietatis & ordinis, & niſi electione vnius tollatur alterum, nec
ſententia lata in vno pariat exceptionem rei iudicatæ in altero. Et Caſtrenſ.
d. l. ſi de vi 37. *lect.* 1. *ff. de iudic.* quam Iacob. in. *ibid. n.* 16. diſputando quidem de-
fendi poſſe, ſed non iudicando, admodum erroneè aſſerit. Vnde etiam Me-
noch. *d. loc. in caſu* 3. *ſub fin.* ab hac Caſtrenſis ſententia, ſe non recedere tandē
ait, quantumuis alij diſſentiant, & ipſe ſuper hac quæſtione ſeptem integris
29 columnis magnas ambages ſequatur. Ita collegium † fundans ſe, in quaſi poſ-
ſeſſione electionis, & petens ſe in ea tueri, & factam citra ſuam conſenſum e-
lectionem caſſari & pronunciari ita fieri non decuiſſe, vtrumque tam petito-

Digitized by Google

rium, quam poſſeſſorium Retinendæ rectiſſime intentat. Contard. *de mom.*
*poſſeſ.q.*13 *n.*18. Quæ igitur idem † in poſſeſſione prædii vel caſtri, tanquam 30
rei corporalis fieri nequeat?

Et cum DD. *d.§.nihil commune*, mentionem quoq; faciant poſſeſſionis
ciuilis & naturalis, penes diuerſos exiſtentis, & huius cumulationis vſum † 31
breuiter attingemus: Et pono caſum in domino proprietario, qui cum finito
vſufructu vel emphyteuſi, fundum ad ſe rediturum putat, ſubintelligit quod
fructuarius non modo non recedere, ſed etiam ipſum fundum, vel ſibi iure
proprietario aſſerere, vel alteri vendere ſatagat: hic quæritur, An & quatenus
dominus, cumulatorio eiuſmodi experiri poſſit? Et ſiquidem † is ſuam do- 32
minij cauſam, ad obtinendum de non alienando Interdictum recta probare
poterit, in ſua ſane ciuili quam habet poſſeſſione, per id tuendus erit: ſed in-
terea & ſimul petitorium cumulare poterit, eo vt ſaluam dominij cauſam re-
tineat, & naturalem poſſeſſionem conſequatur: *per d.l.* 14. *§.fin.ff. de Excep.*
rei iud. Vt enim duæ ſunt poſſeſſiones, ciuilis & naturalis, quos noue quidem,
ſed recte explicauimus, in tractat. de mat. poſſeſ. Ita † & hæ duæ poſſeſſiones, 33
etiam penes diuerſos eſſe poſſunt, ita, vt vtriq;, vel vti poſſid. vel recup. Inter-
dicto reſpectiue vti queant: alter ratione ciuilis alter ratione naturalis poſſeſ-
ſionis ſuæ: *per l.ſi duo ff. vti poſ.* Menoch. *d.rem.3.n.*508. Atq; ita agentem rei † 34
vindicatione poſſe etiam vti Interdicto vti poſſideris, ſi nimirum turbatur in
ciuili ſua poſſeſſione, probauit quoque Oldendorp. *claſ.2. in pr. in cauſ. fin. poſſeſ.*
*n.*6. Licet Hotoman. *d.q.*31. *ſub fin.* & hoc negare videatur: ſiquidem Procu-
lianorum ſententia, duos eiuſdem rei poſſeſſores eſſe non poſſe vera ſit. Quã-
uis extra veriſimilem & vrgentem, † vel formatæ probationis aut periculi ca- 35
ſum, vtpote ſi reus non periculoſe alienare inſtituat, ſed ſibi ſaltem dominiũ
arrogare, ſatius erit ordinarijs actionibus contendere, eoq; partes remittere:
per ea quæ ſup. de caſib. Interdictorum proprijs *diximus*.

Quod ſi autem tam reus quam actor, poſſeſſorium & petitoriũ cumu-
lando, alter contra † alterũ ſe & poſſidere dicat, & in poſſeſſorio tũ petitorio 36
pronunciari petat: anne & hic cumulatio vtriuſq; admittenda ſit? Et d. ratio-
ne cum ordinis tum contrarietatis, non eſſe admittendã dicunt DD. ap. Men.
d. rem. retin. 3. *n.* 538. Sed cum addant Rip. & Rub. ib. illã limitationem, Niſi
vterq; velit aſſumere in ſe onus probandi: & inde colligitur illos in effectu &
noſtram ſententiam probare, & huius quæſtiunculæ affirmatiuam concedere.
Cum.n. & actor & reus ſuam intentionem probare teneatur, per vulg. conſe-
quens eſt fruſtratoriam eſſe & hanc negatiuam: Quod igitur † ſimplici poſſeſ- 37
ſorio retinendæ fieri ſolet, quo alter alteri cedere detrectat: idẽ & in hoc iudi-
cio vtrinq; cumulatiuo fieri oportet, vt iudex, vel in caſu magnæ dubietatis
poſſeſ. ſequeſtret, & ſic ante plenum Iudicij exitum neutri quidquã aſſignet,
vel in caſu præualentiæ meliorumque probationum, alterum poſſeſſorem

Qq 2 ſtatim

ſtatim conſtituant, vel potius manere, ſi iam ſit, alterum vero petitorem agere,
38 & vi abſtinere iubeat. Siquidem vero iſta † ita ſunt: quomodo Vlp. *in d.l.* 12. §.
1. *de acq. poſ. & d.l.* 1. §. 6. *vti poßid.* ſibi contrarius ſit conciliandus adhuc quæ-
rẽdum reſtat: Et facillima eſt reſponſio, quod Vlp. *d.l.* 1. §. 6. expreſſiſſime in-
ſerit, particulam vltro, ſubindicans, ineptum eſſe, ſi poſſeſſori ſine iuſta & le-
39 gitima querelæ cauſa actio detur. Deinde non abſurdum † erit dicere, non
directam, ſed vtilem rei vindicationem dari poſſeſſori reſpectu nudę proprie-
tatis. Atq; iſta de cumulatione petitorii & poſſeſſorij retinendæ, difficiliora
multis viſa ſunt: Alia eſt ratio poſſeſſoriorum adipiſcendæ & recup. Illa
40 enim, † cum petitoriis cumulari poſſe, ipſa iuris ratio docet. & tradunt Barth.
& alij *in d.* §. *nihil commune.* Neque obſtat *d.c. examinata*, vbi iſta cumulatio
tanquam incongruens & inepta reijci videtur: quia dicendum eſt, hoc ibid.
fieri quod actio & Interdictum eſſent inſtituta, contra partem aduerſam,
quæ non poſſidebat, facta ſcilicet iudiciali ſequeſtratione: *per ea qua* Panorm.
41 *ibid.* Sic in † adipiſcendæ Interdictis, cumulari poſſunt, Quor. bon. & petit.
hered. Itẽ Interdictum Saluian. & Hypothecaria *ibid.* & Menoch. *adipiſ. rem.* 3.
q. 28. Immiſſio ex l. fin. C. de edict. diu. Ad. tol. & Bon. poſſeſſio ſecund. tab.
vel petitio hered. ex teſtamento, late Menoch *adipiſ. rem.* 4. *q.* 64. An vero q.
42 legat. Interdictũ, † cumulari queat cũ petitione hereditatis, vel quo alio pe-
titorio, admodum eſt controuerſum: Solus fere enim Coraſ. *in d.* §. *nihil com-
mune, part.* 2. *n.* 84. affirmat: Alii nonnulli *ibid.* negant poſt gl. *in l. quod in here-
dem [illegible]ligere ff. de trib.* Barth. *l. etiam n.* 18. *& ibid.* Dec. *n.* 75. *C. de edend.* Menoc.
adi[illegible] rem. 2. *q.* 31. Et vtriq; tam affirmantes quã negantes fundant ſe in *l.* 1. §.
43 *quia autem ff. Quod leg.* Sed affirmatiua † veriſſima eſt: præſertim quod ipſum
Interdictũ, in ipſo hereditatis petitorio fundetur, & eo plane nitatur. Deinde
44 cum fieri poſſit, vt legatarius, ſub nomine legati rem † indebitam, vel præſtan-
tiorẽ accipiat, ibi ſane de cumulatione tanto minus dubitandũ. Et alternatiua
d. §. *quia autem*, alium quã negantes intendunt, hoc in caſu ſenſum habet. Ita in
45 remed. recup. † repeti poteſt poſſeſſio, ipſumq; vna dominiũ vindicari, vel pe-
titorium quodcunq; inſtitui: *per l. cum fundũ* 18. *ff. vnd. vi. d.l.* 14. §. *fin. de except.
rei iud. l. ſi de vi ff. de iud. l.* 1. *C. de appel. l.* 7. *C. ad l. Iul. de vi pub.* Vt, domine Iudex
quamuis non modo poſſeſſionem legitimã iſtius prædij quiete habuerim, ſed
etiam ipſum dominium, omni iure ad me pertineat; Tamẽ Titius me deiecit
& ſpoliauit: Quia igitur ſpoliatus, ante omnia reſtituendus & ipſum etiam
fundum nullatenus ad Titiũ, ſed pleno iure ad me ſpectare ex hiſce teſtamen-
ti vel Inſtrumenti tabulis &c. docere poſſum: Iccirco peto, me ante omnia in
poſſeſſionem meam redintegrari, meq; dominum iſtius prædij declarari &c.
46 ita fere Iacobin. in *d.l. ſi vi n.* 12. *de iud.* Contard. *d.l. vn. q.* 13. *n.* 32. In † quibus tamẽ
cumulationibus omnibus, ordinariæ cumulationis leges obſeruandæ: de quib.
nos in tract. *de contin. cauſ. c.* 10. *& ſeq.* Vt ſcilicet petitorium ac poſſeſſoriũ com-
munib. terminis cohæreant. Si enim ſucceſſionẽ ex codicillis, vel petit. heredi-

ſtatis † ab inteſtato, cumulare velis, cum l.3. C.de Edict.Diu.Ad.propter con- 47
trarietatem & confuſionem terminorum teſtati & inteſtati non admittetur
libellus: Menoch.*d.q.64.* Niſi forte cumulatio fiat alternatiue: per ea quæ
dixi *d.c.10.n 4.& ſeq.*

Sic † remedium nullitatis, & reſtitutionis in integrum, non poſſunt cu- 48
mulari directo, ſed alternatiue Contard.*d.l.vn.ſim.8.n.63.* Ita quotteſcunque
incertum eſt, qua nam actione obtineri queat, licitum eſt plures in eundem fi-
nem cumulare † perſecutiones, idque vel coniunctim, ſi ſe inuicem patian- 49
tur, vel ſin ſecus, alternatiue: quatenus tamen ſemel tantum conſequare,
quod tibi debetur: *per ead.& text.l.1.§.quia autem.ff.Quod legat.* Oldendorp.
claſſ.2.in princ.

Porro poſſunt etiam, cum poſſeſſorio vel & petitorio cumulari pœnæ † 50
legales vel ſtatutariæ, quæ forte ſpoliatoribus aut turbatoribus violentis ſunt
indictæ: *per l.ſi quis in tantam, C.Vnd.vi.* quales pœnæ vtpote ex eod.facto pro-
ficiſcentes ad ſeq.cap. mixturæ verius referuntur.

An vero cauſæ iniuriarum, damnorum, fructuum, & intereſſe, ſimul re-
cte cumulentur quæſitum eſt? Et † fructuum quidem & intereſſe ac damno- 51
rum ratio, in recuperandæ interdictis, interdum etiam adipiſc. & retinendæ
habetur: *l.3.de interdict.l.1.§.40.De vi & vi arm.&c.* Vnde & cumulari poſſunt
iſto reſpectu: ſed ita tamen, vt altiorem indaginem requirentia, poſſeſſorii
cauſam per ſe fauorabilem liquidamq; non remorentur. Iniuriarum autem
cauſa † proteſtando quidem attingi & ſic cumulari poteſt, ſed peculiari actio- 52
ne proſequenda venit: & hoc in iudiciis & iure ita obſeruatur: & conſen-
tiunt DD. vt ap.Menoch. *d.retin.rem.3.q.69.* Vbi quæſtio quam Franc.Ho-
toman. *d.q.31.in fin.* perdifficilem eſſe ait ſupereſt: An admiſſa † interdicti 53
vnde vi, vel cuius alterius poſſeſſorii, & de vi actionis cumulatione, prius de
vi, vel poſſeſſione quæratur? In d.enim *l.ſi de vi, De iudic.& dicta l.5.§.1. Ad L.
Iul.de vi pub.* prius de vi, eiuſque crimine quæri oportere dicitur, quam de poſ-
ſeſſione aut dominio: *in d.autem l.1.C.de Appellat.* adeo contrarium ſtatuitur:
vt niſi præſes de poſſeſſione prius pronunciet, & tunc demum violentiæ cri-
men excutiat, appellare liceat, ſed & hic facillima eſt † reſponſio: Aut enim 54
reus conuentus, ſe vim feciſſe, ſe deieciſſe negat, & iuxta duas priores leges, de
vi ante omnia & neceſſario prius quærendum: Aut vis & deiectio confeſſa
probataue eſt, & celerrima poſſeſſionis facienda eſt reformatio, & tunc de-
mum criminalis violentiæ quæſtio excutienda: *d.l.1.& text.ſing.l.7.C ad l.Iul.
de vi pub.*

Et iſtis de cumulatione petitorii ac poſſeſſorii ita obiter explicatis, at-
tingendum iam eſt, de cumulatione ipſorum † vel poſſeſſoriorum vel inter- 55
dictorum, quatenus ſcilicet illa procedat: Et omnium quidem interdictorum
vel mandatorum cumulationem, eodem libello & peti, & eidem monitorio

inſeri poſſe, quotidiana praxis & mandata pœnalia ex Camera Imperiali ema-
nantia, tum iuris legumque rationes docent: quatenus diuerſo reſpectu iſta
56 omnia cumulantur: Ita ſi me † turbes in poſſeſſione, quædam etiam mobi-
lia vel animalia ſpoliando auferas, abducas, & ne vlterius moleſtare & ſpolia-
re pergas pertimeſcam: Interdicta vel mandata de manutenendo, de reſtitu-
endo, & amplius non turbando, cumulatiue petere poſſum, & decernuntur;
57 idque vel informiter † ſine clauſula, quod aiunt, vel diuerſimode vnum vel
alterum ſine, alterum cum clauſula, prout facti iuriſque ratio expoſcit.

Sic mandata vel decreta tam reſtitutoria quam inhibitoria decernuntur
58 in † interdictis de loc. ſac. de via & itin. pub. aut priu. de fluminib. de rip. &c.
prout in cauſis noui operis mandata demolitoria, quoad opus factum, & inhi-
59 bitoria quoad opus futurum. Ita ſi milites contra leges imperii vel regni †
collecti, bellum illegitimum parent, damnumque forte iam dederint, & vlte-
rius dare pergant: mandata iſtis nominibus, non modo auocatoria, ſed & re-
ſtitutoria, tum inhibitoria, cum ad duces, tum ipſos milites ſolent impetrari &
emanare.

60 Sic in cauſis appellationum, † ſi iudex acta edere recuſet, & innouatio-
nis ſit periculum, compulſorialibus, iiſque etiam arctioribus, tum inhibitioni-
bus ad edendum, & ne quid attentet vel innouet aſtringi ſolet. Et eiuſmodi
61 interdictorum cumulationes, pro varietate circumſtantiarum facti, tam † va-
riæ multipliceſque ſunt, vt infinitum foret illas omnes exprimere: quamuis
omnes generalibus vel iubendi vel prohibendi terminis, & hic quidem vni-
formibus, cum inhibitio non ſecus atque negatio plures ſpecies non conſti-
tuat, illic vero multiuariis concipiantur, reſtituendo ſcilicet, hoc aut illud fa-
ciendo, &c, cuius tot ſunt ſpecies, quot ſunt vel ipſius facti, vel ipſarum rerum
quæ faciendæ iniunguntur.

62 Et iſtæ † cumulationes difficultatem nullam habent, quatenus diuer-
ſo fiunt reſpectu. Quo nomine & interdictum adipiſcendæ, Quod legat,
cum interdicto retinendæ cumulari poterit: Vt, ſi dicat actor, Titium, quæ-
dam legata iam occupaſſe, quædam adhuc reliqua, ſimiliter inuolare & occu-
pare, vel & in ipſa hereditate moleſtare & turbare præſumere: & ſic tam reti-
nendæ quam quod leg. interdictum petat, Caſtrenſ. *conſ. 79. lib.* 2. Tiraquell.
63 *Lemore. ſaiſit. part 6. declar.* 3. Ita retinendæ † interdictum, cumulari poteſt
diuerſis reſpectibus, cum Interd. recup. *per ea quæ ſup.* & Caſtrenſ. *lib.* 2. *conſ.* 234.
Menoch. *adipiſc. poſſ. rem.* 2. *q.* 31. *& rem.* 4. *q* 62. *& recup. rem.* 3 *q.* 58 *& retin.
rem.* 3. *q.* 64.

64 Quamuis aliud eſt reſpectu eiuſdem rei & poſſeſſionis: ſic enim † con-
traria eſſet iſta cumulatio, non modo in adipiſc. & retinend. Bald. *l. incerti q.* 11.
n. 7. *C. de Interd. DD. d. § nihil commune* vbi Roman. *n.* 14. Iaſ. *num.* 153. Menoch.
d. quæſt. 31. ſed etiam, in recup. & adipiſc. *ibid. & d. q.* 58. Modeſt. Piſtor. *vol.* 1.

conſ.

Digitized by Google

*conſ.*30 *n.*34.per rationem, quod interd ctum recuperandæ præſupponat poſſeſſionē, habitā quidem, ſed amiſſam eſſe, interdictum vero retinendæ, adhuc habeti, adipiſcendæ vero, nunquam ante habitam eſſe, ſed primo habendam quæri præſupponat: quæ ſunt contraria, qualia cumulari nequeunt; *ibid. per l.*1.C.*de furt.*Barth.*l.edita nu.*14.C.*de edend.* Quod non attenditur ſi contrariæ actiones diuerſo reſpectu cumulentur: *ibid. num.*16.

Eiuſdem † vero & rei & poſſeſſionis reſpectu, cumulari poſſunt illa ſaltem interdicta, quæ regulas cumulationis ordinarias admittunt; vt interdicta adipiſcendæ & recup. Bald. & Afflict. *vt ap.* Menoch. *adipiſc. rem.*4.*q.*63. Modeſt. Piſtoris *d.conſ.*30.*nu.*39.*&* 41. vbi ait interdictum Quor. bonor. & recup. poſſe cumulari iuxta formam ibid. traditam. Et quamuis Menoch. *adipiſc. rem.*4.*q.*63. contrarium putet verius eſſe, remedia ſcilicet adipiſ. & recup. tanquam pugnantia cumulari non poſſe, poſt Bero. *lib.* 2. *conſ.* 61. *in fin.* Cuiac. 4. *obſ.*11. 65

Tamen † d. ſententia eſt veriſſima: vt, ſi dicam, me non modo poſſeſſione, hac vel illa ſpoliatum, vel deiectum eſſe, ſed etiam vel ex teſtamento vel ab inteſtato heredem eſſe: Et ſic petam, me ex Can. redintegrand. ſiue ex vnde vi interdicto, in euentum etiam ex l.2.C.de Edict. Diu. Adr. vel ex Quor. bonor. Interdicto, in poſſeſſione redintegrari, eamque mihi reddi & reſtitui vel tradi. Eaque † cumulatio ſine vlla controuerſia procedit, ſi vnum remedium reſpectu poſſeſſionis ſiue detentionis naturalis cuiuſcunque, alterum reſpectu poſſeſſionis ciuilis, vel iuris alicuius intentetur: vt, ſi filius, vel heres quis alius, exiſtens in poſſeſſione, eadem deiiciatur, antequam parentis forte abſentis vel defuncti mortem reſciuit, ſibique & ſuo nomine hereditatem plene poſſederit: ſic enim ſe in hanc poſſeſſionem qualemcunque reſtitui, ſibique ex quor. bonor. &c. interdicto, in omnem caſum poſſeſſionem aſſignari petere poteſt: Piſt. *d. num.* 39. quemadmodum † talis cumulatio, & in illo facillime admittitur, in quem vi ſtatuti continuata fuerat poſſeſſio ciuiliter, quam & naturaliter, ab alio interceptam, ſibi reſtitui petit. 66 67 68

Ita ſi petam mihi reſtitui poſſeſſionem † ſpoliatam, & timeam ne facta reſtitutione iterum turber & moleſter, & hoc nomine, interdictum de non moleſtando, quod retinendæ eſt, cumulari poſſe, nemini dubium eſſe poteſt. 69

Qua eadem ratione interdicta † etiam adipiſc. & retin. cumulari poterunt. Quia plura ad eundem finem tendentia remedia, ſæpe etiam cumulari poterunt: vt in adipiſcendæ interdictis, Quor. bon. & † ex l.fin. Cod. de Edict. Diu. Adr. licet enim hæc contraria eſſe videantur, ex quo cauſa teſtamenti excludit cauſam inteſtati, per vulg. Tamen quatenus quis in vtraque fundatus eſt, catenus vtrumque cumulare poterit. 70 71

Quem-

Digitized by Google

72 Quemadmodum cum iiſdem etiam Quod legatorum interdictum † concurrere poterit: ſi videlicet, legatarius, non modo legatum, ſed & omnem fere hereditatem occupauerit: quæ cumulatio tunc admodum eſt vtilis quando periculum eſt, ne ille partem hereditatis reſtituendo, legatum ſibi retinere inſiſtat, & ſic ſingulari adhuc imploratione opus habeas.

73 Quæ ipſa & inde † confirmantur; Quod querela inofficioſi, cum bonorum poſſeſſ. contra tabulas concurrere poſſit; Rubeus *de Inoffic. teſtam. c. 4.*
74 *in fin.* Sic quoad poſſeſſoria † retinendæ in reb. mobilibus proditum eſt interdictum vtrubi: ſed reſpectu prædii, in quo res mobiles ſunt, etiam Vti poſſid. cumulari poterit; quinimo non hoc tantum, ſed mandatum etiam de non offendendo, &c.

75 Sic in cauſis recuperandæ † poſſeſſionis, & Vnde vi Interdict. & Canon Redint. Item l. ſi quis conductionis & l. conductores, C. locat. vel l. fin. C. de prætor. pig. &c. poſſunt cumulari; per rationem prædictorum.

Commentarivs XXI.

De Mixtura poſſeſſorii & petitorii: ad l. 2. §. 2. ff. hoc tit. &c.

Svmmaria.

1 *Mixtura petitorii & poſſeſſorii eſt etiam concurrentiæ ſpecies.*
2 *Interdicta de rebus ſacris ſanctis, religioſis ſunt mixti iudicii Vti & illud de liberis hominibus exhib. & quæ iuris ſui tuendi gratia redduntur.*
3 *Vel quæ ſine ſingulari conceſſione non competunt;*
4 *Item cauſa regalium & iuriſdictionum.*
5 *Et rerum ſpiritualium vel Eccleſiaſticarum.*
6 *Et cauſæ matrimoniales.*
7 *Vel vbi poſſeſſio ipſo iure qualificata requiritur.*
8 *Vel quæ rei familiaris perſecutionem continent.*
9 *Antinomia l. 2. §. 2. de interd. conciliatur: n. 10.*
11 *Interdicta quidem omnia ſunt poſſeſſoria, alia tamen plus mixti petitorii habent præ aliis.*
12 *Mixtura petitorii non ſtatim ob id diſtinctum interdicti caput poſſeſſorii ac petitorii conuellit.*
13 *Poſſeſſorii & petitorii diſtinctio etiam in reb. ſpiritualib. obſeruatur.*
14 *Petitorii mixtura ad poſſeſſoriam interdicti cauſam venit ſaltem coloratiue.*

15 *Quor.*

15 *Quor.bon.interdictum petitorii quidem præſuppoſito nititur, ſed ita vt de aſſequenda poſſ. ſsione potiſsimum laboret, ſaluo pleniore petitorio.*

16 *Mixtura petitorii adminiculatiue adhibetur, v. tanto rectius ordinetur poſſeſſorium.*

17 *DD. ſemiplenas ſaltem probationes in poſſeſſoriis interdictorum cauſis requirentes, ad tincturam ſaltem vel colorationem petitorii reſpexerunt.*

18 *L.3.C de Edict. diu. Adri. titulum quidem teſtamenti quaſi petitorium præſupponit, ſed ſaluo tamen vero petitorio.*

19 *Mixtura petitorii minor eſt in retinenda, omnium minima in recup. interdictis.*

20 *Mixtura petitorii ſæpe non ad colorandum ſaltem, ſed etiam ad euincendum poſſeſſorium adhibenda venit.*

21 *Quod poſſeſſorium neutiquam abſorbet, n.22.n.25.26.*

23 *Acceſſoria non mutant naturam principalis diſpoſitionis:*

24 *Niſi acceſſorii & mixturæ accedit præualentia:*

27 *Vel per eam omnis poſſeſſorii aſſignatio totaliter finiatur.*

28 *Qualiter etiam in caſibus prægnantiſsimæ mixturæ poſſeſſorium ſuſpendat petitorium? n.29.30.*

31 *Potentiſsima proprietatis mixtura elucet in caſibus paratarum exſecutionum, & n.32.*

33 *Vti propter præualentem proprietatis cauſam, & durabile præiudicium appellationi ſit locus:*

34 *Niſi & ibi momentanea ſaltem poſſeſsio vel quaſi detur, & quomodo hoc fiat?*

35 *Pœnæ etiam legales mixturam petitorii continent:*

36 *Vnde ad euitandas appellationis remoras tutius eſt reformationem poſſeſſionis vrgere, ſalua pœnæ legalis actione.*

37 *An poſſeſsio vi ſtatuti data, mixturam habeat petitorii, quæ ſeparationem poſſeſſorii admittat? & n. 8.39.*

40 *In meru etiam interdictorum poſſeſſoriis mixtura facti & circumſtantiarum concurrit, & n.41.42.*

43 *Concurrente per mixturam vel cumulationem poſſeſſorio & petitorio, vtrum intentatum eſſe cenſeatur; vbi Doctores admodum ſcrupuloſi:*

44 *Pro petitorio concludentes, ob clauſulam aliquam illud arguentem: n.45.46.47.48.49.*

50 *Clauſula libellorum non iudaice, ſed candide ad intentionem actoris intelligenda:*

51 *Interdicta cum late ſint & dicantur actiones perſonales in rem: ideo ob ſolum realitatis verbum, non ſtatim infertur petitorium: & n. 52.*

Digitized by Google

53 *Quintilian.vii & Cic.monent in poſſeſſoriis etiam interdictorum cauſis laborandum eſſe, vt de ipſa quoque cauſa principali iudex bene ſentiat.*

54 *Quando narratur quidem petitorium, ſed in poſſeſſorio concluditur, ibi illud ſaltem adminiculatiue deductum cenſetur.*

55 *Poſſeſſoriorum ſæpe ea eſt ratio, vt non qualificata nequeant obtineri, vbi ob ſolam petitorii mixturam, non eſt abolendum poſſeſſorium eatenus iure interdicti fundatum.*

56 *Iudex, quatenus cumulato petitorio & poſſeſſorio, ſed hoc tamen principaliter in concluſionem deducto, eo omiſſo poſſit cognoſcere in petitorio? & num. 57. 58.*

59 *Supplicantium narrata potius ſubleuanda, quam calumnianda.*

60 *Propoſita ordinaria petitorii actione, non facile eſt tranſeundum ad prætorium interdicti poſſeſſorium:*

Vnde & vice verſa intentatum poſſeſſorium prius regulariter finiendum:

61 *Magna eſt differentia ſi de poſſeſſione per interdictum vel alia actione ordinaria agatur, & num. 62.*

63 *Interdicta publica pacis ergo introducta:*

64 *Et poſtmodum paulo vlterius porrecta ſunt, ad reformandos omnes caſus iure eatenus definitos.*

1 ALteram † concurſus poſſeſſorii & petitorii ſpeciem diximus eſſe mixtu-
ræ, vel mixti iudicii: quod conſideratur in iis interdictis, quæ non modo
poſſeſſionis, ſed quandam etiam proprietatis cauſam continent: qualia pri-
2 mo ſunt ea, quæ de reb. ſacris, ſanctis & religioſis prodita ſunt: Item † ſecun-
do, illa, de liberis (hominibus) exhib. quæ iuris ſui tuendi cauſa dicuntur com-
petere, & velut proprietatis cauſam continent, *l. 2. §. 2. ff. de Interd.* Quo tertio
3 referuntur, † quæ citra ſingularem vel legis vel principis conceſſionem non
facile competunt: quod eleganter & notabiliſſime Vlpian. exemplificat, in il-
lis, qui ex Caſtello publico, ad principis diſpoſitionem pertinente, aquam du-
cunt, ſibique ducendi & poſſidendi vel vtendi ius deberi obtendunt: Cum
propoſito de aqua Caſtellaria interdicto, totam quæſtionem aſſignationis, eo-
dem finiri oporteat: *texe. ſing. l. 1. §. hoc interdictum 39 & quatuor ſequentib. vſq; ad
fin. ff. de aq. quotid. & æſtiu.* vbi hoc latius explicabimus. Quo eodẽ reſpectu, &
4 † alia ſimilia poſſeſſoria, proprietatis quandam mixturam habere aiunt: Ve-
luti, quarto, ſunt, cauſæ regalium & iuriſdictionum: vtpote quæ & ipſæ, iuris
ſunt publici, & vel expreſſam, vel ſaltem tacitam ſuperioris conceſſionẽ præ-
ſupponunt: *per ead.* Bald. 3. *conſ. 161. in fin.* Afflicti, *§. illud quoque n. 51 de probib.
feud. alien. per Frid.* Egid. Bellam. *deciſ.* 49. Contard. *l. vn. lim. 2. §. 7. num. 6. C. ſi de
mom. poſſ* D. Marta, de Iuriſd. 2. *cap. 5. n. 2. 4. & 58. & ſeqq.*

Item

Item quinto † rerum ſpiritualium, vel ſaltem Eccleſiaſticarum, beneſi- 5
ciorum & præbendarum: per ea, quæ de locis ſacris & religioſis, Vlpian. *d.l.2.*
§.2.ff. de Interd. cap 1. & tot. tit. de prabend & dignit. c ad decimas, de reſtit ſpol in 6.
Clem. vn. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. c. ſi quando c. ſuper eo: de offic. iud deleg. Mart. *d.c.*
5. & c. 39. Menoch. *Retin. remed. 3. q. 73. & recup. rem. 15. q 36.*

Item ſexto, † cauſarum matrimonialium: *per ea quæ in princ. Inſt. de nupt.* 6
l.1 ff. de rit. nupt. l.1. & tot. tit ff. ſol. matrim. sext. c. conquerente 7. & c. ex tranſmiſſa,
ſeq. vbi Can. *de reſtit. ſpol.* Concard, *d. lim. 2. §. 1. num. 1. & ſeq.*

Quin ſeptimo, † & ea poſſeſſoria, mixturam proprietatis habere innuit 7
Paul. quæ regulariter, abſque manifeſto iure, permitti non videntur: veluti
iter reficere, & eiuſmodi moliri: *d.l 2. §. 2. ff. de Interd. l. 3. § vtilitas, 12. & §. fieri*
14 ff. de Itin. actuque priu. Menoch. *ibid. rem. retin. 5. q. 20.* Vel quæ, † Octauo, 8
rei familiaris perſecutionem, vt plurimum continent, vel ad rem familiarem
pertinent: *d. l. 2. §. 2. in fin.* Vnde & omnia adipiſcendæ poſſeſſionis interdi-
cta, ex petitoria aliqua proprietatis cauſa regulariter ſunt repetenda: *per l. 1. &*
tot. tit. ff. & C. Quor. bon. l. 1. & tot. tit. ff. & C. Quod legat. Vb. † merito ſane, & 9
plurimum demirari liceat, quod Paul. *d.l. 2. §. 2. in fin. ff. de Interd.* non mirum
eſſe dicat, ſi quæ interdicta, ad rem familiarem pertinent, eas proprietatis, non
poſſeſſionis cauſam habeant? Quod equidem difficultate non caret: quod
ſic IC. ex omnibus interdictis, quæ rei familiaris gratia redduntur. puræ & In-
terdictoriæ poſſeſſionis cauſam remouere videatur? Sed † facillima erit ſo- 10
lutio, ſi duplicem proprietatis rationem in interdictis conſideremus: Et alte-
ram quidem, obiter, & perfunctorie vel acceſſorie, & adminiculatiue, alteram
vero, principaliter, plene, ac abſolute venientem.

Etſi enim, omnia interdicta, poſſeſſoria ſunt, & habentur: Alia † tamen, 11
minus, alia plus mixtæ aliquid proprietatis, ſiue iuris petitorii præſupponunt,
ex quo nitantur, & dependeant. Quod ipſorum interdictorum ſtatum, du-
plicemque diſtinctum quam regulariter vel plerunque ſaltem, habent, poſ-
ſeſſorii & petitorii cauſam, non confundit: prout ex omnibus prædictis vide-
re licet & colligere: vtpote, quod mixtura † proprietatis non obſtante, o- 12
mnes dictæ cauſæ, quantumuis etiam res ſacras & ſpirituales concernant, ad
prætorium valeant redigi interdictum, reſpectu alicuius poſſeſſorii, vel quaſi.
Vt rectiſſime D. Marta, in tract. de iuriſd. 2. *d. c. 5. & 39.* inſinuet, eandem, † 13
quoad interdictoriam poſſeſſorii & petitorii diſtinctionem, in cauſis, tam ſpi-
ritualibus & Eccleſiaſticis, quam prophanis & ſecularibus eſſe rationem: *per*
d. c. ad decimas, d. c. conquerente, & d. c. ex tranſmiſſa, &c.

Et per rationem luculentiſſimam, Quod petitorii † mixtura, in poſſeſ- 14
ſoriis interdictorum cauſis, conſideretur ſaltem coloratiue, &c. *per ea quæ d. c. 5.*
& late etiam poſt alios Menoch. *d. Retin. remed. 3. q. 79 & recup. remed. 15. q. 36.*
& quæ de titulo, in poſſeſſoriis probando, dicemus infra.

15 Ita cum † in adipiſcendæ Quor.bonor. interdicto, ex ipſa prætorii Edi-
cti, tam litera, quam mente, totaque intentione, de poſſeſſione aſſignanda
potiſſimum & principaliter agatur: pleniore ipſius dominii quæſtione vel he-
reditatis petitione ſuſpenſa: hinc petitorii diſquiſitionem, ad iſtam interdicti
vel poſſeſſorii cauſam, non principaliter & plene adhiberi vel requiri conſtat,
16 ſed ſaltem adminiculatiue; & quidem † eatenus, vt o dinata poſſeſſionis
cauſa, & conſtituto tam poſſeſſore quam petitore, ipſa proprietatis ſiue petito-
rii hypotheſis atque ζήτησις, & recte & commode poſtmodum ventilari que-
at: *l. inter litigantes 62. ff. de iudic. § retinend. Inſtitut. de interd. l. Action. 25. De oblig.
& act.*

17 Quo ſenſu † omnes DD. accipiendi ſunt, qui ſemiplenas ſaltem, &
præſumptiuas probationes, in eiuſmodi interdictis admittunt; *per ea quæ late
infra.* Comment. 26. tum ap. Contard. de mom. poſſ. limit. 2. §. 1. num. 9. & 7.
ſequentib.

18 Qua eadem ratione ex l. 3. C. de Edict. Diui Adr. tol. l. immiſſionem † pe-
tens, titulum quidem teſtamenti, & proinde alicuius petitorii ac proprietatis
præſupponit, ſed citra plenam & ſolennem petitorii vel teſtamentariæ cauſæ
19 diſquiſitionem, &c. Sed minor eiuſmodi † petitorii mixtura, in retinendæ,
omnium minima in recup. interdictis deſideratur. Iſthic enim vtrobique,
poſſeſſionis cauſæ, admodum caute inhæretur ac inſiſtitur, citra magnam pe-
20 titorii admiſſionem: Sed tamen non ſine aliqua eiuſdem † mixtura, quæ ſæ-
pe non tantum coloranda, ſed etiam munienda & ſuſtinenda ſunt interdicta,
aduerſus eos præcipue, qui incontinenti, vel iuris præſumptionem, maiorem-
ue iuris probationem præ ſe ferunt, & docere poſſunt, *per ea quæ infra Com-*
21 *ment.* 30. Quibus & ipſis tamen in caſibus, † non ratione mixturæ, ſed ipſius
poſſeſſorii, tanquam principalioris eatenus quæſtionis, res cauſaque interdicti
æſtimanda eſt. Sic etſi in cauſis cum matrimonialibus, tum beneficialibus
omnium maxime petitorii titulique mixtura requiritur: ex quo tamen † prin-
22 cipaliter de poſſeſſorio agitur, illud ratione mixturæ non aboletur; per ea quæ
DD. ap. Contard. *d. §. 1. n. 1. & ſeq.*

Quemadmodum & alias † acceſſoria non mutant naturam principa-
23 lis diſpoſitionis: *Clem. 1. in fin. de prebend.* Niſi forte acceſſorii & mixturæ ea
ſit potentia, tum finis, & qualificatio, vt ipſam cauſam principalem † coaſcen-
24 dat, eamque hoc reſpectu nonnihil alteret: vbi præualentiæ habetur ratio:
*l. in rem actio 23. §. in omnibus, & § ſeq. l. Quæ religioſis 43. l. habitator 59. ff. de Rei
vindic.*

Vt ſic appareat Paul. *d. l. 2. §. 2. de interdict.* talem proprietatis mi-
25 xturam intelligere, quæ poſſeſſionis cauſam nullatenus excludat, † ſed iis
ſaltem interdictis exponatur, quæ circa fines meri ſolique & nudi poſſeſ-
ſorii potiſſimum verſantur, à magna proprietatis conſideratione remoti:
quod

quod exemplo duplicis capitis interd. Ɛti de itin. actuque pri. eleganter ibid. explicat. Vti & idem Vlpian. facit *l. 1. ff. de aq. quot. & æſt.*

In primis enim † vtriuſque interdicti capitibus ſufficit, talem qualem 26
poſſeſſionis in itinere vſurpando vel aquam ducendo vſum allegare, ſolo ad ipſum poſſeſſionis vel quaſi factum, non ad iuris cauſam an iuſte ſcilicet vel iniuſte poſſideatur, habito reſpectu: *d. l. 1. §. 2. de itin. act. priu.*

Vbi † e contra, in altero vtriuſque, præſertim vero de aqua caſtellana in- 27
terdicti capite proprietatis mixtura adeo reſidet, vt tota quæſtionis aſſignatio, ſeu petitorij definitio, eodem finiri dicat Vlpi. quod non momentaneum vt priora illa, ſed perpetuum præiudicium afferre videtur: ſi videlicet hoc agatur, & tota quæſtio plene decidatur: Cum temporalis etiam † & momen- 28
tanei inſtar poſſeſſorij, tam alterum quam primum vtriuſque interdicti caput tractari poſſit, vt vt maximam alias proprietatis mixturam illud habeat, Idq; multipliciter: vt, ſi iter refecturus, te, vel in poſſeſſione reficiendi eſſe dicas, vel præſente † neceſſitate, & dubia adhuc proprietatis cauſa, præſumptio- 29
nem aliquam, vel melius ius pro te habeas, quod aduerſarius probationibus altiorem indaginem requirentibus eludere ſe poſſe ait, & præſeruat. Quemadmodum & in poſſeſſione iuris ducendi aquam eſſe, † vel ius ab eo conceſſum 30
habere potes, cui poteſtatem concedendi plenam & abſolutam non fuiſſe dicatur: ita vt, pleniorem adhuc, ipſa vera & definienda proprietatis cauſa, requirente indaginem, momentanea tibi poſſeſſio aſſignanda veniat: *per l. apparet 5. §. 3. & fin. d. tit. de itin. act.* Porro maxima adhuc, & omnium potentiſſima *iuxta d. l. 2. §. 2. in fin. ff. de interd.* eſt proprietatis † mixtura, ijs caſi- 31
bus, vbi reſpectu paratarum probationum, in re ipſa, eiuſque proprietate aſſignanda interdici poteſt atque ſolet: vti fit, in mandatis de ſoluendo, vel quid aliud faciendo, ex publicis actis, Inſtrumentis, vel documentis, de exequenda † re iudicata, de ſoluenda pœna ex delicto notorio, de reſtituenda re de- 32
poſita vel commodata, de Immiſſione in poſſeſſionem, non tantum ipſius rei, ſed etiam proprietatis, eo in caſu, vbi de iure immiſſi vel immittendi deque ſumma aduerſarii iniuſticia notorie & manifeſte conſtat: vt ſi filius notorie & indubitate hæres, in præoccupatam ab alio ius ſuccedendi non habente hereditatem quoad omnem cauſam immittatur, & aduerſarius decedere recta iubeatur. Quibus caſibus † propter præualentem proprietatis & cauſam & 33
mixturam, tum propter durabile præiudicium, appellationi locus eſſe videtur: *per text. l. vn. cum rubr. vbi, DD. C. ſi de mom. poſſeſ.* quod ſecus reputo, ſi eiuſmodi executiones, quantumuis proprietatem principali mixtura vel fine contineant, in momentaneum † Iudicium degenerent, merique poſſeſſorij 34
naturam ſequantur: quod fit, ſi præſtita cautione poteſtas aduerſario reſeruetur, ius ſuum, ſi quod ſe habere putat, melius deducendi, & ita victori rem ipſam iterum euincendi? Et ad hanc mixturæ ſpeciem etiam pertinet, † ſi 35

quis ex *l. Extat ff. Quod met. cauſ. l. ſi quis in tantam C. vnde vi. creditores C. de vi priu.* rem ſibi reſtitui petat, tam quoad poſſeſſionem, quam proprietatis, iu-
36 riſque ſui priuationem. Quamuis ad euitandas appellationis † remoras, tutius ſit, ipſam reſtitutionem primo vrgere, ſaluo & præſeruato commiſſi iuris petitorio: Ioh. Fab. *d. recup. n. 6. Inſt. de interd.* Contard. *d. lim. 2. §. 3. n. 18. & per tot.* Et ex iiſdem quæ dicta ſunt, capitur etiam reſolutio iſtius quæſtio-
37 nis: An ſtatutum, quo † poſſeſſio defuncti continuatur in heredem, & interdictum ob eandem petitum, ſeparabilem talem proprietatis mixturam habeat, qua & poſſeſſorium principaliter intentari queat, ſaluo petitorio? Et affirmatiua verior eſt, non obſtante quod Cont. *d. limit. 2. §. 2.* negatiuam te-
38 net: dicendo poſſeſſionem † talem vi ſtatuti datam, eſſe imperfectam & improprium, meri que iuris, quæ Interdicta quidem adipiſ. non autem retin. vel recup. quoad facti quæſtionem admittat: cum tamen communior ſit in contrarium: per ea quæ late Tiraquel. *tract. le mort ſaiſ. declar. 6.*

Neque enim talis poſſeſſio inſeparabilem & plenam proprietatis mi-
39 xturam habere poteſt: cum & ipſe † titulus, quo, vel ex Quor. bon. ab inteſtato, vel ex teſtamento, hereditatis poſſeſſionem petimus, à pleno & ordinario proprietatis proceſſu ſeiungi queat: & ita quidem, vt executio per appellationem non ſuſpendatur: vt ſuis locis diximus.

40 Ceterum † & meris interdictorum poſſeſſorijs, mixtura quædam facti ineſſe poteſt: Ita interdicta *Quor. bonor. Quod legat, l. 3. C. de edict. diu. Ad.* & adipiſcendi, & reſtituendi vim continent: Sicut & Interdictum retinendæ,
41 quandam † reſtitutionis mixturam habet: ſi, turbator, ad eum, qui poſſidet, in poſſeſſionem introierit, vt moleſtiam exhiberet. Sic mandata noui operis,
42 tam † inhibitoria quam demolitoria, non ipſius tantum operis, ſed & mixtã quandam, & retinendi, & reſtituendi rationem habent: *per text. & DD. ad tit. de oper. nou. nunc. & quæ ibid. diximus.*

43 Quibus † nunc ea quæſtio ſubijcienda eſt: Quando occurrente tali de qua diximus mixtura, vel & cumulatione, poſſeſſorium vel petitorium intentatum eſſe cenſeatur? Et quamuis hic DD. nonnulli admodum ſcrupuloſi, nodum in ſcirpo quærunt, indiſtinctius dicentes, non ratione nudæ poſſeſ-
44 ſionis, † ſed ipſo petitorio agi, quando allegatur & adiudicari petitur non modo proprietas vel dominium: *per notiſ. & vulgata:* ſed etiam aliquod Ius reale: Iaſ. *§. quadam n. 17. Inſt. de act.* Bald. *l. commun. diuid. §. qui in rem ff. com. diuid.* vel quando agitur ratione Iuris in re, vel actione in rem, *per ea,* quæ Menoch. *adipiſ. rem. 3. q. 17.* & recuperand. *in prælud. n. 8.* vtpote ſi agatur ad v-
45 ſumfructum, vel vſum, vel dominium, vel quod aliud ius: Eiuſmodi † enim actionibus realibus quem petere ſe declarari dominum, vel ius habere in re: Et ſic petitorium inſtitui, etiamſi agatur actione perſonali ad rem: Alexand.
46 Fab. & alij vt ap. Contard. *d. l. vn. quæſt. 14.* vel ſi petatur & concludatur † rem

reſti-

reſtitui, etiam ſi non addatur pleno iure, & cum omni cauſa: *d. prælud. num.*
12. vel ſi petatur rem libere † relaxari & reſtitui *DD. ibidem, numero decimo* 47.
quarto Alexand. *lib. 6. conſil. nonageſimo ſexto, in princip. & numero ſexto*, vel ſi
concludatur per verb. debere, vel ſi inſeratur verbum legitime & canonice,
vel ſi agatur de læſione vniuerſitatis, † aut de fructibus, vel ſi quis petat de- 48
clarari rem ad ſe pertinere, vel ſpectare, etiamſi poſtmodum in concluſio-
ne petat, reum condemnari ad reſtitutionem poſſeſſionis: per ea quæ Con-
tard. *d. q. 13. num. 60. & 5 ſeq.* vel ſi tractetur † de priuilegio aut titulo ibid. 49
num. 76. & ſeq. vel ſi deducto poſſeſſorio & petitorio ſimul, ſubijciatur clau-
ſula petens ius & iuſticiam fieri vel miniſtrari, etiamſi concluſum fuerit in ſolo
poſſeſſorio: *d. prælud. n. 16. vbi DD. &c.*

Attamē iſta omnia † nō iudaice, ſed candide ſunt accipiēda & intelligenda: 50.
Si videlicet, ex ipſa actoris concluſione appareat, de ipſa cauſæ principalis pe-
titorium continentis hypotheſi, eiuſque plenaria, ſub perpetuo præiudicio
deciſione & definitione agi, per ead. quæ de differentijs petitorij & poſſeſſo-
rij ſuo loco diximus. Cum enim & Interdicta † actiones ſint prætoriæ in rem 51
ſcriptæ: *per l. 1. §. pen.* Interdicta licet in rem videantur concepta, vi tamen
ipſa perſonalia ſunt *ff. de Interdict.* hinc ex ſola in rem † actione, non ſtatim 52
petitorium conficitur: quemadmodum neque ex dominij, vel iuris aut tituli
allegatione, vtpote quod † in Interdictis etiam vtiliter & adminiculatiue 53
ſaltem, & non principaliter deduci ſolet atque poteſt: per doctrinā Quintil.
lib. 7. cap. 5. Vbi etiam in poſſeſſorijs iudicijs laborandum eſſe ait, vt de ipſa
cauſa principali bene ſentiat iudex; & eſt exemplum in Orat. Cic. pro Cecin.
vnde & DD. notandum aiunt, quod quando † narratur petitorium, & con- 54
cluditur in poſſeſſorio, illud ſaltem adminiculatiue deductum cenſeatur, Fel.
cap. licet cauſam de probat. Contard. *dict. quæſt. num.* 90. Eademque eſt ſenten-
tia ipſorummet DD. qui dicunt ſi in rem agatur petitorio agi videri: hoc enim
intelligimus cum moderatione, niſi concluſio fiat in ſolo poſſeſſorio: Bald.
Bellam. & Marant. *vt ibid. n. 26.*

Quin multorum poſſeſſoriorum ea ratio cauſaque † eſt, vt non qualifi- 55
cata, non ſufficiant: vbi tunc ſane cauſa petitionis addenda, & ſic ipſum poſ-
ſeſſorium ex petitorio colorandum: Bellamet. *c. ex parte num. 8. de reſtit. ſpol.*
& dict. quæſt. num. 30. & ſequentib. vbi & exemplum ponitur. Et quamuis
recta eſt DD. ſententia, tenentium, quod tam † ſuper petitorio quam poſſeſ- 56.
ſorio iudex cognoſcere & pronunciare valeat, etiamſi concluſio libelli ſuper
ſola poſſeſſione exeat, ſi modo & petitorij quæſtio in libelli narratione ſit pro-
poſita: & in concluſione adiecta clauſula, petens in prædictis ius & iuſtitiam
adminiſtrari: *ibid. num.* 46. Tamen eatenus vera & probabilis eſt, ſi appa-
ret actorem velle in vtroque pronunciari † & cognoſci, eoque nomine pro 57.
bationes habeat in promptu vel inferre laboret: & cauſa petitorij non minus
vel

vel plus quam ipſius poſſeſſorij plene ſit deducta & explicata, alias enim ſoli
ſtandum eſt concluſioni: *ibid. num.* 47. poſt Roland. à Val. *lib.* 3. *Conſil.* 41.
num. 29. Ita licet in cauſis eccleſiaſticis etiam quoad poſſeſſionem, opus ſit
58 allegatione tituli: *per vulg.* Tamen † propterea non ſtatim meræ ſunt peti-
toriæ eiuſmodi cauſæ: ſed etiam meræ nihilominus poſſunt & ſolent eſſe poſ-
ſeſſoriæ: ſiquidem ſuper poſſeſſione agatur: *per notiſ.* Sicut etiam ex ipſa In-
59 terdicti † vel cau. poteſtate, & natura, & priuilegio, ipſa quoq; ſupplicantium
narrata ſunt potius ſubleuanda, & promouenda, quam quacunque ratione
calumnianda: *per l. pen. ff. de Exhib.* Quemadmodum & econtra ex ordinaria,
60 quam actor proponit actione, ad extraordinariam Interdicti † executionem
non facile eſt tranſeundum, etiamſi libello ſit inſerta clauſula: omni meliori
modo: per rationem quod Interdicta ab alijs ordinarijs actionibus diſtin-
guantur: & quod iudex vltra petita regulariter non debeat indulgere, neque
61 actoris partes contra reum agere vel excitare. Vnde etiam † non exigua
eſt differentia, an ex aliquo Interdicto, an vero alia aliqua ordinaria actione
ſuper poſſeſſione agatur. Etſi enim fuerunt, & adhuc ſunt, qui pro poſſeſſio-
62 num cauſis, ſolas nudaſque Interdictorum † quas vocant actiones produ-
cunt: ſicut etiam actiones reales in petitorias & poſſeſſorias traducendo, illis
vendicationes, hiſce Interdicta aſſignant: Rectius tamen iura ipſa docuerunt.
cum ipſa Interdictorum etymologia & definitio clariſſime & liquido edo-
63 ceat, in caſibus contentionum extraordinarijs, † vbi ſedatione & ſingulari
prætoris autoritate opus fuit, & ſimilibus paratarum executionum cauſis in-
terdicta, quaſi inter duos, ſub verborum & armorum periculo contenden-
tes, reddita eſſe: quæ deinde etiam extra ſcandali & armorum periculum ad
64 omnes caſus extenſa ſunt, in quibus iure † permittente, ab executione, vel
ſaltem à præcepto & mandato licet incipere: quemadmodum & ſingulari-
ter ad ordinandum inter litigatores proceſſum, parteſque acto-
ris vel rei vere aſſignandas inuenta & conſtituta
ſunt: per ea quæ ſuo loco
diximus,

COM-

Commentarivs XXII.

An & quando petitorio vel ſolo vel vna cum poſſeſſorio intentato, liceat tranſire ad poſſeſſorium? ad l. cum fundum ff. de vi & vi armat. &c.

Svmmaria.

1 *Petitorio vel ſolo vel vna cum poſſeſſorio intentato, illo ſuſpenſo licet tranſire ad poſſeſſorium. n. 2. 3. 4.*

5 *Modo fiat ante concluſionem in cauſa: & n. 6. 7.*

8 *Spoliatus reſtituendus eſt etiamſi dominij documenta nulla habeat & quando num. 9.*

10 *Gener: per ſpeciem derogatur in expreſſis.*

11 *Detrimenta non ſemper probant dominium.*

12 *Suſpenſio petitorij an in omnibus cauſis admittatur, & n. 13. 14. 15.*

16 *Et reſpectu trium poſſeſſorum?*

17 *An poſt litem conteſtatam?*

18 *Vſque ad cauſa concluſionem. & n. 19. 20.*

21 *An ſuſpenſio petitorij admittatur poſt receptas atteſtationes, n. 22. 23. 24.*

25 *Petitorij ſuſpenſio an ſemel tantum, vel pluries admittatur, & n. 26. 27.*

28 *An l. cite fiat probato petitorio? & n. 29. 30.*

31 *Suſpendent petitorium an teneatur refundere expenſas?*

32 *An ſuſpenſio petitorij admittatur ſi commiſſio ſuper vtroque facta? & n. 33. 34.*

35 *Reus inuito actori modum agendi non poteſt præſcribere: & quatenus nu. 36. 37.*

38 *Poſſeſſio releuat ab onere probandi.*

39 *Actor in poſſeſſorio ſuccumbens probandi onus ſuſcipit in petitorio: & n. 40.*

41 *Succumbens in petitorio an poſſit experiri poſſeſſorio? & n. 43.*

42 *Petitorium potentius eſt poſſeſſorio.*

44 *Sententia petitorij quatenus obſtet poſſeſſorio? & n. 45. 46. 47.*

48 *Res quæ vindicari nequeunt, poſſunt venire interdicto.*

49 *Poſſeſſorio & petitorio cumulato, poteſt iudex ſuper vtroque pronunciare etiamſi actor ſuccumbat in alterutro.*

50 *Retinendæ interdictum vtile eſt etiam illi qui petitorio obtinuit. Cum petitione hereditatis cumulari poteſt interdictum Quor. bon. vel l. fin. C. de edict. diu. Ad.*

51 *Poſſeſſorium præiudicialiter vrgendum ad excludendum vexationem petitorij.*
52 *Petitorio victus quatenus ſalua habeat beneficia poſſeſſoria & n.* 53. 54. 55. 56. 57. 58.
59 *Spoliatione poſt ſententiam facta an competat l. ſi quis in tantam C. vnde vi & n.* 60. 61.
61 *Finito poſſeſſorio vel petitorio agitur de fructibus perceptis.*
63 *L. ſi quis in tantam, an ſit vſu abrogata?*
64 *Reſtitutio iniuncta differri poteſt donec pœna violentiæ ſoluatur & numero* 65.
66 *Res iudicata item poſſeſſorium & petitorium vltra terminos continentes non extendendum.*
67 *Dominium & poſſeſſio rei poteſt eſſe apud diuerſos.*
68 *In poſſeſſorio proprietatis mixturam habente quid iuris. Et an illud ſuſpenſionem petitorij admittat, n.* 69.
70 *Poſſeſſorium an præiudicialiter vrgeri queat ratione exceptionis antea neglectæ vel nouiter emergentis, & n.* 71. 72. 73.
74 *An in cauſa appellationis tranſire liceat à poſſeſſorio ad petitorium, vel contra? & n.* 75. 76.
77 *Exceptio dilatoria in prima inſtantia omiſſa non poteſt opponi in ſecunda. Appellatio reducit cauſam ad ſtatum primæ inſtantiæ.*
78 *Inuita parte poſſeſſorij vel petitorij mutatio fieri non poteſt in ſecunda inſtantia.*
79 *Niſi ius mixturæ vel connexitatis aliud ſuadeat: & n.* 83.
80 *Clem. vn. de cauſ. poſ. & propriet. an ad alias cauſas extendatur? & nu.* 81, 82.
84 *Iudicis appellati iuriſdictio prorogari poteſt ſuper tota cauſa ex delatione iudicis à quo:*
85 *Vel per auocationem: aut recuſationem.*
86 *Ante definitiuam appellans cauſas in appellatione ſaltem expreſſas deuoluit.*
87 *Appellato volente & petente, iudex appellationis in cauſa principali cognoſcit.*
88 *Petitorium an & quatenus deuoluat poſſeſſorium? num.* 89. 90. 91. 92. 93. 94.
95 *Libellorum & actionum mutatione in prima quidem inſtantia admittitur: & n.* 96.
97 *An poſſeſſorio ſuſpenſo admittatur petitorium in cauſa appellationis & n.* 98. 99.

100 Cum

100 *Cumulatio quæ in prima inſtantia non fuit quatenus deduci queat in ſecundam? & n. 101. 102 103. 104.*
105 *Victus in poſſeſſorio, non auditur in petitorio ante reſtitutionem poſſeſſionis.*
106 *Super concluſis pronunciandum eſt non admiſſa cumulatione noua.*
107 *Tertius interueniens quatenus definitum poſſeſſorium vel petitorium ſuſpendat, remiſſiue.*

VTiliſſimæ † autem & neceſſariæ hic eſt quæſtionis: An petitorio vel 1
ſolo, vel vna cum poſſeſſorio ſimul principaliter intentato, liceat tranſire ad poſſeſſorium, illudve principaliter expediendum curare, ſuſpenſo petitorio? Et quamuis negatiue reſponderi poſſet, † quaſi actor ſibi imputare 2
debeat, quod poſſeſſorij priuilegium ac beneficium, iuxta præceptum Iureconſulti in *l. ſi qui deſtinauit &c.* non ſatis conſiderauerit, vel non ſatis caute recteque adhibuerit.

Iura enim vigilantibus ſcripta per notiſſim. & actionem quam quis incepit intentare, debet perſequi vſque ad finem: *Authent. qui ſemel C. quomod. & quand. iud. cap. cauſam, vbi not. de dol. & contumac.* tamen affirmatiua quæſtionis ipſo iure fundata recepta † ac probata eſt: text. expreſſ. *in l. Natu* 3
raliter 12. §. nihil commune ff. de acq. poſſeſſ. & l. cum fundum 18. in fin. ff. de vi & vi armat. Eum, inquit Papinian. qui fundum vindicauit ab eo, cum quo Interdicto vnd. vi, potuit experiri, pendente iudicio nihilominus interdicto recte agere placuit.

Quæ legis deciſio expreſſe aſſumitur, explicatur, & vlterius † declara 4
tur in *cap. ad vltimum 2. & cap. paſtoralis, de cauſ. poſſ. & prop.* cuius, iuxta omnes Can. illa breuiter eſt ſumma: Quod qui agit de proprietate, pendente & ſuſpenſo iudicio illo, poſſit agere poſſeſſorio recup. retinendæ, vel adipiſcendæ: ſed ante concluſionem cauſæ: poſt vero, † quantumuis ante ſententi- 5
am, non poſſit: ne lites litibus inculcentur & via poſſit fraudibus aperiri: *Et clem. 1. d. tit. ita Com. DD. vti ſupra Gabriel. lib. 5. de reſtitut. ſpol. concluſ. 1. illat. 16. & qui paulo poſt citabuntur.* niſi forte iudex, qui de cauſa cognoſcit, iuſtam cauſam videat, propter quam, & poſt † concluſum in cauſa, ſuſpenſo peti- 6
torio nuda poſſeſſorij quæſtio admittatur: puta: cum ex perſpicuis indicijs facile arguitur iniquitas inuaſoris & ſpoliato caſus vel malitia probandi dominii ſubtraxerit facultatem *dict. cap. paſtoralis in fin. & ibidem* Panormit. *num. 1. & 7. item numero vigeſimo, & numero trigeſimo quinto,* vbi quærit, An ſufficiat conſtare ex perſpicuis indicijs, de iniquitate inuaſoris, ad hoc, vt admittatur † iſta ſuſpenſio poſt concluſionem in cauſa; quod volebant 7
Pet. & alij, vel an adhuc requiratur probare expreſſam malitiam ſpoliatoris, quod forte inſtrumenta abſtulerit, domum, arcam &c. combuſſerit,

Digitized by Google

quod Hoſtienſ. & Iohan. Andr. velle videntur propter copulam quæ eſt in
textu: Sed indicia ſufficere communiorem eſſe opinionem dicit Panorm.
& verum eſt: Idque non modo ſi ipſius ſpoliatoris, ſed & alterius iniuria,
furto, puta, incendio, ruina, naufragio, vel quo alio caſu, perdita vel ablata
ſint Inſtrumenta: Quod tanto magis obtinere conueniens eſt, quod tantum
8 ſit poſſeſſionis priuilegium, † vt ſpoliatus, antiquæ, nedum antiquiſſimæ poſ-
ſeſſionis præſidio munitus, in ipſo etiam dominio obtineat, etiamſi quod ſæ-
pe fieri ſolet, nulla alia in eodem documenta habeat: per rationem, & maxi-
mam communes: Quod poſſeſſor diuturnus, onere probandi, ſubleuetur,
illudque in petitorem recte transferat: *per vulg.* niſi pars aduerſa antiquam
turbatrix vel ſpoliatrix & ita rea liquidiſſimas & plenas, ſed & poſſeſſorio inter-
ruptas in contrarium probationes habeat: Quod ter ſæpe vidi accidere in praxi,
9 quod ſpoliatus † vel turbatus præter antiquiſſimæ poſſeſſionis fauorem &
vſurpationem nulla, ſpoliator vero reſpectu particularium aliquot iurium,
puta piſcationum, paſcuorum, venationum, cenſuum aliquorum, &c. aliqua
haberet documenta: quibus conſtituta ſpoliati vel turbati poſſeſſorij cauſa,
neutiquam, ſtatim, generaliter, & in totum, vel infringi vel reſcindi poteſt:
10 per rationem, quod etſi generi per ſpeciem † derogetur, hoc tamen in ex-
preſſis ſaltem & derogatis obtineat, non in alijs ſpeciebus, vel expreſſe, vel
& tacite præſeruatis: præſertim ſi ſpoliatoris prætenſa documenta aut etiam
poſſeſſio in certis & ſpecialibus iuribus ſatis verificari poſſint, & operari, re-
manente ſpoliati vel turbati poſſeſſione: *per l. ſancimus C. de teſtam. &c.* Ne-
que enim ponitur, hoc ſtatim eſſe, quod contingit ab eodem abeſſe: Quem-
admodum & hoc fieri poteſt, & vidi, vt ſpoliator vel turbator, antiquiſſima
11 † quidem, vt ferebatur ac prætendebatur, haberet documenta, ante centum
plures vel pauciores annos conſcripta & ſigillata, ſed ipſe tamen vel & ma-
iores eius, ab ipſo tantodem tempore, nihil quidquam iuris nacti ſint vel ob-
tinuerint, aut nullatenus vnquam poſſederint, in ijs rebus, de quibus docu-
menta loquebantur: extante & perdurante contraria, eaque continua poſ-
ſeſſione apud actorem, qui ſe in ea manuteneri aut reſtitui petit iuſtiſſime: in
ipſo etiam petitorio, facile obtenturus, ſi legitima ſucceſſionum iura ipſi fa-
ueant vel legitimi nedum immemorialis temporis priuilegio ſit munitus *per
Vulg. & communiſſima iura.*

12 Vbi pro † explicatione d. quæſtionis tria in principio moneri ſolent. an
ſuſpenſio petitorij fieri poſſit in omnibus cauſis, item reſpectu non modo re-
cuperandæ ſed etiam adipiſ. vel retinendæ? Item quid iuris in d. quæſtione
ſit ſi nec dum quidem concluſum ſit in cauſa, ſed vel lis tamen conteſtata,
vel & receptæ aut etiam publicatæ iam ſint probationes, Anne & tunc lo-
cum adhuc habeat *d. l. cum fundum*, ad ſuſpendendum petitorium & proce-
dendum in poſſeſſorio?

Et

Et quoad primum exiſtimarunt alii, quod de iure Can. non indiſtincte in † omnibus cauſis, ſed tantum in beneficiali iſta ſuſpenſio procedat: arg. 13
text. in Clem. 1. de cauſ. poſſ. & prop. Cuman. Alex. Aretin. Socin. in l. naturaliter, §. nihil commune de acq. poſſ. Affl. *&* deciſ. 28. Gabriel. d. concluſ. ſub n. 106. vbi tamen hoc amplian dicit etiam † quoad cauſam matrimonialem, 14
poſt Innoc. Hoſtienſ. & Ioh. Andr. in d. c. 2. de cauſſ. poſſ. & prop. item quoad omnes ſpirituales num. 107. poſt Aretin. & Socin. d. §. nihil commune. Cum tamen † d. iura tam Canonica quam ciuilia indifferenter loquantur: d. l. cum 15
fundum, &c. quod omnino retinendum: Quo modo & reſpectu non tantum recuperandæ, & quidem ratione ſpolii, de quo † DD. vulgatius loquuntur, 16
ſed etiam adipiſc. & retinendæ d. ſuſpenſio procedit: per l. is, qui deſtinauit 24. ff. de rei vind. & per alia quæ de duplici interdictorum puncto poſſeſſorii & petitorii diximus ſup.

Ceterum quod † poſt litem conteſtatam non admittatur ſuſpenſio petitorii, tenuerunt Barth. Aretin. & Alexand. in l. naturaliter, §. nihil commune 17
vbi etiam Raphael Cuman. num. 23. & Iaſ. num. 41. de acq. poſſeſſ. Iaſ. l. 1. ff. de noui oper. nunc. Boer. verb. Exceptio, ſing. 27. Quamuis communior ſit in contrarium pro affirmatiua: vt teſtatur Rip. d. §. nihil commune num. 161. & Bolognet. num. 25. Marmer. num. 53. Hermannel. Dec. nu. 32. Gozadin. conſ. 10. num. 22. & 54. Gabriel. lib. de reſtit. ſpol. d. concluſ. 1. num. 104. Menoch. reſponſ. Finar. 2. num. 35. ita vt ſuſpenſio petitorii admittatur vſque ad † concluſionem cauſæ: d. c. paſtoralis & Clem. 1. & vtrobique Comm. DD. de cauſ. 18
poſſ. ff. & prop. ſine petitorium ſit à ſpoliato, vel eius aduerſario intentatum: Caſtrenſ. d. §. nihil com. vbi etiam Socin. ſub fin. Caſtrenſ. 1. conſ. 277. Socin. reg. 300 fol. 1. Rota deciſ. 69. in antiq. & deciſ. 393. in nou. Gabriel. d. concluſ. num. 105.

Et cum Innoc † d. c. paſtoralis vſque ad concluſionem cauſæ iſtud poſſeſſorii beneficium extendat: quemadmodum & l. c. ad vltimum, in eo caſu 19
loquitur, quo iudex tam in petitorio, quam poſſeſſorio commixtim iam audiuit partium allegationes, pariterque teſtes admiſit, & atteſtationes recepit: vnde & taliter ſummant: Quod ſi actum eſt petitorio & poſſeſſorio, poſſit iudex, receptis probationibus, ſuper vtroque, ipſius poſſeſſionis diſcutere probationes in poſſeſſorio, & illud terminare.

Vnde & Symmach. 1. *epiſt.* 1. ad Theodoſ. Imp. Hæc omnia quæ ex vtraque parte afferebantur, cum dixiſſem † non ad momenti, ſed proprietatis 20
quæſtionem pertinere, ac ipſi etiam defenſores de iure ſimul cognoſci deſiderarent, proferrentque illam conſtitutionē, quæ iudicibus tribuit poteſtatem de poſſeſſione & proprietate ſimul cognoſcendi: & quamuis de proprietate illi non tantum cum Sutio, ſed etiam inter ſe certarent: viſum tamen eſt pro-

nunciandum prius eſſe de poſſeſſione pro actore, dilata proprietatis cauſa: vt inuaſionis indignitas in examen veniret.

Hinc ſtatim d. quæſtionis affirmatiua emicat: ita vt litis conteſtatio ſ. la
21 hoc remedium neutiquam impediat, cum & receptio † vel publicatio atteſtationum id non poſſit: per rationem quam reddit Panorm. *d. cap paſtoralis num. fin.* quod per litis conteſtationem vel receptas atteſtationes non inducatur concluſio, ſed potius adhuc reſeruetur.

Et quod etiam receptis atteſtationibus reliqua adhuc ſit probatio per confeſſionem partis, & per documenta, *c. cum dilectus De fid. Inſtrum.*

22 Et quod receptis † etiam atteſtationibus cauſa nondum ſæpe tam ſit liquida, vt ferri poſſit definitiua: lite Caſtrenſis, *conſ.* 274. vbi poſt longam diſputationem videtur inclinare in partem Innoc. quod etiam additio notat ad Panorm, *d. loc.* item Panorm. *d. c. ad vltimum num.* 4. Vbi cum ex textu moueri poſſet dubium, quaſi tranſitus ille ad poſſeſſorium ibi ſaltem admitti videatur, cum atteſtationes nondum ſunt receptæ, vel ſaltem publicatæ: ibi:
23 prius audiant atteſtationes † de poſſeſſione, & pronuncient ſecundum tenorem illarum, &c.

Ideo Panorm. duplicem exponit intellectum: primumque eſſe ait: quod receptis teſtibus ſuper vtroque, prius audiant, id eſt, publicent iudices atteſtationes ſuper poſſeſſorio: Secundus intellectus eſt, vt exponatur audiant, id eſt, examinent: vt ſcilicet publicatis atteſtationibus ſuper vtroque, prius examinent ſuper poſſeſſorio: cui addi poteſt intellectus tertius, Quod
24 atteſtationes † & allegationes quidem poſſit & debeat iudex ad parcendum ſumptibus commixtim audire: ſed ita tamen, vt prius audiantur atteſtationes de poſſeſſione.

Sed hic poſterior intellectus, vt vt literæ videatur conformis, ab ipſo ſenſu plane eſt alienus: vtrumque vero priorem bonum, ſed ſecundum tamen magis literæ amicum & veriorem eſſe ait Panorm.

25 Quin hoc † ipſum iuris beneficium adeo extendunt, vt liceat etiam pluries ſuſpendere petitorium in eadem inſtantia ante concluſionem cauſæ: vtpote ſi ſuſpendat petitorium, & poſtea redeat ad idem, iterumque ſuſpendat, & denuo redeat ad petitorium: Panorm. d. cap. paſtoralis, num. 21. vbi Anton. de But. & Ægid. Bellamer. num. 15. & Rota deciſ. 276. & 382. in nou. Milis verb. poſſeſſorium cum poſſeſſorio, per rationem, quod hoc priuilegium ſit fundatum ſuper odio ſpoliantis, & duret donec facta fuerit reſtitutio:
26 quamuis Panorm. ibid. vltra duas vices, quinimo & ſubtilius, niſi ſemel iſtam ſuſpenſionem non admitti, ait, quod & verius eſt: *d. Auth. qui ſemel, C. quom. & quand.* Gabriel. *d. loc. num.* 109. Ludolph. Schrader. *de feud. p. 9. cap. 7. num.* 151. Ioh. Guitierez. *practic. quaeſt. lib. 5. q.* 73. vbi dicit quod pendente iudicio poſſeſ-

Digitized by Google

poſſeſſorio ſuper maioratu, non fiat eius ſuſpenſio per remedium interim; Cum vtrumque ſit prouiſionale.

Et admittitur illa petitorii ſuſpenſio non modo reſpectu ſpolii † 27 vel deiectionis vt ſup. diximus, ſed etiam alias, etiam contra fiſcum in cauſis immunitatum à collectis: Couar. 1. var. reſolut. cap. 16. de fiſci fauore, num. 12.

Quid ſi autem receptis vel auditis atteſtationibus partiumque allegationibus, tam ſuper petitorio, quam poſſeſſorio res ſit clara, & commode & legitime in vtroque pronunciari † poſſit, an & tunc iſte poſſeſſorii regreſſus 28 admittatur? Et dicendum eſt quod non; tex. & caſus *in c. cum Eccleſia 3. de cauſ. poſſ. & prop.* Quod caput, iuxta ſummam vult, quod ſpoliatus, ſi poſſeſſorio & petitorio ſimul agat, poſſeſſionem & ſpoliationem probet, ſed non dominium, in poſſeſſorio quidem obtineat, ſed non in petitorio: quod iuxta not. ibid. omnem poſſeſſorii cauſam & victoriam ſtatim abſorbet & annihilat: Vnde & c. ſ. q. cum ſuper. 4. Idem Innocent. Eum, qui ſubdiaconatu, in quem electus & confirmatus fuerat, ſe ſpoliatum probauerat, reſtituendum quidem decreuit † mediante iuſticia: verum quoniam tam poſſeſſorium, quam peti- 29 torium deductum fuerat in iudicium, & tam reſtitutionis quam electionis quæſtio plenius agitata, & conſtaret electionem minus Canonicam extitiſſe, & ipſam poſſeſſionem ſimul ſententialiter irritandam duxit. Et c. fin. Cum ſuper poſſeſſorio † & petitorio ſimul eſt actum, vtrumque vna ſententia de- 30 bet terminari: Et licet in pronunciatione ſit poſſeſſio præmittenda, in executione tamen debet proprietas præualere: *d. tit.* Et quod hac ratione petitorium abſorbeat poſſeſſorium communis eſt ſententia, vt recte Alex *in l. naturaliter, §. nihil commune col. 7.* Contard. *De mom. poſſeſſ. quæſt. 12. num. 7. & ſeq.* & Bald. in margar. *verb. poſſeſſio.*

Et ex iis quæ dicta ſunt aliæ adhuc vtiles quæſtiones reſultant, & explicandæ veniunt, vt: An ſuſpendens petitorium, † & tranſiens ad poſſeſſo- 31 rium teneatur etiam refundere expenſas in petitorio factas? Et cum iuris autoritate fiat iſtiuſmodi ſuſpenſio, de expenſis non tenetur; præſertim quod acta petitorii nihilominus permanent: niſi forte in totum renuncietur petitorio: Sic enim temere videtur in eo egiſſe: quemadmodum & poſſeſſorii expenſas, ſi in eo ſuccumbat, eandem ob cauſam præſtat. Ita poſt Ioh. Andr. Panorm *d. c. paſtoralis num. 31.*

Quæritur etiam, An poſſit iudex † à principio admittere probationes, 32 & procedere ſuper ſolo poſſeſſorio, vſque ad definitiuam, non obſtante, quod reſcriptum vel commiſſio ſuper petitorio & poſſeſſorio concepta eſt? vel quod actor aut reus ad parcendum ſumptibus, vel ad meliorem cauſæ inſtructionem etiam in petitorio procedi & atteſtationes recipi cupit?

Et

Digitized by Google

Et primo caſu, poteſt quidem iudex vigore reſcripti vel commiſſionis
33 de vtroque cognoſcere, ſed, niſi taxatiue † cumulatoria vtriuſque expeditio
iniuncta, ita, vt pro natura actionis poſſit à poſſeſſorio incipere: Franciſc.
March.*q.*67.Boer.*q.*100.*num.*9.*& ſeq.*& alii vt ap. Menoch.*recup.rem.*15.*q.*27.
*& conſ.*180.*num.*13. Crauet. *conſ. fin, num.* 239. vel re & actore vrgente ab vtro-
que ſimul, vel ipſo etiam petitorio: Theſſaur. *deciſ.*19. Fachin. 8. *controu.cap.*7.
Cum alioqui ad poſſeſſorium delegatus, non poſſit in petitorio procedere:
34 Gail.1.*obſ.*35.*num.*11.Petal.*de ſentent.deciſ.*30 *num.*3. Sicut † nec petitorio de-
mandato in poſſeſſorium ſeorſim poteſt ſe intromittere: Honded. 2. *conſ.*24.
*n.*60. Sin vero, competente vtriuſq; iudicii cognitione actor ſuper vtroq; vel
ſolo recta petitorio cognoſci petat, illi deferendum fuerit: quod iudex actio-
nibus inſeruire teneatur: Nec ad rei conuenti placitum, contra actoris vo-
luntatem vel intentionem ab hoc vel illo incipere poſſit: *arg. omnium tit. de a-
ctionib. & interdict. loquentium*: Niſi forte ipſa iuris aut facti ratio expoſcat, vt
ſecus atque actor velit, iudex à poſſeſſorio vel contra incipiat, *per præd. & quæ*
Symmach.*d.Epiſt.*1. Et, faciunt quæ Panormit.*d.loc.* Quo reſpectu, petitorii
in duplicis oblata & petita deductio denegata, admiſſis ſaltem defenſionali-
bus 9. April. an. 1543.

35 Vt ſic alia ſit ratio quoad † reum, ille enim inuito actori modum agen-
di præſcribere, vel ſuo arbitrio petitorium cumulare aut miſcere nequit: Vn-
de etiam non auditur petens, vt procedatur ſuper petitorio, præſertim vero
facta ſpoliatione, ante reſtitutionem eius, *l. ordinarii, Cod. de rei vindic. &c* Pa-
norm.*d.c paſtoralis. num.* 30.*per c.fin. de ord. cognit text. c. ex conqueſt. de reſt. ſpoliat.*
36 latiſſime Schrader.*de feud. part.*9.*c.*7.*num.* 152. Niſi † reus poſſeſſorio vel &
petitorio conuentus paratiſſimas habeat probationes, quibus actoris inten-
tionem euertat: per ea quæ ſub exceptionibus dicentur. Vbi iterum quæri-
37 tur; Anne igitur actor cogi & compelli poſſit, vt † etiam petitorium dedu-
cat? Et quatenus in poſſeſſorio obtinuit, non compellitur, ſed eo ceſſante,
rei partes erunt, de proprietate docere, & per id poſſeſſionem, ſi poteſt, iterum
38 euincere; per † rationem, quod poſſeſſio releuet ab onere probandi, illud-
que transferat in aduerſarium, *l. incerti, C. de Interdict.* Vnde patet, quod etiam
39 † actor, ſi in poſſeſſorio ſuccumbat, onus agendi & probandi ſuſcipere coga-
tur in petitorio, vtpote à quo per id non ſtatim eſt excluſus: per ead. Si quis
40 enim interdicto egerit, de poſſeſſione, & ſuccubuerit, † petitorio poſtmo-
dum agens, non repellitur per exceptionem: quoniam in interdicto poſſeſſio,
in actione proprietas vertitur, *l. Et an eadem* 14.*in fin ff. de Except. rei iud. c. quere-
lam de Elect. c. cum olim.* 7.*de cauſ. poſſ & prop.* Vbi quæritur, An & econtra ſuc-
41 cumbens † in petitorio, poſſit agere poſtmodum, & experiri adhuc poſſeſſo-
rio? Et videtur quod non, *d. c. cum eccleſia,* 3. *& d. c. cum ſuper* 4 *de cauſ. poſſ. &*
42 *prop.* & per rationem, quod petitorium longe ſit potentius, † tum & ſuperius
poſſeſ-

poſſeſſorio, adeo vt hoc illo cõtineatur & abſorbeatur, non cõtra: *d.c.paſtoralis de cauſ.poſſeſſ.& propr.* Crauer.*conſ.* 248.*num.*5 Menoch.*recup.remed.*15. *nu.* 367, vt hic non valeat vulgata iſta regula: Quod oppoſitorum eadem ſit diſciplina, vel quod oppoſitum idem operetur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito. Sed hiſce & ſimilibus, quæ dici & extendi poſſent, non obſtantibus, communis eſt ſententia: Quod etiam † petitorio ſuccumbens, poſſit efficaciter & vtiliter agere poſſeſſorio, gloſſ. Barth. & alii *in d.l. incerti, Cod. de Interd.* 43
Alex. *lib.*1.*conſ.*110. *& lib.*2.*conſ.*76. gloſſ. Ioh. Andr. & Panorm. *n.*24.*d.c.paſtoralis*, vbi etiam tangunt pulchrum & difficile, vti aiunt, dubium; An ſententia lata † ſuper petitorio obſtet agere volenti ſuper poſſeſſorio, de quo & Dyn. 44
in reg. Qui ad agendum: de re iud in 6. Item Barth. & Alex. *in l. naturaliter, §. nihil commune de acq. poſſ.* & late Panorm. *d.c. paſtoralis, num.*25. *& ſeqq.* Vbi ex Dyn. & Barth. paucis ad ditis ſe diſtinguere, ait; An ſententia lata in petitorio præiudicet poſſeſſorio recuperandæ vel retinendæ vel adipiſcendæ, &c.

Sed cum diſtinctiones illæ † non paruulos errores habeant, à vera interdictorum ratione alieniſſimos, præter id, quod admodum confuſe aut ſaltem perplexe tradantur; Iccirco breuiter & explicate ego diſtinguo inter actorem, qui iudicio petitorio expertus vel obtinuit vel ſuccubuit: Et ſiquidem obtinuit, ſtatim recta illucet, quod non obſtante † victoria iſta, adhuc poſſeſſorio queat experiri ad nanciſcendam poſſeſſionem, quam reformatam & reſtitutam necdum habet; idque tanto efficacius, quod & ſententiæ, & res iudicatæ celeri interdictorum reformationi viam ſternant *per tit. C. de Execut. rei iud. l. ab Execut. C. Quar. appell. non recip.* 45 46

Quin etſi in cauſa recuperandæ vel ſpolii ipſam fundi poſſeſſionem habeas † vel receperis & petitorio ipſo defenderis: tamen ſi fructus aut res mobiles adhuc abſint, vel eorum ſaltem nomine poſſeſſorio recuperandæ vtil ſime ages, præſertim quod hoc ordinario vendicationis iudicio longe ſit pinguius; cum res † etiam commodatæ depoſitæ & alienæ, quæ vindicari proprie non poſſunt, interdicto veniant, *l.*1.*§. ſi fundus,* 32. *& ſeq. ff. de vi & vi armat.* 47 48

Eoque nomine poſſeſſorio † & petitorio ſimul cumulato ſuper vtroq; pronunciat iudex etiamſi actor in petitorio ſuccumbat, *d.c.*3.4. *& fin. De cauſ. poſſ. & prop.* idq; ad minimum propter fructus & damna per violentiam aduerſarii cauſata *Bald. in margar. d. loc.* & Contard. *d. q.*12.*n.*8. 49

Sic retinendæ interdicta ea ratione etiam illi qui petitorio obtinuit, & vtile & neceſſarium eſſe ſolet atque poteſt, vt poſſeſſionẽ quam habet à moleſtatione tutam ſartamque habeat, eoque nomine cautionem de non moleſtando extorqueat aduerſario ſuo.

Ita ſicut in adipiſcendæ remediis interdicta † Quor. bon. vel de Edict. diu. Adr. cum petitione hereditatis cumulari poſſunt; ita & eandem ſubſequi, ad obtinendam poſſeſſionem. 50

Quin & illud hic eſt commodi: quod, ſi reus, qui petitorio ſuccubuit,
51 vel adhuc laborat, eiuſue ſucceſſor, multa contra petitorium moueat vel † ca-
uilletur, aut quod non rato fieri ſolet, alias executionem ſuſtineat, actor cele-
rem & ex interdicto priuilegiatam momentaneæ ſaltem poſſeſſionis reformatio-
tionem vrgere poſſit & obtinere, ipſam petitorii, ſi quam habeat reformatio-
nem, in plenius ordinarium iudicium reiiciendo: non quidem, quod actor
hac ratione reſciſſo quaſi priore iudicio petitorio, alii ſeſe velit ſubiicere; ſed
quod ante conſecutam poſſeſſionem nolit quidquam contendere: vbi facta
poſſeſſionis reſtitutione in ipſo renouato aduerſarii petitorio ſolam iudicati
exceptionem opponere valebit: & ita aduerſarium litigioſum & moroſum
eludere.

52 Et iſta in actore qui petitorio obtinuit: ſed etſi eodem ſuccubuit, † ta-
men & hic non omnia ſtatim poſſeſſori beneficia amiſſa: Aut enim ſuccu-
buit nuda rei abſolutione, vel quod non ſatis, aut nihil in petitorio probaue-
rit; & ſententia petitorii non obſtabit, quo minus poſſeſſorio queat experiri;
per rationem certiſſimam, quod diuerſa ſint poſſeſſionis & proprietatis tam
53 remedia, quam media; Et quod fieri poſſit, vt in ipſo † etiam tam petitorio
quam poſſeſſorio ſuccumbere quis poſſit, & nihilominus poſtea in eodem, ad
meliores allegationes vincere & obtinere, *l. duo ſunt Titii. ff. de teſt. tut. l. ſed ſi poſ-
ſeſſori.* 11. *& l. ſeq. ff. de iureiur. l. 2. l. de eodem* 5. *l. ſi quis* 7. *text. l.* ſi à te hereditatem
petam, cum nihil poſſideres, deinde vbi cœperis aliquid poſſidere, heredita-
tem petam, an noceat exceptio iſta? Et putem, ſiue fuit iudicatum, heredita-
tem meam eſſe, ſiue aduerſarius, quia nihil poſſidebat, abſolutus eſt, non no-
cere exceptionem, *l. ſi mater.* 11. *l. ſi is qui heres*, 25. *Digeſt. de Except. rei
iud.*

54 Ita ſi quis † ſuccumbat petitione hereditatis, ob id, quod reus conuen-
tus titulo ſingulari rem poſſideat, *l. Et non tant.* 19. *ff. l.* 7. *C. de hered. petit.* vel rei
vindicatione, ob id, quod dominium non ſatis probarit: Is Quor. bon. inter-
dicto experiri, quin ad idem, etiam ab actione teſtamentaria, qua inferior
fuit, conuolare poteſt, &c. *per l.* 1. *Quod legat.* Quinimo etſi actor omni iure
deſtitutus ſit, deque eo conſtet & appareat, eoque nomine abſoluatur reus in
55 petitorio: tamen † cum hic ex ſola abſolutione nihil conſequatur: & poſſeſ-
ſorio vel recuperandæ vel retinendæ tenebitur, ſi actorem in poſſeſſione,
quam habet, ſpoliet aut moleſtet: *per text. l. fin.* Res alienas poſſidens, licet iu-
ſtam tenendi cauſam nullam habeat, non niſi ſuam intentionem implenti re-
ſtituere cogitur, *C. de rei vindic.* Ita vt recte dicat, Quo ad te liberas ædes ha-
56 beo, *l. Luci. §. competit. ff. ſi ſeruus vendit.* quamuis alii ſtatuant † in rebus ſpiri-
tualibus, quas vocant, quæ ſine titulo poſſideri non poſſint; per ea, quæ poſt
alios Panorm. *d. c. paſtoralis num.* 27. quod mihi non ita generaliter placet; cum
vel

vel triennalis poſſeſſio vel quid aliud † actorem tueri poſſit, præſertim contra 57
reum, qui & ipſe æque parum iuris habeat; vbi potior ſemper eſſe debet ratio
poſſidentis, *per text. c. licet Epiſcopus 28. c. ſi à ſede, 31. de præb. in 6. c. in pari de reg.
iur. in 6.*

Quid autem iuris ſit, quæritur, ſi pro reo, facta non tantum abſolutione, ſed etiam adiudicatione † pronunciatum ſit, quod ſcilicet ius ille potius 58
habere compertus eſt, anne tunc actori, ſententia in petitorio lata, pariat præiudicium in poſſeſſorio, ita vt eo amplius agere non poſſit? Et hoc caſu alii
itidem negant obſtare exceptionem, præſertim in ſpolio, quia ſpoliatus ante
omnia ſit reſtituendus; Dyn. & Barth. vt apud Panorm. *d. cap. paſtoralis,
num. 26.*

Alii vero econtra affirmant, per rationem; quod de proprietatis defectu
notorie conſtet contra agentem, & fundata ſit intentio rei conuenti: niſi forte
† agatur de ſpoliatione facta poſt ſententiam *d. n. 26. &* Hoſtienſ. & Ioh. And. 59
ibid. & ad Specul. *tit. de poſſ. & petit. §. 1. per d. c. licet Epiſcopus de præb. in 6. c. ad decimas, vbi not. de reſtit. ſpol.* vel niſi agatur ex condictione, *l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, c. cum qui 18. de præb. in 6. & 16. q. 6. c. placuit*; vt ſcilicet priuetur dominio † 60
illius rei, ex quo propria autoritate intulit violentiam *per ead.* Iohan. Andr.
d. c. ad decimas in fin. Panorm. *d. cap. paſtoralis, num. 26. in fin.* vel niſi † agatur ad 61
fructus perceptos, vel qui percipi potuerunt à tempore ſpoliationis vſque ad
litis conteſtationem factam in petitorio, *Ibid. num. 27.*

In quibus omnibus tamen itidem conſiderandum, an, quatenus, &
quouſque iura, prioris petitorii, vel reformationem, vel executionis imminentis ſuſpenſionem poſtulent, vel & ferant aut admittant: Vbi magnæ
quæſtiones ſeſe offerunt: Quidnam videlicet ſit iuris, ſi appellatio interponatur, vel retentionis priuilegium opponatur? Etſi enim in ſpolii cauſa, hæ
quæſtiones videntur eſſe inutiles, quod poſſeſſio ſit apud ſpoliatorem: tamen d. Dyn. & Bartholi ſententia eatenus probabilis videri poſſet, quod ſaltem † non decuerit ſpoliatorem ſibi ipſi ius dicere, & quod proprii facti mali- 62
que exempli conſequentiam præbere poſſit, ſi actoribus ſpoliatis hac in parte, non ſubueniamus; ita vt ad tuendam pacis & tranquillitatis publicæ diſciplinam, vel hoc ſaltem nomine ſpoliatus reſtituendus veniat, donec fructus,
& bona fide factas impenſas, meliorationeſque conſequatur: quibus ob competens retentionis priuilegium, non debuit de facto priuari: vt interim taceam condictionem, *d. l. ſi quis in tantam*, ſiue enim ponas † & concedas, 63
quod ea lex vſu moribuſque iudiciorum ſit antiquata; vt alii volunt, tamen
is ſaltem iuris rigor & diſciplina remanſiſſe debuit, vt reſtitutio ante omnia
fieret, & ſic purgato exceſſu factique exorbitantia per ipſum iudicem
legitima daretur executio: Sequi & hoc in quæſtione reſidet: Anne

ſtante certa in violentos ſpoliatores ſtatuti pœna, vel eo nomine & eatenus
64 fieri debeat reſtitutio, donec pœna ſoluatur; præſertim ſi non modo fiſcum, ſed & ipſum actorem pœnæ maneat participatio: quibus ſane caſibus ſi non reſtitutio, ſaltem celerior executio fieri debet.

In caſu vero interdicti retinendæ, alia & ad d. quæſtiones conuenientior
65 eſt diſpectio: Ibi enim legitima & competentia alias † retentionum iura omnino valere debent ad tuendam actoris quantumuis iudicio ſuccumbentis poſſeſſionem, donec legitimarum impenſarum & meliorationum nomine ſatisfactum ſit: per iura notiſſima *in l.vn.in fin. C. Quor. legat. l.ſi non fortem 26. §.4 in fin,* ager autem retinebitur donec debita pecunia ſoluatur, *l.ſi mareta 37. in fin.ff.de condict.indeb.text ſing.l.ſi id 7. in fin.ff. de reſcind. vendit. l. ſi neceſſarias, §.ſi pig.ff.de pig.act §.ex diuerſo 31. Inſtit.de rer.diuiſ.*

Cæterum quod in exceptione rei iudicatæ alias ſemper, illud etiam,
66 præter alia, in dictis quæſtionibus obſeruandum, vt ne ſententiam † vel iudicatum petitorii, vltra terminos rei vel cauſæ definitæ extendamus: poteſt enim contra actorem vel & teſtē, in aliquo petitorii vel & poſſeſſorii capite iudicari, puta, ſeruitutis, vel cuius alterius iuris, quod non ſtatim ad omnem dominii & poſſeſſionis ex alio capite competentis excluſionem porrigendum, *d.l.de eadem & l.ſi quis 7.l.ſi mater.11.per tot.& caſ.ſing.§.6.ſi quis iter petierit, deinde actum & l.ſequentib.ff.de Except.rei iud.*

67 Sic reus † omne dominium, alter tamen poſſeſſionem habere poteſt, vel habitationem, eamque forte ad vitam, *l. Aquil.ff.de donat.* vel vſumfructum aut vſum, *per notiſſ.*

68 Vbi ſingulariter quærunt de mixto poſſeſſorio, proprietatis † cauſam continente, vt illud de lib. exhib. & ſimilia ex l. 2. §. quædam de Interdict. an & illo agi poſſit finito petitorio? Et obſtare, aiunt, iudicati exceptionem: Panorm. *d.cap.paſtor. num. 25.* ſed cum & in eiuſmodi cauſis, ita ſæpe agi poſ-
69 ſit, vt poſſeſſorium † ſubtiliter diſtinguatur à petitorio, eadem forte & hic ratio obtinebit: præſertim vero ſi ex alio capite agatur: Exempli gratia, interdicto de liberis exhibendis, vel de reficiendo itinere, vel in aliqua cauſa beneficiali ſuccubuiſti, & pro me iudicatum eſt: Et non obſtante ſententia, poſſeſſorio interdum locus eſſe adhuc poteſt, ex alio capite, puta, quod liber homo mihi bona fide ſeruiat, & miniſterium ſuum ad certum tempus locauerit, addixerit, &c.

Item quod in quaſi poſſeſſione itineris nihilominus ſim atque manem: item beneficii reſpectu, vtiles in prædium Eccleſiæ expenſas vel ſationes fecerim, &c.

Quorū occaſione & illa hic quæſtio moueri poteſt: An ratione Exceptio-
70 nis † in petitorio forſan neglectæ vel omiſſæ, poſſeſſorium aliquod intentari

poſſit,

poſſit, agendo vel excipiendo, eoque petitorij executio ſuſpendi? Ecce no-
tiſſimi eſt iuris, quod collectarum & vectigalium cauſa, parauiſſimæ ſit exe-
cutionis, ſi modo certa collectandi ſit ratio certumque ius: *per notiſ.* Quod
cum negaretur à quibuſdam ciuibus præſertim ratione prædiorum extra vr-
bem ſitorum: & ſic petitorio ageretur: contra ipſos ciues tandem iudicatū
eſt: qui ad ſoluendum collectas condemnati: ſed cum inter illos ciues † & 71
Sempronius eſſet, qui ſaltem ratione officij publici, libertatem & exemptio-
nem habet: anne hic non obſtante d. petitorij ſententia cōtra executores, re-
ſpectu quaſi poſſeſſionis libertatis, interdicto ſe defendere poſſit? Et poſſe
non eſt dubium: *per d. l. fin. C. de rei vindic. l. hereditas 3. C. de petit. hered. l. de
eo, 12. §. 2. ſæpius ad exhibendum agenti ſi ex eadem cauſ. ff. ad Exhib.* Ita † quæſtio 72
eſt intentata, an debeas actori centum, ex hac vel illa cauſa: Et cum negares,
contra te iudicatum eſt, quod debeas: ſed cum teſtamentum extet, quo au-
tor actoris tibi centum ea, vel aliquid amplius legauit, vel ſi dies ſolutionis
nec dum venerit, & hoc nomine contra ſententiæ executionem defendi po-
teris: Quamuis ſatius & rectius ſit, ad † abbreuiandas lites, in ipſa priore 73
actione, per viam exceptionis iſta & ſimilia vel coniunctim vel alternatim pro
ponere: *d. l. 1. ff. Quod legat.* niſi cauſa ſit ob quam ita facere non conducat vel
& non potuerit: alias enim vexatorias iudiciorum & exceptionum moras
iudex ferre non debet.

Sed & alia adhuc quæſtio eſt: An in cauſa † Appellationis à poſſeſſorio 74
tranſire liceat ad petitorium, vel contra? Exempli gratia, Actor in prima in-
ſtantia petitorium ſaltem intentauerat, & ob illatum grauamen appellat, &
cumulat poſſeſſorium: vel contra, cum poſſeſſorium recuperandæ vel reti-
nendæ aut adipiſcendæ intentaſſet, & contra ſe iudicatum eſſet, petitorium
accumulat, an hoc poſſit, reluctante cumprimis parte aduerſa? Et alij qui-
dem affirmatiuam † tenent: Butrio & Panormit. *d. c. paſtoralis num. 33. & ſeq.* 75
Caſtrenſ. 1. *conſ.* 277. Afflict. *deciſ.* 28. *num.* 2. & alij vt apud Gabriel. *de reſtit.
ſpol. concluſ. 1. num. 112. & ſeqq.* Luddolph. Schrader. *de feud. part. 9. cap. 7. n. 150.*
per rationem: Quod in appellationis inſtantia fieri poſſint omnia illa, quæ
in prima inſtantia facere permiſſum: *per gloſ. l. Creditor, 60. in pr. verb. poſſeſſ.
Mandat. &c.* Tamen regulariter eſt: quod quando appellatur, lite conteſta-
ta ſuper petitorio, † non poſſit reus proponere poſſeſſorium; ſicut nec actor: 76
Cum ſuper poſſeſſorio non ſit actio deuoluta: per notiſ. *l. ita demum 13. vbi
poſt Barth. Iaſ. num. 6. C. de Procurat.* Panormit. *cap. ad audientiam 2. n. 9. de
Reſcript.* Bald. *c. cum veniſſet, verſ. ſed nunquam num. 5. de iudic.* Valaſc. Luſitan.
deciſ. 91. num. 2. DD. vt apud Gabriel. *d. loc num. 111. &c.* Adeo † vt nec Ex- 77
ceptio dilatoria, quæ in prima inſtantia ante litem conteſtatam non fuit op-
poſita, queat opponi in ſecunda: *text. d. l. Creditor in princ.* Cum appellatio
reducat cauſam ad ſtatum primæ inſtantiæ, qualis in ea fuit: & non aliter:

Tt 3 per

78 per præd. inuita igitur † parte nouam eiuſmodi cumulationem fieri non poſſe videtur: per rationem: Quod ſic de iuſticia vel iniuſticia appellationis cognoſci nequeat: Et quod in fraudem prioris tam inſtantiæ quam iudicij illa cumulatio fieri cenſeatur: ſic enim quoad iſtud petitorium vel petitorũ quod in prima inſtantia non fuit iudex ordinarius præteritur, & illud facto quaſi ſaltu ad ſuperiorem hactenus incompetentem transfertur. Præſertim quod petitorij & poſſeſſorij cauſa ſit diuerſiſſima, ad cuius alterutrius prouocationem, altera de qua in prima inſtantia actum non eſt, æque minus ac quæ alia cauſa ſeparata, & deciſa decumulari vel deuolui poterit: *l. naturaliter nihil cõmune de acq. poſ. l. 1. & tot. tit. ff. eum qui appellauerit in prouincia. l. ſi ex alia cauſa & tot. tit. Apud eum à quo appellat.* Siquidem vero, in prima inſtantia, in-
79 tentati poſſeſſorij ea ratio fuit, vt ratione † mixturæ admiſerit etiam petitoriũ, vel contra, petitorio inſtituto, ipſa iuris & facti ratio poſtulet, vt poſſeſſorium ſit primo definiendum: *per ea* quæ ſup. Innoc. Panormit. Felin. *c. ſuborta: de iudic.* eatenus idem fieri poteſt in ſecunda inſtantia. Et ita accipio d. DD. apud Gabriel. *d. n.* 11. 12. *& ſeq.* vtpote qui de cauſa beneficiali & ſpirituali ſtrictiſſime loquuntur. Vnde peiiturratio d. l. Creditor ff. Mandat. vbi præſcriptio vel Exceptio militiæ non admittitur in appellatione, quod poſt litem conteſtatam, tanquam dilatoria, ne recipi quidem potuerit in prima inſtantia: *ibid.*
80 Eademque eſt ratio exceptionis ſpolij: per ea quæ ſuo loco dicentur. Vbi † notabilis eſt, Clem. vnic. de cauſa poſſeſſ. & propriet. qua permittitur in appellationibus cauſarum beneficialium ad Curiam, vel ſedem Apoſtolicam tã ex poſſeſſorio, quam petitorio agere & excipere, in odium ſpoliatorum. ſtante hic quæſtione, anne idem & alias ita obtineat? Et quamuis Anton. de Butr.
81 hanc conſtitutionem etiam ad alias † cauſas extendit, ſeque non putare dicit, quod aliqua ſit ſpecialitas, in beneficialibus: præſuppoſito quod tam petitorium quam poſſeſſorium ſit in iuriſdictione iudicis ad quẽ: tamẽ longe aliud ferunt illa ipſa verba Conſtitutionis, quæ & in mere beneficialibus tantum, & ad ipſam ſedem apoſtolicam deuolutis ſingulariter loquuntur: quod rectiſſime expendunt Iohan. And. & Panorm. *d. c. Paſtoralis n.* 33. cui & illud addo: quod illa ipſa conſtitutio, etiam in cauſa, & in odium ſpolij, ſingulariter ſit
82 promulgata: *per text. ibid.* In alijs † enim cauſis, extra d. Clement. per appellationem legitime interpoſitam, ſolum & regulariter deuoluitur articulus, ſuper quo pendet & interpoſita eſt appellatio, & non aliud. Niſi tanta ſit, cauſæ
83 † connexitas, vt deuolutio limitata ad vnum articulũ, trahatur ad alium plene ſeparatum, à quo appellatum non extitit: Lancellot. *de Attent.* 2. *cap.* 12. *limit.* 15. & ita de mixtis cauſis loquitur d. Clem. vn. vel niſi fiat per delatio-
84 nem † iudicis à quo, ſi videlicet appellationi ab interlocutoria, non modo quoad articulum iſtum, ſed totam cauſam detulerit: ſic enim totam cauſam à ſe abdicare cenſetur: vid Lancel. *ibid. n.* 40. *& d. cap.* 12. *lim.* 1. *n.* 72. *& ſeqq. &*
85 *lim.* 2. vel niſi fiat per inhibitionem iudicis ſuperioris, & cauſam ad ſe † reci-

Digitized by Google

plentis: *ibid. n. 1. & ſeqq. & d. lim. 2. n.* 38. vel per recuſationem iudicis, à quo,
tanquam ſuſpecti: *per c. adhæc ſi vna 6. & c. propoſuit 24. de Appell. & not. in c. 2.*
de ord. cognit. text. ſing. & expreſſ. Clem. Appellanti S. de appellationibus, expreſ-
ſiſſime & notabiliter † definiens, quod ante definitiuã appellanti non liceat 86
proſequi cauſas, in appellatione nominatim non expreſſas. Dein, etſi per d.
recuſationis viam ad inſtantiam appellantis, tota cauſa ad iudicem appellatio-
nis deuoluatur: Quomodo & appellato † volente, petente & conſentiente, 87
miſſo appellationis puncto, de ipſa cauſa principali cognoſcere poteſt iudex
ad quem, inuito etiam appellante; quod multoties & rectè in Camera Impe-
riali obſeruatum, & à partibus ad præſcindendas appellantium tergiuerſatio-
nes practicatum: tamen cauſa, quæ in iudicio priore non fuit, deuolui non
poteſt, propter manifeſtum defectum iuriſdictionis *c. vt debitum, de appell. cap.*
paſtoralis. de offic. iud. ord. At vero dicat aliquis, etſi poſſeſſorium in appellatio-
nem deductum tanquam infirmius, non facile deuoluat petitorium, tanquã
potentius: tamen † contra, petitoriũ deuoluere videtur poſſeſſorium, vtpote 88
quod in ventre quaſi contineat? Et hanc quæſtionẽ, ſed intricate admodum
poſt alios *in d. Clem. vnic.* mouet Panor. *d. c. paſtoralis, n. 34.* & diſtinguit, Quod
aut appelletur ante porrectionem libelli, & litis conteſtationem, aut poſt: &
primo caſu, licet non poſſit prouocans iuſtificare appellationem, niſi ex cauſis
in appellationẽ deductis, *d. Clem.* poſſit tamen, finita & iuſtificata appellatio-
nis † inſtantia, coram eodem iudice intentare iudiciũ, quod vult, cum lis non 89
fuerit cœpta corã primo: *per c. ex parte 23. De verb. ſig.* Quod fieri non poſſit, ſi
poſt litis conteſtationẽ in priore iudicio factã, interpoſita ſit appellatio: ſic e-
nim, non poſſe coram iudice appellationis, quantumuis finito appellationis
examine, vel poſſeſſorium, vel quid aliud intentari, propter incompetentiam.
ſed opus eſſe noua Inſtantia apud priorẽ iudicẽ. Quæ diſtinctio mihi ſane ad-
modum inepta: cum tam illo, quã hoc caſu eadem quinimo ibi maior quam
hic ſit ratio incompetentiæ: Ita vt extra caſum *d. Clem. vn. de cauſ. poſ.* idem ius
regulariter & generaliter vtroque caſu obtinere videatur: *per ea. quæ ſup.* Et per
rationẽ, Quod iſta vel ſuſpenſio vel cumulatio totius actionis mutationem
contineat, quæ in ſecunda inſtantia fieri non poſſit, nec debeat. Verum enim-
uero, ſi rem penitius conſideremus, non tã ir diſtincte & generaliter iſtã nega-
tiuã tuebimur: Siquidẽ enim poſſeſſoriũ † & petitoriũ, in prima inſtantia, vel 90
cumulatiue vel alternatiue deductum fuit, vel & comprehenſiue, ita ſcil. vt
poſſeſſoriũ in ventre principaliter intentati petitorij meritiſque & probatio-
nib. lateat, vel adhuc ſingulariter deduci queat probationib. forte adhuc nõ-
dum receptis: tunc fundata appellationis, quoad ipſam cauſam principalẽ, in-
ſtantia d. petitorij ſuſpenſionẽ adhuc fieri poſſe dico: per rationẽ, quod iura de
iſta ſuſpenſione † & electione poſſeſſorij indiſtincte loquantur, & ꝙ citra vllã 91
prioris vel alterius inſtantiæ conſiderationẽ ipſi poſſeſſorio hoc priuilegiũ at-
tribuant: Itẽ quod appellatio etiã non deductorũ deductionẽ admittat, nedũ

Digitized by Google

iſtam nudam ſuſpenſionem petitorij: Quemadmodum & illa ratio iuuat:
92 Quod fieri & accidere poſſit, vt † non modo facilior ſit poſſeſſorij definitio quam petitorij, ſed vt illud etiam neceſſario præmittendum & conſtituendũ ſit, quis petitoris vel actoris, & rei vel poſſeſſoris partes ſuſtinere debeat? Quemadmodum & ſalutaris clauſula, omni meliori modo, ius & iuſticiam officiumque iudicis implorans, late fundat iudicis tam ſuperioris, quam prio-
93 ris inſtantiæ officium. Qua in re minus hæſito, ſi iſta ſuſpenſio fiat † citra vllam actionis prioris mutationem, vtpote ſi in recuperandæ vel ſpolij interdicto, ratione l. ſi quis in tantam, vel ratione damnorum & intereſſe, aut alias quoad merita principaliora ipſum petitorium paulo velaltius vel confuſius cumulando ſit deductum; Item, ſi in Quor. bonor, vel, Quod legat, rei vindicationis, ſeu ipſa vera proprietatis diſquiſitio, ſit penitius intromiſſa, ſic enim vt diſcerni, ita etiam ſuſpendi poteſt, alterum ab altero, eadem actione
94 nihilominus manente. At vero, ſi ipſa † petitorij ſuſpenſio, mutationem actionis inducat, alia eſt ratio & maior difficultas: Ecce enim, tu inſcitia forſan vel errore, petitionem hereditatis, reive vindicationem incautius inſtituiſti: cum ex Quor. bon. vel & Vnde vi, Interdicto, aut Can. redint. agere potuiſſes: Et cum ab Interlocutoria appellares. petitoria, iſta remedia vis ſuſpendere, & poſſeſſorijs econtra vti, an poſſis? Et non potes: idque tanto
95 minus, quod libellorum † & actionum mutatio ne in prima quidem eademve inſtantia locum habeat, poſt litem conteſtatam; vbi quæſtionis eſt, an igitur in delata appellatione mutare actionem liceat, ſi lis in prima Inſtantia non
96 † fuit conteſtata, puta, ſi appellatum ſit ab reiectione exceptionis dilatoriæ? Et hoc licere puto, *per l. ſi idem cum eodem ff. de iuriſd.*

Atque iſta de ſuſpenſione petitorij: ſed an hiſce modis & caſibus, etiã poſſeſſorium ſuſpendi queat, & petitorium vrgeri in appellatione? Et non modo ipſum poſſeſſorium adhuc forte indiſcuſſum ſed & definitum, eiuſque adeo executionem ſuſpendi poſſe, aiunt, per appellationem petitorij, ſi hoc in continenti probetur, Lancellot. *d. c. 12. limit. 2. in fin. & ibi* Boer. *deciſ.* 73. Bellamer. *Conſ.* 18. vbi tamen loquuntur, cum per viam exceptionis obijci-
97 tur dominium; quod ego, niſi à tertio aliquo † ita abijciatur & in continenti probetur, vel & alijs ipſa pars grauem ob cauſam ad iſtam exceptionem, quã forte non prius opponere potuerit, admittatur, intelligendum puto. Sed
98 an actor poſſeſſorium, quod in prima inſtantia fuit, † in ſecunda ſuſpendere queat, & petitorium vrgere: Et ſiquidem hoc quoque in prima cumulatiue fuit, poteſt: *per ead.* Niſi reus in manifeſto poſſeſſorij priuilegio ſit fundatus,
99 quo per iſtam ſuſpenſionem priuari † non poſſit, nec debeat: puta ſi reus per viam vel exceptionis, vel reconuentionis ipſum poſſeſſorium etiam ſua ex parte non tantum defendendo, ſed etiam agendo deducat, vrgeat &c. Cæ-
100 terum cumulatio quæ in prima † Inſtantia non fuit, nec in ſecundam deduci poteſt,

Digitized by Google

poteſt, inuita parte, quatenus eſt diuerſæ & cauſæ & originis & iudicij: niſi
fiat eiuſdem reſpectu, qualiter petitoriũ colorandi grat a in poſſeſſorium de-
duci ſolet: talẽ enim quaſi cumulationẽ in ſecunda inſtantia fieri poſſe dubio
caret *per reg.* non deducta deducam &c. Vnde quæſitum, An appellans à pe-
titorio † vel poſſeſſorio eiuſve Interlocutoria poſſit cumulare actionem at- 101
tentatorum vel priuationis ex l. ſi quis in tantam C. vnde vi, vel damnorum
& intereſſe, ac pœnæ forſan ſtatutariæ, vel per Inhibitionem indictæ, quæ in
prima Inſtantia plane non fuit: vel an cum petitione hereditatis vel rei vindi-
catione poſſit cumulare Interd. Quor bonor. vel cum hypothecaria Interdi-
ctum ſaluian. vtpote quæ in prima Inſtantia cumulari poſſe, ſupra diximus?
&c. Et fundata iuriſdictione, Iſtam cumulationem iuri conſentaneam eſſe,
iudico, partim ratione connexitatis cauſæ, & iudicij, & partim ratione, tam
clauſulæ ſalutaris, quam priuilegij appellatorij, Non deducta deducam: Si
vero cumulatio † plane ſit aliena & diuerſi iudicij & intentionis, & rei: plane 102
non admittetur. Quemadmodum & illi ipſi connexorum cumulationi
tunc demum locus erit, ſi fiat ante factam in cauſa principali litis conteſtatio-
nem vel ſi ſaltem adhuc commode citra perturbationem litis & iudicij fieri
poſſit, inſtruendo, & non deducta licite deducendo: alias enim, noui cau-
ſæ principalis libelli, ab interpoſita appellatione, vel grauamine, & Citatio-
ne alieni, † & incongrui, in cauſa appellationis non facile admittuntur, nec 103
pars reſpondere tenetur; ſed pro circumſtantiarum qualitate, vel formalior
libellus iniungitur, vel cauſa etiam pro concluſa acceptatur: vel ad libellum
prioris inſtantiæ procedere actor, ſi velit, iubetur, facta in expenſas termini
condemnatione: quod in Camera imperiali ita obſeruatur: ita, vt ne † e- 104
mendatio quidem libelli prioris inſtantiæ admittatur in ſecunda, Siquidem
lis deſuper ſit conteſtata,

Quemadmodum & regulariter, in petitorio non auditur, victus in poſ-
ſeſſorio, antequam executorialibus † pareat: vti ſæpe iudicatum: tam in 105
Camera Imper. quam, teſte Papon. in parlamentis Galliæ: &c. & faciunt
omnia iura de duplici Interdictorum puncto loquentia; per ea, quæ ſuo lo-
co diximus. Præiudicium vero accuratiſſimum & ſingulare exſtat in cauſa
poſſeſſoria N. & S. ab S. heredum, contr. N. ab X. de 25. Iunij. anno 1539.
vbi triplex decretum: primo: quod in po. liquidationis exſecutorialibus
quoad prædia, loca, & iura ſpecificata N. N. N. &c. intra 7. ſeptimanas, pla-
niſſime parendum: deinde, attentata omnia reuocanda; & tertio, ſi, & vbi
reus exſecutorialibus plene paruerit, & hinc in petitorio competenter ege-
rit, quod tunc demum hoc audiri debeat, & fieri, quod iuris. Quo perti-
net, quod, ſimul ac, in poſſeſſorio, † vel petitorio, concluſum fuerit: in con- 106
cluſis, ſine admiſſione cumulationis, (niſi manifeſta iuris ratio aliud ſugge-
rat:) definitiue pronunciandum ſit, & exſequendum: d. c. paſtoralis: de cauſ.

Vu poſ.

poſ. & prop. quod in foro tam ſeculari, quam Eccleſiaſtico, contra Bartoli ſententiam, ſequendum aiunt: gloſ. Panorm. & alij *cap. 1. verb. Eccleſiaſticis: De except. in 6.* Iaſ. *l. naturaliter §. nihil commune, num.* 113. *de acq. poſſeſ.* Franciſ. Pſell
107 1. *conſ.* 171. *in med.* Quomodo autem tertius interueniens, in definito † etiam poſſeſſorio, vel petitorio admittatur, an & quatenus exſecutionem ſuſpendat, alibi dicemus: & late DD. *ad l. naturaliter, §. nihil commune: vbi Alex. n.* 33. Rip. *n.* 29. Zaſ. *n.* 66. Rub. *n.* 155. Bolognet. *n.* 28. *&c. ff. de acq. poſſeſ.* Afflict. *deciſ.* 19. *n.* 6. Weſenb. *conſil.* 100. *num.* 14. Vanti. *tit. quis poſſit dicere de nullitat. n.* 20. Mynſing. 1. *obſ.* 2. Gail. 1. *obſ.* 72. *n.* 7. Ioh. Pet. Surdus, 2. *conſ.* 166. *n.* 12. Ernest. Cothm. *Reſponſ.* 67. *num.* 64.

Commentarivs XXIII.

De exceptionibus Interdictorum proprijs: ad l. 1. §. Labeo 16. ff. de fluminib. &c.

Svmmaria.

1 *Exceptiones non facile admittuntur in Interdictis, & quare n.* 2. 3. 4. 5.
6 *Regula nulla tam eſt firma quæ exceptionem non admittat:*
7 *Quod etiam interdictis accidit quoad exceptiones: & n.* 8. 9.
10 *In oppoſitis aduerſus interdicta exceptionibus cauſæ cognitione opus eſt:*
11 *Exceptiones ſub & obreptionis interdictorum vti & mandatorum propria ſunt: & n.* 12.
13 *Vti & exceptio maleficij, banni, priuationis, &c. pigneratio vel arreſtum commiſſi maleficij ergo iniecta ſint, conſtitutiones ad reſtituenda pignorata vel arreſtata locum non habent.*
14 *Materia Exceptionum vel facti eſt, vel iuris.*
Facti exceptio non tantum eſt ſub & obreptionis, ſed etiam tum datur, cum fundamentum aliquod interdicti deficit.
15 *Facti vox generaliſſima eſt:*
16 *Exceptio legis vel conſtitutionis quæ?*
17 *Item incompetentia.*
18 *Exceptionibus per ſtatutum reiectis, non cenſetur reiecta exceptio incompetentiæ, vel ſub & obreptionis.*
19 *Incompetentia iudicij reddit omnem proceſſum podagricum, inſanabilem, ſcabioſum & nullum.*
20 *Confeſſio vitiatur reſpectu incompetentiæ fori: & n.* 21.

22 *Etiamſi*

22 *Etiamſi & iuramentum interuenerit: & quatenus?*
23 *Foro renunciari poteſt etiam inſcio iudice ordinario.*
24 *Niſi priuilegium fori reſpectu ipſius iudicis conſtitutum ſit n. 25.*
26 *Renunciatio fori quatenus pœnitendo reuocari queat & n. 27.*
28 *Exceptio incompetentiæ an contra res iudicatas opponi valeat? n. 29.*
30 *Opponi poteſt in quacunque iudicij parte, etiamſi in priuatum iuriſdictionem nullam habentem ſit conſenſum.*
31 *Exceptiones deficientis legitimationis & mandati etiam locum habent in Interdictis:*
32 *Item Excuſſionis, cedendæ actionis, præiudicij:*
33 *Modo dextre & ne cauillatorie exceptionibus iſtis agatur.*
34 *Mulieres non obſtantibus ſtatutis, quod ſine curatoribus in iudicio agere non valeant, interdictis recte agunt. & 35.36.37.38.*
39 *Recuſationum vel ſuſpicionum exceptio an locum habeat in interdictis? num. 40.*
41 *Integrum collegium, vel & concilium iuſtis ex cauſis recuſari poteſt: & num. 42.*
43 *Exceptio violentiæ, clandeſtinitatis, & precarij quando locum habeat? & n. 44.45.46.*
47 *Cautela DD. qua turbationes admittunt, vbi deiectio prohibita,*
48 *Potentiores in turbando, plus iuſto interdum promptiſſimi: Et officiales malunt violentias inferre quam pati: n. 49.*
50 *Vbi ius vel clarum, vel dubium, ibi viaturus acquieſcendum.*
51 *Exceptio violentiæ, clandeſtinitatis & precarij an locum habeat in remedijs recuperandæ, & n. 53. 54. 55.*
52 *Occupata per tyrannidem terra nunquam præſcribitur.*
56 *Exceptio violentiæ vel clandeſtinitatis aut precarij an locum habeat vbi propria autoritatis permiſſa eſt occupatio vel ingreſſus? & n. 57.58.59. 60.61.62.*
63 *Exceptio violentiæ & clandeſtinitatis an habeat locum in remedijs adipiſcendæ? & n. 64.*
65 *Dictæ Exceptionis probatio non neganti ſed affirmanti incumbit.*
67 *Exceptio, dolo facere eum qui petit quod reſtituturus ſit non habet locum in Interdictis: & n. 68.69 70.*
71 *Exceptio rei & actus criminalis an locum habeat in interdictis: & num. 72.73.*
74 *Criminalis cauſa quatenus maioris ſit autoritatis quam ciuilis & quatenus præ hac expedienda? n. 75. 76 77 78 79 80.*
81 *Criminis obiectio ipſam poſſeſſionis vel & petitorij quæſtionem non ſuſpendit: & n. 82.83.84.85.*

Digitized by Google

86 Ad generalem iuriſdictionem cauſæ etiam criminales in dubio pertinent: Ne delicta maneant impunita: & n. 87.

88 Criminis vel delicti exceptio quatenus poſſeſſorium inficiat? & n. 89.

90 Tutori per abſentiam contutoris rationes differenti quomodo obuiandum? & n. 95.

91 Diuiſionis beneficium quando detur tutoribus? & n. 92. 93.

94 Doli obligatio eſt indiuidua.

96 Fideiuſſor ſoluere compulſus anne eadem ratione ſuum indemnitatis ſponſorem viciſſim vrgere poſſit? & n. 97. 98. 99. 100.

101 Indẽnitas non rectè præſtatur niſi fideiuſſori vndiquaq; conſultũ maneat.

102 Exceptiones peremptoriæ, an & quatenus locum habeant in interdictis? & num. 103. 104.

105 Dominij Exceptio propriè locum non habet in poſſeſſoriis & n. 106. 107. 108. 109. 110. 111 & ſeq.

113 Exceptiones aduerſus interdicta competentes vna vice omnes proponendæ ſemel pro ſemper: & n. 114. 115. 116. 117.

118 Dilationes etiam in proceſſu interdictorum contrahendæ: & n. 119. 120. 121. 122.

124 Exceptio etiamſi alias legitima, ſed fraudulenter oppoſita amputanda eſt: Vti & dilatio: n. 125. 126. 127.

128 Exceptio præuentionis an locum habeat in interdictis? & 129. 130.

131 An & quatenus exceptio nullitatis ſuſpendat exſecutionem ſententiæ?

TErtiam poſſeſſorij & petitorij concurſus ſpeciem per modum exceptio-
1 nis † fieri dictum eſt: Vbi diſquirendum: An & quænam exceptiones,
in cauſis Interdictorum admittantur? Et generaliter Vlpian. autoritatem
2 Labeonis allegando & ſequendo, non eſſe ait † dandam exceptionem illi,
qui Interdicto conuenitur: *l. 1. Labeo 16. ff. de fluminib. & ſimilis text. l. 1. §. 6. ff.
Ne quid in flumine pub. fiat, 5. text. etiam atque caſus in Orat.* Ciceronis, pro Ce-
3 cin. vbi teſtatur, prætorem Interdictum vnde vi, ſine exceptione † dediſſe:
ita, quod Cecinna, ſine exceptione, eo vnde deiectus erat, reſtituendus eſſet.
Et eius quidẽ axiomatis, quod ſine exceptione Interdicta dentur, ea eſt ratio,
4 quod ſint in manifeſto † iure fundata: Vnde ſi legitima iuris requiſita habe-
ant, exceptionibus nec debent nec poſſunt ſuſpendi. Exempli gratia: Si cõ-
5 ſtet, te me vi † deieciſſe, vel in poſſeſſione, quam habeo, turbare, vel de of-
fendendo mihi comminatum eſſe, te tabulas vel rationes alterius celare &c.
ſane, quod hiſce caſibus omnibus, ipſo iure, reſtituere, vique abſtinere, tabu-
laſque edere tenearis: exceptionibus te hic non defendes. At vero, ſicut ali-
6 bi, ita & hic verum eſt, nullam eſſe † tam firmam regulam, quæ exceptiones
non admittat: *l. 1. l. omnis definitio. ff. de Reg. iur.* Primo enim, ſub & ob-
reptio-

reptionis, quas vocitant, exceptiones, † etiam in interdictis mandatorumq; 7
cauſis, omnino admittuntur: vtpote, quibus ipſa interdicti fundamenta, & requiſita deficere, nec proinde interdicto locum eſſe contenditur: veluti ſi, interdicto vnde vi, vel vti poſſidetis, conuentus, te poſſeſſionem nullam habuiſſe, vel habere, vel aliud obiiciat, quod ipſam interdicti mentem ipſaque verba & fundamenta ſubmoueat? Sic enim, & ipſius interdicti vis, cauſa, ſtatuſque omnis corruit, & exceptio plane admittitur: text. elegantes, *d. l.* 1. §. 16. Labeo ſcribit non eſſe dandam exceptionem ei, qui interdicto conuenitur, niſi ripæ tuendæ cauſa factum ſit, vti de lege † fieri licuit, cuius §. ea eſt ſen- 8
tentia: Quod interdicto de fluminibus conuentus, excipere poſſit, ſe ripæ muniendæ cauſa, citra vllam nauigationis deterioris rationem, hoc vel illud feciſſe: Hoc enim, interdicto permiſſum omnino eſt: At vero, ſi extra, quam lege fieri licuit, factum ſit, replicatione iterum excipi poteſt, interdicto id contineri & proinde reſtituendū eſſe; & *d. l.* 1. §. 6. *ff. Ne quid in flum. pub. fiat.* Sunt, ait Vlpian. qui putent, excipiendum hoc interdicto: Quod eius ripæ † mu- 9
niendæ cauſa non fiet: ſcilicet, vt ſi quid fiat, quo aliter aqua fluat: ſi tamen muniendæ ripæ cauſa fiat, interdicto locus non ſit: Sed nec hoc quibuſdam placet: Neque enim ripæ, cum incommodo accolentium, muniendæ ſunt: hoc tamen iure vtimur, vt prætor æſtimet, an hanc exceptionem dare debeat, plærumque enim vtilitas ſuadet exceptionem iſtam dari: Ita Vlp. Vnde videmus, in punctis etiam exceptionum, interdictis † oppoſitarum, cauſæ co- 10
gnitionem eſſe neceſſariam: *per ead. & l.* 1. *in princ. ff. de dam. infect.* Sic exceptio iſta quod teſtamentum ſit falſum, vel cancellatum, vel quod defunctus tempore mortis, non poſſederit illa bona, reſpicit defectum iudicii poſſeſſorii: *ex l.* 3 *fin. C. de edict. D. ui Adrian. toll.* Contard. *d. l. vn. in ampliat. n.* 110.

Et eiuſmodi exceptiones, quæ † ob defectum vnius vel alterius requi- 11
ſiti competunt, ſuper quo interdictum alias fundatur, dicuntur exceptiones ſub & obreptionis, quæ interdictorum & mandatorum ſine clauſula propriæ ſunt; *text. propr. ſi vim l.* 3. §. 13 *ff. De itin actuque pri.*

Itaque, inquit Paul. qui hoc interdicto vtitur, duas res debet † docere, 12
& hoc anno ſe vſum, & ei ſeruitutem competere: Ceterum, ſi deſit alterutrum, deficit & interdictum; *ibid.* & generaliſſime Quint. l. 7. *inſtitut. c.* 5. *verſ. Cum ex præſcriptione.* Et pro ſtylo mandatorum ſine interdictorum: Andr. Gail. 1. *obſ.* 14. Et conſtit. Imperii Ratisbon. *de anno* 94. quæ etiam † exceptiones 13
maleficii, banni, priuationis & ſimiles admittit: quod longe etiam ante obſeruatum: *per l.* 1. *& tot. tit. Cod.* vbi *de crimin. &c. Memor. Camer. de an.* 1579. ſiquidem enim pignoratio vel arreſtum fiant ex cauſa maleficii, conſtitutiones locum non habent.

Sed breuiter comprehendendo, & doctrinam interdictorum in hoc quoque paſſu melius illuſtrando, exceptionum ratio in interdictis declarari

 poterit,

Digitized by Google

14 poterit, tam quoad † ſui materiam, quam quoad proponendi modum: Ma-
teria vel facti eſt, vel Iuris; Facti materia, eſt, vel ſub & obreptionis, de qua iam
dixi; cum ob defectum ipſius fundamenti, vel vnius aut alterius requiſiti, in-
15 terdicto alias proprii, interdicti vim & poteſtatem declinamus: quam † ma-
teriam, propterea quod in facto conſiſtit, poſſeſſoriam non admodum in-
conuenienter vocare licebit: Licet facti vox, ſit generalior.
16 Poſſentque † huiuſcemodi genera, dici Exceptiones legis vel conſti-
tutionis: veluti cõſtitutiones imperii de fracta pace pub. de pignorationibus &
arreſtis, &c. eo, vt proceſſus & mandata ex iiſdem decernantur, certas ſuas ter-
minorum præſcriptiones habent: quarum aliqua deficiente, per exceptio-
17 nem legis, deficit etiam conſtitutio. Deinde, facti illa † materies, & aliarum
eſt cauſarum: vt, ſecundo, incompetentiæ, ſeu præſcriptionis fori: per *l. præ-
ſes, C. de Interd. tot. tit. C. ſi à non comp. iud.* Et quantumuis, vel à iure, vel à ſtatuto,
18 exceptiones reiiciantur, † hæc tamen quæ ſub & obreptionis eſt, nunquam
excluſa cenſetur: late Menoch. *adipiſc. rem.* 4. *num.* 889 Maſcard. *concluſ.* 685.
19 *& ſeq.* 686. Iudicis enim † incompetentia, reddit omnem proceſſum infe-
ctum, podagricum, inſanabilem, & ſcabioſum, planeque nullum: *per ea quæ
20 poſt alios* Vant. *de nullit. ex defect. iuriſdict.* qua ratione, nec propria cui nocet †
confeſſio; Barth *l. Et in priuatorum* 4. *n.* 2. *C. d. tit. per text. in c. At ſi Clerici, de iu-
dic.* Alex. *ibid. per l. Diuus: De cuſt. reor.* Cyn. *l. vn. q.* 4. *C. De confeſſ.* vbi hoc etiam
procedere ait, etiamſi fieret confeſſio, coram iudice incompetente, cuius iu-
riſdictio eſſet prorogabilis: & ſequitur Ang. *l.* 1. *ff. eod.* Et quamuis Roderic.
21 Suarez. hanc ſententiam reprobat, † teſte Simon. Schard. ad Barth. *d. l.* 4. *& l.
poſt rem iudicatam, not.* 3. *n.* 10. *ff. de re iudic.* tamen prior illa eſt veriſſima, quoad
22 condemnationem, vel plenam probationem: etiamſi & iuramentum † in-
teruenerit; ſecus quoad præſumptionem, vel & iudicium ad torturam: vid.
Boer. *deciſ.* 90. *n.* 4. Niſi forte facta eſſet fori renunciatio; Vti enim quis, aliis
23 ſuis iuribus, ita etiam † foro renunciare poteſt, etiam inſcio, vel non conſen-
tiente iudice ordinario; *l. ſi quis in conſcrib.* 29. *C. de pact. l.* 1. *ff. ſi quis in ius voc. text.
clariſſ. l.* 2. *ff. De iudic. & per l. heres abſens,* 19. *vbi DD. eod. c. ſi diligenti De for. com. l.* 1.
§. poſt operis, vbi Iaſ. n. 11. *ff. De nou. op. nunc.* Salicet. *Auth. habita, C. Ne fil. pro pat.*
vbi hoc confirmat in ſcholari, qui non obſtante priuilegio exemptionis, po-
teſt conſentire in poteſtatem loci; idq; citra requiſitionem conſenſus proprii
24 iudicis: Quod tamen non valere aiunt, iis in caſibus, vbi † priuilegium fori,
non tam ratione priuatorum, quam ipſius iudicis competit: cui citra conſen-
ſum præiudicari non debet; vti fit in clericis; *c. ſi diligenti.* 12 *c. ſignificaſti,* 18. *&
25 vtrobique* Can. *De for. competent.* Iaſ. *d. loc.* item in cauſis feudalibus † vaſallorũ,
c. imperialem, §. præterea, vbi Afflict. *nũ.* 13. *de prob. feud. alien. c. cum tempore* 1 *de ar-
bit.* Andr. Gail. 1. *obſ.* 40. & late Iohan. Zanger. *de Except. part.* 2. *c.* 1. *num.* 172. vbi
26 tamen notandum eſt, renunciationem † fori, vel prorogationem iudicis in-

compe-

Digitized by Google

competentis, pœnitentia reuocari poſſe, niſi iudex aditus iam fuerit, & lis
conteſtata: *l. ſi conuenerit* 18. *ff. De iuriſd.* Zanger. *d.c.*1.*n.*31. & 84. vel niſi iu-
ramentum interuenerit; *ibid. num.*32. *& text. d. c. ſi diligenti.* Quid ſi autem,
ſuper † re iudicata, & ſententia incompetentis iudicis, decernatur manda 27
tum, an adhuc proſit exceptio? Et non prodeſſe dici poteſt, cum exceptio in-
competentiæ ſit fori declinatoria, & proinde ex numero dilatoriarum, inter
† quas, & primum ſibi locum vindicat, quæ ante ingreſſum litis, intentari ſo- 28
lent & debent; prout com. DD. ſed hoc eatenus, ſi pars ſciat, vel vtique ſcire
debeat incompetentiam, & vel tacite, vel expreſſe, iuriſdictionem prorogetur:
Sic enim, poſt latam ſententiam non auditur: ſecus verò, ſi ignoret: ſic enim,
& poſt † tres conformes ſententias exceptio nullitatis, ratione incompeten- 29
tiæ admittitur: per ea, quæ Pariſ. *lib.*3. *conſ.*98. *num.*19. late Couar. *pract. quaſt.*
*c.*24. *num.*4. Menoch. *conſ.*345. *num* 41. Vnde & in quacunque iudicii parte re-
ctè opponitur: *per ead. &* Mandel. *conſ.* 62. *num.*5. Quin etſi in † priuati ali- 30
cuius, iuriſdictionem non habentis, iudicium, ſit conſenſum, citra legitimam
compromiſſi rationem cauſamque: tamen non obſtante conſenſu, valet ex-
ceptio eadem; *per l.*3. *C. De Iuriſd.*

Tertio admittuntur etiam exceptiones † legitimationis, aut deficien- 31
tis mandati: Menoch. *recup. rem.*15. *num.*277. *text. l. Pomponius* 40. *ff. de proc.* item
excuſſionis, vel cedendæ † actionis, cauſæ præiudicialis, & aliæ; de quibus 32
poſt alios, Ioh. Zanger. *d. part.*2. *de Except.* Quæ tamen dextre & non cauilla-
torie, ſed de caſibus vndiquaque ſaltem propriis accipienda: cum & alias cau-
ſæ † quædam interdictorum vel mandatorum ſint iuris publici, vbi latiſſi- 33
mum prætoris officium, non tam facile, ſicut in aliis ordinariis actionibus
ſuſpenditur per exceptiones, deficientis forſan mandati, aut habilitatis, & ſi-
miles; *per ea quæ ſup. & text. expreſſ. l. fin. Cod. Qui legit. perſonam ſtandi in iu-
dicio.*

Vnde & † leges, vel ſtatuta, quibus mulier ſine tutore aut curatore ad 34
litem vel ſine conſenſu mariti aut agnatorum in iudicio procuratorem con-
ſtituere, aut experiri vetatur, ad interdicta vel ſaltē momentanearum poſſeſ-
ſionum cauſas non extenduntur; *per prædicta.* Ferronius, *ad conſuet. Burg. tit.*1.
§.3. *col.*4. *verſ. licet autem expreſſim.* Carpan. *ad ſtatut. Mediol. c.*328. *n.*170. Præ-
ſertim † ſi non tam ad ordinarium iudicium, quam ſummarium, & officium 35
iudicis prouocet, illudque imploret. Vnde licet, *part.*2. *conſtitut. Electoralium
Saxonic.*15. cautum ſit: Quod viduæ, vel virgines, (vxores enim ſuos maritos
habent) ſine † vlla ætatis diſtinctione, in omnibus iudicialibus proceſſibus, 36
ſiue actricum ſiue rearum partes ſuſtineant, ſine curatoribus ad litem nihil re-
ctè agant: Tamen, ſi ſine ſtrepitu, & figura iudicii procedatur, proceſſus vale-
bit; *arg. d. l. fin. C. Qui legit. perſon.* quo † caſu & D. Beuſt. *de ſponſal. c.*22. in cauſis 37
matrimonialibus, mulieres etiam ſine curatoribus admitti concludit: & Dan.
Moller. 3. *ſemeſt. c.*35. *n.*2.

Quamuis

Digitized by Google

38 Quamuis in vero † & formato iudicialiter diſtrahendi vel contrahendi matrimonii caſu, d. conſtitutio locum omnino habebit; diſtinctione proſſus obſeruanda an Iudicialiter vel extraiudicialiter agat mulier: Cotta, *Memorab. Mulier regulariter*: late Tiraquel. *& LL. Connub. gloſſ. 5. contracter q. 15. num. 171. & ſeq.* Sarran. ad Matheſil. *ſing. 98. num. 7. & 9.* Vrſil. ad Affl. d. *deciſ. 260. n. 9 & ſeq. & poſt eoſd.* Carpan. *d. c. 328. num. 173.*

Proinde quod quarto hic notandum, fundato interdicto, vel manda-
39 to, nec recuſationum aut † ſuſpicionum exceptioni, facile dandus eſt locus, contra iudicem alias competentem: qui & propterea, non attenta exceptione, præſertim, in caſibus ipſo iure mandatis vel prohibitis, vel momentaneum ſaltem præiudicium habentibus exequenda pergere poteſt: *per c. cum olim 7. De cauſ. poſſ. & prop.* & per rationem: quod ipſa lex, ipſaque iuris & cauſæ ratio, interdictum polliceatur.

40 Si tamen de ipſo † interdicti proprio requiſito veriſimilis ſit dubitatio, vel quæſtio profundior, & grauius præjudicium vertatur, tunc legitima ſane recuſationis exceptio non ſtatim reiicienda: *per l. apertiſſimi, in pr. ibi:* cunctas lites ſine ſuſpicione procedere, *C. de iudic.* poſſet enim de magna & graui poſſeſſionis cauſa, vel præiudicio eſſe periculum, vbi, prout in aliarum actionum, ita & interdictorum cauſis, hæc exceptio admittenda: quod ſcilicet ſit fauorabilis: Lancellot. *de Attentat. 2. c. 6. num. 74.* Schrader. *de feud. 10. ſect. 14. nu. 4.*
41 Petr. Ant. de Petra, *in tract. de poteſt. princip. c. 6. nu. 36.* etiam contra † integrum collegium atque Synodum; *per ea quæ* Gail. 1. *obſ. 33. num. 2.* vbi Bernh. Græuæ, *num. 15. & ſeq.* Capic. *deciſ. Neap. 138.* Alberic. *in d. l. apertiſſim. ſub fin. vbi &* Iaſon. *col. fin. & 2. part. ſtatut. q. 100.* Phil. Franc. *c. licet ex ſuſpect. de for. comp.* Maſcard. *De probat. concluſ. 452. num. 32.* Menoch. *conſ. 94. n. 7. & 10.* vbi dicit, quod etiam
42 concilium † prouinciale iuſtam ob cauſam recte recuſetur, Tiber. Decian. 1. *conſ. 8. num. 155. & conſ. 26. per tot.* Alex. Raudenſ. 1. *conſ. 8. num. 2.* Lancellot. *d. c. 6. num. 44.*

Quinto cum in Vti poſſideris interdicto dicat prætor: Vti eas ædes, quibus de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis, &c.
43 hinc ſtatim fit manifeſtum, exceptionem † quoque in interdictis aliquam dari violentiæ, clandeſtinitatis, & precarii; quæ etiam propterea hic nonnihil perſtringenda, quod in triplici poſſeſſorio non raro occurrat, & moneatur; non tantum dilatorie, ſed etiam interdum peremptorie: *per ea quæ,* Menoch. *retin. rem. 3. q. 77.* vbi late agit & examinat quonam tempore iſta exceptio ſit
44 proponenda, quemadmodum & ſpolii exceptio † nude oppoſita, dilatoria ſaltem eſt, ante litem conteſtatam proponenda: ſed & nihilominus actiue, & in vim peremptoriæ opponi poteſt: *ibid. & per alia, quæ infra cap. ſeq.*

45 In retinendæ vero interdictis, exceptio iſthæc † genuina atque propria eſt, *l. 1 in princ. & §. fin. ff. Vti poſſ.* Menoch. *d. q. 77.* vbi DD. *& q. 83. & text. l. 1. in pr. &*

Digitized by Google

pr.&l.3.§.2.ff.De itin.act.priu.l.1. & §.28.in pr.ff.de aq. quot. & æſtiu.l.1.ff.De Riuis l.1 ff.de fonte.

Vi enim, clam, & precario poſſidentem † vel tenentem, prætor non 46
tuetur, contra ipſum à quo poſſidet: licet ſecus ſit, quoad tertium; *d.l.1.§.fin.*
vbi Barth. Alex. & alii, vnde & mirabilem hic cautelam † tradunt DD. quod, 47
licet vi, clam, & precario à me poſſidentem non poſſim poſt interuallum deiicere poſſeſſione, &c. poſſim tamen impune eum turbare & moleſtare; Alex. *l.vn.C. Uti poſſid.* Bernhard. Wurmſer. *practic.obſeru.2.tit.46.* quam cautelam
principes & potentes interdum quocunque controuerſiæ † vel intereſſe titu- 48
lo ſolent practicare, cum inter ſeſe, tum contra alios, in poſſeſſionibus controuerſis: cum ſæpe nullum faciant moleſtarionum finem, etiamſi non vnius, ſed pluriums mandatorum vel monitoriorum proceſſus contra ſe habeant: Adeo,
vt, nonnulli † etiam, officialibus ac præfectis ſerio iniungant, quo ita rem a- 49
gant, vt non ipſi de vicinorum, ſed hi de illorum moleſtationibus conqueri habeant, &c. Attamen, ſi, non liquida, ſed dubia ſit exceptionis cauſa, vel &
† ſententia, aut decretum & monitorium interpoſitum: iuri acquieſcendum 50
eſt: cum alter poſſeſſoris, alter petitoris partes merito ſuſtineat. Et hæc eſt Bartholi & ſequacium ſententia, *de qua ſup.* quod ſcilicet, vt ego interpretor ſpolii, vel ſimilis exceptio, conſtitutum alterius poſſeſſorium, non via facti,
ſed legitimis iurium mediis reſcindere debeat. An vero in remediis † recu- 51
perandæ hæc exceptio locum habeat, dubitatur? Et nonnulli affirmant, *text. ap.* Paul. *5.ſent.tit.6. De interdict.* vbi ait: Qui, vi, aut clam, aut precario poſſidet, ab aduerſario, impune deiicitur. Vnde Panorm. *c.cum Eccleſia: De cauſ. poſſ.& prop n.26.* dicit: quod, vi, clam, vel precario poſſidens, aduerſus verum dominum, non ſit ſpoliatus reſtituendus: *per l.1.in fin.ff. Vti poſſid.* Laudenſ. *de*
principe q.134. vbi ait: quod, † occupata per tyrannidem terra, nunquam præ- 52
ſcribatur.

Aſt vero textus eſt econtra expreſſiſſimus *in §.recuperandæ, Inſt.de action.* vbi Imperator, Recuperandæ, ait, poſſeſſionis cauſa ſolet interdici, ſi quis ex poſſeſſione fundi vel ædium vi deiectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum vnde vi, per quod is qui deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſſionem: licet
† is, ab eo, qui vi deiecit, vi, vel clam, vel precario poſſideat. Vt ſic appareat, 53
iſtam exceptionem, in Vnde vi Interdicto locum proprie non habere; quod Elegantiſſime Cic. in Orat. pro Cecin. Vnde & prætor, in formula interdicti, nullam eius clauſulæ mentionem fecit, propter odium ſcilicet ſpoliantium & violentatum deiectionum; Barth. *l.1.§.hoc Interdictum num fin.ff.De itin.actuq.*
priu. Niſi † forte deiectio, aut occupatio poſterior, in actionem deducta, facta
eſſet incontinenti poſt primam: *l.3.§.Eum igitur 9.ff.De vi & vi armat.* vel ſi 54
exceptio iſta in continenti poſſit † probari: Vel deiectio iure permittente fa- 55
cta ſit; *per ead.& quæ in ſeqq. dicentur.*

Vbi illa quæſtio in praxi non raro mouetur: An permiſſa à lege vel ſta-
56 tuto aut ex † conuentione, propriæ autoritatis occupatione, vel poſſeſſionum
apprehenſione, vi, clam, aut precario ingredi & apprehendere liceat? Exem-
pli gratia, iuris eſt Lubecani, quod heres, ad coheredem, vel alium in poſſeſſio-
57 ne iam exiſtentem, intra trigeſimum à † morte defuncti diem, própria auto-
ritate ingredi & concedere poſſit, vt videat ne quid ex hereditate ſubtrahatur,
& coheredem ad familiæ erciſcundæ rationem adigat. Hic, cum heredes, in
poſſeſſione exiſtentes, & alios coheredes admittere recuſantes, vel, ne ingre-
diantur metuentes, ſoleant interdum oſtia atque ianuas clauſas tenere, donec
fatale labatur: factum è contrario, diuerſis ex caſibus notum eſt; vt cohere-
58 des, † vel aſſumpta amicorum turba, non ſine vi aliqua, vel ſub diluculo, aut
circa noctem, &c. ad ianuam pulſando, & lychnum ſaltem, aut candelam, pro
vicinitatis iure accendi petẽdo, vel & præmiſſo, qui aſſum. pro ruſtici aut tabel-
lionis habitu, peregre ſe venire ſimularet, literaſque domino reddendas, aut
quid aliud, ei loquendum habere prætendendo, vel qua alia ratione, vi, clam,
aut precario, poſſeſſionem illam qualem qualem apprehenderint. Vbi quæſi-
tum fuit, an illi, in poſſeſſione taliter apprehenſa, eſſent manutenendi, vel &
reſtituendi, ſi iterum ea deiicerentur? Et affirmatiue reſpondendum eſſe, pro-
59 bat † axioma DD. quod iuſta cauſa, vel titulus, bonaque fides, hiſce caſibus,
clandeſtinitatis, & ſimile vitium tollat: Barth. *d. l. 3. nu. 20. C. de pig.* Neguſant.
tract. eod. part. 4 n. 13. Ruin. *conſ. 127. n. 5. lib. 5. gloſſ. l. cum creditor, ff. de furt.* dicẽs,
ſi hæc facultas excuſet à violentia, multo magis à clandeſtinitate, Sebaſt. Med.
De Acq poſſ. gloſſ. 1. part. 2. nu. 82. Honded. *2. conſ. 18. nu. 8. & ſeq.* late Tiraquell. *de
conſtit. poſſ. part. 1. n. 38.* Pariſ. *conſ. 12. n. 9. lib. 4 DD. in l. clam. 6. de acq. poſſ.* Alberic.
n. 5. Cuman. Alex. & Imol. *in pr.* Zaſ. *n. 4.* Affl ct. *deciſ. 363. n. 3* Beer. *deciſ. 258. n.
20.* Crauet. *conſ. 104. n. 14. & paſſim alii*, & Menoch. *recup. rem. 15. nu. 70. & adi-
60 piſc. remed. 5. q. 12.* Vbi, quoad † violentiam, quæ fit aduerſus reſiſtentem, poſt
Barth. & alios ad *d. l. creditores* aliquot caſus diſtinguit; *vt ibi per eum: vbi vide.*
61 Et, cum pactum, vel ſtatutum, poteſtatem † de facto vel propria autoritate in-
grediendi, & occupandi tribuens, modum non præſcribat: violentiæ, aut
clandeſtinitatis, ſiue doli alicuius vitium, non obſtare videtur: ſi modo iuſta
62 & legitima ſit poſſeſſionis cauſa: Quamuis, ſi vi † publica, aut armata, vel ſcan-
daloſe, quid factum eſt, pœnam non effugiat, propter publicam publicæ pacis
& diſciplinæ offenſam: *per tit. ff. & C. de vi pub. & priu.* In adipiſcendæ autem
63 interdictis † vel actionibus, hæc exceptio ſic locum habet: ſi petitione here-
ditatis, vel quor. bonor. aut Quod legat. interdictis conuentus, excipiat; hanc,
vel illam rem, in bonis defuncti non fuiſſe, ſed, vi, clam, aut precario ab illo ſal-
64 tem detentam eſſe: quæ † exceptio, in poſſeſſoriis ſaltem procedet, ſi in con-
tinenti poſſit probari: Et ita quidem; vt excipientis cauſa potior appareat,
per ea quæ ſup. in initio. Et cum verba iſta, interdictorum retinendæ, Non vi,
clam,

clam, vel precario, exceptionem contineant; hinc patet, quod non † reo ne- 65
gatiuæ ſed actori affirmatiuæ probatio incũbat: reum ſcilicet, vi, clam, preca-
rio poſſediſſe, vſumue habuiſſe. Cum omnis † poſſeſſor rerum tam incorpo- 66
ralium quam corporalium, præſumatur bona fide poſſidere, donec contrari-
um probetur: Barth. *l.1.§.2.num.12.ff. De itin. act. priu. per l. Nemo prædo, ff. De reg. iur. &c.*

Quibus Exceptionibus, vicina † eſt illa, quæ dicitur, Dolo facere eum, 67
qui petit quod reſtiturus ſit, *l. ſocer, §. Lucius ff. ſol. mat. l. in condemnatiũ §. dolo facit, ff. De reg. iur. c. dolo, eod. l. dolo facit 8. ff. de doli & met. excep.* Et quamuis hæc
exceptio, regulariter, in nullis interdictis, quibus de momentanea poſſeſſione
† agitur, locum habeat: hoc enim contra rationem interdictorum foret: Ta- 68
men locum habet, ſi ex actis vel alias notoria ſit, & manifeſta, aut † inconti- 69
nenti poſſit probari: M. Anton. Natta, *lib.3. conſ.563. nu.31.* & ex eo D. Coth-
man. *reſponſ.20. n.52.* vbi in caſu pignorationis loquitur, & poſſeſſorio iuris pa-
ſcendi. quamuis, hæc exceptio, facilius admittatur, in Retin. & adipiſcendæ 70
interdictis; niſi manifeſta actionis vel actoris vanitas demonſtretur; quam
recuperandæ; ibi enim exceptionis probatio, incontinenti facienda admit-
titur, hic ſaltem fere notoria & iam probata aut euidens; *per ea quæ* Zaſ. *l.3. §. Nihil com. n.11. & ſeq. de acq. poſſ.* Alciat. *conſ.417.* Petr. Peck. & alii, *in d. c. dolo: de reg. iur. in 6. & per alia quæ infra.*

Quin exceptionem quoque rei † actoſque criminalis, in cauſis tam 71
mandatorum, quam aliarum actionum aliquando obiectam eſſe memini;
præter ea, quæ Menoch. *adipiſc. poſſeſſ. rem. 6. q. 10.* veluti cum princeps N. contra
ducem N. mandatum ſuper conſtitutione pignorationis extraxiſſet, huius au-
tem officialis, vel quidam foreſterius, vti vocant, ab illius venatore vel officia-
li, in loco & reſpectu iuris controuerſi, ad arborem cui aſtiterat, globo traie-
ctus, ac ita interfectus eſſet. Inde excipiebatur, quod iudicium per id crimi-
nale factum eſſet: quod fundatam inſtantiam in camera non haberet; vel, et-
ſi haberet, tamen † de crimine prius cognoſcendum, illudque vindicandum 72
eſſe, antequam in cauſa mandati reſpondere teneretur: præſertim, quod re-
ſpectu eorundem iurium, in mandatum deductorum, internecio facta vide-
retur; &, quod † actio criminalis incidens vel concurrens in ciuilem, hanc
ſemper ſuſpendat, donec ipſa fuerit finita; per rationem vlteriorem: Ne de- 73
licta maneant impunita: Et, quod cauſa criminalis ſit † maioris autoritatis &
præiudicii, quam ciuilis; *per text. expreſſ. l. fin. Cod. De ordin. iudic. & in l. per maio- rem, ff. De iudic.* Marant. *de ord. iud. part.4. diſt. fin num.5.* Caſtrenſ. *l. Qui prior & l. per minorem in fin. ff. de iudic.* Angel. *§. præiudiciales, poſt princ. verſ. Eſt & quar- tum, Inſtitut. De act.* Roland. à Vall. *lib.2. conſ.13. num.4. & ſeq.* Imol. *cap. 1. vbi* Panormitanus *de mut. petit.* Sichard. & alii *in d. l. fin. Cod. de ordin. iudic.* 74

Digitized by Google

75 vbi huius axiomatis † intellectum talem eſſe omnes tenent, etiamſi ciuilis actio intentetur, ab vno, & criminalis ab alio: vt videlicet, & tunc ciuilis ceſſet, donec criminali finis imponatur; Eamque communem eſſe ait, Dec. *ad l. edita num. 65. & ibid.* Claud. Seiſſ. *num 68. C. de edend.* Fab. à Coramb. *ad l. naturaliter, §. nihil commune, num.* 108. *ff. De acq. poſſ.* Iul. Clar. *pract. crim. q.* 2.

76 Sed † quamuis interpretes, d. l. finalem, ita generaliter acceperunt: Vnde & Salicet. ibid. communem hanc eſſe atteſtatur & generaliſſime tenet: Quod criminalis faciat ceſſare ciuilem, ſiue illam abſorbeat ſiue non; Ego tamen, ſemper † illam, iuxta textus & caſus legum præcedentium, & iuxta *l. fin.*
77 *totumque tit. C. de ord. cognit.* de cauſis ſaltem præiudicialibus intellexi, & omnino intelligendam puto: Quod ſcilicet iudicium criminale, catenus ſaltem ciuilem actionem ſuſpendat, quatenus huic vel præiudiciale eſt, vel magnam remoram, ſtrepitumque afferre, eamque abſorbere poſſet.

78 Vnde & merito de illa † Saliceti atteſtatione ſubſiſtendum, hoc eſt, hæſitandum eſſe aiunt: neque enim ſemper iſtam communem eſſe, quicquid ille dixerit; Put. *deciſ. 99. alias* 102. Lancellot. *de attent. part. 2 c. 4. limit. 23. n. 9. &*
79 *ſeq.* Extra caſum enim præiudicii, vtramque tam † ciuilem quam criminalem, ſiue agendo, aut excipiendo, vel reconueniendo, aut cumulando concurrant, vna & ſimul ventilari ac decidi poſſe, eſt text. *l. pen. Cod. de ord. iud. & c.* prout ſatis probaui De cont. cauſ. *c.* 11. *num.* 4. vbi de cumulatione, & *cap. 7. nu.* 1. & *ſeq.* vbi de Reconuentione egimus.

80 Quo nomine exceptioni criminis † & delicti, ad declinandum interdicti vel mandati effectum, aliæ ſi quæ ſunt exceptiones ſubiungi ſolent, quod etiam in citato exemplo euentualiter fiebat.

81 Et quod criminis obiectio, ipſam poſſeſſorii quæſtionem, non † ſuſpendat: eſt *text. ſingul. in l.* 21. propter veneni quæſtionem tempus petendæ poſſeſſionis non proferatur, *ff. Ad Senatuſconſ. Syllan.*

Eo ſimiliter hic notando, quod d. criminis exceptionem, DD. nonnulli,
82 etiam nimis † generalem faciant, in eo, quod illam citra vllam cauſæ continentiam admittere videantur: quod neutiquam probandum: vt, ſi Curio intétaret actionem ſpolii vel petitionem hered. aut quor. bon. interdict. contra Gaium: Et hic, illi, præter cætera, vt fieri interdũ aſſolet, oggereret, quod eſſet adulter, & integris decem annis non fuiſſet vſus S. Cœna; vel, quod ho-
83 micidium alicubi commiſiſſet, &c. talis enim † exceptio, nullam cum ipſa cauſa communionem, nec proinde defenſionis vim vllam continens, plane eſt
84 reiicienda, nec ad probandum admittenda: Quod ſecus eſt, ſi delictum † materiam defenſionis, vel ſaltem cauſæ cohærentiam in ſeſe habeat: vt, ſi, in actu ſpolii, pignorationis, arreſti, inuaſionis, turbationis homo occiſus, vel lethaliter, aut doloſe vulneratus ſit, ſi pax publica violata; ſi propter adulteria,
85 ſtupra, aut ſimiles graues Iniurias ſuis illatas fiant direptiones &c. vbi ex † iure defen-

Digitized by Google

defenſionis, & inculpatæ tutelæ, omnis exceptionũ ratio repetenda: vbi ſcilicet, & quatenus, locum habeant actionem vel ſuſpendendo, vel cum eadem illis mutuo tractandis.

Quamuis criminalem quæſtionem quod attinet, ſæpe quæſitum: Anne, & † quatenus, ad Cameram Imperialem, cauſarum criminalium cognitio 86
pertineat? qua de re alibi quidem, & fideliter dixi, ſed incaſſum apud plæroſque: cum tamen & Iuriſdictionis cum Imperatoria concurrentis, latiſſimeq; competentis, tum iuris, bonique publici: & ne grauiſſima ſæpe ſcelera, crimina, & delicta impunita permanerent, ratio potius habenda eſſet, quam neſcio cuius ſtyli: quo illa non ſemper curata: cum † tamen cauſarum tam cri- 87
minalium quam ciuilium cognitio, eodem pertineat, & executio eadem facilitate fieri ac demandari poſſet:

Cæteroqui criminis & delicti exceptio, in omni poſſeſſorio, contra quem † rectiſſime opponitur, ſi tale quod facinus ſit commiſſum, quod, quẽ, 88
ad officij, dignitatis, iuris, aut rei poſſeſſionem, peruenire, vel in eadem defendi, vel ad eam reſtitui, non permittit: *per ea, quæ poſt alios*, Menoch. *adipiſc. rem. 6. d. q. 10.*

Et iſta, de Exceptionibus dilatorijs, tanquam ſæpiſſime in praxi occurrentia, monere debui: licet & alia † non raro moueantur: vt, cum contra e- 89
miſſas compulſoriales, Iudex à quo, exceptionem appellationis non deuolutæ vel deſertæ opponit: quod quatenus procedat in ſequentib. ſub homilia de appel. nonnihil attingemus, qualia exceptionum iura, an & quatenus obtineant, multum ſæpe negotij habet in praxi: Vt, ſi, tutor † contra man- 90
datum de reddendis rationibus, vel alias conuentus, ſe non ſolum, ſed & alium longiſſime forte abſentem &c. tutorem fuiſſe, eumque prius vel ſimul citandum eſſe dicat, & ſic diuiſionis beneficium opponat: Vbi ex caſibus † 91
replicandum eſt, quibus diuiſionis beneficium non competere notatur à gl. & DD. *in §. plures Inſt. de fideiuſſ.* quib. caſibus ibi relatis adde ſi correus ſit † ab- 92
ſens: Ioh. Schard. *l. fideiuſſor, n. 6. C. de fideiuſ.* Item, ſi ex dolo quis ſuo conueniatur: non † tantum ſi ex ſuo ſolo & proprio, vt Angel. & Schnedeuin. *d.* 93
§. plures, autumant: ſed etiamſi ex communi dolo conueniatur: per *l. 1. §. 14. ff. de tut. & rat. diſtrah.* per rationem, quod doli † obligatio indiuidue, & in 94
ſolidum teneat, etiam heredes: *text. ſing. l. heredes 25. § in illa 12. & ſeq. & §. 16. l. inter §. quod ex facto ff. fam. erciſc. l. 4. §. Cato, in med.* vbi Zaſ. & alij *ff. de verb. oblig.* Quibus adde, & illam cautelam, in caſu præſertim dubio obſeruandam, contra tutorem &c. qui cum omnium † maxime ſit in culpa, & dolo, tamen 95
ſine contutoris aſſiſtentia reſpondere non vult; vt ſcilicet replicet & dicat pupillus, ſi ue adultus, aut creditor, quod non in ſolidum, ſed in eam tantum modo quodam conuenire & exigere intendat, in quam is iure condemnari queat: Sic enim præſcindetur anſa cauillandi, & tergiuerſandi, & reſpondere,

& vere definit Maſuer. *in prax. de except. n. 6.* dicens: Quod in caſu nouitatis requiritur, vt reus ſucceſſiue, hoc eſt ordine, vno contextu proponat, omnes exceptiones, quia oporteat litigare à vne fois & à toute fois ſemel pro ſemper.
114 Eſt quidem ſemper tutius, † & in praxi vtilius, vt reus in alijs quoque ordinarijs petitorijs, tam perſonalibus quam realibus actionibus, exceptiones ſuas omnes, præſertim declinatorias, vel dilatorias, vna vice omnes, tanquam ad eundem finem tendentes, deducat & proponat: cum periculum eſſe & arbitrio Iudicis ſedere poſſet, ne forte amplius ſit audiendus reus, Maſuer. *ibid. n. 7. & text. in Nouel. imperij de anno* 1594 §. In appellationsachen / Adrian Gilman. *in proceſ. Cam. Imp. methodic. tract. tit.* 14. *& in ſymphorem. part.* 1. *p.* 25. Attamen
115 in iſtis vulgaribus † actionibus, receptum eſt, quod liceat, per modum reſeruationis, ou par retenue, exceptiones ſuas deducere, facta ſcilicet proteſtatione, de alijs quoque exceptionibus & defenſionibus loco & tempore opportuno proponendis: Quod in caſibus nouitatis, ex eaz de noueautez, vt Galli loquuntur, vel in interdictis, regulariter non eſt admittendum: *d. num. 6.*
116 Quamuis etiam extra caſus interdictorum iſtas † excipiendi tergiuerſationes, & præſeruationes iudex terminum præiudicialiter aſſignando, præſcindere debet, ſi reum doloſe vel malitioſe iſtis præſeruationibus vti intelligat: per *l. iam tamen* 5. §. *pen. ff. iudic. ſol.* Quemadmodum & è contra caſus releuantes
117 eſſe poſſunt, vt in Interdictis quoque † non vna vice omnes exceptiones proponi, ſed & poſt primum terminum quædam oppoſitæ attendi poſſint atque debeant. Siquidem enim actori ad faciendas probationes dilatio non dene-
118 ganda, multo † minus reo: *per l. non debet* 41. *ff. de reg. iur. c. non licet actori, ext. eod. l. poſt litem ff. de procurat. & vbique notata.* Quæ parificatio, ſicuti per
119 omnia non procedit: cum regulariter multa reo concedantur, † quæ actori denegantur: Ita etiam in cauſis Interdictorum cum magna moderatione ponderanda eſt. Siquidem enim actori, vtpote qui de lite, quam mouet, e-
120 iuſque probationibus † certus eſſe debeat, magnæ dilationes non ſunt concedendæ, *per l. ſi quando C. de dilat.* adeo vt petens dilationem etiam in pœnam ſatiſdare teneatur: *Auth. ſeq. ibid.* In Interdictis ſane hoc omnium maxime debet obtinere.

Præſertim quod ipſi etiam reo, cui alias dilatio regulariter danda eſt,
121 (cum inſtructus † eſſe nequear, qui præter ſpem ad iudicium trahitur alienũ *d. l. Si quando*) in cauſis Interdictorum, ad amputandas multas tergiuerſationes & promouendum celerem Interdictorum curſum, magna vel multiplex dilatio non ſit concedenda: Vt ſcilicet illico, mox, atque ſtatim poſſit fieri debita reformatio: *l. meminerint l. momentariæ C. vnd. vi. &c.* Quid igitur faciendum, Si reus, exceptionum, eaſque probandi, vel multiplicationem quærat, vel difficultatem cauſetur, modo hoc vti motis eſt, modo illud oppo-
122 nendo? Et hic † tam de iure communi, quã de ſtylo Auguſtiſſimæ Imperialis

Cameræ

Cameræ curandum eſt, vt quantum vnquam fieri poteſt, diffuſio in excipien-
do & articulando amputetur, & vt quam breuiſſime merita defenſionis con-
cipiantur,& vt probationes, ſi res & negotium poſtulet, citra dilationum mul-
tiplicationem, vel prorogationem deſuper inferantur. Vbi † ſanctum & æ- 123
quum Iudicis arbitrium multum valere debet.

Exceptio enim, etiamſi alias legitima, per dolum, fraudem, aut † ca- 124
lumniam, differendi cauſa iudicij oppoſita, non modo celeriter amputanda,
ſed etiam reijcienda & non admittenda eſt: *per l. ſatis aperte 2. C. de falſ.* Bald.
l. 1. ſub fin. C. qui accuſ. non poſ. Barbat. & alij vt apud Menoch. *recup. remed. 15.*
num. 326. & ſequentib. Idemque in terminis petitæ † dilationis obtinet: *ibid.* 125
num. 330. poſt Giammat, *Conſ. 4. n. 11. & deciſ.* 14. *num.* 13. Felin. *cap. dilecti: de*
Iudic. dicentes, iudicem, ex officio debere reijcere calumnioſas dilationum
petitiones, nec timere debere interpoſitas deſuper appellationes. Quæ omnia
procedunt, ſi de calumnia † & fraude illico conſtet: quod facile apparebit, 126
ſi actor ſuam Intentionem ita probauit, vt præſumptionem Iuris & facti pro ſe
habeat contra reum: *per text. c. ſuſcitatus, vbi* Panorm. *in 4. not. de in integ. reſt.*
Bald. *d. l.* 1. Iaſ. *Conſ.* 44. *col.* 2. *lib.* 3. Menoch. *d. rem.* 15. *num.* 333. Quemad-
modum † & cautius agendum, ſi in dubio, de magno atque graui, nedum ir- 127
reparabili forſan rei conuenti præiudicio agatur: *ibid. num. ſeq.*

Poſtremo de exceptione etiam præuentæ iuriſdictionis & cœpti litigij
quæſitum eſt, an & illi in cauſis interdictorum locus ſit? Et ita videri poteſt:
quod hæc exceptio continentis † & proinde non diuidendæ cauſæ propria 128
eſt generali iure recepta: *per ea quæ dixi de cont. cauſ. cap. 5. & text. ſing. l. fin. C.*
de iudic. l. pen. ff. de iuriſd. om. Iud. c. pen. de for. comp. vbi de præuentione agitur
l. vbi cœptum 30 ff. de iudic. arg. l. ſi poſteaquam 7. vbi Bald. *l. Nulli C. eod. l. ſena-*
tuſconſulto 5. in fin. C. qui accuſari non poſſunt. clem. fin. vt lit. pend. Ioh. Zanger
de except. part. 2. cap. 3. late etiam, cum ampliationibus, declarat, ac limitat
Anton. Gabriel. *lib. 2. de iudic. concluſ. 1.* Vbi poſt differentiam, quod † præ- 129
uentio per ſolam etiam citationem emiſſam, ipſum vero iudicium per litis cō-
teſtationem conſtituitur: *per ead.* & Marant. *diſp. 6. num.* 20. Gail. 1. *obſ.* 29.
num. 5. duodecim † præcipuas limitationes recenſet: *per ea quæ ibid. & in tra-* 130
ctat. noſtro. de Concurrentia iuriſdictionum &c. Quatenus vero exceptio
† nullitatis, contra executionem ſententiæ admittatur, 131
vide poſt alios Maſcard. de probat.
conclu. 686.

Yy COM-

Digitized by Google

38 Quamuis in vero † & formato iudicialiter diſtrahendi vel contrahen-
di matrimonii caſu, d. conſtitutio locum omnino habebit; diſtinctione prorſus obſeruanda an Iudicialiter vel extraiudicialiter agat mulier: Cotta, *Memorab. Mulier regulariter*: late Tiraquel. *& LL. Connub. gloſſ. 5. contracter q. 15. num. 171. & ſeq.* Sarran. ad Matheſil. *ſing. 98. num. 7. & 9.* Vrſil. ad Affl. *d. deciſ. 260. n. 9 & ſeq. & poſt eoſd.* Carpan. *d. c. 328. num. 173.*

Proinde quod quarto hic notandum, fundato interdicto, vel manda-
39 to, nec recuſationum aut † ſuſpicionum exceptioni, facile dandus eſt locus,
contra iudicem alias competentem: qui & propterea, non attenta exceptione, præſertim, in caſibus ipſo iure mandatis vel prohibitis, vel momentaneum ſaltem præiudicium habentibus exequenda pergere poteſt: *per c. cum olim 7. De cauſ. poſſ. & prop.* & per rationem: quod ipſa lex, ipſaque iuris & cauſæ ratio, interdictum polliceatur.

40 Si tamen de ipſo † interdicti proprio requiſito veriſimilis ſit dubitatio,
vel quæſtio profundior, & grauius præiudicium vertatur, tunc legitima ſane recuſationis exceptio non ſtatim reiicienda: *per l. apertiſſimi, in pr. ibi*: cunctas lites ſine ſuſpicione procedere, *C. de iudic.* poſſet enim de magna & graui poſſeſſionis cauſa, vel præiudicio eſſe periculum, vbi, prout in aliarum actionum, ita & interdictorum cauſis, hæc exceptio admittenda: quod ſcilicet ſit fauorabilis: Lancellot. *de Attentat. 2. c. 6. num. 74.* Schrader. *de feud. 10. ſect. 14. nu. 4.*
41 Petr. Ant. de Petra, *in tract. de poteſt princip. c. 6. nu. 36.* etiam contra † integrum
collegium atque Synodum: *per ea quæ* Gail. *1. obſ. 33. num. 2.* vbi Bernh. Græuæ, *num. 15 & ſeq.* Capic. *deciſ. Neap. 138.* Alberic. *in d. l. apertiſſim. ſub fin. vbi &* Iaſon. *col. fin. & 2. part. ſtatut. q. 100.* Phil. Franc. *c. licet ex ſuſpect. de for. comp.* Maſcard. *De probat. concluſ. 452. num. 32.* Menoch. *conſ. 94. n. 7. & 10.* vbi dicit, quod etiam
42 concilium † prouinciale iuſtam ob cauſam recte recuſetur, Tiber. Decian. 1.
conſ 8. num. 155. & conſ. 26. per tot. Alex. Raudenſ. 1. *conſ. 8. num. 2.* Lancellot. *d. c 6. num. 44.*

Quinto cum in Vti poſſideris interdicto dicat prætor: Vti eas ædes, quibus de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis, &c.
43 hinc ſtatim fit manifeſtum, exceptionem † quoque in interdictis aliquam da-
ri violentiæ, clandeſtinitatis, & precarii: quæ etiam propterea hic nonnihil perſtringenda, quod in triplici poſſeſſorio non raro occurrat, & moueatur; non tantum dilatorie, ſed etiam interdum peremptorie: *per ea quæ*, Menoch. *retin. rem. 3. q. 77.* vbi late agit & examinat quonam tempore iſta exceptio ſit
44 proponenda, quemadmodum & ſpolii exceptio † nude oppoſita, dilatoria ſal-
tem eſt, ante litem conteſtatam proponenda; ſed & nihilominus actiue, & in vim peremptoriæ opponi poteſt: *ibid. & per alia, quæ infra cap. ſeq.*

45 In retinendæ vero interdictis, exceptio iſthæc † genuina atque propria
eſt, *l. 1 in princ. & §. fin. ff. Vti poſſ.* Menoch. *d. q. 77.* vbi DD. *& q. 83. & text. l. 1. in*

pr. &

pr.& l.3.§.2.ff. De itin.act.priu.l.1. & §.28.in pr.ff. de aq. quot. & æſtiu.l.1.ff.De Riuis l.1.ff.de fonte.

Vi enim, clam, & precario poſſidentem † vel tenentem, prætor non tuetur, contra ipſum à quo poſſidet: licet ſecus ſit, quoad tertium; *d.l.1.§.fin. vbi* Barth. Alex.& alii, vnde & mirabilem hic cautelam † tradunt DD. quod, licet vi, clam, & precario à me poſſidentem non poſſim poſt interuallum deiicere poſſeſſione, &c. poſſim tamen impune eum turbare & moleſtare; Alex. *l.vn.C. Vti poſſid.* Bernhard, Wurmſer.*practic.obſeru.2.tit.46.* quam cautelam principes & potentes interdum quocunque controuerſiæ † vel intereſſe titulo ſolent practicare, cum inter ſeſe, tum contra alios, in poſſeſſionibus controuerſis: cum ſæpe nullum faciant moleſtationum finem, etiamſi non vnius, ſed plurium mandatorum vel monitoriorum proceſſus contra ſe habeant: Adeo, vt, nonnulli † etiam, officialibus ac præfectis ſerio iniungant, quo ita rem agant, vt non ipſi de vicinorum, ſed hi de illorum moleſtationibus conqueri habeant, &c. Attamen, ſi, non liquida, ſed dubia ſit exceptionis cauſa, vel & † ſententia, aut decretum & monitorium interpoſitum: iuri acquieſcendum eſt: cum alter poſſeſſoris, alter petitoris partes merito ſuſtineat. Et hæc eſt Bartholi & ſequacium ſententia, *de qua ſup.* quod ſcilicet, vt ego interpretor ſpolii, vel ſimilis exceptio, conſtitutum alterius poſſeſſorium, non via facti, ſed legitimis iurium mediis reſcindere debeat. An vero in remediis † recuperandæ hæc exceptio locum habeat, dubitatur? Et nonnulli affirmant, *text. ap.* Paul.*5.ſent.tit.6. De interdict.* vbi ait: Qui, vi, aut clam, aut precario poſſidet, ab aduerſario, impune deiicitur. Vnde Panorm. *c.cum Eccleſia; De cauſ. poſſ.& prop n.26.* dicit: quod, vi, clam, vel precario poſſidens, aduerſus verum dominum, non ſit ſpoliatus reſtituendus: *per l.1.in fin.ff. Vti poſſid.* Laudenſ.*de principe q.134.* vbi ait: quod, † occupata per tyrannidem terra, nunquam præſcribatur. 46 47 48 49 50 51 52

Aſt vero textus eſt e contra expreſſiſſimus ***in §.recuperandæ, Inſt.de action.*** **vbi Imperator, Recuperandæ, ait, poſſeſſionis cauſa ſolet interdici, ſi quis ex poſſeſſione fundi vel ædium vi deiectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum vnde vi, per quod is qui deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſſionem: licet † is, ab eo, qui vi deiecit, vi, vel clam, vel precario poſſideat. Vt ſic appareat, 53 iſtam exceptionem, in Vnde vi Interdicto locum proprie non habere; quod Elegantiſſime Cic. in Orat. pro Cecin. Vnde & prætor, in formula interdicti, nullam eius clauſulæ mentionem fecit, propter odium ſcilicet ſpoliantium & violentatum deiectionum; Barth.** ***l.1.§.hoc Interdictum num fin.ff. De itin.actuq, priu.*** **Niſi † forte deiectio, aut occupatio poſterior, in actionem deducta, facta 54 eſſet incontinenti poſt primam:** ***l.3.§.Eum igitur 9.ff. De vi & vi armat.*** **vel ſi exceptio iſta in continenti poſſit † probari: Vel deiectio iure permittente fa- 55 cta ſit;** ***per ead.& quæ in ſeqq. dicentur.***

Vbi illa quæſtio in praxi non raro mouetur: An permiſſa à lege vel ſta-
56 tuto aut ex † conuentione, propriæ autoritatis occupatione, vel poſſeſſionum apprehenſione, vi, clam, aut precario ingredi & apprehendere liceat? Exempli gratia, iuris eſt Lubecani, quod heres, ad coheredem, vel alium in poſſeſſio-
57 ne iam exiſtentem, intra trigeſimum à † morte defuncti diem, propria autoritate ingredi & concedere poſſit, vt videat ne quid ex hereditate ſubtrahatur, & coheredem ad familiæ erciſcundæ rationem adigat. Hic, cum heredes, in poſſeſſione exiſtentes, & alios coheredes admittere recuſantes, vel, ne ingrediantur metuentes, ſoleant interdum oſtia atque ianuas clauſas tenere, donec fit ile labatur: factum è contrario, diuerſis ex caſibus notum eſt: vt cohere-
58 des, † vel aſſumpta amicorum turba, non ſine vi aliqua, vel ſub diluculo, aut circa noctem, &c. ad ianuam pulſando, & lychnum ſaltem, aut candelam, pro vicinitatis iure accendi petēdo, vel & præmiſſo, qui aſſumpto ruſtici aut tabellionis habitu, peregre ſe venire ſimularet, literaſque domino reddendas, aut quid aliud, ei loquendum habere prætendendo, vel qua alia ratione, vi, clam, aut precario, poſſeſſionem illam qualem qualem apprehenderint. Vbi quæſitum fuit, an illi, in poſſeſſione taliter apprehenſa, eſſent manutenendi, vel & reſtituendi, ſi iterum ea deiicerentur? Et affirmatiue reſpondendum eſſe, pro-
59 bat † axioma DD. quod iuſta cauſa, vel titulus, bonaque fides, hiſce caſibus, clandeſtinitatis, & ſimile vitium tollat: Barth. *d. l.* 3. *nu.* 20. *C. de pig.* Neguſant. *tract. eod. part.* 4. *n.* 13. Ruin. *conſ.* 127. *n.* 5. *lib.* 5. *gloſſ. l. cum creditor, ff. de furt.* dicēs, ſi hæc facultas excuſet à violentia, multo magis à clandeſtinitate, Sebaſt. Med. *De Acq poſſ. gloſſ.* 1. *part.* 2. *nu.* 81. Honded. 2. *conſ.* 18. *nu.* 8. *& ſeq.* late Tiraquell. *de conſtit. poſſ. part.* 1. *n.* 38. Pariſ. *conſ.* 12. *n.* 9. *lib.* 4. *DD. in l. clam.* 6. *de acq. poſſ.* Alberic. *n.* 5. Cuman. Alex. & Imol. *in pr.* Z *ſi. n.* 4. Affl ct. *deciſ.* 363. *n.* 3 Beer. *deciſ.* 258. *n.* 20. Crauet. *conſ.* 104. *n.* 14. *& paßim alii,* & Menoch. *recup. rem.* 15. *nu.* 70. *& adi-*
60 *piſc. remed.* 5. *q.* 12. Vbi, quoad † violentiam, quæ fit aduerſus reſiſtentem, poſt Barth. & alios ad *d. l. creditores* aliquot caſus diſtinguit; *vt ibi per eum: vbi vide.*
61 Et, cum pactum, vel ſtatutum, poteſtatem † de facto vel propria autoritate ingrediendi, & occupandi tribuens, modum non præſcribat: violentiæ, aut clandeſtinitatis, ſiue doli alicuius vitium, non obſtare videtur: ſi modo iuſta
62 & legitima ſit poſſeſſionis cauſa: Quamuis, ſi vi † publica, aut armata, vel ſcandaloſe, quid factum eſt, pœnam non effugiat, propter publicam publicæ pacis & diſciplinæ offenſam: *per tit. ff. & C. de vi pub. & priu.* In adipiſcendæ autem
63 interdictis † vel actionibus, hæc exceptio ſic locum habet: ſi petitione hereditatis, vel quor. bonor. aut Quod legat. interdictis conuentus, excipiat; hanc, vel illam rem, in bonis defuncti non fuiſſe, ſed, vi, clam, aut precario ab illo ſal-
64 tem detentam eſſe: quæ † exceptio, in poſſeſſoriis ſaltem procedet, ſi in continenti poſſit probari: Et ita quidem; vt excipientis cauſa potior appareat, *per ea quæ ſup. in initio.* Et cum verba iſta, interdictorum retinendæ, Non vi, clam,

Digitized by Google

clam, vel precario, exceptionem contineant; hinc patet, quod non † reo ne- 65
gatiuæ, ſed actori affirmatiuæ probatio incũbat: reum ſcilicet, vi, clam, preca-
rio poſſedisse, vſumue habuiſſe. Cum omnis † poſſeſſor rerum tam incorpo- 66
ralium quam corporalium, præſumatur bona fide poſſidere, donec contrari-
um probetur: Barth. *l.1.§.2.num.12.ff. De itin.act.priu.per l.Nemo prædo,ff.De reg.
iur.&c.*

Quibus Exceptionibus, vicina † eſt illa, quæ dicitur, Dolo facere eum, 67
qui petit quod reſtituturus ſit, *l.focer,§. Lucius ff.ſol.mat. l.in condemnatiũ §.dolo
facit,ff.De reg.iur.c.dolo,eod.l.dolo facit 8.ff.de dolo & met.except.* Et quamuis hæc
exceptio, regulariter, in nullis interdictis, quibus de momentanea poſſeſſione
† agitur, locum habeat: hoc enim contra rationem interdictorum foret: Ta- 68
men locum habet, ſi ex actis vel alias notoria ſit, & manifeſta, aut † inconti- 69
nenti poſſit probari: M.Anton. Natta, *lib.3.conſ.563.nu.31.* & ex eo D. Coth-
man. *reſponſ.20.n.52.* vbi in caſu pignorationis loquitur, & poſſeſſorio iuris pa-
ſcendi. quamuis, hæc exceptio, facilius admittatur, in Retin. & adipiſcendæ 70
interdictis; niſi manifeſta actionis vel actoris vanitas demonſtretur; quam
recuperandæ; ibi enim exceptionis probatio, in continenti facienda admit-
titur, hic ſaltem fere notoria & iam probata aut euidens; *per ea quæ* Zaſ. *l.3.§.
Nihil com.n.11.& ſeq.de acq.poſſ.* Alciat. *conſ.*417. Petr. Peck. & alii, *in d.c.dolo: de
reg.iur.in 6.& per alia quæ infra.*

Quin exceptionem quoque rei † actusque criminalis, in cauſis tam 71
mandatorum, quam aliarum actionum aliquando obiectam eſſe memini;
præter ea, quæ Menoch. *adipiſc.poſſeſſ.rem.6.q.10.* veluti cum princeps N. contra
ducem N. mandatum ſuper conſtitutione pignorationis extraxiſſet, huius au-
tem officialis, vel quidam foreſterius, vti vocant, ab illius venatore vel officia-
li, in loco & reſpectu iuris controuerſi, ad arborem cui aſtiterat, globo traie-
ctus, ac ita interfectus eſſet. Inde excipiebatur, quod iudicium per id crimi-
nale factum eſſet: quod fundatam inſtantiam in camera non haberet; vel, et-
ſi haberet, tamen † de crimine prius cognoſcendum, illudque vindicandum 72
eſſe, antequam in cauſa mandati reſpondere teneretur: præſertim, quod re-
ſpectu eorundem iurium, in mandatum deductorum, internecio facta vide-
retur; &, quod † actio criminalis incidens vel concurrens in ciuilem, hanc 73
ſemper ſuſpendat, donec ipſa fuerit finita; per rationem vlteriorem: Ne de
licta maneant impunita: Et, quod cauſa criminalis ſit † maioris autoritatis & 74
præiudicii, quam ciuilis; *per text. expreſſ. l.fin.Cod.De ordin.iudic. & in l.per maio-
rem,ff.De iudic.* Marant. *de ord. iud. part.4. diſt. fin num.5.* Caſtren. *l.Qui prior &
l.per minorem in fin. ff. de iudic.* Angel. *§.præiudiciales, poſt princ. verſ. Eſt & quar-
tum, Inſtitut. De act.* Roland. à Vall. *lib. 2. conſ. 13. num. 4. & ſeq.* Imol. *cap. I.
vbi* Panormitanus *de mut. petit.* Sichard. & alii *in d.l. fin. Cod. de ordin. indic.*

75 vbi huius axiomatis † intellectum talem eſſe omnes tenent, etiamſi ciuilis a-
ctio intentetur, ab vno, & criminalis ab alio: vt videlicet, & tunc ciuilis ceſſet,
donec criminali finis imponatur; Eamque communem eſſe ait, Dec. *ad l. edua*
num. 65. & ibid. Claud. Seiſſ. *num* 68. *C. de edend.* Fab. à Coramb. *ad l. naturaliter,*
§. nihil commune, num. 108. *ff. De acq. poſſ.* Iul. Clar. *pract. crim. q.* 2.

76 Sed † quamuis interpretes, d. l. finalem, ita generaliter acceperunt:
Vnde & Salicet. ibid. communem hanc eſſe atteſtatur & generaliſſime tenet:
Quod criminalis faciat ceſſare ciuilem, ſiue illam abſorbeat ſiue non; Ego ta-
77 men, ſemper † illam, iuxta textus & caſus legum præcedentium, & iuxta *l. fin.*
totumque tit. C. de ord. cognit. de cauſis ſaltem præiudicialibus intellexi, & omni-
no intelligendam puto: Quod ſcilicet iudicium criminale, catenus ſaltem
ciuilem actionem ſuſpendat, quatenus huic vel præiudiciale eſt, vel magnam
remoram, ſtrepitumque afferre, eamque abſorbere poſſet.

78 Vnde & merito de illa † Saliceti atteſtatione ſubſiſtendum, hoc eſt,
hæſitandum eſſe aiunt: neque enim ſemper iſtam communem eſſe, quicquid
ille dixerit; Put. *deciſ. 99. alias* 102. Lancellot. *de attent. part. 2 c. 4. limit. 23. n. 9. &*
79 *ſeq.* Extra caſum enim præiudicii, vtramque tam † ciuilem quam crimina-
lem, ſiue agendo, aut excipiendo, vel reconueniendo, aut cumulando con-
currant, vna & ſimul ventilari ac decidi poſſe, eſt text. *l. pen. Cod. de ord. iud. & c.*
prout ſatis probaui De cont. cauſ. *c.* 11. *num.* 4. vbi de cumulatione, & *cap.* 7. *nu.*
1. & *ſeq.* vbi de Reconuentione egimus.

80 Quo nomine exceptioni criminis † & delicti, ad declinandum inter-
dicti vel mandati effectum, aliæ ſi quæ ſunt exceptiones ſubiungi ſolent, quod
etiam in citato exemplo euentualiter fiebat.

81 Et quod criminis obiectio, ipſam poſſeſſorii quæſtionem, non † ſuſpen-
dat: eſt *text. ſingul. in l.* 21. propter veneni quæſtionem tempus petendæ poſ-
ſeſſionis non proferetur, *ff. Ad Senatuſconſ. Syllan.*

Eo ſimiliter hic notando, quod d. criminis exceptionem, DD. nonnulli,
82 etiam nimis † generalem faciant, in eo, quod illam citra vllam cauſæ conti-
nentiam admittere videantur: quod neutiquam probandum: vt, ſi Cuiio
intentaret actionem ſpolii vel petitionem hered. aut quor. bon. interdict. con-
tra Gaium: Et hic, illi, præter cætera, vt fieri interdũ aſſolet, oggereret, quod
eſſet adulter, & integris decem annis non fuiſſet vſus S. Cœna; vel, quod ho-
83 micidium alicubi commiſiſſet, &c. talis enim † exceptio, nullam cum ipſa cau-
ſa communionem, nec proinde defenſionis vim vllam continens, plane eſt
reiicienda, nec ad probandum admittenda: Quod ſecus eſt, ſi delictum †
84 materiam defenſionis, vel ſaltem cauſæ cohærentiam in ſeſe habeat: vt, ſi, in
actu ſpolii, pignorationis, arreſti, inuaſionis, turbationis homo occiſus, vel le-
thaliter, aut doloſe vulneratus ſit, ſi pax publica violata; ſi propter adulteria,
85 ſtupra, aut ſimiles graues Iniurias ſuis illatas fiant direptiones &c. vbi ex † iure
defen-

Digitized by Google

defenſionis, & inculpatæ tutelæ, omnis exceptionũ ratio repetenda: vbi ſcilicet, & quatenus, locum habeant actionem vel ſuſpendendo, vel cum eadem illis mutuo tractandis.

Quamuis criminalem quæſtionem quod attinet, ſæpe quæſitum: Anne, & † quatenus, ad Cameram Imperialem, cauſarum criminalium cognitio 86
pertineat? qua de re alibi quidem, & fideliter dixi, ſed incaſſum apud plæroſque: cum tamen & Iuriſdictionis cum Imperatoria concurrentis, latiſſimeq; competentis, rum iuris, bonique publici: & ne grauiſſima ſæpe ſcelera, crimina, & delicta impunita permanerent, ratio potius habenda eſſet, quam neſcio cuius ſtyli: quo illa non ſemper curata: cum † tamen cauſarum tam cri- 87
minalium quam ciuilium cognitio, eodem pertineat, & executio eadem facilitare fieri ac demandari poſſet:

Cæteroqui criminis & delicti exceptio, in omni poſſeſſorio, contra quem † rectiſſime opponitur, ſi tale quod facinus ſit commiſſum, quod, quẽ, 88
ad officij, dignitatis, iuris, aut rei poſſeſſionem, peruenire, vel in eadem defendi, vel ad eam reſtitui, non permittit: *per ea, quæ poſt alios*, Menoch. *adipiſc. rem. 6. d. q.* 10.

Et iſta, de Exceptionibus dilatorijs, tanquam ſæpiſſime in praxi occurrentia, monere debui: licet & alia † non raro moueantur: vt, cum contra e- 89
miſſas compulſoriales, Iudex à quo, exceptionem appellationis non deuolutæ vel deſertæ opponit: quod quatenus procedat in ſequentib. ſub homilia de appel. nonnihil attingemus, qualia exceptionum iura, an & quatenus obtineant, multum ſæpe negotij habet in praxi: Vt, ſi, tutor † contra man- 90
datum de reddendis rationibus, vel alias conuentus, ſe non ſolum, ſed & alium longiſſime forte abſentem &c. tutorem fuiſſe, eumque prius vel ſimul citandum eſſe dicat, & ſic diuiſionis beneficium opponat: Vbi ex caſibus † 91
replicandum eſt, quibus diuiſionis beneficium non competere notatur à gl. & DD. *in §. plures Inſt. de fideiuſſ.* quib. caſibus ibi relatis adde ſi correus ſit † ab- 92
ſens: Ioh. Schard. *l. fideiuſſor, n. 6. C. de fideiuſ.* Item, ſi ex dolo quis ſuo conueniatur: non † tantum ſi ex ſuo ſolo & proprio, vt Angel. & Schnedeuin. *d.* 93
§. plures, autumant: ſed etiamſi ex communi dolo conueniatur: per *l.* 1. *§.* 14.
ff. de tut. & rat. diſtrah. per rationem, quod doli † obligatio indiuidue, & in 94
ſolidum teneat, etiam heredes: *text. ſing. l. heredes* 25. *§ in illa* 12. *& ſeq. & §.* 16.
l. inter §. quod ex facto ff. fam. erciſc. l. 4. *§. Cato, in med.* vbi Zaſ. & alij *ff. de verb. oblig.* Quibus adde, & illam cautelam, in caſu præſertim dubio obſeruandam, contra tutorem &c. qui cum omnium † maxime ſit in culpa, & dolo, tamen 95
ſine contutoris aſſiſtentia reſpondere non vult: vt ſcilicet replicet & dicat pupillus, ſiue adultus, aut creditor, quod non in ſolidum, ſed in eam tantum modo quodam conuenire & exigere intendat, in quam is iure condemnari queat: Sic enim præſcinderetur anſa cauillandi, & tergiuerſandi, & reſpondere,

Digitized by Google

tum præſtare tenebitur omne id quod culpa eius commiſſum probari poteſt.

96 Sic quæſtionis practicæ eſt, An fideiuſſor † ſoluere compulſus, etiam ſuum indemnitatis fideiuſſorem iterum compellere poſſit & vrgere, ad ſoluendum, ſine præuia excuſſione principalis debitoris? & non poſſe communior quidem eſt opinio, Barth. & ibi late Alexand. *in addit. l. 1. C de conuen. fiſci debit.* & qui eos verbotenus ſequitur Hippol. *de fideiuſ. n. 23.* And. Gail. 2. *obſ. 27. num. 13.* Ioh. Goddæ. *de Stipul. cap. 9 num. 93. per l. fin. ff. ſi cert. pet*, ſed fallax

97 & erronea prorſus: ſiquidem enim † fideiuſſori principali, non obijci poteſt iſta exceptio, nec fideiuſſori indemnitatis poterit, cui ille non ſecus, ac confideiuſſori alicui, ſuum ius cedere poteſt, & vtique tenetur: quam ſententiam

98 noſtram veriſſimam † eſſe, probo, *per text. expreſ. l. ſi ita ſtipulatus 97. §. 1. l. Si quis ſtipulatus 112. ff. de verb. oblig facit l. nemo eſt qui neſciat, & tot. tit. ff. de duob. reu conſt. l. 2. C. ſi mat. indemnit. promiſ.* & eſt ſententia omnium Legum, de

99 eiuſmodi † ſtipulatione loquentium, ſiue fideiuſſor fideiuſſori detur: *l. poteſt accipi 4. ff. de fideiuſ.* ſiue pro fideiuſſore fideiuſſor accipiatur: *l. Grace 8. §. fin. eod.* hic enim fideiuſſor poſterior, in omnem cauſam intercedit qua fideiuſ-

100 ſor † prior teneri poteſt, *per d. § fin.* illic vero, etſi fideiuſſor accipitur actionis, quam habiturus ſum, aduerſus eum, pro qua fideiuſſi: tamen & meus fideiuſ-

101 ſor, non ſecus, ac ipſe principalis tenebitur: *ita text. d. l. 4.* quemadmodum † nec indemnitas ſitis præſtati intelligitur: ſi non & mihi citra vllam excuſſionis remoram, fideiuſſorem meum conuenire liceat, ac creditori meipſum cōuenire licuit. Quod obiter notare placuit, ad expurgandum huius quæſtionis errorem practicum: quem & alij quantumuis nonnihil dubij, agnouerunt poſteriorem ſententiam aſtruentes: Barth, *l. quæro 56. ff. locat.* D. Goddæ *d. c. 9. num. 91.*

102 Porro, de exceptionibus † peremptorialib. vt ſolutionis, compenſationis, præſcriptionis, rei iudicatæ, tranſactionis, non competentis actionis, implementi, item Velleiani, Macedoniani ſenatuſconſultorum, & ſimilibus, etiam quæſitum fuit, an & quatenus in cauſis Interdictorum procedant? Et

103 cum caſus ſint Interdictorum ac mandatorum † omni iure recta fundati, qui vel nullas, vel certas ſaltem, ſub & obreptionis exceptiones admittant, *per ea quæ ſup.* vt de non offendendo, Ne vis fiat eunti per viam public. &c. ſint etiam caſus ex iure partium formato vel prætenſo dependentes: pro horum

104 † omnium diuerſitate ac ratione, exceptionum quoque ratio moderanda eſt: prout iura legeſque admittunt.

105 Vbi de exceptione dominij famoſa admodum & quotidiana eſt quæſtio, An in cauſis † Interdictorum admittatur? Et generaliter in omni poſſeſſorio hanc exceptionem non admitti dicunt, niſi offeratur probatio incontinenti, *per text. ſing. & notabilem in l. 1. §. 3. & fin. & l. ſeq. & text. l. 3.* Si is à quo ſatis petitur, offerat cognitionem, & dicat hodie conſtat, hodie agatur *ff. vt in poſſeſ.*

Digitized by Google

poſſeſſ. legat. & per ea quæ Barth. *l.* 1. *num.* 3. *vbi & alij ff. Quor. leg. & l. fin. C. eod.*
l. vn. num. 6. *C. ſi de mom. poſ. & ibi* Contard. *lim.* 12. *num.* 5. vb. DD. Barth.
l. fin. num. 21. *C de Edict. diui Adr.* & ibi Bald. *num.* 42. Dec. *num.* 20. Hieron.
Gabriel. *Conſ.* 38. *num.* 18. *lib.* 2. Honded. 2. *conſ.* 24. *num.* 40. & paſſim alij *vt*
apud Menoch. *adipiſ. poſ. rem.* 2. *q.* 32. *& rem.* 4. *q* 88. *& remed. Retinend.* 3 *q.* 79.
& paſſim in remedijs recup. late etiam Maſcard. *de probat. concluſ.* 687. *per tot.*
Quamuis † in Recup. remedijs exactior dominij probatio, & quidem ad ſu- 106
ſtinendam ſpolij reſtitutionem, talis demum admittatur, quæ non probanda
primum, ſed quaſi iam probata ſit & præſentanda, Anton. Gabriel. *lib.* 5. *de re-*
ſtitut. ſpol. concluſ. 1. *num.* 45. *&* 88. Menoch. *recup. rem.* 1. *q.* 21. & DD. *alijs d.*
ſupra locis. At enim iſta dominij quæſtio, pro qualitate ac diuerſitate Interdi-
ctorum, varios † etiam receſſus variaſque diſtinctiones habet, quæ maiores, 107
quam vt hic commode ſingulæ proponi queant: licet enim omnia Interdicta
ſummaria † habeantur, & ſummarie tractari debeant, nec proinde exceptio- 108
nes altiorem indaginem requirentes admittant: *prout Com.* DD. & Contard.
lim. 7. *rat. nullitat. num.* 26. *& num.* 62. *per l. ille à quo §. de teſtamento ff. ad Tre-*
bell. poſt Barth. Ripam, Roman. & alios, *vt ibi.* Quædam tamen † maiorem 109
præ alijs petitorij materiem & fundamentum continent ac requirunt: Vbi
habita ſummaria exploratione & cognitione, an & quatenus aliquid vel le-
gitime vel per calumniam opponatur pro ſubiecta petitorij cauſa & interdicti
ratione, exceptionibus quoque locus eſt ipſum petitorium concernentibus:
per text. eleg. d. l. ſi is. 3. Quamuis alias, quoad reparationem, † vel punctum fa- 110
cti exorbitantis, nulla plane exceptio admittitur: *text. & caſus elegantiſſimi,*
in l. ſi plures 9 *§.* 1. *ff. vnd. vi* Deiectum ab vſufructu in eandem cauſam prætor
reſtitui iubet, in qua futurus eſſet, ſi deiectus non eſſet: Itaque ſi tempore
vſusfructus finitus fuerit, poſtquam à domino deiectus eſt: nihilominus † 111
cogendus erit reſtituere, id eſt vſumfructum iterum conſtituere: & in *l. cum*
fundum 18. *in fin. eod.* Quæſitum eſt, an emptori ſuccurri debeat, ſi voluntate
venditoris, colonum vi expuliſſet: & Papin. non eſſe iuuandum dixit, qui il-
licitum mandatum ſuſcepetit. Huic etſi incontinenti, † vel in ipſo congreſ- 112
ſu, poſſeſſionem vi ereptam recuperare licet, vel opus clam factum demoliri:
l. 3. *§.* 9. *l.* 17. *d. tit.* Tamen iſta exceptio, tunc demum admittitur, ſi inconti-
nenti, & ex magna ac ſatis neceſſaria cauſa id fiat: alioqui hæc omnia iudicis
officio celebrari oportet: *l. Si alius* 7. *§. Belliſſime ff. Quod vi aut clam.* Mo-
dum † vero excipiendi quod attinet, & ille præ alijs ordinariarũ actionum 113
exercitijs hoc peculiare habet, vel vtique ad promouendam celerem Inter-
dictorum reformationem habere debet: quod reus exceptiones non modo
competentes, & ad Interdictum pro ratione vel facti vel iuris qualificatas &
pertinentes, ſed etiã vna vice omnes, quas habet, proponere debet: Ita practice
& vere

Digitized by Google

& vere definit Maſuer. *in prax. de except. n. 6.* dicens: Quod in caſu nouitatis requiritur, vt reus ſucceſſiue, hoc eſt ordine, vno contextu proponat, omnes exceptiones, quia oporteat litigare à vne fois & à toute fois ſemel pro ſemper.
114 Eſt quidem ſemper tutius, † & in praxi vtilius, vt reus in alijs quoque ordinarijs petitorijs, tam perſonalibus quam realibus actionibus, exceptiones ſuas omnes, præſertim declinatorias, vel dilatorias, vna vice omnes, tanquam ad eundem finem tendentes, deducat & proponat: cum periculum eſſe & arbitrio Iudicis ſedere poſſet, ne forte amplius ſit audiendus reus, Maſuer. *ibid. n. 7. & text. in Nouel. imperij de anno* 1594 §. In appellationſachen/ Adrian Gilman. *in proceſ. Cam. Imp. methodic. tract. tit.* 14. *& in ſymphorem. part.* 1. *p.* 25. Attamen
115 in iſtis vulgaribus † actionibus, receptum eſt, quod liceat, per modum reſeruationis, ou par retenue, exceptiones ſuas deducere, facta ſcilicet proteſtatione, de alijs quoque exceptionibus & defenſionibus loco & tempore opportuno proponendis: Quod in caſibus nouitatis, ex eaz de noueautez, vt Galli loquuntur, vel in interdictis, regulariter non eſt admittendum: *d. num. 6.*
116 Quamuis etiam extra caſus interdictorum iſtas † excipiendi tergiuerſationes, & præſeruationes iudex terminum præiudicialiter aſſignando, præcindere debet, ſi reum doloſe vel malitioſe iſtis præſeruationibus vti intelligat: per *l. iam tamen* 5. §. *pen. ff. iudic. ſol.* Quemadmodum & è contra caſus releuantes
117 eſſe poſſunt, vt in Interdictis quoque † non vna vice omnes exceptiones proponi, ſed & poſt primum terminum quædam oppoſitæ attendi poſſint atque debeant. Siquidem enim actori ad faciendas probationes dilatio non dene-
118 ganda, multo † minus reo: *per l. non debet* 41. *ff. de reg. iur. c. non licet actori, ext. eod. l. poſt litem ff. de procurat. & vbique notata.* Quæ parificatio, ſicuti per
119 omnia non procedit: cum regulariter multa reo concedantur, † quæ actori denegantur: Ita etiam in cauſis Interdictorum cum magna moderatione ponderanda eſt. Siquidem enim actori, vtpote qui de lite, quam mouet, e-
120 iuſque probationibus † certus eſſe debeat, magnæ dilationes non ſunt concedendæ, *per l. ſi quando C. de dilat.* adeo vt petens dilationem etiam in pœnam ſatiſdare teneatur: *Auth. ſeq. ibid.* In Interdictis ſane hoc omnium maxime debet obtinere.

Præſertim quod ipſi etiam reo, cui alias dilatio regulariter danda eſt,
121 (cum inſtructus † eſſe nequeat, qui præter ſpem ad iudicium trahitur alienũ *d. l. Si quando*) in cauſis Interdictorum, ad amputandas multas tergiuerſationes & promouendum celerem Interdictorum curſum, magna vel multiplex dilatio non ſit concedenda. Vt ſcilicet illico, mox, atque ſtatim poſſit fieri debita reformatio: *l. meminerint l. momentaria C. vnd. vi. &c.* Quid igitur faciendum, Si reus, exceptionum, eaſque probandi, vel multiplicationem quærat, vel difficultatem cauſetur, modo hoc vti moris eſt, modo illud oppo-
122 nendo? Et hic † tam de iure communi, quã de ſtylo Auguſtiſſimæ Imperialis Cameræ

Cameræ curandum eſt, vt quantum vnquam fieri poteſt, diffuſio in excipiendo & articulando amputetur, & vt quam breuiſſime merita defenſionis concipiantur, & vt probationes, ſi res & negotium poſtulet, citra dilationum multiplicationem, vel prorogationem deſuper inſtentur. Vbi † ſanctum & æ- 123
quum Iudicis arbitrium multum valere debet.

Exceptio enim, etiamſi alias legitima, per dolum, fraudem, aut † ca- 124
lumniam, differendi cauſa iudicij oppoſita, non modo celeriter amputanda, ſed etiam reijcienda & non admittenda eſt: *per l. ſatis aperte 2. C. de falſ.* Bald. *l. 1. ſub fin. C. qui accuſ. non poſ.* Barbat. & alij vt apud Menoch. *recup. remed. 15. num. 326. & ſequentib.* Idemque in terminis petitæ † dilationis obtinet: *ibid.* 125
num. 330. poſt Grammat. *Conſ. 4. n. 11. & deciſ. 14. num. 13.* Felin. *cap. dilecti: de Iudic.* dicentes, iudicem, ex officio debere reijcere calumnioſas dilationum petitiones, nec timere debere interpoſitas deſuper appellationes. Quæ omnia procedunt, ſi de calumnia † & fraude illico conſtet: quod facile apparebit, 126
ſi actor ſuam Intentionem ita probauit, vt præſumptionem Iuris & facti pro ſe habeat contra reum: *per text. c. ſuſcitatus, vbi* Panorm. *in 4. not. de in integ. reſt.* Bald. *d. l. 1.* Iaſ. *Conſ. 44. col. 2. lib. 3.* Menoch. *d. rem. 15. num. 333.* Quemadmodum † & cautius agendum, ſi in dubio, de magno atque graui, nedum ir- 127
reparabili forſan rei conuenti præiudicio agatur: *ibid. num. ſeq.*

Poſtremo de exceptione etiam præuentæ iuriſdictionis & cœpti litigij quæſitum eſt, an & illi in cauſis interdictorum locus ſit? Et ita videri poteſt: quod hæc exceptio continentis † & proinde non diuidendæ cauſæ propria 128
eſt generali iure recepta: *per ea quæ dixi de cont. cauſ. cap. 5. & text. ſing. l. fin. C. de iudic. l. pen. ff. de iuriſd. om. Iud. c. pen. de for. comp.* vbi de præuentione agitur *l. vbi cœptum 30 ff. de iudic. arg. l. ſi poſteaquam 7. vbi* Bald. *l. Nulli C. eod. l. ſenatuſconſulto 5. in fin. C. qui accuſare non poſſunt. clem. fin. vt lit. pend.* Ioh. Zanger *de except. part. 2. cap. 3.* late etiam, cum ampliationibus, declarat, ac limitat Anton. Gabriel. *lib. 2. de iudic. concluſ. 1.* Vbi poſt differentiam, quod † præ- 129
uentio per ſolam etiam citationem emiſſam, ipſum vero iudicium per litis conteſtationem conſtituatur: *per ead.* & Marant. *diſp. 6. num. 20.* Gail. *1. obſ. 29. num. 5.* duodecim † præcipuas limitationes recenſet: *per ea quæ ibid. & in tra-* 130
ctat. noſtro. de Concurrentia iuriſdictionum &c. Quatenus vero exceptio
† nullitatis, contra executionem ſententiæ admittatur, 131
vide poſt alios Maſcard. de probat.
concluſ. 686.

Digitized by Google

Commentarivs XXIV.

De Exceptione ſpolij ad c. 2. & c. fin. de ord. cognit.

Svmmaria.

1 *De ſpolij exceptione recte exploranda neceſſaria eſt quaſtio, an in omnibus poſſeſſoriis obtineat, & anne præter actionis ſuſpenſionem ſpolij reſtitutionem operatur.*

2 *Poſſeſſoria cauſæ æque ſunt priuilegiata:*
Priuilegio contra æque priuilegiatum locus non eſt.

3 *Spolij exceptio admittitur in iudicio non tantum recup. & n. 4. ſed etiam retinend n. 5. & adipiſcenda n. 6.*

7 *Exceptio ſpolij regulariter dilatoria eſt ante lit. conteſt. proponenda.*

8 *Et quindecim dierum ſpatio poſt obiectionem probanda.*

9 *Quod tamen ita ſtricte non obſeruatur. ſed iudicis arbitrio committitur.*

10 *Ordinaria probandi via procedit etiam per reſponſionem partis: vbi probationis maturatio non eſt in poteſtate excipientis.*

11 *Sufficit articulos probationis intra 15. dies produci.*

12 *In S. Imp. Camera iudicio quindena iſta non obſeruatur.*

13 *Friuola ſpolij exceptio non admittenda.*

14 *Sed & quindena, vbi partium præſentia vel & exceptionis fauor maiorē dilationem non deſiderat, recte obſeruatur.*

15 *Exceptionem ſpolij actionis ſaltem ſuſpenſionem operari tralatitium eſt: actorem vero, per id, ad reſtitutionē niſi voluntarie faciat, cogi non poſſe.*

16 *Et ita Com. DD. n. 17. 18. 19.*

20 *Reſtitutio ſpolij, quoad reum, ſola reconuentione obtinetur: cum omni damno & intereſſe ad minimum vſq. teruncium: n. 24.*

21 *Sed reum interim vti & actor in vtraque cauſa tenetur procedere.*

22 *Exceptio eſt ſimplex actionis excluſio, quæ reſtitutionem non operatur, & num. 23.*

25 *Illa ſententia videtur etiam confirmari præiudiciis S. Imp. Cameræ: & num. 26.*

27 *Rationum non tam autores, quam momenta quærenda ſunt.*

28 *Exceptionum tractandarum ratio eſt duplex, nuda vel ſolius defenſionis & repulſationis, aut præterea & actionis, ad conſecutionem alicuius rei:*

29 Per

29 *Per l. 9. & tot. tit. ff. Quod met. cauſ. Et per alia quæ ſeq. n. 30.*
31 *Excipiens agere dicitur, vnde & intentionem probare tenetur.*
32 *Sententia & res iudicata non modo exceptionem ſed ſæpe etiam ſimul actionem petit ac tribuit.*
33 *Ex empto, vendito, item ædilit. Edicto exceptiones dantur, quæ & perſequendæ rei habiles: & 34.*
35 *Retentionis ius exceptiones parit compoſitas ad reſtituendum:*
36 *Vti & actio locati conducti &c.*
37 *Item nullitas ſententiæ.*
38 *Et noui operis nunciatio: & fideiuſſio n. 40.*
39 *Item legatum & inſtitutio teſtamentaria n. 41. & 45.*
42 *Attentatorum reuocatio tam excipiendo, vel & replicando, quam ſimpliciter agendo peti poteſt, & n. 43.*
44 *Cui actio datur multo magis & exceptio, ad omnem intentionis effectum.*
46 *Teſtati cauſa præoccupat cauſam inteſtati.*
47 *Compenſatio, non modo exceptionis quoad petita actoris, ſed etiam reſpectu ſuperflui actionis via proponitur.*
48 *Remediũ reſtitutionis in integrum concurrere poteſt cum exceptione & replica & n. 49. 50. 51.*
52 *Reconuentio per viam quoque exceptionis opponi & expediri poteſt.*
53 *Luce meridiana clarius eſt, vt alias, ita & ſpolij exceptionem tam agendi, quam defendendi intentionem complecti poſſe.*
54 *Temporalia ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum:*
Exceptio tamen rei perſecutoria eatenus etiam fit temporalis.
55 *Omnis exceptio eſt pars actionis: & n. 56.*
57 *C. Cum dilectus 2. de ord. cognit. recte intellectum, duplicem exceptionis ſpolij proponendæ viam arguit, ſolius repulſationis, vel & reſtitutionis ergo.*
58 *Reus exceptione ſpolii ſuccumbens non prohibetur poſtea alia actione experiri:*
59 *Multo igitur magis ſi obtineat, reſtitutionem flagitare poterit.*
60 *Teſti crimen aliquod obijcitur, dupliciter, vel ſolius defenſæ ergo ad infirmandum teſtimonium, vel & pœnæ aut accuſationis ergo: & num. 61. 62.*
63 *Excipiendo accuſans tenetur exprimere locum & tempus.*
64 *Doctores exceptioni ſpolii ſolam actionis ſuſpenſionem non vero ſpolii reſtitutionem tribuentes loquuntur ſaltem & intelligendi ſunt, de exceptione ſimplici & nuda defenſionis ergo oppoſita.*
65 *Eademq; præiudiciorum quæ contraria videbantur eſt ratio.*
66 *Exceptio ſpolii ad reſtitutionem, cauſam non ſuſpendit.*

Digitized by Google

67 *Quod advocati caute obſeruare habent, præſertim ſi malam cauſam habeant, reumque in æternum ſilere malint: & n. 77. 78. 79.*
68 *Quod accipiendum eſt ſi diuerſarum rerum reſpectu agatur.*
69 *Exceptio ſpolij eiuſdem rei ergo in vim actionis oppoſita ſuſpendit etiam petitorium & n. 70.*
71 *Et habet triplicem vim ſi probatur: actionis, reſtitutionis & repulſæ: & n. 72. 73.*
74 *Actor de ſpolio agens non tenetur reſpondere in petitorio: Ergo multo minus tenebitur reus.*
75 *Iura de reſtitutione ſpoliatorum loquentia generaliſſime ſonant & indefinite.*
76 *Canones expreſſiſsime de reſtitutione reorum loquuntur.*
77 *Magna eſt ratio & cauſa, quare reus ſpolij exceptionem defenſiue ſaltem, ad actionis ſuſpenſionem obijciat: & n. 78.*
79 *Exceptioni ſpolij, reſtitutionem quoque, ſi petatur, denegare, eſt maliciis hominum patrocinari.*
80 *Duplex ius & priuilegium duplicem debet operari effectum: & n. 81.*
82 *Exceptio ſpolii an & quatenus contra tertium detur: & n. 83.*

1 PORRO de † ſpolij etiam exceptione, neceſſarius hic, & proprius quidem agendi locus eſt: idque ob haſce in praxi admodum vſitatas quæſtiones: Anne ſcilicet hæc exceptio etiam in poſſeſſorijs & quibus & quando admittatur: Et an actionis ſaltem ſuſpenſionem vel & ſpolij reſtitutionem operari queat? Et in poſſeſſorijs locum non habere dici poſſet: quod tam actio poſſeſſoria, quam ſpolij exceptio priuilegiata habeatur: Vnde hæc contra illam
2 opponi non debeat: quod ſcilicet priuilegiatus † contra priuilegiatum, non vtatur priuilegio: *l. verum §. fin. & leg. ſeq. ff. de minorib. l. 2. C. de priu. dot.* Sed vti iſta regula, tunc ſaltem locum habet, cum vterque priuilegiatus, in pari cauſa, de damno vitando tractant: ſecus vero ſi vnus de lucro captando tractet, in præiudicium alterius: *l. 1. ff. Ex quib. cauſ. maior.* late Barth. *Auth. quas actiones C. de ſacroſ. Eccleſ.* Panorm. *& ibi addit. remiſsiue c. cum dilectus & c. fin. de*
3 *ord. cogn. n. 2.* Ita d. ſpolij exceptio † eſt generaliſſima, quæ & in poſſeſſorijs admittitur: *text. c. cum dilectus, & d. c. fin. c. 1. de reſtit. ſpol. in 6.* Et quidem in omnibus tam adipiſ. & retinendæ, quam recuperandæ. Et de hac quidem, eſt
4 text. *d. c. fin.* vt ſi ſpoliator quod † ſæpe fieri ſolet, ad ſuſtinendum vel colorandum ſpolium, ex l. diffamari, vel reſpectu aliorum bonorum apud reum adhuc exiſtentium, ex *Quor. bonor.* vel ex l. *fin. C. de Edict. Diu. Adrian. tol.* actionem inſtituerit, vel etiam, quod incontinenti iterum deiectus eſſet ex *Can. redintegrand.* vel *vnde vi* Interdicto: vbi reus exceptionem ſpolij obijciebat.
5 Quod etiam, in retinendæ iudicio † fieri poteſt: vt, ſi actor, ex Vti poſſidetis

Inter-

Digitized by Google

interdicto, in poſſeſſione ſe petat manuteneri, eoue nomine ex *l. diffamari* agat, & reus, quem forte incontinenti recuperaturum ille timet, ſpolii exceptionem opponat: Innocent. & alii *d. c. fin. vbi* Panorm. *in fin. De Ord. cog.* & idem *in c. veniens: De praſcript.* Ioh. Andr. *c. frequens: de reſt. ſpol.* Specul. *de poſſeſſ. & petit.* §. 1. *verſ. Quid ſi aliquis*: quemadmodum & de exceptione, vi, clam, & precarii ſupra diximus: In adipiſcendæ † autem interdictis ita hæc exceptio locum habere poteſt: Pater vel frater tuus, mihi patrine meo arcem aliquam præripuerat vna cum prædiis: & cum te abſente, paulo poſt moreretur, & ego patruus meus, arcem illam cum prædiis iterum occupaſſemus: tu ex quor. bonor. interdicto, tanquam proximus & verus heres, arcis poſſeſſionem repetis: vbi exceptione ſpolii me defendo. Vnde patet, hanc exceptionem, tanquam generaliſſimam & omnibus poſſeſſoriis conuenientem, hic rectiſſime proponi.

Tempus † autem opponendi quod attinet: Ante litem conteſtatam 7
opponenda eſt regulariter DD. *d. c. cum dilectus, & c. 1. de reſtit. ſpoliat. in 6.* Zanger. *de Except. part. 2. c. 17. nu. 1.* quamuis aliquando & poſt litem conteſtatam, præſertim poſtmodum nata opponi poteſt: Panorm. *d. c. 2. num. 53. part. 2. conſtit. Saxon. 6.* vbi Dan. Moller. *num. 2.* D. Zanger. *d. c. 17. num. 7. vel 12.* & quindecim dierum ſpacio, poſt diem, † quo proponitur probanda: *d. c. cum dilectus* 8
d. cap. fin. de ord. cognit. & ſing. d. cap. 1. ibi: intra quindecim dierum ſpacium; poſt diem quo proponitur, quod aſſerit comprobabit: *de reſtitut. ſpol. in 6.* Mining. *5. obſ.* 15. Ioh. Zanger. *d. c. 17. nu. 1.* quod ſtrictiſſime videtur aſſerere *d. conſt. 6.* & Pet. Heig. *1. quaeſt. 16. num. 53.*

Quamuis hoc poſtremum non ita ſtricte obſeruatur, ſed pro † arbitrio 9
iudicis moderationem deſiderat & extenſionem: Menoch. *de arbit. iud. quaeſt. caſ.* 340. *num.* 4. quod ipſa etiam æquitas ſuggerit: qua & annua interdictorum fatalia, vtiliter ac ciuiliter, & non captatorie præſcripta eſſe ſup. probauimus ſuo loco. Vt interim taceam quod ſtrictiſſimum etiam appellandi decendium, vtilem appellandi poſſibilitatem admittat.

Et eum ordinaria † probandi via, etiam per reſponſiones partis aduer- 10
ſæ procedat, *l. 1. & tot. tit. ff. de interrog. in iur. fac.* vbi maturatio non eſt in poteſtate excipientis: vel hinc efficitur, præfixam illam quindenam vtiliter intelligendam, ſed & ita ab ipſis ſui auctoribus intellectam eſſe: *per prad.* Vt ſic ſatis
† ſit, ſi intra d. ſpacium articuli probatorii inferantur, ad quos actor (ſi iuris & 11
facti ratio expoſcat) reſpondere compellatur: vt recte Weſenbec. *in parat. de probat. num. 9.* Mattn. Coler. *de proceſſ. exſecut. p. 1. c. 2. num. 30. vel 41.* Dan. Moller. *ad d. conſtit. Saxon. 6. num. 8. & ad conſt. 16. p. 1.* Et faciunt præiudicia S. Imp. Cameræ: veluti in cauſa Coſſ. & Senatus Ciuitatis Q. cont. O. decretum: Si O. productas ſpolii Exceptiones prout iuris probauerit, wolte darthun/vnd wie recht beweiſen/ hoc audiri, alias ad vlteriorem implorationē fieri debere quod

Digitized by Google

12 iuris; 24. Nouemb. an. 1551. Quemadmodum † 16. Aug. eod. an. in cauſa Cardin. & Archiepiſc. Electoris N. & Comitis K. cont. C. actoribus ad oppoſitas ſpolii exceptiones, replicis non attentis, reſponſio iniuncta. Vti & 7. Ianuar. anno 1555. In Sachen J. von N. contr. M. C. F. die Exceptionel Articul ſpolii 30. Octobr. anno 53. producti, ſuo iure impertinentium ad probandum admiſſi, & illatæ deſuper reſponſiones euentuales extra ant. c. 1. ad quem vlterior reſponſio iniuncta, pro puris & ſufficientibus receptæ, reiectis appendicibus, & præſcripta 3. menſium ad probandum dilatione cum nominatione commiſſ.

13 Quamuis † & econtra, exceptione ſpolii tanquam friuola, non attenta, in cauſa principali reſpondere atq; agere iniunctum, etiam in ſecunda inſtantia cum prioris ſententiæ, qua d. exceptio admiſſa fuerat, reformatione 22. April. d. anno, &c.

14 Vti & d. quindenam, † iis præſertim in caſibus, vbi excipientem de ſpolio, æqui vel iuſti bonique fauor deficit, vel ob partium præſentiam, probatio neceſſaria, facilius haberi poteſt, obſeruari haud dedecet: quo & iudicia Saxon. reſpiciunt: quod ſecus eſt quoad S. Imp. Cam. ad quam partes à 20. 30. 40 50. 60. &c. 100. miliaribus mittere & proficiſci habent. Et iſta hic obiter tetigiſſe ſufficiat, de primo ſuſceptæ diſtributionis membro, quod alterum maiorem in praxi reformationem deſideret.

15 An enim hæc † exceptio, actionis ſaltem ſuſpenſionem, vel & ſpolii reſtitutionem operetur, quæſtionis eſt, quæ altiorem & indaginem requirit & explicationem, quippe quod ex *d. c. cum dilectus*, tam in ſcholis, quam foro, & tam apud theoricos, quam practicos, vt mihi ſane aliquoties in praxi obiectum fuit, tralatitium habeatur; quod ſpolio, per modum exceptionis obiecto & deducto, non fiat condemnatio ſpoliantis ad reſtitutionem, etiam ſi pe-
16 tatur; ſed operari eam exceptionem hunc duntaxat effectum, ne † reus teneatur reſpondere actioni intentatæ, priuſquam actor voluntarie reſtituat. Quod ſecus fit, ſi iuxta *d. c. cum dilect. & d. c. fin. de ord. cog.* & iuxta gloſſ. *ibid.* in modum actionis vel reconuentionis ſpolium obiicitur.

Quando enim, vt verba gloſſæ ſonant, ſuper eadem re fit conuentio & reconuentio, tunc vtilius eſt proponere ſpoliationem in modum actionis: quia reſtituetur in eo caſu, ante ingreſſum princip. lis cauſæ, ſi vero in modum exceptionis propoſuerit, non reſtituetur, ſed repellit agentem; & gloſſ. *cap. 1.*
17 *2. q. 2.* Quod etiam expreſſe poſt † & præter alios, Panormit. *d. c. cum dilectus,* in ſumma n. 1. & n. 7. vbi notandum ait, Quod ſpoliatio poteſt in iudicium deduci dupliciter: per viam exceptionis: Et ea probata repellitur actor: ſed reus non reſtituitur, quia finis exceptionis eſt repellere & non conſequi: Item per viam actionis, & ea probata conſequitur reſtitutionē, non autem repellit agentem: & hoc, quia finis actionis eſt conſequi, non a. repellere: *& c. fin. n. 1.*

eod.

eod. Et nuper etiam Cuiac. *in ſuo comment. ad d.c.cum dilect ibidem.* expreſſe his verbis: In hoc caſu nimirum † exceptionis ſpolij oppoſitæ refert pontifex ſe 18
pronunciaſſe, vt exceptio de vi prius diſcuteretur & probaretur, eaque probata, vt ante reſtitutionem poſſeſſionis Reus actori reſpondere non teneretur: ceterum non ideo ſtatim eſſe reſtituendam poſſeſſionem Reo: quia de ea re non egit Interdicto vnde vi, ſed de vi tantum excepit repellendi Actoris gratia, quem repellit etiam, non tamen hoc quoque aſſequitur, vt ſibi poſſeſſio reſtituatur, reformetur, redintegretur, verum vltro eam reſtituere poterit Actor, deinde de damno dato agere. Euſdemque ſententiæ † inſignes practici 19
Speculator & Maranta eſſe dicebantur: ille enim, *ſub tit. de petitor, & poſſeſ. §.1. n.4. in fine.* ſcribit, quod diuerſi ſint effectus actionis & exceptionis ſpolij: quia ſpoliatione per modum exceptionis probata, agens repellitur, ſed non reſtituitur: ſed ſi probetur in modũ actionis, reſtituetur opponens ante ingreſſum principalis cauſæ: & mox *n.* 5. ſubdit.

Si ſuper eadem re fit † conuentio & reconuentio, tunc vtilius eſt directo 20
reſtitutionem petere, quia ſpoliatione probata duo conſequeretur: ſc. quod reſtituetur ante ingreſſum cauſæ principalis, & prius audietur, licet aduerſarius ſuam prius propoſuerit actionem, ſi vero in modum exceptionis, non reſtitueretur, licet repellat agentem. Marant. vero *part. 4. diſtinct. 6. num. 50.* ait, quod † deducto ſpolio per modum reconuentionis, non repellatur actor 21
ab agendo, ſed procedatur ſuper vtraque cauſa, ſed ſi deducatur ſpolium per modum exceptionis, ſuſpendatur petitorium actoris, & procedatur ad dationem termini ad probandam exceptionem ſpolij, qua exceptione probata, interponatur decretum, quod actor non audiatur in petitorio ſuo, niſi prius reſtituat, non tamen condemnetur ad reſtituendam: quia † exceptio eſt ſo- 22
lum actionis excluſio: vnde non operatur reſtitutionem; & quæ ibi latius ſequuntur, quibus ego poſt alios addo noſtrum Oldendorp. *in Enchirid. except. tit. de except. ſpolij. § Effectus autem exceptionis &c.*

Eamque ſententiam in camera Imperiali obſeruari † obiiciebatur ex 23
ijſdem, tum ex Syntagm. quodam votor. Camerali. 1. *decad. 2. voto 3. num.* 20. vbi dicitur, Ad reſtitutionem vini, condemnationem fieri non poſſe, cum ſpecialiter eo caſu per modum exceptionis deductum ſit ſpolium, exceptio vero, actionis tantum eſt excluſio: vnde reſtitutionem non operetur, ſed illa veniat per modum actionis: quando ſuper ſpolio principaliter acto intentatur, vbi etiam ad finem voti adijcitur, quod omnes contra referentem conſenſerint cum hoc, qui illud votum dedit. Idemque probare videtur Gail. 2. *obſ. 75. numero 5 & ſeq.* Ludolph. Schrader, conſ. 37. numero 111. dicens poſt DD. in d. cap. fin. de ordin. cognit. quod ſpoliatus, ſpoliatori, à quo in iudicio conuenitur, reſpondere non teneatur, niſi ipſi res vi occupata, cum † omnibus acceſſorijs, omniq; damno & intereſſe fuerit reſtituta: vſq; 24

adeo

adeo, vt quandiu vnicus teruncius de damno vel intereſſe deeſt, ſpoliatus ſpoliatori in iudicio reſpondere non teneatur: per Bald. *c. conquerente, De reſtit. ſpol.* Panorm. *c. accedens, col. 2. n. 6. Vt lit. non conteſt.* Iaſ. *Auth. Qui rem n. 16. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Crauet. *conſ.* 140. *n.* 3. Roland. Vall. conſ. 2. conſ. num. fin.

25 Quibus aſtipulari † etiam videntur præiudicia S. Imperialis Cameræ, quibus ſemper ita iudicatum: veluti: In cauſa I. ab N. cont. L. I. iſt erkant/ daß gemelter Beklagter/ auff fürbrachte Klag/ litem zu conteſtiren nicht ſchuldig ſey/ ehe vnd zuuor gedachter Kläger/ ihm Beklagten den articulirten new ihre Wein/ oder den gebührenden Werth darfür erſtattet vnd reſtituirt hab/ compenſatis expenſis: 17. Ian. an. 1560. h. e. reum ad actoris conuentionem, litem conteſtari non teneri, antequam hic illi ſpoliata & articulata vini vaſa reſtituerit. Et ſi qua

26 forte in primis inſtantiis ſequutus iudicatum, † deſuperque appellatum, prior ſententia ſæpe reformata legitur: ſicuti: in cauſa Marchionis D. cont. Y. à K. ſeynd die am 23. Septemb. an. 60. einkommene articulirte grauamina als vnerheblich/ nicht/ ſondern die Sach von ampts wegen für beſchloſſen angenommen/ vnd zu Recht erkant: Daß die Vrtheil voriger Inſtantz zu reformiren ſey/ als wie ſie auch hiemit reformiren/ nemlich dieſer Geſtalt/ daß Appellaten/ dem Herrn Appellanten auff die in erſter Inſtantz fürbrachte Klagen zu antworten nicht ſchuldig/ ehe vnd zuuor ihnen das angezogene Schloß D. mit ſeiner Zugehörung ſampt davon auffgehabener Nutzung vnd erlittenen Schäden/ durch den Appellanten reſtituirt/ zugeſtelt vnd erſtattet ſey/ gedachten Appellanten in die Gerichtskoſten beyder Inſtantien/ nach rechtlicher mäſſigung/ ihn den Appellaten zu entrichten vnnd zu bezahlen fellig erthellendt/ h. e. reformata prioris iudicii ſententia pronunciamus, reum appellatum, dn. appellanti ad motam actionem reſpondere non teneri, antequam hic illi, arcem quæſtionis, cum omnibus præceptis fructibus, & cauſatis damnis, cum vtriuſque inſtantiæ expenſis reſtituerit; de 5. Nouemb. an. 1567. &c.

27 Aſt vero, quicquid ſit, ſi monente clariſ. M. Tullio Cic. in primo de † nat. Deor. non tam autores, quàm rationum momenta quærenda ſunt: generalem iſtam, ſi quæ eſt Doctorum opinionem, magnum iuris praxeoſque errorem continere ſemper iudicaui, & aliquoties in iudiciis demonſtraui: Eſt e-

28 nim duplex tractandarum † exceptionum ratio: Altera quæ in vim nudæ & ſolius repulſæ aut defenſionis proponitur; *tit. Inſt. de except. l. 2. ff. eod. &c.* Altera quæ præter defenſionem, vim quoq; & materiam petitionis continet, ad con-

29 ſecutionem † alicuius rei: ita text. & caſus ſingulares pertinentiſſimi *in l. metum 9 §. 3. ff. Quod met. cauſ.* vbi ait Vlp. Quod pro metu extortis tam exceptio quam actio detur: addens exemplum de Campanis, qui metu cuidam extorſerant cautionem pollicitationis: Sed huic Prætor tam exceptionem ad ſuſtinendam vel elidendam petitionem Campanorum, quam actionem ad repetendam cautionem competere dicebat: Adeo vt ſiue perfecta, ſiue imper-

fecta

fctà res ſit, & actio & exceptio detur: ibid. in fin. vbi gloſſ. ſi perfecta, inquit, datur actio item exceptio ſi forte res redeat ad eum, quam repetit, qui metum intulit: vel petit ſibi caueri de euictione: Si autem imperfecta, datur exceptio, & actio, vt liberetur per acceptilationem: allegans l. ſi cum exceptione 14. §. ſed etſi quis per vim 9. eod. ſed probat generaliſſime iſtam ſententiam, l. Extat, vbi multis gloſſ. & tot. tit. ff. Quod met. cauſ. l. 1. l. pen. & tot. tit. Cod. De his quæ vi metuque geſt. vbi omnibus legibus inſinuatur, quod ipſi etiam exceptioni perſecutio aliqua inſit. Et ſunt ſimiles † text. *l. 2. ff. de Adult.* 30
l. 5. §. fin. & l. 7. ff. de nou. op. nunc. text. l. 19. ff. de probat. l. 1. ff. de except. text. Et caſus expreſſus, d. c. cum dilectus & ibid. gloſſ. verb. Reſtitutio facienda. Angel. *l. 2. C. Vnd. vi*, Menoch. *recup. rem. 1. ad fin.* Agere quidem dicitur & omnis † qui exci- 31
pit: vnde & exceptionis non ſecus atque actionis intentio probanda venit: *d. l. 1. d. l. 19 &c.* Sed alia tamen eſt ratio exceptionis, quæ nudam, vt dixi, defenſionē continet, & illius quæ & in agendo & conſequēdo laborat: quod multis exemplis declarari poteſt. Sic, rem † pro me habeo iudicatā. qua ego ſum abſo- 32
lutus: tuq; mihi in 50. condēnatus: non obſtante hac ſententia, tu vel tui heredes moueris eandem actionem: oppono exceptionem rei iudicatæ, & ſimul peto vt compellaris mihi ſoluere 50. per rationem quod ſentētia eatenus ſit indiuidua, vt non modo exceptionem ſed etiam actionē tribuat: *l. cum Papin. 23. C. de ſentent. cum multis ſimilib. l. in hoc 27. ff. fam. ercisc.* Similiter vendidi tibi ædes † meas cum quodam agro pro mille: & cum 300. tantum dares, tra- 33
didi quidem tibi poſſeſſionem agri, non autem ædium: Tu & ædes tradi poſtulas: Ego oppono exceptionem non ſoluti precii, rogans vt niſi integre ſoluas & agrum reſtituas, *l. Ex empto & tot. tit. ff. de act. empt. & vend.* Item hanc noſtram ſententiam generaliſſime † probat, totum ædilitium edictum, ad red- 34
hibitionem vel quāti minoris comparatum; Ex quo, aduerſus venditorem exceptio datur non modo ad refellendum, ſed etiam ad reſtituendum: *l. 1. & tot. tit. ff. de ædil. edict. l. Iulian. 13 ff. de act. empt.* Accedit etiā integra Retentionum materia: Si quis enim in iure retentioni ſit † fundatus, illud non tantum ex- 35
cipiendo; ſed & agendo opponere poteſt, eo vt ſibi impenſarum & meliorationum fiat reſtitutio antequam rem dimittere teneatur: *per notiſſ. & ea quæ* Ioh. Per. Molignat. *& in tract. de Retent. per tot.* Ita locaui tibi tabulam pingendam tribus aureis; vel argenti pondus, vt inde craterem inauratum mihi facias: tu mercedem quidem petis † iudicialiter, ſed tabulam, quam pictam 36
vel craterem, quem factum & inauratum, ſed furto ablatum prætendis, non redhibes: ego excipio, te operam necdum præſtitiſſe, vel etſi præſtiteris, tamen periculo tuo tabulam & craterem præſtandum: rogans ergo vt & pingas, & ſimul, vel ſaltem tabulam reſtituas, *l. Qui operas 38. l. qui mercedem 40. & tot. tit. ff. locat. &c* Ita ſi ex re iudicata agas, † poſſum non modo excipere de nullita- 37
te ſententiæ, ſed etiam agere, ad conſequendum ea quæ forte per ſententiam

Digitized by Google

& iudicatum abſoluta: *l. Ab eo, 3. in fin. C. quom. & quand. iudex. l. prolatam 4. l. cum*
ſentent. 6. Cod. De ſentent. quemadmodum & contra noui operis nunciationem
38 prætoriam, non † tantum excipere poſſum ratione iuris competentis: ſed
etiam petere & agere, vt declarari mihi licere: per ſententiam pronuncietur,
tum, vt, facta nunciatio caſſetur; *l. de pupillo 5. §. ſi quis riuos, & per tot. vbi* Barth.
Z ii. *& alii, ff. de op. nou. nunc. l. vn. ff. De remiſſionib. & c. fin. Extra, & in ſext. eod.*
39 Hinc ſi Teſtator † ita legerit: quod Sempronius mihi debet peti nolo: non
tantum exceptionem habere debitorem, ſed & fideicommiſſum, vt liberetur,
petere poſſe, ait ICtus *in l. 22. ff. de liberat. leg.* Ita fideiuſſor ex pluribus con-
40 uentus, non tantum exceptionem diuiſionis habet, ſed † etiam petere poteſt,
vt creditori pro rel qua parte ſilentium imponatur, ſi reliqui ſint ſoluendo:
Conrad. *ad l. diffamari in ampliat. num. 129. ex §. ſi plures Inſt. de fideiuſſ.* Panorm.
c. ſi quis cont. clericum in princ. de for. comp. per text. & gloſſ. in l. ſi contendat. ff. de fide-
iuſſoribus.
41 Ita cum inſtitutus à Titio eſſem † heres, & aliquas res accepiſſem, ali-
quas adhuc peterem: tu hereditatem habens reſtituere recuſas, excipiendo
quod teſtatorem teſtari coegerim, petens vt præoccupatas res etiam reſtitu-
42 am: per *l. 1. & tot. tit. C ſi quis aliquem teſtari probib.* Sic attentatorum † reuo-
catio peti ac proponi poteſt, non modo per viam actionis, ſed etiam exceptio-
nis: Franc. *c. dilect. 66. q. 5. num. 9. de Appell.* Lancellot. *de Attent. 3. c. 1. nu. pen. &*
43 *fin.* vbi idem & in † replicis fieri poſſe ait poſt Franc. *d. loc. & Anguiſ. 4 conſ 3.*
num. 17. Omnes per elegantiſſimam & pertinentiſſimam rationem, Quod
44 cui competit actio, multo † magis & exceptio competat ad omnem intentio-
nis effectum, *l. 1. l. 2. l. 3. & tot. tit. ff. De Except. præſcript. & ſing. text. l. Exceptiones*
opponuntur aut quia factum ſit, quod fieri oportet, vel & non oportuit, aut quia factum
non ſit, quod fieri debuerat: & l. Exceptio 22. d. tit. Sic, cum, ego, Sempronio a-
45 uunculo, tam familiaris & intimus eſſem, vt me, & poſſeſſorem & heredem
omnium bonorum reliquerit, & inter cætera etiam aliquot agrorum & aureo-
rum mutui ap. Titium eius fratrem: Titius mortuo illo fratre ſuo, ab inteſta-
46 to petit à me omnem hereditatem: Hic quod cauſa teſtati præoccupet † cau-
ſam inteſtati, *per vulg.* excipio ratione teſtamenti, & ex eo peto & illa quæ pe-
nes Titium: dicendo quamuis ea nec petere nec habere inſtituerim: Tamen
cum videam Titium teſtamenti integerrimi cauſam impugnare niti, velle me
& illa iure habere, *l fin. C de Edict. Diui Adr. toll. &c.*
47 Ita ſi in exceptione † compenſationis, plus ſit debiti liquidi, quam in ipſa
actione, & illud poſtulari poteſt, quamuis excipiendo, etiam cum vſuris, *l. ſi*
48 *conſtat 4 C de compenſ.* Ita cum remedio † reſtitutionis in integrum, concur-
rere poteſt exceptio: & viceuerſa: gloſſ. & Barth. *nu. 3. l. in cauſa 17. ff de minor.*
S lic. *l. 2 C. de fil. of minor.* vel & replicatio, cum vtriuſque eadem ſit ratio, *l. 2. ff.*
de except. & per l. 2. C. de iud. l. fin. Cod. de edend. Weſenbec. *conſ. 3 num. 14 & ſeq.*
49 vbi ex Imol. *ad l. diuus, num. 6. ff. de iudic.* ait, quod in modum replicæ † non
tantum

Digitized by Google

tantum poſſit principalis aliqua petitio inſtitui, ad obiectam exceptionem, ſed etiam per reſtitutio. Ita cum tutor cum minorenne ſuo, tranſegiſſet ſatis callide, & illo agente poſtmodum adulto exceptionem † tranſactionis opponeret: ſi contentum de nullitate tranſactionis replicabat, ſed etiam ſi eius valoris eſſet reſt tui ſe & indebite percepta reſt tui petebat: per text. *in l. aduerſus fratrem tuum quondam tutorem 3. Cod. De Except. ſeu praſcript.* & *l. ſi ex maiore 7. eod.* eaque rectiſſime, quemadmodum & aliquando in tali caſu, ad præoccupandas exceptionum tergiuerſationes, vna cum actione principali ipſum tranſactionis negotium propoſui, & reſtitutionis ſi opus eſſet beneficium ſimul imploraui pro adulto: *l. per ead. &c.* 50

Et ſi minor † ex contractu quid ſoluit, & in id quod adhuc debet, conueniatur: læſum ſeſe ſentiens, non modo exceptionem minorennitatis & in integrum reſtitutionem obiicere poteſt, ſed etiam ſolutorum vel traditorum in reſtitutionem petere: per *l. patri 28. §. item ex diuerſo, ff. De minor.* Eadem ratione & † reconuentio per viam exceptionis opponi & expediri poteſt; Bertachin. *in repertorio verb. Recouuentio verſ 55. per text.* & Angel *in Auth. & conſeq. C. de ſentent.* Molignat. *De Reconuent. quaſt. 76. & 90.* Quibus & aliis infinitis † exemplis ſole meridiano clarius illucet, vt alias, ita & poſſe exceptiones non modo in vim defenſionis, ſed etiam actionis proponi poſſe. 51 52 53

Vbi vulgata DD. eſt traditio obſeruanda: quod, licet, exceptio non eodem tempore finiatur, quo actio: Cum † temporalia ad agendum ſint perpetua ad excipiendum: *l. pure, §. fin. ff. de doli except.* Tamen & exceptionem in vim actionis propoſitam, actionis quoque fatalia & metas habere: Couar. *pract. obſ. c. 25. n. 4 poſt princ.* 54

Et per exceptionem ſpolii, non reſtitutionem, ſed id tantùmmodo obtinere † reum poſſe, vt ante reſtitutionem reſpondere non cogatur, ita generaliter ac citra d. diſtinctionem, tanto magis erronee à DD. traditur, quanto expreſſius cum vulgata iuris regula; Quod exceptio omniſque eius † intentio ſit pars actionis, iudicii, & ſententiæ, tum dictorum, & aliorum iuris caſuum conſonantia, tam illud ipſum *d. c. cum dilectus 2. de ord. cognit.* noſtram ſententiam ſtabilit & confirmat: Ibi enim expreſſiſſima eſt ſpolii per † exceptionem propoſiti quæſtio: quam Innocent. pontifex iuxta tractandarum exceptionum rationem explicat & diſtinguit: An videlicet quæſtio ſpoliationis in modum actionis obiiciatur, ad petendam reſtitutionem: an vero in forma nudæ exceptionis, ad intentionem aduerſarii tantum repellendam: hic probato ſpolio, reum ait Innocent. non teneri reſpondere antequam reſtituatur, ſed reſtitutionem per id non ſtatim decerni atque fieri, niſi volente aduerſario, vel quod ego addo, per ſingularem poſtmodum actionem aut implorationem compulſo. 55 56 57

58 Siquidem † enim reus exceptione ſuccumbens poteſt poſtea nihilomi-
nus ex cauſa forte alia poſſeſſoria agere: gloſſ. & Panorm. *nu. 26. d. c. cum dilect.*
Hartman. Eppingenſ. *obſ. 7. in fin. tit. 45. facit text. clariſſ. l. fin. C. De rei vindic.* po-
terit quoque omnino ſi obtineat, poſtmodum, & ſeorſim reſtitutionem pe-
59 tere. Illic vero ſi in modum actionis petita reſtitutione proponatur exceptio,
& ſpolium probetur, tunc & reſtitutionem recta fieri ac declarari ait Innoc.
60 Quod ipſum etiam per ſubſequens exemplum declarat; ſi teſti † crimen ali-
quod obiiciatur: ſiquidem enim hoc ciuiliter ſaltem fiat ad repellendum te-
ſtem: pœna ob id illi non infligitur, neque fit infamis, *l. Lucius, ff. De his qui not.
infam. l. 2. §. ſi publico ff. De adult.* quod ſecus eſſet ſi non tantum repellendo, ſed
etiam quod fieri poſſet accuſando exceptio obiiceretur, *per ea quæ* Barth. *in l. ſi
cui 7 in pr. num. 3. & ſeq. ff. de Accuſat. per l. 2. §. extraneus, ff. De adult. l. 1. ff. De ex-
cept.* Et Franciſc. Caſon. Opitergin. *De Accuſat. tit. 6. De modo accuſandi per ex-*
61 *ceptionem.* Quandoque, ait, crimina † obiiciuntur per accuſatum, via exce-
ptionis: & tunc animaduertendum & diſtinguendum eſt, vide licet An accu-
ſatus excipiat contra accuſatorem ſolum, ad repellendum eundem, ab accuſa-
tione ſua, ſiue ad derogandum fidei inſtrumentorum vel teſtium: Ibi enim ta-
les exceptiones non habent vim accuſationis, per regulam; Quod qui exci-
pit non accuſat, *l. reſcript. ff. de mun. & hon.* Si vero crimen fuerit obiectum
62 per accuſatum, non ſolum per † exceptionem, ſed etiam fuerit petitum, vt ac-
cuſator condemnetur: Tunc accuſatus non ſolum excipere, verum etiam ac-
cuſare dicitur, & tali caſu per iudicem procedetur tanquam ſuper accuſatio-
63 ne, *l. vn. ff. vi bon. rapt. l. 3. ff. de tab. exhib* quo caſu tenetur † excipiens ponere lo-
cum, annum & tempus delicti: Barth. *l. 1. de except.* ita Caſon. d. loc. item Clar.
in praxi crimin. q. 19. Barth. *d. l. 7. de Accuſ.* Et iuxta hanc diſtinctionem acci-
piendi ſunt, & expreſſe etiam loquuntur, Panorm. Specul. Marant. Cuiac. &
64 alii: & ita † etiam, poſt Panormit. *d. c. cum dilectus num. 56. & d. c. fin. vbi & gloſſ.
eod.* & Franc. March. *part. 2. queſt.* 409. tenet Menoch. *Recup. remed. 1. quaſt. fin.*
65 Et ita † etiam eodem ſenſu lata & accipienda ſunt d. præiudicia S. Imper. Ca-
meræ. At vero an in modum actionis propoſita hac exceptione, etiam re-
66 ſpondere reus non teneatur? Et teneri, † eſt text. *d. c. cum dilectus, §. cum ea in
modum actionis. in fin.* Et ita generalior DD. aſſertio innuere videtur, vti Pa-
norm. *d. loc.* Roman. *in l. naturaliter, § nihil commune num. 19. de acq. poſſ. ex c. 2. &
c. fin. de cauſ. poſſ. & prop.* & poſt eum Menoch. *retin. rem. 3. quaſt. 78.* Hartman.
67 Piſtoris 4. *queſt. 18. vbi num. 18.* aduocatos cauere monet, † ne de ſpolio exci-
pientes, ad reſtitutionem ſpolii concluſionem dirigant, ſed potius actorem
non audiri petant, priuſquam reus plenarie reſtituatur: alias enim effectum
repulſiuum exceptio non conſequetur, ſed ea non obſtante reus in cauſa prin-
cipali procedere iubebitur: *per d. c. cum dilectus de Ord. cognit.* Schurff. *1. conſ. 35.
num. 2.* Franciſc. Pfeill 1. *conſ. 29. num. 19. & 22.* Zanger. *d. cap. 17. num. 2. & 8.*
Sed

Digitized by Google

Sed hoc intelligendum eſt, ſi reſpectu rerum diverſarum agatur, & de ſpolio
excipiatur: quod expreſſe confirmat *d. c. cum dilectus*, vbi de damnis quidem
illa is agebatur, ſed de ſpolio ipſius caſtri excipiebatur: quod rerum, teſtibus
ibid. omnibus canoniſtis, diuerſarum eſt. At vero ſi poſſeſſoria ſpolij exceptio
vel ante, † vel etiam poſt litem conteſtatam, per modum actionis ſuper re 69
eadem intentetur: tunc etiam recta ſuſpendet petitorium: Paul. Caſtr. *in d.
§. nihil commune & ibid.* Iaſ. *n.* 138. Panormit. *in c. ex conqueſtione n.*8. *de reſtit.
ſpol. per text. in clem. vn. de cauſ. poſ. & prop.* Et hanc ſententiam in puncto iuris
veriorem eſſe teſtatur Iaſ. *d. loc.* à qua, licet Barth. & ſequaces nonnulli ante
& poſt Iaſ. diſſenſerunt: tamen, his, *cum d. Clem.* tum autoritas omnium ca-
noniſtarum repugnat: Caſtrenſ. *conſ.* 273. Hart. ab Epping. *d. tit.* 45. *obſ.* 8 *n.*
4. quamuis nec Barth. & † ſequaces, multum contradicunt, ſed ſaltem in aliis 70
terminis loquuntur: *per ea quæ dixi latius ſupra ad cumulat. petitorii & poſſeſ.* Vn-
de cum actor proponit petitorium, & reo competit poſſeſſorium ſpolij, ſuper
eadem re, tunc ſemper vtilius eſt reo deducere ſpolium † excipiendo, per viam 71
actionis: quia hoc caſu talis exceptio vim habet actionis, reſtitutionis, & re-
pulſæ, quia repellit actorem ab actione ſua, & conſequitur reſtitutionem pro-
bata ſpoliatione: ita intellige gloſ. & Panorm. *d. c. fin.* & gloſ. notabilis *in c.* 1.
2. *q.* 2. vbi noſtram † hanc explicationem *d. c. cum dilectus*, expreſſe probat, ſi 72
de ſpoliatione excipiatur, contra illum qui cimen intendit. Quod autem,
in caſu, quo vtraque quæſtio ciuilis eſt, priorem contrariam opinionem tene-
re videtur, cum omni ratione caret, tum eatenus ſaltem accipiendum, ſi reus,
in vim nudæ repulſionis, ſpolij exceptionem obijciat, neque ſimul directe ad
reſtitutionem agat. Et habet Spec. *tit. de petit. & poſ.* §. 1. *verſ. ſed et ſi peto, cum
ſeq.* quod ſequitur & teſtatur Hartman. *d. obſ.* 7. *num.* 3. Quod autem *ibid. n.
ſeq.* regulam, quod ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, limitari dicit, niſi
exceperit de ſpoliatione: hoc de exceptione intelligit cum alijs, quæ in nuda
& mera † repulſa ac defenſione verſatur: qui enim ſic excipit nihil petit, nec 73
proinde reſtitutionem conſequitur: quod ſecus eſt in illo, qui exceptioni &
petitionem reſtitutionis adiungit: idque quadruplici hic ratione militante:
quod ſcilicet ne actor quidem ſpolio † agens, de dominio excipienti reſpon- 74
dere cogatur ante factam, quam petit reſtitutionem, quod in reo vtpote cuius
partes longe ſunt fauorabiliores adhuc magis obtinere debet: per notiſ. &
per rationem vlteriorem quod cui actio datur, multo fortius & exceptio com-
petet: *l. inuitus. ff. de reg. iur.* tum † quod iura, generaliſſime, & indiſtincte, 75
ſpoliatum, ſi petat, ante omnia reſtituendum velint. Tertio, quod canones,
expreſſe & ſingulariter reis conuentis, deque † ſpoliatione excipientibus, re- 76
ſtitutionem indulgeant: *cauſ.* 2. *tot. q.* 2. & 3. *tot. q.* 1. idque ſine vlla actionis
ciuilis vel criminalis diſtinctione: *text. ſing. cap.* 2. *ibi:* Nulla enim permittit
ratio, dum eorum bona atque res ab æmulis detinentur, vt aliquid illis obijci

debeat: nec quicquam poteſt ijs quoquo modo quilibet maiorum vel mino-
77 rum, obijcere dum rebus carent ſuis *d. q.* 1. Sicuti nec quarta ratio † cauſaque
deeſt, quare reus interdum nuda potius exceptione & repulſa, quam & actio-
ne cumulata vti velit: cum ſæpe reus plus actori, quam hic illi debere poſſit.
Exempla praxis negotioſa docebit: Ecce enim, Titius, in agnati Sempronij
præiudicium, feudi nomine integras arces pagoſque, defuncto N. communi
patruo, occuparat: Sempronius ex Italia reuerſus, prædium al quod iterum
occupat: ſibique habet, collocato ibidem domicilio: & dum cætera quoque
ad ſe eodem iure pertinentia recuperare nequit, petitionem hereditatis, vel
& Quor. bonor. interdictum inſtituit: hic Titius, nudam ſpolij exceptionem
78 obijcit: id vnice † agens, quod ante reſtitutionem reſpondere non teneatur,
facillime acquieturus, ſi prædiolum Sempronius, ipſe vero cætera omnia re-
tineat, nec quoad illa reſpondere teneatur, in æternum &c. Vnde & gloſſ.
ad d. cap. fin. & d. cap. 1. cautum eſſe iubet, Quid tibi magis expediat: vtrum
agere directe, vel ſaltem excipere; ſi magis expediat reo poſſidere rem aduer-
ſarij, quam ſuum recuperare, excipiat tantum: alias contra. Vt ſic videamus,
79 magnam hic iuris † perplexitatem creati hominum malitia: quæ & è contra,
in agendo ſeſe exerit, ſi iuxta noſtram quam hic contra practicorum errorem
defendimus ſententiam, exceptioni ſpolij actionem ineſſe poſſe, non conce-
damus.
80 Et cum duplex cauſa, vel duplex priuilegium, duplicem † quoque ef-
fectum merito operetur: & ſpolium omni Iure, cum reſtitutionem generaliſ-
ſime deſideret, tum exceptionem operetur: vtramque ad duplicem effectum,
ſi petatur, coniungi poſſe ſequitur; præſertim & ad minimum, ſi eadem de
re agatur: quin etiam ſi de diuerſa ſiue criminaliter agatur, ſiue ciuiliter:
Panorm. *d. cap. cum dilectus, num.* 2. *& ſeq.* Boſſ. *pract. crim. tit. de plurib. viol.*
81 *num.* 26. Niſi forte ſuper † rebus æque vel magis priuilegiatis fiat conuen-
tio: vt depoſito, rebus Eccleſiaſticis, vel matrimonio: Panorm. *dict. cap. cum
dilect. num.* 22 Zanger. *de Except.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. *& ſeq. & eſt text. cap.* 1. *in fin.
de reſt. ſpol num.* 6.
82 An vero contra tertium, qui non ſpoliauit, exceptio † detur, quæſtio-
nis eſt, & duplex quidem membrum habentis: vel enim tertius intelligitur
ille, qui rem ſpoliatam quidem poſſidet, ſed ipſe non ſpoliauit: iuxta text. *in
c. ſæpe, de reſt. ſpol. l. cum à te* 7. *ff. de vi arm.* vel qui nec ſpoliauit nec poſſidet: Ac
ne in primo quidem caſu in ciuilibus, exceptio ſpoliationis, contra tertium
admittitur indiſtincte, ſicuti nec in criminalibus: niſi de tota ſubſtantia vel
maiori parte agatur, & niſi intra 15. dies vel terminum à iudice præfinitum ex-
ceptio probetur: *ita text. d. c.* 1. *Vbi Can.* Qui text. de tertio intelligendus eſt,
ex titulo ſing. & bonæ fidei poſſeſſore. Si enim in vitium ſuccedat, vel malæ
83 fidei, ſit poſſeſſor, etiam exceptione † tenebitur: *per c. redintegrand.* 3. *q.* 1. *&c.*

ſæpe

ſepe de reſt. ſpol. l. 1. in fin. & l. ſeq. l. 9 ff. de vi & vi armat. &c. ita cum parens tuus, me ſpoliaſſet, & illo breui poſt mortuo, tu actione me præuenire conareris, exceptionem ſpolij vtiliter opponebam: *per ead.* alias vbi ipſum Interdictum non competit, vel reſtitutio ſpolij, ibi nec exceptio: late Panor. *d. c. cum dilect. n. 12. & 57.* vbi dicit exceptionem ſpolij non dari contra heredes, niſi ad eos aliquid peruenerit, vel dolo fecerint, quo minus perueniret, vel niſi lis fuiſſet conteſtata cum defuncto: *per vulg.*

Commentarivs XXV.

De Reconuentione, an & quatenus in poſſeſſorijs interdictorum cauſis locum habeat? ad l. 1. §. fin. ff. de extraord. cognit. l. ſi inter me & te 15. ff. de except. rei iud.

Svmmaria.

1 *Reconuentio concurſus an & quatenus in interdictis procedat varie diſputatur.*
2 *Vnde hic, quod alibi omiſſum nonnihil ſupplendum.*
3 *Reconuentio vti mutua rei conuenti actio in iure generaliſſime eſt fundata:*
4 *Vnde etiam à cauſis interdictorum non excludenda, niſi quatenus de excepta liquide doceatur.*
5 *Reconuentionis regula eſt generalis, non modo reſpectu eiuſdem vel ſaltem cohærentis & connexi negotij: ſed plane etiam diuerſi.*
6 *Modo iudex in cauſa tam recon ntionis quam conuentionis ſit competens.*
7 *Coram Rectoribus academiarum non quidem in criminalibus, ſed ciuilibus cauſis indiſtincte obtinet reconuentio.*
Dignitas actoru non obſtat reconuentioni.
8 *Academicus magiſtratus habet ordinariam iuriſdictionem ex iure publico.*
9 *Studioſis reconuentiones denegare iniquiſſimum eſſet.*
10 *Studiorum cauſa, vti legationis, publica eſt.*
11 *In poſſeſſorijs & momentaneis interdictorum cauſis Reconuentioni locum eſſe nonnulli pernegant: & n. 12.*
13 *Item in cauſis ſummarijs, quales ſunt omnes poſſeſſoria.*
14 *Et iudicijs extraordinarijs, vbi officium iudicis imploratur.*
15 *In cauſis ſpolij reconuentionem non procedere aiunt nonnulli:*

16 Niſi

Digitized by Google

12 iuris; 24. Nouemb. an. 1551. Quemadmodum † 16. Aug. eod. an. in cauſa Cardin. & Archiepiſc. Electoris N. & Comitis K. cont. C. actoribus ad oppoſitas ſpolii exceptiones, replicis non attentis, reſponſio iniuncta. Vti & 7. Ianuar. anno 1555. Jn Sachen J. von N. cont. M. C. F. die Exceptionel Articul ſpolii 30. Octobr. anno 53. producti, ſ. ſuo iure impertinentium ad probandum admiſſi, & illatæ deſuper reſponſiones euentuales extra ant. 11. ad quem vlterior reſponſio iniuncta, pro puris & ſufficientibus receptæ, reiectis appendicibus, & præſcripta 3. menſium ad probandum dilatione cum nominatione commiſſ.

13 Quamuis † & econtra, exceptione ſpolii tanquam friuola, non attenta, in cauſa principali reſpondere atq; agere iniunctum, etiam in ſecunda inſtantia cum prioris ſententiæ, qua d. exceptio admiſſa fuerat, reformatione 22. April. d. anno, &c.

14 Vti & d. quindenam, † iis præſertim in caſibus, vbi excipientem de ſpolio, a qui vel iuſti bonique fauor deficit, vel ob partium præſentiam, probatio neceſſaria, facilius haberi poteſt, obſeruari haud dedecet: quo & iudicia Saxon. reſpiciunt: quod ſecus eſt quoad S. Imp. Cam. ad quam partes à 20. 30. 40 50. 60. &c. 100. miliaribus mittere & proficiſci habent. Et iſta hic obiter tetigiſſe ſufficiat, de primo ſuſceptæ diſtributionis membro, quod alterum maiorem in praxi reformationem deſideret.

15 An enim hæc † exceptio, actionis ſaltem ſuſpenſionem, vel & ſpolii reſtitutionem operetur, quæſtionis eſt. quæ altiorem & indaginem requirit & explicationem, quippe quod ex *d. c. cum dilectus*, tam in ſcholis, quam foro, & tam apud theoricos, quam practicos, vt mihi ſane aliquoties in praxi obiectum fuit, tralatitium habeam: quod ſpolio, per modum exceptionis obiecto & deducto, non fiat condem natio ſpoliantis ad reſtitutionem, etiam ſi pe-
16 tatur; ſed operari eam exceptionem hunc duntaxat effectum, ne † reus teneatur reſpondere actioni intentatæ, priuſquam actor voluntarie reſtituat. Quod ſecus fit, ſi iuxta *d. c. cum dilect. & d. c. fin. de ord. cog.* & iuxta gloſſ. *ibid.* in modum actionis vel reconuentionis ſpolium obiicitur.

Quando enim, vt verba gloſſæ ſonant, ſuper eadem re fit conuentio & reconuentio, tunc vtilius eſt proponere ſpoliationem in modum actionis: quia reſtituetur in eo caſu, ante ingreſſum princip. lis cauſæ, ſi vero in modum exceptionis propoſuerit, non reſtituetur, ſed repellit agentem; & gl. ſſ. *cap. 1.*
17 *2. q. 2.* Quod etiam expreſſe poſt † & præter alios, Panormit. *d. c. cum. dilectus,* in ſumma n. 1. & n. 7. vbi notandum ait, Quod ſpoliatio poteſt in iudicium deduci dupliciter: per viam exceptionis: Et ea probata repellitur actor: ſed reus non reſtituitur, quia finis exceptionis eſt repellere & non conſequi: Item per viam actionis, & ea probata conſequitur reſtitutionē, non autem repellit agentem; & hoc, quia finis actionis eſt conſequi, non a. repellere: *& c. fin. n. 1.*

eod.

Digitized by Google

eod. Et nuper etiam Cuiac. *in ſuo comment. ad d. c. cum dilect. ibidem.* expreſſe his verbis: In hoc caſu nimirum † exceptionis ſpolij oppoſitæ refert pontifex ſe 18
pronunciaſſe, vt exceptio de vi prius diſceptaretur & probaretur, eaque proba-ta, vt ante reſtitutionem poſſeſſionis Reus actori reſpondere non teneretur: ceterum non ideo ſtatim eſſe reſtituendam poſſeſſionem Reo: quia de ea re non egit Interdicto vnde vi, ſed de vi tantum excepit repellendi Actoris gratia, quem repellit etiam, non tamen hoc quoque aſſequitur, vt ſibi poſſeſſio reſtituatur, reformetur, redintegretur, verum vltro eam reſtituere poterit Actor, deinde de damno dato agere. Euſdemque ſententiæ † inſignes practici 19
Speculator & Maranta eſſe dicebantur: ille enim, *ſub tit. de petitor, & poſſeſ.* §. 1. *n. 4. in fine.* ſcribit, quod diuerſi ſint effectus actionis & exceptionis ſpolij: quia ſpoliatione per modum exceptionis probata, agens repellitur, ſed non reſtituitur: ſed ſi probetur in modũ actionis, reſtituetur opponens ante ingreſſum principalis cauſæ: & mox *n.* 5. ſubdit.

Si ſuper eadem re fit † conuentio & reconuentio, tunc vtilius eſt directo 20
reſtitutionem petere, quia ſpoliatione probata duo conſequeretur: ſc. quod reſtituetur ante ingreſſum cauſæ principalis, & prius audietur, licet aduerſarius ſuam prius propoſuerit actionem, ſi vero in modum exceptionis, non reſtitueretur, licet repellat agentem. Marant. vero *part. 4. diſtinct. 6. num.* 50.
ait, quod † deducto ſpolio per modum reconuentionis, non repellatur actor 21
ab agendo, ſed procedatur ſuper vtraque cauſa, ſed ſi deducatur ſpolium per modum exceptionis, ſuſpendatur petitorium actoris, & procedatur ad dationem termini ad probandam exceptionem ſpolij, qua exceptione probata, interponatur decretum, quod actor non audiatur in petitorio ſuo, niſi prius reſtituat, non tamen condemnetur ad reſtituendum: quia † exceptio eſt ſo- 22
lum actionis excluſio: vnde non operatur reſtitutionem: & quæ ibi latius ſequuntur, quibus ego poſt alios addo noſtrum Oldendorp. *in Enchirid. exc-ept. tit. de except. ſpolij.* § *Effectus autem exceptionis &c.*

Eumque ſententiam in camera Imperiali obſeruari † obiiciebatur ex 23
ijſdem, tum ex Syntagm. quodam votor. Camerali. 1. *decad. 2. voto 3. num.* 20. vbi dicitur, Ad reſtitutionem vini, condemnationem fieri non poſſe, cum ſpecialiter eo caſu per modum exceptionis deductum ſit ſpolium, exceptio vero, actionis tantum eſt excluſio: vnde reſtitutionem non operetur, ſed illa veniat per modum actionis: quando ſuper ſpolio principaliter acto intentatur, vbi etiam ad finem voti adjcitur, quod omnes contra referentem conſenſerint cum hoc, qui illud votum dedit. Idemque probare videtur Gail. 2. *obſ. 75. numero 5 & ſeq.* Ludolph. Schrader. conſ. 37. numero 111. dicens poſt DD. in d. cap. fin. de ordin. cognit. quod ſpoliatus, ſpoliatori, à quo in iudicio conuenitur, reſpondere non teneatur, niſi ipſi res vi occupata, cum † omnibus acceſſorijs, omniq; damno & intereſſe fuerit reſtituta: vſq; 24

adeo

adeo, vt quandiu vnicus teruncius de damno vel intereſſe deeſt, ſpoliatus ſpo-
liatori in iudicio reſpondere non teneatur: per Bald. *c. conquerente, De reſtit. ſpol.*
Panorm. *c. accedens, cl. 2. n. 6. Vt lit. non conteſt.* Iaſ. *Auth. Qui rem n. 16. C. de Sacroſ.*
Eccleſ. Crauer. *conſ.* 140. *n.* 3. Roland. V. II. conſ. 2. conſ. num. fin.
25 Quibus aſtipulari † etiam videntur præiudicia S. Imperialis Cameræ,
quibus ſemper ita iudicatum: veluti: In cauſa I. ab N. cont. L. L. iſt erkant/ daß
gemelter Beklagter/ auff fürbrachte Klag/ litem zu conteſtiren nicht ſchuldig ſey/
ehe vnd zuuor gedachter Kläger/ ihm Beklagten den articulirten new hrē Wein/
oder den gebührenden Werth darfür erſtattet vnd reſtituirt hab/ compenſatis ex-
penſis: 17. Ian. an. 1560. h. e. reum ad actoris conuentionem, litem conteſtari
non teneri, antequam hic illi ſpoliata & articulata vini vaſa reſtituerit. Et ſi qua
26 forte in primis inſtantiis ſequius iudicatum, † deſuperque appellatum, prior
ſententia ſæpe reformata legitur: ſicuti: in cauſa Marchionis D. cont. Y. à K.
ſeynd die am 23. Septemb. an. 60. einkommene articulirte grauamina als vner-
heblich/ nicht/ ſondern die Sach von ampts wegen für beſchloſſen angenommen/
vnd zu Recht erkant: Daß die Vrtheil voriger Inſtantz zu reformiren ſey/ als
wie ſie auch hiemit reformiren/ nemlich dieſer Geſtalt/ daß Appellaten/ dem Herrn
Appellanten auff die in erſter Inſtantz fürbrachte Klagen zu antworten nicht ſchul-
dig/ ehe vñ zuuor ihnen das angezogene Schloß D. mit ſeiner Zugehörung ſampt
da von auffgehabener Nutzung vnd erlittenen Schäden/ durch den Appellanten
reſtituirt/ zugeſtelt vnd erſtattet ſey/ gedachten Appellanten in die Gerichtskoſten
beyder Inſtantien/ nach rechtlicher mäſſigung/ ihn den Appellaten zu entrichten
vnnd zu bezahlen ſellige theilendt/ h. e. reformata prioris iudicii ſententia pro-
nunciamus, reum appellatum, dn. appellanti ad moram actionem reſpondere
non teneri, antequam hic illi, arcem quæſtionis, cum omnibus præceptis fru-
ctibus, & cauſatis damnis, tum vtriuſque inſtantiæ expenſis reſtituerit: de 5.
Nouemb, an. 1567. &c.
27 Aſt vero, quicquid ſit, ſi monente clariſ. M. Tullio Cic. in primo de †
nat. Deor. non tam autores, quàm rationum momenta quærenda ſunt: gene-
ralem iſtam, ſi quæ eſt Doctorum opinionem, magnum iuris praxeoſque erro-
rem continere ſemper iudicaui, & aliquoties in iudiciis demonſtraui: Eſt e-
28 nim duplex tractandarum † exceptionum ratio: Altera quæ in vim nudæ &
ſolius repulſæ aut defenſionis proponitur; *tit. Inſt. de except. l. 2. ff. eod. &c.* Altera
quæ præter defenſionem, vim quoq; & materiam petitionis continet, ad con-
29 ſecutionem † alicuius rei: ita text. & caſus ſingulares pertinentiſſimi *in l. me-*
tum 9 §. 3. ff. Quod met. cauſ. vbi ait Vlp. Quod pro metu extortis tam exceptio
quam actio detur: addens exemplum de Campanis, qui metu cuidam extor-
ſerant cautionem pollicitationis: Sed huic Prætor tam exceptionem ad ſuſti-
nendam vel elidendam petitionem Campanorum, quam actionem ad re-
petendam cautionem competere dicebat: Adeo vt ſiue perfecta, ſiue imper-
fecta

fecta res ſit,& actio & exceptio detur : ibid.in fin. vbi gloſſ.ſi perfecta , inquit, datur actio item exceptio ſi forte res redeat ad eum, quam repetit, qui metum intulit : vel petit ſibi caueri de euictione : Si autem imperfecta,datur exceptio, & actio, vt liberetur per acceptilationem : allegans l.ſi cum exceptione 14. §. ſed etſi quis per vim 9. eod. ſed probat generaliſſime iſtam ſententiam, l.Extat, vbi multis gloſſ.& tot.tit.ff. Quod met.cauſ.l. 1. l.pen.& tot. tit. Cod. De his quæ vi metuque geſt. vbi omnibus legibus inſinuatur, quod ipſi etiam exceptioni perſecutio aliqua inſit. Et ſunt ſimiles † text.*l.2.ff.de Adult.* 30
l.5.§.fin.& l.7.ff.de nou.op.nunc.text.l.19.ff.de probat.l.1.ff.de except.text. Et caſus expreſſus,d.c.cum dilectus & ibid.gloſſ. verb. Reſtitutio facienda. Angel.*l.2.C.Vnd. vi*, Menoch.*recup.rem. 1.ad fin.* Agere quidem dicitur & omnis † qui exci- 31
pit ; vnde & exceptionis non ſecus atque actionis intentio probanda venit: *d l.1.d.l.19 &c.* Sed alia tamen eſt ratio exceptionis, quæ nudam, vt dixi, defenſionẽ continet,& illius quæ & in agendo & conſequẽdo laborat : quod multis 32
exemplis declarari poteſt Sic,rem † pro me habeo iudicatã,qua ego ſum abſolutus : tuq; mihi in 50. condẽnatus: non obſtante hac ſententia, tu vel tui heredes moueris eandem actionem ; oppono exceptionem rei iudicatæ,& ſimul peto vt compellaris mihi ſoluere 50. per rationem quod ſentẽtia eatenus ſit indiuidua, vt non modo exceptionem ſed etiam actionẽ tribuat : *l.cum Papin.*23.C.*de ſentent.cum multis ſimilib.l.in hoc 27.ff fam.erciſc.* Similiter vendidi tibi ædes † meas cum quodam agro pro mille ; & cum 300. tantum dares, tra- 33
didi quidem tibi poſſeſſionem agri, non autem ædium : Tu & ædes tradi poſtulas : Ego oppono exceptionem non ſoluti precii, rogans vt niſi integre ſoluas & agrum reſtituas,*l.Ex empto & tot.tit.ff.de act.empt.& vend.* Item hanc noſtram ſententiam generaliſſime † probat, totum ædilitium edictum, ad red- 34
hibitionem vel quãti minoris comparatum; Ex quo, aduerſus venditorem exceptio datur non modo ad refellendum,ſed etiam ad reſtituendum : *l.1.& tot. tit.ff. de ædil.edict.l.Iulian.13 ff.de act.empt.* Accedit etiã integra Retentionum materia : Si quis enim in iure retentionis ſit † fundatus, illud non tantum ex- 35
cipiendo;ſed & agendo opponere poteſt, eo vt ſibi impenſarum & meliorationum fiat reſtitutio antequam rem dimittere teneatur: *per notiſſ. & ea quæ* Ioh.Per.Molignat.*& in tract.de Retent.per tot.* Ita locaui tibi tabulam pingendam tribus aureis; vel argenti pondus, vt inde craterem inauratum mihi facias ; tu mercedem quidem petis † iudicialiter, ſed tabulam, quam pictam 36
vel craterem, quem factum & inauratum, ſed furto ablatum prætendis, non redhibes: ego excipio, te operam necdum præſtitiſſe, vel etſi præſtiteris, tamen periculo tuo tabulam & craterem præſtandum : rogans ergo vt & pingas, & ſimul, vel ſaltem tabulam reſtituas,*l.Qui operas 38.l.qui mercedem 40.& tot.tit. ff.locat.&c* Ita ſi ex re iudicata agas, † poſſum non modo excipere de nullita- 37
te ſententiæ,ſed etiam agere, ad conſequendum ea quæ forte per ſententiam

Zz & iu-

& iudicatum ablata: *l. Ab eo, 3. in fin. C. quom. & quand. iudex l. prolatam 4. l. cum ſentent. 6. Cod. De ſentent.* quemadmodum & contra noui operis nunciationem
38 prætoriam, non † tantum excipere poſſum ratione iuris competentis: ſed etiam petere & agere, vt ædificare mihi liceat: per ſententiam pronuncietur, tum, vt, facta nunciatio caſſetur; *l. de pupillo 5. §. ſi quis riuos, & per tot.* vbi Barth. Zaſ. & alii, *ff. de op. nou. nunc. l. vn. ff. De remiſſionib. & c. fin. Extra. & in ſext. eod.*
39 Hinc ſi Teſtator † ita leget: quod Sempronius mihi debet peti nolo: non tantum exceptionem habere debitorem, ſed & fideicommiſſum, vt liberetur, petere poſſe, ait ICtus *in l. 22. ff. de liberat. leg.* Ita fideiuſſor ex pluribus con-
40 uentus, non tantum exceptionem diuiſionis habet, ſed † etiam petere poteſt, vt creditori pro rel qua parte ſilentium imponatur, ſi reliqui ſint ſol uendo: Conrad. *ad l. diffamari in ampliat. num. 129. ex §. ſi plures Inſt. de fideiuſſ.* Panorm. *c. ſi quis cont clericum in princ. de for. comp. per text. & gloſſ. in l. ſi contendat. ff. de fideiuſſoribus.*

41 Ita cum inſtitutus à Titio eſſem † heres, & aliquas res accepiſſem, aliquas adhuc peterem: tu hereditatem habens reſtituere recuſas, excipiendo quod teſtatorem teſtari coegerim, petens vt præoccupatas res etiam reſtitu-
42 am: per *l. 1. & tot. tit. C ſi quis aliquem teſtari probib.* Sic attentatorum † reuocatio peti ac proponi poteſt, non modo per viam actionis, ſed etiam exceptionis: Franc. *c. dilect. 66. q. 5. num. 9 de Appell.* Lancellot. *de Attent. 3. c. 1. nu. pen. &*
43 *fin.* ibidem & in † replicis fieri poſſe ait poſt Franc. *d. loc. & Anguiſ. 4 conſ 3. num. 17.* Omnes per elegantiſſimam & pertinentiſſimam rationem, Quod
44 cui competit actio, multo † magis & exceptio competat ad omnem intentionis effectum, *l. 1. l. 2. l. 3. & tot. tit. ff. De Except. praeſcript. & ſing. text. l. Exceptiones opponuntur aut quia factum ſit, quod fieri oportet, vel & non oportuit, aut quia factum non ſit, quod fieri debuerat: & l. Exceptio 22. d. tit.* Sic, cum, ego, Sempronio a-
45 uunculo, tam familiaris & intimus eſſem, vt me, & poſſeſſorem & heredem omnium bonorum reliquerit, & inter cætera etiam aliquot agrorum & aureorum mutui ap. Titium eius fratrem: Titius mortuo illo fratre ſuo, ab inteſta-
46 to petit à me omnem hereditatem: Hic quod cauſa teſtati præoccupet † cauſam inteſtati, *per vulg.* excipio ratione teſtamenti, & ex eo peto & illa quæ penes Titium: dicendo quamuis ea nec petere nec habere inſtituerim: Tamen cum videam Titium teſtamenti integerrimi cauſam impugnare niti, velle me & illa iure habere, *l fin. C de Edict. Diui Adr. toll. &c.*

47 Ita ſi in exceptione † compenſationis, plus ſit debiti liquidi, quam in ipſa actione, & illud poſtulari poteſt, quamuis excipiendo, etiam cum vſuris, *l. ſi*
48 *conſtat 4 C de compenſ.* Ita cum remedio † reſtitutionis in integrum, concurrere poteſt exceptio: & viceuerſa: gloſſ. & Barth. *nu. 3. l. in cauſa 17. ff. de minor.* Salic. *l. 2 C. de fil. of minor.* vel & replicatio, cum vtriuſque eadem ſit ratio, *l. 2. ff. de except. & per l. 2. C. de ind. l. fin. Cod. de edend.* Weſenbec. *conſ. 3 num. 14 & ſeq.*
49 vbi ex Imol. *ad l. diuus, num. 6. ff. de iudic.* ait, quod in modum replicæ † non

tantum

Digitized by Google

tantum poſſit principalis aliqua petitio inſtitui, ad obiectam exceptionem, ſed etiam per reſtitutio. Ita cum tutor cum minorenne meo, tranſegiſſet ſatis callide, & ille agenti poſtmodum adulto exceptionem † tranſactionis opponeret: ſi non contentum de nullitate tranſactionis replicabat, ſed etiam ſi eius valoris eſſet reſtitui ſe & indebite percepta reſtitui petebat: per text. *in l. aduerſus fratrem tuum quondam tutorem 3. Cod. De Except. ſeu praſcript. l. licet 1. ad vi, l. ſi ex maiore 7. eod.* eaque rectiſſime, quemadmodum & aliquando in tali caſu, ad præoccupandas exceptionum tergiuerſationes, vna cum actione principali ipſum tranſactionis negotium propoſui, & reſtitutionis ſi opus eſſet beneficium ſimul implorari pro adulto: *l. per ead. &c.* 50

Ita ſi minor † ex contractu quid ſoluit, & in id quod adhuc debet, conueniatur: læſum ſeſe ſentiens, non modo exceptionem minorennitatis & in integrum reſtitutionem obiicere poteſt, ſed etiam ſolutorum vel traditorum in reſtitutionem petere: per *l. patri 28. §. item ex diuerſo, ff. De minor.* Eadem ratione & † reconuentio per viam exceptionis opponi & expediri poteſt; Bertachin. *in repertorio verb. Reconuentio verſ. 55. per text.* & Angel. *in Auth. & conſeq. C. de ſentent.* Molignat. *De Reconuent. quæſt. 76. & 90.* Quibus & aliis infinitis † exemplis ſole meridiano clarius illucet, vt alias, ita & ſpolii exceptiones non modo in vim defenſionis, ſed etiam actionis proponi poſſe. 51 52 53

Vbi vulgata DD. eſt traditio obſeruanda: quod, licet, exceptio non eodem tempore finiatur, quo actio: Cum † temporalia ad agendum ſint perpetua ad excipiendum: *l. pure, §. fin. ff. de doli except.* Tamen & exceptionem in vim actionis propoſitam, actionis quoque fatalia & metas habere: Couar. *pract. obſ. c. 25. n. 4 poſt princ.* 54

Et per exceptionem ſpolii, non reſtitutionem, ſed id tantummodo obtinere † reum poſſe, vt ante reſtitutionem reſpondere non cogatur, ita generaliter ac citra d. diſtinctionem, tanto magis erronee à DD. traditur, quanto expreſſius cum vulgata iuris regula; Quod exceptio omniſque eius † intentio ſit pars actionis, iudicii, & ſententiæ, tum dictorum, & aliorum iuris caſuum conſonantia, tam illud ipſum *d. c. cum dilectus 2. de ord. cognit.* noſtram ſententiam ſtabilit & confirmat: Ibi enim expreſſiſſima eſt ſpolii per † exceptionem propoſiti quæſtio: quam Innocent. pontifex iuxta tractandarum exceptionum rationem explicat & diſtinguit: An videlicet quæſtio ſpoliationis in modum actionis obiiciatur, ad petendam reſtitutionem: an vero in forma nudæ exceptionis, ad intentionem aduerſarii tantum repellendam: hic probato ſpolio, reum ait Innocent. non teneri reſpondere antequam reſtituatur, ſed reſtitutionem per id non ſtatim decerni atque fieri, niſi volente aduerſario, vel quod ego addo, per ſingularem poſtmodum actionem aut implorationem compulſo. 55 56 57

58 Siquidem † enim reus exceptione ſuccumbens poteſt poſtea nihilomi-
nus ex cauſa forte alia poſſeſſoria agere: gloſſ. & Panorm. *nu.26. d.c.cum dilect.*
Hartman. Eppingenſ. *obſ.7 in fin. tit.45. facit text. clariſſ. l. fin. C. De rei vindic.* po-
terit quoque omnino ſi obtineat, poſtmodum, & ſeorſim reſtitutionem pe-
59 tere. Illic vero ſi in modum actionis petita reſtitutione proponatur exceptio,
& ſpolium probetur, tunc & reſtitutionem recta fieri ac declarari ait Innoc.
Quod ipſum etiam per ſubſequens exemplum declarat; ſi teſti † crimen ali-
60 quod obiiciatur: ſiquidem enim hoc ciuiliter ſaltem fiat ad repellendum te-
ſtem: pœna ob id illi non infligitur, neque fit infamis, *l. Lucius, ff. De his qui not.
infam. l.2. §. ſi publico ff. De adult.* quod ſecus eſſet ſi non tantum repellendo, ſed
etiam quod fieri poſſet accuſando exceptio obiiceretur, *per ea quæ* Barth. *in l. ſi
cui 7 in pr. num.3. & ſeq. ff. de Accuſat. per l.2. §. extraneus, ff. De adult. l.1. ff. De ex-
cept.* Et Franciſc. Caſon. Opitergin. *De Accuſat. tit. 6. De modo accuſandi per ex-*
61 *ceptionem.* Quandoque, ait, crimina † obiiciuntur per accuſatum, via exce-
ptionis: & tunc animaduertendum & diſtinguendum eſt, videlicet An accu-
ſatus excipiat contra accuſatorem ſolum, ad repellendum eundem, ab accuſa-
tione ſua, ſiue ad derogandum fidei inſtrumentorum vel teſtium: Ibi enim ta-
les exceptiones non habent vim accuſationis, per regulam: Quod qui exci-
pit non accuſat, *l. reſcript. ff. de mun. & hon.* Si vero crimen fuerit obiectum
62 per accuſatum, non ſolum per † exceptionem, ſed etiam fuerit petitum, vt ac-
cuſator condemnetur: Tunc accuſatus non ſolum excipere, verum etiam ac-
cuſare dicitur, & tali caſu per iudicem procedetur tanquam ſuper accuſatio-
63 ne, *l. vn. ff. vi bon. rapt. l.3. ff. de tab. exhib* quo caſu tenetur † excipiens ponere lo-
cum, annum & tempus delicti: Barth. *l.1. de except.* ita Caſon. d. loc. item Clar.
in praxi crimin. q.19. Barth. *d. l.7. de Accuſ.* Et iuxta hanc diſtinctionem acci-
piendi ſunt, & expreſſe etiam loquuntur, Panorm. Specul. Marant. Cuiac. &
64 alii: & ita † etiam, poſt Panormit. *d.c. cum dilectus num.56. & d.c. fin. vbi & gloſſ.
eod.* & Franc. March. *part. 2. queſt.* 409. tenet Menoch. *Recup. remed. 1. quæſt. fin.*
65 Et ita † etiam eodem ſenſu lata & accipienda ſunt d. præiudicia S. Imper. Ca-
meræ. At vero an in modum actionis propoſita hac exceptione, etiam re-
66 ſpondere reus non teneatur? Et teneri, † eſt text. *d.c. cum dilectus, §. cum ea in
modum actionis. in fin.* Et ita generalior DD. aſſertio innuere videtur, vti Pa-
norm. *d. loc.* Roman. *in l. naturaliter, § nihil commune num.19. de acq. poſſ. ex c.2. &
c. fin. de cauſ. poſſ. & prop.* & poſt eum Menoch. *retin. rem. 3. quæſt. 78.* Hartman.
67 Piſtoris 4. *quæſt. 18. vbi num. 18.* aduocatos cauere monet, † ne de ſpolio exci-
pientes, ad reſtitutionem ſpolii concluſionem dirigant, ſed potius actorem
non audiri petant, priuſquam reus plenarie reſtituatur: alias enim effectum
repulſiuum exceptio non conſequetur, ſed ea non obſtante reus in cauſa prin-
cipali procedere iubebitur: *per d.c. cum dilectus de Ord. cognit.* Schurff. *1. conſ. 35.
num.2.* Franciſc. Pfeil / *1. conſ. 29. num. 19. & 22.* Zanger. *d. cap. 17. num. 2. & 8.*
Sed

Digitized by Google

Sed hoc intelligendum eſt, ſi reſpectu rerum diuerſarum agatur, & de ſpolio excipiatur: quod expreſſe confirmat *d. c. cum dilectus,* vbi de damnis quidem illa ingebatur, ſed de ſpolio ipſius caſtri excipiebatur: quod rerum, teſtibus *ibid.* omnibus canoniſtis, diuerſarum eſt. At vero ſi poſſeſſoria ſpolij exceptio vel ante, † vel etiam poſt litem conteſtatam, per modum actionis ſuper re 69
eadem intentetur: tunc etiam recta ſuſpendet petitorium: Paul. Caſtr. *in d. §. nihil commune & ibid.* Iaſ. *n.* 138. Panormit. *in c. ex conqueſtione n.* 8. *de reſtit. ſpol. per text. in clem. vn. de cauſ. poſ. & prop.* Et hanc ſententiam in puncto iuris veriorem eſſe teſtatur Iaſ. *d. loc.* à qua, licet Barth. & ſequaces nonnulli ante & poſt Iaſ. diſſenſerunt: tamen, h's, *cum d. Clem.* tum autoritas omnium canoniſtarum repugnat: Caſtrenſ. *conſ.* 273. Hart. ab Epping. *d. tit.* 45. *obſ.* 8 *n.* 4. quamuis nec Barth. & † ſequaces, multum contradicunt, ſed ſaltem in aliis 70
terminis loquuntur: *per ea quæ dixi latius ſupra ad cumulat. petitorij & poſſeſ.* Vnde cum actor proponit petitorium, & reo competit poſſeſſorium ſpolij, ſuper eadem re, tunc ſemper vtilius eſt reo deducere ſpolium † excipiendo, per viam 71
actionis; quia hoc caſu talis exceptio vim habet actionis, reſtitutionis, & repulſæ, quia repellit actorem ab actione ſua, & conſequitur reſtitutionem probata ſpoliatione: ita intellige gloſ. & Panorm. *d. c. fin.* & gloſ. notabilis *in c.* 1. 2. *q.* 2. vbi noſtram † hanc explicationem *d. c. cum dilectus,* expreſſe probat, ſi 72
de ſpoliatione excipiatur, contra illum qui cimen intendit. Quod autem, in caſu, quo vtraque quæſtio ciuilis eſt, priorem contrariam opinionem tenere videtur, cum omni ratione caret, tum eatenus ſaltem accipiendum, ſi reus, in vim nudæ repulſionis, ſpolij exceptionem obijciat, neque ſimul directe ad reſtitutionem agat. Et habet Spec. *tit. de petit. & poſ.* §. 1. *verſ. ſed et ſi peto, cum ſeq.* quod ſequitur & teſtatur Hartman. *d. obſ.* 7. *num.* 3. Quod autem *ibid. n. ſeq.* regulam, quod ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, limitari dicit, niſi exceperit de ſpoliatione: hoc de exceptione intelligit cum alijs, quæ in nuda & mera † repulſa ac defenſione verſatur: qui enim ſic excipit nihil petit, nec 73
proinde reſtitutionem conſequitur: quod ſecus eſt in illo, qui exceptioni & petitionem reſtitutionis adiungit: idque quadruplici hic ratione militante: quod ſcilicet ne actor quidem ſpolio † agens, de dominio excipienti reſpondere cogatur ante factam, quam petit reſtitutionem, quod in reo vtpote cuius 74
partes longe ſunt fauorabiliores adhuc magis obtinere debet: per notiſ. & per rationem vlteriorem quod cui actio datur, multo fortius & exceptio competet: *l. inuitus. ff. de reg. iur.* tum † quod iura, generaliſſime, & indiſtincte, 75
ſpoliatum, ſi petat, ante omnia reſtituendum velint. Tertio, quod canones, expreſſe & ſingulariter reis conuentis, deque † ſpoliatione excipientibus, re- 76
ſtitutionem indulgeant: *cauſ.* 2. *tot. q.* 2. & 3. *tot. q.* 1. idque ſine vlla actionis ciuilis vel criminalis diſtinctione: *text. ſing. cap.* 2. *ibi:* Nulla enim permittit ratio, dum eorum bona atque res ab æmulis detinentur, vt aliquid illis obijci

Digitized by Google

debeat: nec quicquam poteſt ijs quoquo modo quilibet maiorum vel mino-
77 rum, obijcere dum rebus carent ſuis *d. q.* 1. Sicuti nec quatto ratio † cauſaque
deeſt, quare reus interdum nuda potius exceptione & repulſa, quam & actio-
ne cumulata vti velit: cum ſæpe reus plus actori, quam hic illi debere poſſit.
Exempla praxis negotioſa docebit: Ecce enim, Titius, in agnati Sempronij
præiudicium, feudi nomine integras arces pagoſque, defuncto N. communi
patruo, occuparat: Sempronius ex Italia reuerſus, prædium al quod iterum
occupat: ſib que habet, collocato ibidem domicilio: & dum cætera quoque
ad ſe eodem iure pertinentia recuperare nequit, petitionem hereditatis, vel
& Quor. bonor. interdictum inſtituit: hic Titius, nudam ſpolij exceptionem
78 obijcit: id vnice † agens, quod ante reſtitutionem reſpondere non teneatur,
facillime acquieturus, ſi prædiolum Sempronius, ipſe vero cætera omnia re-
tineat, nec quoad illa reſpondere teneatur, in æternum &c. Vnde & gloſſ.
ad d. cap. fin. & d. cap. 1. cautum eſſe iubet, Quid tibi magis expediat: vtrum
agere directe, vel ſaltem excipere: ſi magis expediat reo poſſidere rem aduer-
ſarij, quam ſuum recuperare, excipiat tantum: alias contra. Vt ſic videamus,
79 magnam hic iuris † perplexitatem creari hominum malitia: quæ & è contra,
in agendo ſeſe exerit, ſi iuxta noſtram quam hic contra practicorum errorem
defendimus ſententiam, exceptioni ſpolij actionem ineſſe poſſe, non conce-
damus.

80 Et cum duplex cauſa, vel duplex priuilegium, duplicem † quoque ef-
fectum merito operetur: & ſpolium omni iure, cum reſtitutionem generaliſ-
ſime deſideret, tum exceptionem operetur: vtramque ad duplicem effectum,
ſi petatur, coniungi poſſe ſequitur: præſertim & ad minimum, ſi eadem de
re agatur: quin etiam ſi de diuerſa ſiue criminaliter agatur, ſiue ciuiliter:
Panorm. *d. cap. cum dilectus, num.* 2. *& ſeq.* Boſſ. *pract. crim. tit. de plurib. viol.*
81 *num.* 26. Niſi forte ſuper † rebus æque vel magis priuilegiatis fiat conuen-
tio: vt depoſito, rebus Eccleſiaſticis, vel matrimonio: Panorm. *dict. cap. cum
dilect. num.* 22 Zinger. *de Except.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. *& ſeq. & eſt text. cap.* 1. *in fin.
de reſt. ſpol num.* 6.

82 An vero contra tertium, qui non ſpoliauit, exceptio † detur, quæſtio-
nis eſt, & duplex quidem membrum habentis: vel enim tertius intelligitur
ille, qui rem ſpoliatam quidem poſſidet, ſed ipſe non ſpoliauit: iuxta text. *in
c. ſæpe, de reſt. ſpol. l. cum à te* 7. *ff. de vi arm.* vel qui nec ſpoliauit nec poſſidet: Ac
ne in primo quidem caſu in ciuilibus, exceptio ſpoliationis, contra tertium
admittitur indiſtincte, ſicuti nec in criminalibus: niſi de tota ſubſtantia vel
maiori parte agatur, & niſi intra 15. dies vel terminum à iudice præfinitum ex-
ceptio probetur: *ita text. d. c.* 1. *Vbi Can.* Qui text. de tertio intelligendus eſt,
ex titulo ſing. & bonæ fidei poſſeſſore. Si enim in vitium ſuccedat, vel malæ
83 fidei, ſit poſſeſſor, etiam exceptione † tenebitur: *per c. redintegrand.* 3. *q.* 1. *& c.*

ſæpe

ſepe de reſt. ſpol. l. 1. in fin. & l. ſeq. l. 9 ff. de vi & vi armat. &c. ita cum parens tuus, me ſpoliaſſet, & illo breui poſt mortuo, tu actione me præuenire conareris, exceptionem ſpolij vtiliter opponebam: *per ead.* alias vbi ipſum Interdictum non competit, vel reſtitutio ſpolij, ibi nec exceptio: late Panor. *d. c. cum dilect. n. 12. & 57.* vbi dicit exceptionem ſpolij non dari contra heredes, niſi ad eos aliquid peruenerit, vel dolo fecerint, quo minus perueniret, vel niſi lis fuiſſet conteſtata cum defuncto: *per vulg.*

Commentarivs XXV.

De Reconuentione, an & quatenus in poſſeſſorijs interdictorum cauſis locum habeat? ad l. 1. §. fin. ff. de extraord. cognit. l. ſi inter me & te 15. ff. de except. rei iud.

Svmmaria.

1 *Reconuentio concurſus an & quatenus in interdictis procedat varie diſputatur.*
2 *Vnde hic, quod alibi omiſſum nonnihil ſupplendum.*
3 *Reconuentio vti mutua rei conuenti actio in iure generaliſſime eſt fundata:*
4 *Vnde etiam à cauſis interdictorum non excludenda, niſi quatenus de exceptus liquide doceatur.*
5 *Reconuentionis regula eſt generalis, non modo reſpectu eiuſdem vel ſaltem cohærentis & connexi negotij: ſed plane etiam diuerſi.*
6 *Modo iudex in cauſa tam recon[uen]tionis quam conuentionis ſit competens.*
7 *Coram Rectoribus academiarum non quidem in criminalibus, ſed ciuilibus cauſis indiſtincte obtinet reconuentio.*
Dignitas actoris non obſtat reconuentioni.
8 *Academicus magiſtratus habet ordinariam iuriſdictionem ex iure publico.*
9 *Studioſis reconuentiones denegare iniquiſſimum eſſet.*
10 *Studiorum cauſa, vti legationis, publica eſt.*
11 *In poſſeſſoriis & momentaneis interdictorum cauſis Reconuentioni locum eſſe nonnulli pernegant: & n. 12.*
13 *Item in cauſis ſummariis, quales ſunt omnes poſſeſſoria.*
14 *Et iudiciis extraordinariis, vti officium iudicis imploratur.*
15 *In cauſis ſpolii reconuentionem non procedere aiunt nonnulli:*

16 Niſi

16 *Niſi reſpectu alterius ſpolij aque priuilegiati.*
17 *Poſſeſſorio recuperandæ agens non poteſt reconueniri, ne poſſeſſorio quidem adipiſ. vel retin. nedum actione petitoria: n.18.*
19 *Depoſitum reconuentionem non admittit.*
20 *Lit. pen. C. depoſiti eſt inſtar interdicti reſtitutorii.*
21 *In cauſis inſtrumenti guarentigii vel confeſſati, item rei iudicatæ & ſimilib. executiuis non admittitur reconuentio.*
22 *Vti nec in cauſis teſtamentorum.*
23 *Interdicta ob momentaneum ſui præiudicium celerrimæ ſunt executionis, neq; remoris vllis ſuſtinenda.*
24 *Qualibus in cauſis ſpernitur recouuentio*
25 *Item appellatio:*
Reconuentiones, propter d. cauſas, ex interdictorum vel mandatorum diſciplina, plane videntur eſſe proſcribendæ.
26 *Alii econtra Reconuentioni tam in poſſeſſoriis quam aliis & ordinariis & extraordinariis in cauſis locum eſſe defendunt.*
27 *In Vti poſſidetis interdicto locus eſt reconuentioni.*
28 *Non modo quoad recuperandæ interdict. ſed & retin. vel adipiſc. & n.29. 30.31.32.*
33 *Teſtamenti cauſa ſuſpendit cauſam ſucceſſionis ab inteſtato.*
34 *In cauſis ſpolii procedit reconuentio non tantum diuerſa; vt DD. volunt, ſed eiuſdem etiam rei reſpectu.*
35 *Quod quatuor caſibus demonſtratur, n.36.37.38.*
39 *Notorius & manifeſtus dominii defectus ſuſpendit agentem interdicto recuperandæ.*
40 ***Reconuentio vel interuentio tertii quomodo procedat in cauſa ſpolii? num. 41.***
42 *Spoliatus tertii conuentione non obſtante in dubio reſtituendus eſt:*
43 *Præſtita ad ſummum cautione.*
44 *Poſſeſſoriorum etiam inter ſe inuicem eſt & datur reconuentio:*
Poſſeſſorio retinendæ agens reconueniri poteſt interdicto adipiſcendæ vel recup. & contra.
45 *In ipſis etiam poſſeſſoriis & petitoriis locus eſſe poteſt reconuentioni, & quomodo n.46.47.48.49.*
50 *Ob reconuentionem petitorii necdum liquidi, non remoratur vel ſuſpenditur executio poſſeſſorii.*
51 *Concurrente cauſa poſſeſſorii & petitorii prius de poſſeſſorio vt magis liquido pronunciandum.*
52 *Super ſpolio conuentus an poteſt reconuenire interdicto retinendæ.*
53 *In ſpolio poſt internallum recuperato an procedat reconuentio?*

54 Sum-

Digitized by Google

54 *Summariis etiam in cauſis & celeritatem requirentibus locus eſſe poteſt reconuentioni:*

Si non quoad ſimultaneam expeditionem ſaltem quoad iudicij prorogationem.

55 *Idemque obtinet ratione depoſiti.*

56 *Doctores reconuentionem generalius vel negantes vel admittentes in cauſis priuilegiatis, ita ſunt intelligendi & conciliandi vt cauſarum inæqualium reconuentio non procedat quoad ſimultaneam determinationem vel proceſſum, ſecus quoad iudicij prorogationem: & n. 56.*

57 *In caſibus mutui depoſiti datur reconuentio ad ſimultaneum proceſſum:*

58 *Reconuenire vel & excipiendo agere, plus operatur quam exceptio ſimpliciter defenſiua.*

59 *In cauſis depoſiti & ſpolii tanquam æque priuilegiatis datur reconuentio.*

60 *Lex in depoſito nullas exceptiones admittens intelligitur de actionibus perſonalib. vel realib. necdum liquidis, & n. 61. 62.*

63 *Illiquidi ad liquidum nulla eſt compenſatio, nulla reconuentio:*

64 *Dummodo ne quis indebite priuilegio reconuentionis priuetur ſaltem quoad iudicii prorogationem: & n. 65.*

66 *In iudicii implorationibus an & qualiter procedat reconuentio? & num. 67.*

68 *Multa ſunt S, Imperialis Cameræ præiudicia quibus reconuentiones in cauſis etiam mandatorum vel interdictorum poſſeſſoriis admiſſa, cum ad ſimultaneum proceſſum, tum ad fori ſaltem prorogationem: veluti*

69 *In cauſis turbatæ poſſeſſionis, & mandatorum pœnalium & n. 72. 74.*

70 *In ſummariis petitionibus.*

71 *Relaxationis captiuorum quatenus reconuentionis articuli eſſent releuantes, irreleuantes enim illico reiiciendi iniuncta relaxatione:*

72 *In cauſis iuris compeſcendi & pignorationum:*

73 *In puncto ſupplicationis pro arctiori mandato, & n. 74.*

75 *In mandatis etiam ſuper conſtitutione pignorationis in puncto tam paritionis, quam cauſalium.*

76 *Item arreſtorum relaxandorum: & n. 77.*

78 *Item in exſecutiuis, & citationibus ad videndum ſe incidiſſe in pœnas mandati, vel priuilegiorum.*

79 *Item in cauſa attentatorum valde alias fauorabili & ſummaria.*

80 *In ſpolii & attentatorum cauſis locus eſt reconuentioni in curia etiam Romana.*

81 *Cum quadruplici proceſſu: ſed ita vel ſimul expediatur conuentionis & reconuentionis cauſa, vel illa de qua primo conſtat vel imploratum eſt.*

82 *Repetito, monitio de obſeruanda iudicii competentia:*

83 *Princeps imperij in Camera Imp. contra priuilegiatas principum inſtantias reconuenire nequit.*

84 *Altera monitio de non admittenda facile in cauſis interdictorum poſſeſſoriis, aliiſque ſummariis aut priuilegiatis, reconuentione irreleuante, captatoria vel altiorem indaginem requirente &c.*

85 *Vt interdictorum ſanctitas reducatur allaborandum eſt, etiam quoad reconuent.*

86 *Interdicta ipſo iure recepta, & certiſſimis finibus concluſa:*

87 *Celerrima & pratoria exſecutionis:*

88 *Exceptiones parciſſime admittentia, nedum Reconuentiones & n. 89.*

90 *Prator reconuentionum nullam ſub interdictis mentionem fecit:*

91 *Caſus omiſſus quatenus ſequatur diſpoſitionem iuris communis.*

92 *Reconuentio ſi magnum aliquem ſui vſum habuiſſet in cauſis Interdictorum, prator vtique monuiſſet.*

93 *Autoritas DD qui in cauſis momentanearum poſſeſſionum & ſimilibus Reconuentiones non admittunt.*

94 *L. 15 de except. rei iud. & l. 1. §. fin. de Extraord. cognit. quatenus reconuentionem admittant: & n. 95.*

96 *Iura can. in cauſis ſpolij &c. ſtrictiſſime admittunt reconuentiones,*

97 *Interdicta vagam atq; ſtreperam litis conteſtationem reſpuunt, nedum ergo mutuarum petitionum.*

98 *Simile ſimili gaudet ob ſimilem ſtatus & tractatus diſciplinam.*

99 *Praiudicia S. Imp. Camera declarantur, ex eo quod partes earumque aduocati ſtreperos & ordinarios proceſſus, in cauſis etiam interdictorum ſint vltro ſecuti.*

100 *Deinde diſtinguendum quoad mandata iudicialia inter punctum paritionis ſeu mandati & citationis ſeu cauſa principalis.*

101 *Vtroque in puncto, quoad reconuentiones recipiendas vel reijciendas rigor iuris in S. Imp. Camera obſeruatur:*

102 *Reconuentionib. in puncto mandati nullis admiſſis, niſi qua cum cauſa conuentionis de paritate & fauore iuris certent.*

103 *De reconuentionis foro ad ſolius rei fauorem minus haſitandum: ſimulq; curandum ne actori eiuſue magiſtratui inſolens fori praiudicium fiat:*

104 *Cauſa reconuentionis vterum matris necdum egreſſa vel abſtruſis receſſib. inuoluta non venit in concurſum nata iam & liquida actionis:*

Liquidi cum illiquido nulla eſt compenſatio vel reconuentio, & n. 105.

106 *Cognitionis vel exſecutionis ob difficultatem etiam reijcitur reconuentio.*

107 *Pratorijs vel aliis ſummariis in cauſis, non facile in concurſum, nedum vero ad remorandam exſecutionem conuentionis admittenda reconuentio niſi ipſi aliquod retentionis vel iuridici fauoris aqui boniq; aſtipuletur.*

108 *Recon-*

108 *Reconuentionum admiſſionē pendere ex arbitrio iudicis, iuxta quoſdam.*
109 *Reconuentiones plane reijciendas eſſe niſi talis ad cauſam conuentionis ſint habilitatis & natura vt pari paſſu ambulare & decidi valeant.*
110 *Reconuentionum vel nullus vel exiguus eſt vſus in Callia, Saxonia, Luſitania.*
111 *Inſtrumenta confeſſata reconuentionem non facile admittunt:*
112 *Quod in confeſſum nulla ſint partes iudicis niſi ad condemnandum.*
113 *Interdicta vel mandata de edendo & exhibitoria reconuentiones quatenus admittant? & n.114.*

QVartum concurſus † modum eſſe dixerunt reconuentionis: vbi quæ- 1
rendum, An & quatenus hæc in interdictis locum habeat? Et quamuis
reconuentionis doctrinā poſt alios mediocriter perſtrinxerim in tract. de con-
tin. cauſ. c. 6. & ſeq. Tamen quia ibid. non omnia, & præſertim quidē ad hanc
Interdictorum doctrinam pertinentia, † ſatis plene expediui; quemadmodū 2
nec apud alios in integris etiam & ſingularibus de Reconuentione tractatib.
ea recte conſtant: icirco partes iſtas pro ratione præſentis materiæ hic ſup-
plebimus. Et cum Reconuentio, quæ eſt mutua rei conuenti actio vel petitio,
aduerſus actorem, ſub eodem iudice inſtituta, generaliſſime ſit in iure tradita,
citraque vllam † differentiam, & indiſtincte paſſim recepta, vt *in l. ſi idem cum* 3
eodem §. 1. ff. de iuris. om. iudic. l. 2. §. 3 & ſeqq. l. Qui non cogitur 22. ff. de iudic. & l. 2.
§. item ſi extra prouinciam 5. in med. eod. l. cum Papinianus 14. C. de ſent. & interloc.
& ibi Auth. Et conſequenter: ex d. Nouel. de executorib. 96 c. 2. l. conſtitutio 5 in fin.
princ. C. de fructib. & lit expenſ. l. 1. C. Rerum amoe. text. eleg. l. 3 §. fin ff. Mand. l. 34.
ff. De proc. l. 15. ff. de Excep. rei iud. l. 1. §. fin. ff. de extraord. cognit. c. cū dilectus. de arbit.
c. cum dilectus §. nos autem de ord. cognit. tot. tit. de mut. petit. c. diſpendia §. reus quoq;
de reſcript. in 6. c. cuius in agendo 3. q. 8. Ordin. Cam. *part. 3. tit. 30.* Ideo † etiam 4
in cauſis interdictorum eam admitti, conſequitur: *per l. 1. de leg. præſt. l. item apud*
Labeonem ff. de iniur. l. ſi ſeruitus 23 ff. de ſeruit. vrban. præd. cum ſimilibus. Et ita ex
d. generalibus, quatenus de cauſis liquide exceptis non doceatur, generalem
Reconuentionis regulam aſſumunt. Socin. *c. ex literis n. 44 & c. ſeq. De mut. pet.*
Mirant. *diſt. 6. part. 4. n 35. in fin.* Pet. Molignat. *de Recon. q. 37.* Menoch. *de arbit.*
caſ. 184. n. 1. Idque non modo reſpectu eiuſdem † vel ſaltem cohærentis & 5
continentis negotij, in quo alij præcipuam Reconuentioni laudem tribuunt:
ſed etiam plane diuerſi, vt depoſiti, commodati, mutui, venditi vel cuiuſcun-
que alterius non modo ciuilis, ſed & criminalis: gloſ. Caſt. & alij in *d. Auth.*
Et conſequent. gloſ. & Bald. *in d. l. Cum Papin. n. 11.* Molignat. *de Reconu. q. 73. & 77.*
Et dixi *in tract. de contin. cauſ. cap. 7.* modo tamen † iudex tam in cauſis 6
Reconuentionis quam conuentionis ſit competens, *per ea quæ dixi ibid. c. 6.*
diſt. 17. Pet. Molignat. *d. tract. q. 58. & 69.* Vnde cum Rectores Academiarū in

cauſis mere criminalibus, potiſſimum vero ſanguinis pœnam, vel corporis af-
flictiuam irrogantibus, iuriſdictionem regulariter non habeant: Bald. Angel.
Caſtrenſ. Cuiac. Sichard. Paci. & alij, *in aurea & vulg. Auth. Habita, late & do-*
cte Pet. Heigi. 2. *quæſt.* 11. *num.* 7. *& ſeq. ac paſſim alii*: hinc reſpectu earundem
7 cauſarum & reconuentio ceſſabit: *per eadem* quæ † alias tam ſtudioſis in ſuo,
quam alijs in alio foro omni iure competit, neque vllatenus deneganda eſt:
per ea quæ de contin. Cauſ. d. c. 6 num 7. Cum & dignitate aliqua præcellens, re-
conueniri poſſit in foro, cuius, vel iuſtitiæ conuenit: *per* prædicta.
8 Et per rationes † manifeſtiſſimas: Quod Academicus magiſtratus ſit
ordinarius, forumque quoad membra ſua habeat competens ex iure publi-
9 co: Item quod iniquiſſimum † eſſet ſtudioſum in foro alieno reconueniri
poſſe, in ſuo vero alium reconueniri non debere: *per l.* 4. *ff. Mandat. & ea quæ*
ſup. & per tot. Quod quiſque iur. Et per conſequentiam ab identitate, quin imo
10 potioritate rationis ductam, Quod ſtudioſorum † cauſa, non minus, quam
legationis, ſit publica, publicum intereſſe continens: *d. auth.* Habita. *& per*
l. ſi longius 18. §. 1. *ff. de iudic.* & recte hanc ſententiam tenuerunt, Panormit.
& Socin. *cap.* 1. *de mut. petit.* licet Cyn. & Salicet, & ſi qui ſunt alij, contrarium
velint, ibid. quorum rationes, per eas quas recenſui facile refutantur. At
11 vero, licet † regulam permiſſæ Reconuentionis generaliorem faciant DD.
Eam tamen, in caſibus interdictorum proprijs, non ſecus, ac ſi illi ſingulariter
in iure eſſent excepti, admodum nonnulli reſtringunt: Eoque nomine, in
cauſis momentaneæ poſſeſſionis, Reconuentioni locum eſſe negat, gloſſ. *in*
12 *cap. cum dilectus, de arbit. & in cap. fin. de ord. cognit.* Vnde, quod † momen-
tanea poſſeſſio omnium interdictorum tam adipiſcendæ quam retinendæ &
recuperandæ propria ſit, Cuiac. in paratit. C. Si de momen. poſſ. & per ea quæ
dixi ſup. homilia ſing. in nullo interdicto locus foret Reconuentioni. Et ita
etiam concludit nouiſſime D. Anton Faber, *C. rer. iud. lib.* 7. *tit. de acq. poſ.* 7.
def. 26. *per l. vn. C. ſi de mom. poſſeſ.* indeque definiens quod in condictione
ex l. fin. C. de acq. poſſeſ. non poſſit actor reconueniri.
13 Quemadmodum & ex cauſis ſummarijs, † quales omnes poſſeſſorias
eſſe aiunt, eandem eliminant, præſertim ſi alterutra ſit plenaria vel ordinaria:
Spec. *de Recon* §. *nunc dicamus n.* 11. Innoc. & Hoſtienſ. *in c.* 1. *de mut. petit.* Bald.
l. 1. *C vbi de cauſ. ſtat.* Apoſtil. ad Panor. *d. c.* 1. & Marian. Socin. *cap. ex literis n.*
53. *eod.* Treutacinq. & ibi DD. 2. var. reſolut. tit. de mut. petit. n. 13. Honded.
1. conſ. 21. n. 26. Carpan. ad ſtat. Medio. 1. c. 44. n. 109. Quo pertinet, Quod
14 de iudicijs, etiam † extraordinarijs, ad quæ interdicta quoque referuntur, &
alijs, vbi iudicis officium imploratur, idem ſtatuunt: gloſ. *in l. ſed ſi reſtituatur*
ff. de iud. quam pro ſingulari, tradit Rom. *in l. Nequicquam* §. *vbi decretum ff. de offic.*
15 *Proconſ.* Sicuti etiam in cauſis † ſpolij reconuentioni locum non eſſe autumant:
per l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. Iul. de vi pub. vel priu. cap. cum dilectus, de ord. cog.

Et

Et per rationem, quod ſpoliatus ante reſtitutionem nemini reſpondere te-
neatur; per vulg. Barth. *d. Auth. & conſequenter nu. 9. &c.* Bertachin. in *Reper-
tor. verb. Recon. num.* 10. Et quamuis alii Reconuentionem, in cauſis ſpolii,
admittunt, id tamen † cautiſſime faciunt, reſpectu alterius ſpolii, æque vi- 16
delicet priuilegiati; idque non in eadem, ſed diuerſa re: Barth. Bald. & Salicet.
d. l. ſi quis ad ſe fundum, Specul. *d. §. nunc dicamus num.* 3. Panorm. *c. 1. num. 25. de
mut. pet.* Innocent. *c. fin. eod.* Marant. *d. diſt. 6 num.* 41. & paſſim alii: Item late &
cum multis diſtinctionibus poſt alios Trentacinq. num. 20. & ſequentib. Car-
pan. d. loc. num. 117. Honded. d. conſ. 21. num. 29. dicens in iudicio poſſeſſo-
rio reconuentionem non admitti: ex Crauet. conſ. 826. num. 4. & Socin. d. c.
1. num. 63. niſi forte alio poſſeſſorio actor reconueniretur æque priuilegiato:
ibid. ex Panorm. d. c. 1. num. 16. omnes, *per text. quem aiunt ſing. & expreſſum in c.
ſuper ſpoliatione. fin. De ord. cog.* cuius † cap. ea eſt ſententia & ſumma; Quod, 17
agens poſſeſſorio recuperandæ, non poſſit reconueniri, neque ante reſtitutio-
nem reſpondere teneatur, niſi ſuper quæſtione ſimilis alicuius ſpolii. Quem-
admodum etiam per Exceptionem ſpolii ab agendo repellatur: Adeo † vt 18
non tantum reſpectu rei vindicationis, aut alterius alicuius petitorii hic ſub-
moueatur reconuentio, ſed etiam reſpectu alterius alicuius poſſeſſorii, ſeu
adipiſcendæ, ſeu retinendæ; Marant. Speculat. & alii, *vt ſup.* Menoch. *recup.
poſſ. rem. 1 quæſt.* 34. Petr. Molignat. *de Reconu. quæſt. 66. à principio vſque ad med.*
Quo † iidem, pro quæſtionis negatiua facit, quod Reconuentionem locum 19
quoque non habere aſſerant in cauſa depoſiti (quod in vim † interdicti, *ex l.* 20
pen. C. depoſ. c. bona fides eod repeti poſſe, alibi diximus) Spec. *d. §. vnde dicamus,
num. 6.* Barth. & alii, *d. auth & conſequenter*, Marian. Socin. *c. ex literis, num. 61.
de mut. pet.* Menoch. *de arbitr. conſ.* 184. *in fin.* Neque in cauſis † inſtrumenti 21
quod aiunt guarentigiati, aut confeſſionati: Bald. Socin. Anchoran. vt apud
Honded. *d. conſ. 21. num.* 28. Carpan. *d. c. 44. num.* 117. &c. aut rei iudicatæ, & ſi-
milibus Executiuis; Bald. *d. Auth. & conſequenter num.* 19. & *in l. tale pactum* 40.
(*per text. ibid. in princ & §. 1. & duob. ſeq. per tot.*) *ff. de pact* Spec. *d. §. nunc dicam. nu.*
5. Cyn. *l. 1. C. de confeſſ* Barth. *l. non fatetur l. certum, ff. eod.* Marant. *d. diſt. 6 nu.* 40.
Burſat. *conſ. 106. nu.* 4. Molignat. *d. tr. quæſt.* 41. Socin. *ſen. 1. conſ. 41. col. 3. ad fin.*
Decian. *conſ. 682. num.* 4. Menoch. *adipiſc. poſſ. rem. 3. q.* 73. vbi † exemplo inſtru- 22
menti guarentigiati, etiam in cauſis teſtamentorum, vtpote paratam Execu-
tionem, aut ſaltem immiſſionem habentium, Reconuentioni locum eſſe ne-
gat; poſt Salicet. *d auth. Et conſeq. in fin.* Socin. Sen. *2. conſ. 167. col. fin.* Zachard.
ad l. fin. num. 160. C. de Edict. diui Adria. toll. vbi ad ſtabiliendam d. negatiuæ ge-
neralitatem † magnopere facit: Quod omnia fere interdicta, non modo mo- 23
mentaneum ſaltem præiudicium pariant, ſed & celeritatem requirant, nec
moræ periculum admittant; quibus † caſibus ſpernitur Reconuentio in iu- 24
diciis, Bald. *c. 1. de controu. ap. pares termin.* Menoch. *d. loc. & caſ. 184. num. 3. poſt*

Butri.in c.1.vbi Socin.ſen.in 5.fallent.De mut.petit. Panormit. *c.Ex literis,num.35. eod.* Omnes per rationem valde prægnantem, quod,in poſſeſſoriis etiam ordinarium alias † appellationis remedium excludatur: *l.ab Executione l.quiſquis, C.Quor.ap.non recip.l.fin.ff.de appell.recip.* Quorum omnium conſideratione rectiſſime eos exiſtimare videri poteſt, qui Reconuentiones ex cauſis mandatorum plane proſcribunt,vt nuper Chriſt.Suan. in ſuo proceſſ.Cam.1.c.67. in fin.

25

26 Sed hiſce non † obſtantibus,alii in alia recedentes,affirmatiuam tenent: Reconuentionem ſcilicet pro iurium & legum,de eadem loquentium generalitate,etiam in cauſis tam interdictorum poſſeſſoriis, quam aliis extraordinariis,locum habere: *per text.d.l.fin.§.fin.ff. De Extra.cognit.d.l.1.C. Rer.am.* Dictas enim gloſſ.in momentaneis poſſeſſionibus Reconuentionem generalius reiicientes falſas eſſe, inde conuincitur, quod in Vti poſſideris † interdicto, ex omnium DD.ſententia locus ſit Reconuentioni: neque hoc ſolum, quoad remedium Recuperandæ, vel interdictum Vnde vi: quaſi hoc ſolum per † Exceptionem Reconuentionis obiici queat agenti interdicto retinendæ; per ea quæ Menoch. *retin.poſſ.rem.3 q.84.ex c,veniens depræſcript.ibi Panorm.n 3.& 24.d.c cum dilectus:de ord cog.* Beat.Fachin.*in repert.verb. Reconu.nu. 41.*Molig.*q.74.*Trentacinq.2.*variar.reſolution. de mutuis petit n.2.25.* ſed etiam † quoad idem retinendæ,vel adipiſcendæ interdictum: Siquidem enim,alter contra alterum poſſeſſioni inſiſtendo, turbando agat; hic duplicis iudicii ratione,non modo is,qui ad iudicium prouocat,ſed & reus agere cenſetur,ad retinendi & conſequendi effectum: *per l fin.ff.Vti poſſid.* præſertim quod damna etiam ac intereſſe in cauſam huius interdicti veniant.

27

28

29

30 Ita ſi Titius,quod † in ſuo illegitime venari, vel arare aut lignari inſiſtas,te non modo ex retinendæ interdicto,in ius vocet,ſed plagas etiam venatorias,canes aut equum detineat,donec ea redimas vel luas, mit Pfandtgeldt/ ſepem præterea,vel quid ſimile ponat,aut ducat,quo te in tua poſſeſſione impediat vel moleſtet; quin,eo nomine,tam reconueniendo, quam defendendo excipere queas, dubium non eſt.

Et ſicuti Adipiſcendæ interdicti Reconuentio,cum vtilis,tum neceſſaria
31 † eſt,ſi tu,in poſſeſſione,quæ mihi iure hereditario,vel quo alio obuenit, manuteneri,quod aiunt,vel defendi te petas ex vti poſſidetis: Ita non minus &
32 vtilis ac neceſſaria † eſſe poteſt in eodem adipiſcendæ conflictu: Ecce enim, fratre meo defuncto, tuus ex ſorore nepos, ex prætenſo teſtamento, Ego ab inteſtato,hereditatem cum occupare tum habere inuicem molimur: Ego ex *quorum bonorum* interdicto actionem inſtituo: tu *ex l.fin.C.de Edict.diui Adria.*
33 *& aliis iuribus vulgatis*,quibus † teſtamenti cauſa,ſucceſſionem ſuſpendit inteſtati,cum Exceptionem tum Reconuentionem rectiſſime adornas: & hinc tam ad recuperandum vel redintegrandum, ſi quæ ablata, vel occupata ſint, quam adipiſcendum. Eadem-

Eademque ratione in ipſa ſpolii cauſa, non tam arcta eſt reconuentio-
nis † ratio, vti DD. ingerunt. Neque enim illa ſaltem obtinet aut procedit, re- 34
ſpectu diuerſæ rei, aut ſpolii, DD. *vt ſup.* Gabriel. *de reſt. ſpol concluſ.* 1. *num.* 154. *&*
concluſ. 2. *n.* 3. Valaſc. *deciſ. Luſi* 88, *n.* 3. Lancellot. *de attent.* 3. *c.* 24. *q.* 14. *n.* 13. *ex d.*
c. fin. ſed etiam reſpectu eiuſdem rei; idque in quatuor caſibus, primo, † ſi ſpo- 35
lium in actionem deductum, factum ſit incontinenti poſt primum, ab ipſo a-
ctore inſtitutum: Hic enim, in mutua deiectione & recuperatione, quæ fiat
incontinenti, interdictum Vnde vi ſuſpenditur; per *l.* 3. *§. eum, l. qui poſſeſſionem,*
ff. de vi, & vi armat. Angel. Marant. Crauet. & alii, vt ap. Menoch. *recup. rem.* 1. *d.*
q. 34. quod non † obtinet, ſi poſterior deiectio vel ſpoliatio, facta ſit ex inter- 36
uallo, vel & lite iam pendente; *per ea, quæ* Menoch. *ibid.* Secundo, ſi poſterius
prætenſum † ſpolium ſit factum, per viam potius retinendæ aut retentionis: 37
vtpote ſi in loco controuerſo quidem, ſed à me tamen poſſeſſo, pro ratione &
tuitione poſſeſſionis meæ, plagas Venatorias, aut ſimile quid, non tam ſpoli-
ando, quam pignorando detineam. Pignorationibus enim & ſimilibus facti
contradictionibus, proteſtationibus poſſeſſiones ſuas tueri licet & defendere:
per vulgat. Tertio ſi Reconuentio fiat eo † caſu, quantumuis dominii vel 38
petitorii reſpectu, quo, & nuda Exceptio, ratione notorietatis, vel paratiſſimæ
probationis, reſtitutionem ſuſtineret, reumque tueretur. Sic enim notorius &
† manifeſtius dominii defectus ſuſpendit agentem interdicto recuperandæ: 39
Menoch. *recup. rem.* 1. *q.* 21. vel adipiſcendæ: Menoch. *ad d. remed. ex l. fin. C. de E-*
dict. Diui Adria. q. 88. *& Quor. bon. q.* 32. vel retinēdæ: *rem.* 3. *q.* 79. Quarto ſi fiat
Reconuentio, vel potius interuentio, à quodam tertio, qui non ſit ipſe ſpolia- 40
tor: Hic enim intercedere poteſt, illique actor etiam ante reſtitutionem re-
ſpondere tenetur: Panor. *c. in literis: de reſt. ſpol. & d. c. fin.* 2. *not.* Felin. *c. cum ſu-*
per col. pen. De re iud. Alex. *l. naturaliter, §. nihil Com. in* 16. *ſol.* Et hoc † indiſtincte, 41
ſiue tertius ille agat poſſeſſorio, vel petitorio; Molignat. *de Reconu. d. q.* 66. *ſub fi.*
Quod cum mica ſalis intelligendũ eſt; vt, quantumuis reſpondere ſpoliatus † 42
teneatur tertio, per id tamen, omnis reſtitutio plane non retardetur, ſi videli-
cet interueniens liquidas probationes non habeat; DD. vt apud Trentacinq.
2. *De iudic. reſolut.* 16. *de Tertio interuen.* Vbi in euentum ſub cautionibus fieri ſo- 43
let reſtitutio: *per ea, quæ late diximus ſub tit. De cautionibus interdictoriis.* At, cum
mutua illa poſſeſſoriorum petitio etiam in re eadem competat, multo magis
& frequentius in rebus diuerſis locum habebit: Veluti, ſi te † vti poſſidetis a- 44
gentem reſpectu fundi Campani, ego adipiſcendæ vel recuperādæ interdicto
reconueniam reſpectu prædii Mutiani. Vbi mutua ipſorum poſſeſſoriorum
velitatio, ob ſimilis & concurrentis priuilegii vel fauoris rationem, vel quod
ambæ cauſæ ſint ſummariæ & extraordinariæ, optime procedit: *per l. ſi duo, ff.*
Vti poſſid. c. licet cauſam: De probat. c. ſuper ſpoliatione: vbi Panor. *De ordin. cognit.*
& d. c. veniens: De præſcript. Honded. *d. loc. &c.*

Quin

45 Quin in ipſis etiam poſſeſſoriis & petitoriis reconuentioni † inuicem
locus eſt: Vt, ſi actor agat petitorio, reconuentio fieri poteſt de poſſeſſorio,
& contra: non modo, ſuper re diuerſa, ſed etiam eadem; *per l cum dilectus: De ord. cog.* Barth. *l. naturaliter*, §. *Nihil commune in 5. combinat. ff. De acq. poſſ.* Pa-
norm. *d. cap fin. de ord. cog. & in c. Ex conqueſtione, de reſt. ſpol.* Guid. Pap. *conſ.* 138.
Petr. Molignat. *de Recon. q.* 67. Trentacinq. *d loc. num.* 26. ſi videlicet ea rei eiuſ-
46 dem ſit ratio, vt actionum † cumulatio aut concurſus, in ea admittatur: Vt ſi
rei vindicatione agas, vel petitione hereditatis, contra me, pro fundo, quem
poſſideo, facta inſuper vel turbatione vel ſpoliatione aliqua: Ego è contra,
cum excipere, tum reconuenire poſſum, ad id, vt quietam mihi poſſeſſionem
linquas, & ablata reſtituas donec in iure aliter obtinueris.

47 In rebus autem † diuerſis clarior eſt ratio: Veluti, ſi de prædio me con-
uenias, ex empto, vel petitione hereditatis, &c. Et ego te reconueniam, per in-
terdictum, aut viam mandati, ex inſtrumento aliquo debiti liquidiſſimi, vel ex
48 teſtamento de quingentis. Vel contra: vtpote, ſi quorum † bonorum in-
terdicto agentem, reconuentione excipiam, ex rei vindicatione, vel qua alia
49 ordinaria actione, Quod in ipſo etiam Vnde vi, vel recuperandæ † aut ſpolii
interdicto, de iure admittitur: *per iura ſuperius allegata generaliſſ. & per d. c. cum dilectus.* Neque obſtat, *d. c. fin. de ord. cognit.* ex quo DD. *vt ſupra*, & Molignat.
d. tract. q. 70. poſt Specul. *d.* §. *nunc dicamus, num.* 4. concludunt, non admitti re-
conuentionem, etiamſi ratione ſpolii agatur, non tantum ad reſtitutionem
50 rei, ſed etiam fructuum, damni, & intereſſe: Quia † *d. cap. fin*, in cauſa ſpolii,
eatenus ſaltem excludit reconuentionem, ne extra caſum concurrentis ſimi-
lis ſpolii æque priuilegiati, retardetur digna & legitima reſtitutio: præſertim,
51 ſi cauſa reconuentionis necdum ſatis ſit liquida: Cum & † alias ſit regulare,
Quod concurrente cauſa poſſeſſorii ac petitorii, præſertim ſuper eadem re,
prius ſit terminanda cauſa poſſeſſorii, *l. incerti, C. de interdict. l. ordinarii, Cod. De rei vindic. & per alia quæ ſuis locis dicta ſunt.*

Quemadmodum & illo caſu loqui videtur, *d. c. fin.* quo ſuper ſpolio, aut
recuperandæ conuentus, ex Vti poſſidetis interdicto reconuenire, ſuamque
52 iniuſtam † poſſeſſionem tueri volebat, quod non licebat, cum *vi*, clam, vel
precario, ab actore poſſideret: per *l. 1. in pr. ff. Vti poſſid.* Panorm. *in c. veniens de*
53 *præſcript.* Molig. *d. q.* 67. *poſt med.* quo & ipſo tamen † caſu, ſicut etiam in ſpolio,
poſt interuallum recuperato reconuentionem admittendam eſſe dici poſſet,
ſi non ad remorandam celerrimam reſtitutionem, *per ead.* ſaltem ad fundan-
54 dum iudicium, mutuæque petitionis cognitionem. Quod in cauſis † quo-
que ſummariis celeritatem requirentibus obtinet: vt in iis etiam reconuentio
admittatur, quoad prorogandum iudicium, non tamen vt eadem ſententia
terminentur; quando vna cauſa eſt ordinaria, & alia ſummaria moræ impa-
tiens; Bald. *in l. ſed & hæ*, §. *non ſolum, ff. de proc.* Panorm. *d. cap.* 1. *num.* 17. *de mut.*

pet.

Digitized by Google

pet. Molig. *de recon.quaſt.*38.*ſub fin.* Erita tandem quoque concludunt nouiſ-
ſime Honded.Carpan.Trentacinq.*d.locis*,poſt alios ibid.allegatos DD. Idem-
que † ſimiliter in cauſa depoſiti, admodum alias priuilegiati, ita obtinet, vt 55
ſcilicet reconuentio celerrimam reſtitutionem non remoretur, iudicium ta-
men fundet: per *l.pen.poſt med.ibi: & poſtea legitima actiones integra reſeruentur,*
C.depoſ.l.fin. §.1. *in fin.C. de compenſ.* & ita intelligendi † ſunt DD.ſiue genera- 56
liter negent in depoſito reconuentionem admitti, DD. *vt ſup.* ſiue generalius
affirment; vt Bald.*d.l.pen.* Matheſil. *in d. Auth.* tenens contra Barth.Sebaſt.
Medic. *de compenſ. 2. quaſt.16. num.23.* & hanc ſententiam ac conciliationem
tenuit quoq; Marant. *diſt.7.n.30.* & nouiſſime Vin. Caroc. *in tract.depoſ.q.53.*
Marian.Socin.*d.c.ex literis num.59.De mut.petit.* Molignat. *de Reconu.q.42.&*
ſeq. Quinimo in † caſibus mutui depoſiti, & mutua petitio admittetur, eo, 57
vt vtraque cauſa ſimul expediatur; non attento, quod *d.l.pen.*neque compen-
ſationem vel exceptionem admittat, quo minus ſine vllo obſtaculo celerri-
me reſtituatur depoſitum,ei,qui primus petit. Quia plus & efficacius eatenus
quidem eſt reconuenire, vel † & excipiendo agere, quam ſimpliciter defen- 58
dendo vel recuſando excipere: per ea quæ commentario præcedente de Ex-
cept.ſpolii dicta ſunt, quomodo & Reconuentio ſiue agendo, ſiue excipien-
do proponatur, hoc caſu æque priuilegiata eſt, ac ipſa conuentio. Vti & caſi-
bus depoſiti † ac ſpolii concurrentibus, mutuæ actiones propter idem priui-
legium locum habebunt: per *l.prius de poſſeſſione 1.Cod.de appell.l.ſi quis ad ſe fun-* 59
dum, C.Ad L.Iul.de vi pub.vel priu.l.licet 5.C.de Except. Tum *d.l.pen.* nullas con-
tra depoſiti reſtitutionem exceptiones † admittentem de iis ſaltem exceptio- 60
nibus loqui apparet, quæ necdum notoriæ & liquidæ, ſed perſonalibus vel rea-
libus actionib. adhuc proponendæ & proſequendę ſunt. Alias n. & hic † notorii
& liquidi debiti cauſa, omni iure eſt fauorabilis, quæ non ſecus ac mutui depo- 61
ſiti cauſa, tam hinc quam illinc, & excipiendo, nedum reconueniendo celeri-
ter expedienda eſt: ibi: *ſed depoſita quidem res;* Quo † reſpectu actione depo 62
ſiti conuentus, ratione ſumptuum reconuenire poteſt: *l.actione 23.ff.depoſ.*
Alias vero ſicut liquidum cum † illiquido non compenſatur, ita nec per re- 63
conuentionem remorandum eſt; Qua ipſa ratione, etſi in cauſis liquidiſſimi
vel confeſſi debiti, reconuentio non admittenda eſt, eo vt certum per incer-
tum ſuſpendatur aut remoram accipiat: per *l.1.& tot.tit.ff.& C.De confeſſ.l.pen.*
C. de ſentent. Id tamen, eo neutiquam extendendum, vt reus omni † recon- 64
uentionis beneficio indebite priuetur; vt rectiſſime Marian. Socin. Molig. *vt*
ſup.& Bald.*in Auth.Et conſequenter: verſ. Quaro nunquid C.De ſentent.& interloc.*
l.Si quis in libertatem num.1.C. Quib.ad libertat.proclam.non licet. vbi eatenus ait,
quod poſita executione inſtrumenti confeſſionati non admittatur Recon-
uentio: Honded.*d.conſ.21.n.28.* Atq; ita quoque ſunt conciliandi omnes DD.
qui in ſummariis † & Executiuis cauſis Reconuentionem admitti negant: 65

Bbb quod

quod etiam monui *de contin.cauſ.cap.*7.& nouiſſime Trentacin q.*var.*2.*d.tit. de mutuis petit.à n.*15.*vſque ad* 29. Quo pertinet, quod in nuda ac mera officii iu-
66 dicis imploratione, eatenus reconuentionem non admittant, quatenus † illa extra veram litis vel iudicii inſtantiam mouetur: veluti ſi petatur, teſtamentũ aperiri, teſtes ad recognoſcendum vocari: Donationem inſinuari,&c. vel ſi mandatis de non offendendo,litigioſæ poſſeſſionis, militum auocatoriis, ſcãdali vel armorum inhibitoriis agatur,&c.alias enim,ſi loco actionis & litis imploretur officium iudicis,reconuentio vtiq; locum habebit:per ea quæ Specul. *d.*§.*nunc dicamus,n.*11.Iaffred.*deciſ.*243.Marant.*d.diſt.nu.*37.Suarez.*deciſ.* 241.
67 Panor.*c. Ex literis,n.*32.*De mut.pet.*Quin & † in extraiudicialibus illis locus erit Reconuentioni quoad cauſas ſimiles vel ſaltem cõpatibiles, vt ſi ad recognoſcendum cõſentus,de ſimili negotio, vel & de facta ſolutione & chirographi reſtitutione reconueniat: Qualiter & mutuus armorum atque ſcandali & offenſionũ metus,mutuis implorationibus locum faciet. Et ex iſtis omnibus liquere poteſt: An & quatenus in cauſis interdictorum vel mandatorũ admittatur reconuentio? Siquidem enim ea ad id non procedit, vt pro circumſtantiis & qualitate cauſæ pari paſſu cum ipſa mandati cauſa vel conuentione poſſit ambulare, & cõmode expediri: procedet tamen quoad fundandam iuriſdictionem & mutuæ petitionis cognitionem; ſi aliud quod priuilegium vel & reconuentionis abſurditas aut incompetẽtia,vel quid ſimile non obſtet: quo
68 † reſpectu ex quamplurimis Cameræ Imperialis præiudiciis firmari ac probari poteſt,quod pro iuris communis diſpoſitione in cauſis quoque mandatorum admiſſa ſit reconuentio; adeo vt reluctanti etiam actori, litis conteſtatio, & reſponſio deſuper ſit iniuncta; in aliquibus tamen, ob contrarias rationes,re-
69 iecta fuerit. Sic in cauſa † turbatæ poſſeſſionis, conſtituendi ſcultetũ vel Prætorem communitatis N.admiſſa eſt reconuentio; licet poſtmodum reus condemnaretur,actor abſolueretur: 19.*Iun an.*1514. Ita in cauſis trium mandatorum N.T.cont. Coſſ.& Senat. Ciuitatis M. iſt die Reconuention beſchehener Einrede vnuerhindert angenommen; reconuentio non obſtantibus exceptionibus admiſſa eſt, iniuncta deſuper litis conteſtatione, expenſarumque refuſione:*19. Aug.an.*1551.Quomodo & an.ſeq.15.Feb.Expenſæ,in cauſa primæ reconuentionis, 4. florenis taxatæ: prout in ſecunda recõuentione indulti per procuratorem tres menſes,pro prima dilatione præſcripti. Qualiter in cauſa quorundam Comitũ,turbatæ poſſeſſionis iuriſdictionis, præſertim arreſtãdi, pignorandi,exſequendi,homagium recipiendi,admiſſa reconuentio, licet tãdem,reus condemnaretur,actor abſolueretur: 23.*Octob.d.an.*51.E contra † in
70 cauſa mandati K. O. cont. Duces O.ob diuerſas cauſas reconuentio non recepta,14.*Ian.an.*52. Vti & in cauſa mandati V.contra Comitem ab V.7.Feb.an. 58.Et in petitionibus ſummariis,comitiſſæ K. contra Comites L. ita tamen, vt reconuentionalibus loco defenſionalium vti permitteretur,12.*Maii,an.*59. Et

cum

cum in cauſa pœnalis Mandati Coſſ. & Senat. Ciuitatis A & conſortū Q.E. & L. cont. Comitem D. eiuſque officiales, reorum reconuentio in cauſa etiam † relaxationis captiuorum ſumme alias fauorabili, non aliter quam impertinēs, Als ein dieſer Sachen vnnotwürfftig/reiecta fuerit, iniuncta denuo captiuorum relaxatione, & reſeruatis actionibus iudicio competenti proponendis, 8 *Ian. an.* 1533. *&c.* Hinc ſane apparet quod reconuentio, ſi releuans fuiſſet, etiam illo caſu admiſſa fuiſſet. Quo nomine in cauſa pœnalis mandati Comitum N.N. eorumq; tutorum cont. Principem electorem P. & conſortes, non modo condemnati rei, quod eis, actores in poſſeſſorio vel quaſi deß Weidgangs/iuris paſcendi in diſtrictu N. turbare non licuerit, ſed potius omnibus turbationibus abſtinere, pignoraq; ablata intra 4. ſeptimanas ſub pœna mādato inſerta, cum ſumptibus & damnis reſtituere teneantur: Sed & ecōtra in cauſa primæ & ſecundæ † reconuentionis inter eaſdem decretū, quod reorū ſubditi in T. & L. 72
reſpectiue, reſpectu ſuæ cōpaſtionis actores nullatenus turbarint, facta abſolutione, & actoribus eo itidē nomine in expenſas condēnatis, 28. *Iun. an.* 1540. Sic in cauſa Coſſ. iudicii & cōmunitatis N. cont. H. primi mandati, & in puncto † ſupplicationis pro arctiori mandato, in puncto reconuentionis, litis conte- 73
ſtatio, ſub euentuali eiuſdem acceptatione iniuncta, 28. *Martii an.* 1555. Ceterū in cauſa turbatæ poſſeſſionis ciuitatis H. cont. I. G. notabilis eſt ſententia reſpectu trium reconuentionum, à quarum † duabus actores abſoluti, in ter- 74
tia vero vlterius condemnati rei, quod non licuerit actores cōtra ordinationes ſuas turbare, & proinde ab omni moleſtatione abſtinere, eoq; nomine cauere teneantur compenſatis expenſis: 29. *Octob. an.* 71. Ita licet in cauſa dn. à W. contra Comites in V. ſecundi mandati der Pfandung / † in pō. etiam citatio- 75
nis aut cauſaliū reconuentio anno 82. illata, reiecta eſt 31. *Mart. an.* 85. quod ſcil. impertinens eſſet: Tamen in cauſa K. X. ab V. cont. Comitem in K. mandati, der Pfandung/iniunctum fuit actori, tam ad reconuentionem, quam receſsū, agenda peragere: 7. *Sept an.* 76. Vti & in cauſa B. S. cont. T. mandati de relaxā- dis arreſtis, † recōuentionales articuli, für gewandter Einredt vnuerhindert/ex- 76
ceptionibus non attentis, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorū, ad probandū admiſſi, iniunctis ſimul vlterioribus reſponſionibus: 17. *Aug. an.* 74. Quomodo etiam notabile eſt præiudicium in † cauſa mandati de relaxan- 77
do arreſto G. à T. cont. Q. Comitem in V. vbi in cauſa conuentionis declaratio quidem pœnæ ſuſpenſa, & paritio intra tres menſes præciſe facienda iniuncta; Sed & in cauſa reconuentionis viciſſim quoque reconuenti condemnati ſunt ad reſtituendum reconuenientibus Oues, earumue, ſi non amplius ſupereſſent, pretium, cum omnibus fructibus perceptis aut percipiendis, compenſatis expenſis: 7. *Martii an.* 1587.

Sic licet in † exſecutiuis vti & citationibus ad videndum ſe incidiſſe 78
in pœnas mandati vel priuilegiorum reconuentiones plærumque & ſæpius

reiiciantur: tamen ſi pertinentes & compatibiles eſſent, ſæpè etiam admiſſæ: veluti in cauſa executionis X. cont. D. Reconuentionales articuli non obſtantibus exceptionibus ad probandum admiſſi 14. *Decemb. an.* 1569. *&c.* Quia
79 & in attentatorū † cauſa, alias valde ſummaria & fauorabili, articuli reconuentionales, non attentis exceptionibus admiſſi, iniuncta reſponſione 13. *Septemb. an.* 1510. Et ita abſolutio à reconuentione attentatorum adhuc denegata eſt, 19. *Iun. an.* 1514.

80 Vt ſic appareat tam in attentatorum, † quam ſpolii aut turbationum cauſis reconuentioni certis modis, locum eſſe in curia etiam Romana: Lancellot. *de Attentat. c.* 24. *quæſt.* 14. *nu.* 15. *& ſequentib.* Vbi licet quadruplicem DD. opinionem recenſet, quoad proceſſum: vel quod prius pronunciari debeat ſuper attentatis primo reuocare petitis: iuxta Phil. Deci. *conſ.* 200. vel quod vltimum vti ſpolium ita & attentatum ſit omnium primo reuocandum: vel quod propter concurrentem facti & iuris compenſationem ſuper neutro
81 ſit pronunciandum: vel quod ſuper vtroque procedatur: ita & primo reuocationem obtineat, qui prius probat: Tamen communis in reconuentionibus procedendi ratio & hic ſuggerit, tertiam & quartam ſententiam regulariter eſſe ſequendam. Porro, quod de fori & cauſæ competentia, in fundandis reconuentionibus obſeruanda, cum in tract. de continent. cauſar. tum ſupra
82 monuimus, & hic † denuo monendum eſt: Siquidem enim principem forte imperii, in cauſis ad priuilegiatam auſtregarum inſtantiam pertinentibus reconuenire in Camera velis, ex conſtitutione pignorationis, vel arreſtorum, vel interdicto Quor. bon. vel ex confeſſata debiti cauſa, &c. agentem, non an-
83 dieris: ſed reconuentio † ad auſtregas forumue ordinarium remittetur; quod præiudicia docent; per *l. Eſt receptum* 14. vbi gloſſ. & DD. *ff. de iuriſd. omn. iudic. & per text. part.* 2. *ordin. tit.* 23. Pet. Denaiſ. inr. cam. tit. Mandata ſine clauſ. n. 3. in fin. Marant. diſt. 6. n. 24. vbi diſtinguit inter priuilegium perſonæ & cauſæ: & ſequitur Trentacinq. d. loc. n 60. quod quatenus procedat, arguit *d. l. Eſt reſcriptum, vbi DD.*

84 Secundo † monendum ducimus, quod caute & ſtudioſe paulo ante *n.* 64. diximus, reconuentionem, ſi non quoad ſimultaneum proceſſum, ſaltem quoad iudicii prorogationem admittendam eatenus, ne quis indebite, iſto fori priuilegio quatenus iure com. fundatum eſt, priuetur. Sed enim, cum hic in illuſtranda & reducenda prætoria regiaque interdictorum diſciplina,
85 quam nullibi gentium abrogatam, ſed omnibus potius modis colendam † eſſe ſupra oſtenſum eſt, laboremus: ita vt non tantum aliorum, ſed & mea ſententia candide recenſenda ſit: in ea fere totus reſideo vt reconuentiones parciſſime, & niſi in caſibus æque priuilegiatis eundemque iuris fauorem præ ſe ferentibus non admittendas cenſeam per rationes ſequentes, quarum & obiter nonnullæ ſup. adductæ:

I, Quod

Digitized by Google

I. Quod interdicta † ipſo iure ſint recepta, & certis ſuis fundamentis ac 86
limitibus ita clare definita, vt ad oppoſitam aliquam vel concurrentẽ aliun-
de quæſtionem, quantumcunque dubij habentem nedum altiorem indagi-
nem requirentem, non modo non conuelli, ſed ne ſuſpendi quidem poſſe
vel debere videantur: arg. eorum, quæ de non admittenda illiquidi ad liqui-
dum compenſatione nedum reconuentione ſup. diximus.

II. Quod interdicta † cum iure antiquo *antiquitus*, tum præſertim ab- 87
rogatis veteribus iſtis ſolennitatum remotis, iuſtinianeo hactenus per orbem
Chriſtianũ vſitatiſſimo æquiſſimo, inter ipſa cognitionũ auſpicia, proponen-
da, ſed & mox, illico, ſtatim, incontinenti, pro digna & legali iuris pietate æ-
quitate dexteritate expedienda ſint: per ea quæ in ſuperioribus homilijs ab-
unde diximus.

III. Quod eo † reſpectu, ſine exceptionibus reddita ſint & adhuc red- 88
denda & determinanda veniant: hoc eſt non admiſſis vllis exceptionibus ni-
ſi ſub & obreptitijs, ſiue illis quibus ipſa interdictorũ fundamenta ipſa requi-
ſita labefactentur: per ea quæ præced. homilia altera breuiter quidẽ ſed tamẽ
pertinenter deduximus: latiore exegeſi, alio locis pertinentibus reſeruata.

IV. Siquidem † igitur in fauorabiliſſima alias & defenſiua exceptionũ 89
materia, in redditis ſed bene probeq; ſublimatis quaſi & fundatis interdictis,
prætor, regiam iuris legis & iudicis maieſtatem, gregali illo & vulgari exce-
ptionum concurſu, vllatenus noluit circumduci: multo ergo minus mutuas,
neſcio quas vel vnde cõquiſitas, alienas, peregrinas, impertinentes admittet,
ad illudendum vel remouendum nobiliſſimum interdicti imperium, moni-
torium, decretum, officium?

V. Plurimum me † mouet, quod nullibi prætor in interdictis recon- 90
uentionũ vel meminiſſe ſuſtinuerit: vt ſic ſtudioſiſſime neglexiſſe & præter-
ijſſe cenſeatur, cuius nullam mentionem facere, nullumque vel vſum vel re-
ſpectum (quod in Exceptionibus tamen fecit) commendare voluit. Etſi e-
nim caſus † omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris Communis: *l. Voluntatis* 91
C. de fideiuſ. l. cum prætor cum ſuis ſi ff. de iudic. l. commodiſſime ff. de lib. & poſth.
hered. Tamen cum interdicta, propria & peculiari præ ceteris actionibus, ra-
tione tam quoad materiam ſui cauſamque & fontes, quam quoad proceſſum,
nota ſane aliqua dignæ † fuiſſent habitæ reconuentiones, ſi vllum magnum 92
ſui vſum vel commodum in prætoria publicæ pacis & ciuilitatis diſciplina ha-
buiſſent, vel adhuc haberent: vnde non expreſſum pro omiſſo habendum:
per vulg.

VI. Accedit auctoritas multorum DD. ſupra relatorum qui † in cauſis 93
interdictorum poſſeſſorijs præſertim momentaneis, vel alias notorijs, ſumma-
rijs, & per ſe exſecutiuis difficillime admittunt reconuentiones, quod vti &
alias prædictas rationes acutiſſime videtur perſpexiſſe cum inclyto Senatu

Pedemontano ingenioſiſ. & ſolertiſſimus I. C. D. Ant. Faber. *in elaboratiſſimo*
ſuo C.7. titul. 7. d. defin. 26. VII. Facit, quod † allegata ſup. ad rubricam
94 hic *d.l. ſi inter me & te 15. ff. de exceptio. rei iudic.* de mutua quidem ſed ordi-
naria hereditatis petitione (vti & omnes leges de mutuis petitionibus lo-
quentes, in ordinarias pleræque actiones conceptæ ſunt) loquatur: vel etſi
ad Quorum bonorum interdictum applicemus, tamen neque ſic tumultua-
rium & vagum reconuentionis luſum admittet, cum de eiuſdem hereditatis
bonis, eorumque vmbra & poſſeſſione & petitione loquatur, Quomodo &
d. elegantiſſima *l. 1. §. fin. ff. de extraord. cognit.* in cauſis ibid. *per totam l.* dedu-
ctis, ad præſidis vel prætoris officium pertinentibus veluti philoſophis, medi-
cis, aduocatis, item alijs artificibus mercedem competentem, tum & altorib.
nutritia decernere &c. quantumuis ſummarijs extraordinarijs, mutuæ peti-
95 tiones eatenus admittuntur, quatenus, eaſdem † cauſas, æquo tam meritorũ
quam proceſſus iure concernunt: quod arguit tit. *de extraord. cognit.* in ordina-
rijs enim ſtrepitum aliquem allegationum, & mercenariæ, quam aiunt, cogni-
tionis proceſſum requirentibus, iudices plærumq; dabantur: non ipſi præſi-
des vel prætores cognoſcebant: *per ea quæ ſup. diximus comment. vel homil. 2.*
96 VIII. Iura † etiam canonica, ſtrictiſſimis ijſdem Reconuentionum ve-
ſtigijs adeo inſiſtunt, vt in momentaneis poſſeſſorij cumprimis ſpoliorum vel
alijs priuilegiatis cauſis, in mutuæ petitionis concurſum admittant, niſi quod
eodem vel æquali iuris prædicamento aut fauore dignum ſit: *per ea quæ ſup.*
97 IX. Accedunt omnia, quæ de ſubtili minuſque ſtrepera, † interdictorũ
in cauſis, receptæ litis conteſtatione tum aliarum ſolenniiarum reiectione in
ſuperiorib. deducta ſunt, ſed & in ſequentibus paſſim deducentur vt vel inde
liquidiſſime appareat non eſſe interdictorum diſciplinam ita comparatam, vt
exotici concurſus farraginem, ſuffl amen, aut fermentum facile admittat. Simi-
98 le † enim ſimili gaudet, ob ſimilem ſtatus & tractatus diſciplinam; *c. Recolen-*
tes, de ſtat. monach. & regul. l. illud, ff. ad l. Aquil. l. fin. in fin. C. ad l. falcid.
X. Præiudicia S. Imperialis Cameræ quod attinet, eadem quæ ad finem
homilias de litis conteſt, diximus, & hic repetenda: eſſe videlicet, in multis
99 poſſeſſorijs cauſis, aliquando † receptas reconuentiones, quod non regali ac
prætorio interdictorum, ſed ordinario ſolenni & crepero ordinariarum actio-
num proceſſu fuerint introductæ & deductæ. Deinde in mandatis ad conſti-
tutiones imperii de pignorationib. & arreſtis &c. decretis & emiſſis, inter pun-
100 ctum paritionis ſeu mandati † & citationis vel cauſæ principalis diſtinguendũ
eſt: Cum non ſit mirum, ſi hic ſæpius, ibi vero rarius reconuentiones fuerint re-
101 ceptæ: & ita quidem, vt vtrobique à iuris & legum † rigore non recederetur.
Cum & in puncto cauſaliũ vel citationis ſæpiſſime ob irreuelantiã tanq̃ minus
pertinentes legantur reiectæ: vt ſic tanto promptius colligere ſit, in puncto
102 mãdati vel paritionis vti & ſpolij vel attentatorũ &c. nullas, niſi † quæ cũ cau-
ſa mandati vel interdicti aut querelæ paritate aliqua certarent, facile receptas.

Digitized by Google

XI. De reconuentionis foro, quoad fauorem rei, tanto minus angendũ,
quanto maior ratio habenda, ne & actori, † vel ordinario illius iudicio ac ma- 103
giſtratui præiudicium fiat: præſertim vbi fraus & captatio apparet, vel vbi re-
conuentionis cauſa; in vtero quaſi matris adhuc latitat necdum nata, vel re-
motiſſimis abſtruſa receſſibus: vbi econtra conuentionis † negotium, nedum 104
æquiſſima interdicti cauſa, in ſumma ſui maturitate, exſecutoriam prætoris,
ſiue tam regis quam legis opem implorat, & depoſcit. Vbi merito aſſumitur:
quod ſupra dictum: Nullam eſſe liquidi cum illiquido compenſationẽ aut re-
conuentionem. Tum etſi & reconuentionis cauſa itidem iam nata ſit: tamen
ſi regium † & exſecutiuum interdicti proceſſum non æquo iure mereatur, ad 105
ordinarium actoris forum remittenda erit: per prædicta: præſertim ſi recon-
ueniens, & ibi iuris & iuſticiæ adminiſtrationem nanciſci queat: neque in ſuo
foro continentiam aliquam realis perſecutionis habeat.

Quin etſi reconuentionis cauſa æque & nota & fauorabilis ſit: Tamen
ratio † eſſe poſſet, quæ propter exſecutionis difficultatem vel incompetentiã 106
reconuentionis cognitionem diſſuadeat: veluti ſi actor ex perſonali obligatio-
ne confeſſata, ad ſoluendum, vel ad reſtitutionẽ depoſiti aut ſpolij &c. vel ex
Quorum bon. interdicto agat: reus vero, ratione bonorum ſub actoris vel alio
magiſtratu ſitorum hypothecaria, vel & viciſſim quor. bon. vel ex l. fin. C. de
Edict. diu. Ad. reconuenire ſatagat, mutuamq; cognitionem tum exſecutionẽ
vrgeat: anne per titt. vbi de poſſeſ. Vbi de hered. agatur, ad forum actoris re-
mittendus? quod rei conuenti forum aut iudicium, eatenus ſit incompetens?
Cum & fieri poſſit, vt mutuæ petitionis negotium plus dubii habeat, & in lo-
co rei ſitæ, ventilationem debitam requirat.

Ita † vt Reconuentiones cum primis in prætorijs interdictorum cauſis, 107
vel alijs fauorabilib. ipſo iure iam formatis & liquidis, eaq; re, ſummarie, & ve-
lo quod aiunt leuato, expediendis non facile in concurſum, nedum ad remo-
randam exſecutionem, admittendas putem: niſi ius aliquod recentioris, vel
paritas priuilegii aut iuridici fauoris æqui bonique aſtipuletur: *per omnia præd.*
Eoq; nomine Reconuentionis † admiſſionem ex iudicis arbitrio dependere, 108
non inſcite alij exiſtimarunt: per ea quæ Menoch. *de arbit. iud. quæſt. caſ.* 184.
ſub n. 2. Socin. ſen. *c. ex literis, col.* 26. *de mut. petit.* Camil. Gallin. *De verb. ſig.*
lib. 5. *c.* 20 *num.* 343. Eaſque plane reijciendas niſi talis ſint † ad cauſam con- 109
uentionis quaſi conſortij, habilitatis, & naturæ, vt pari paſſu ambulare aut
expediri valeant ſed & mereantur: *per l. Papin.* 14. *C. de ſent. & interloc. c. At ſi
clerici; de iudic. d. c. Ex literis* vbi Socin. *col.* 13. *de mut. petit.* Lapp. *alleg.* 67. Mo-
deſtin. Piſtor. 1. *conſ.* 10. *num.* 13. & poſt eoſd. auctor doctiſ. Parthenij litigioſi,
tractatus elegantiſſimi 2. *c.* 13. *n.* 11.

Vnde & factũ † ꝙ in Gallijs perexigua aut nulla recõuentionũ habeatur 110
ratio: Papon. *ad conſuet. Burgund.* §. 88. *in fin.* Capel. Thol. 94. Parth. *d. c.* 13. *n.* 11.

vti

Digitized by Google

vti & in Saxonia conſtit. Saxon. *p.1.c.7.vbi.* Dan. Moller. *n.*1. Weſenb. *parat. de compenſat. n.*9 Kilian. König. *in proceſ. c.*60.§.1. Reinhart. *diff.*4. *per* Landtrecht/3. *art.* 12. totaque Luſitania Moller. *d.n.*1. & cum eo Parthen. *d.n.*11.

111 Ita cum † inſtrumenta confeſſata iure non tantum ſtatutario quorundam locorum paratæ ſint exſecutionis: *per ea quæ alibi.* & per rationem quod in confeſſum nullæ ſint partes iudicis niſi ad condemnandum vt inquit Bald. l. 3. in 1. not. C. Quib. ad libert. proclam. l. vn. C. de Confeſ. adeo vt in Sax. & alijs partibus nullam exceptionem admittant niſi ſolutionis: compen-
112 ſatione † etiam ipſa admodum clare & æquo paſſu liquidanda, ſi & huic loci quid eſſe valeat. hinc facile patet Reconuentioni multo minus tribuendum niſi paritate iuris & rationis cauſam conuentionis quaſi ſuperet. Sic ad man-
113 data † Compulſorialia de Edendo & ſimilib. in cauſis, admodum inſulſus fuerit iudex, ſi realis vel perſonalis alicuius actionis concurſum, tanquã Cerberus offam recipiat: cum ſic ne ad iudicij quidem prorogationem valeat:
114 niſi forte de patili exhibitionis vel Editionis caſu agatur. Sic itidem † inſulſiſſima foret reconuentio, ſi actor ex parte poſſeſſionem debitoris ingreſſurus ſolum nudumque iudicis aut officialis comitatum adſciſcat, & inde mutuis petitionibus ſubijceretur; quod fieri non debet: Bald. *c.1. ſub fin. de contro. feud. ap. par. term.* Socin. 2. *conſ.*167. *ſub fin.* Trentacinq. *d. loc. n.*16.

Commentarius XXVI.

De Probationibus Interdictorum propriis, & primo quidem, quatenus competentes, vel minus: ad l. incerti 3. verb. probationes, C. de Interdict.

Summaria.

1 *Probationum frequens fit mentio ſub interdictis.*
2 *Quales probationes in interdictis requirantur maxima eſt Doctorum pugna, quæ ad* 15. *quaſi claſſes, & vltra redigitur.*
3 *Poſſeſſorium quoad probationis ſubtilitatem & circumſtantias nihil cedit petitorio.*
4 *An ſolennitas probationum, quoad iuramenta & interrogatoria requiratur in cauſis interdictorum?*
5 *Requiſita probandæ poſſeſſionis, conſideratione digna ſunt:*

6 *Item*

Digitized by Google

6 *Item quando & quomodo heres vel ſucceſſor fundatam poſſeſſionem habeat?*
7 *Poſſeſſionis in materia, difficillimæ occurrunt quæſtiones. quarum aliquot, paradoxam quidem, ſed verãm tamen explicationem merentur.*
8 *Petitorij quæſtiones ordinariam probationem requirunt nihilque pertinent ad poſſeſſorium.*
9 *Poſſeſſorij cauſæ, leuis atque modici habentur præiudicij, in quibus leues & ſemiplenæ probationes ſufficiant:*
10 *Sine vlla etiam iuramenti ſuppletorij neceſſitate.*
11 *Poſſeſſoria cauſa quibuſdam habetur vilis ac modici præiudicij, quod in petitorio poſſit reparari.*
12 *Omnis poſſeſſorij cauſa habetur ſummaria.*
13 *Semiplena ſufficit probatio, vbi leue vertitur præiudicium quod in alio iudicio ſit reparabile: & n. 14. 15.*
16 *In poſſeſſoriis plenas & legitimas alii probationes requirunt, falſitatis arguentes eos, qui negatiuam tenent: & n. 17. 18.*
19 *Poſſeſſoria adipiſc. ſunt ſummaria, & tamen requirunt legitimas probationes.*
20 *Poſſeſſorij magnum in vtramque partem eſt præiudicium.*
21 *In poſſeſſoriis requiritur ordo iuris propter magnas poſſeſſionis commoditates:*
22 *Et hæc ſententia paſſim in iudiciis obſeruatur: & n. 23.*
24 *Teſtes ſingulares in poſſeſſoriis recipi neque tutum neque abſolutum.*
25 *Duabus hiſce opinionibus inter ſe prorſus contrariis, diuerſiſſima conciliationum pharmaca quæſita:*
26 *Alii enim ſemiplenas quidem probationes admittunt, ſed quæ & præſumptiua.*
27 *Probare non dicitur qui ſemiplene probat.*
28 *Præſumptionis maior eſt autoritas, quam ſemiplenæ probationis.*
29 *Præſumptio iuris, eſt liquidiſſima veritas, donec contrarium probetur.*
30 *Præſumptio hominis habetur pro ſemiplena probatione, quæ onus probandi vlterius transferat in aduerſarium.*
31 *Præſumpta probatio eſt etiam veriſimilis.*
32 *Præſumptiuæ probationes ſufficiunt, vbi aliud repetendum eſt iudicium.*
33 *Quor. bon. interdictum differre aiunt à petitione hereditatis reſpectu præſumptæ, & plenariæ probationis.*
34 *Alij ſemiplenas probationes in poſſeſſoriis admittunt, cum iuramento ſuppletorio.*
35 *Retinendæ & recup. remedia, fauorabiliora ſunt, quam adipiſcend.*
36 *Plenas alii probationes in poſſeſſoriis requirunt, ſi agatur de amittenda poſſeſſione:*

Digitized by Google

37 *Semiplenas vero quoad defenſionem rei conuenti:*

38 *Alii diſtinguunt ratione ſummarii & ordinarii poſſeſſorii, ibi ſemiplenas ſine teſtium reprobatione, hic vero plenas admitti probationes & n.39. 40.*

41 *De ſummario vel ſummariiſsimo poſſeſſorio non ſatis ſibi conſtant DD.*

42 *Alii non ſolum in ſummariiſsimo ſed omni momentaneo poſſeſſorio ſemiplenas probationes admittunt. & n.45.*

44 *Momentaneum poſſeſſorium, alii, vero ſaltem proprietatis dominio male opponunt;*

45 *Alii vnicum & ſingularem teſtem admittunt, ſi ſit exceptione maior.*

46 *Plena probatio quomodo nonnullis diſtinguatur? & n.47.*

48 *Teſtes verbotenus ſingulares, ſed realiter concordantes probant.*

49 *Alii probationes æſtimant ratione fauoris & præiudicii.n.50.*

51 *Alii probationis in poſſeſſorio ſufficientiam remittunt arbitrio iudicis:*

52 *Alii caſus ſpecialiſsimos recenſent, in quib. ſemiplena probationes ſufficiant:*

53 *Veluti alimentorum:*

54 *Si mulier ventris nomine inpoſ.*

55 *Item Carboniani edicti.*

56 *Quor. bonor. vbi tamen præſumptionum ſimul inquirunt. n.57.*

58 *Quor. bon. interdicti virtus, ſaluam habet petitionem hereditatis.*

59 *Leuioris cauſa cognitio nunquam parit exceptionem iudicati in cauſa præiudicij maioris.*

60 *In Quor. bon. interdicto, circa probationem diſſentiunt DD. & n.61.*

62 *Quaſi vlla conſtitui poſſit differentia interdicti & petitionis hereditatis, niſi cum differentia probationis.*

63 *Semiplenas probationes quoque admittunt, in l.3. C. de Edict. diu. Adr. & num.64.*

65 *Et in primo cap. interdicti de itin. actuque priu.*

66 *Item in ſummariiſſimo retinendæ, quod litigioſum vocitant.*

67 *Corruptiſſima eſt opinio, ſemiplenas probationes in omnibus poſſeſſoriis admittentium.*

68 *An in probationibus poſſeſſoriis ſolennitate opus ſit interrogatoriorum, iuramenti, &c. magna eſt quæſtio.*

69 *Probatoria de interdictis quæſtio, opinionum diuerticulis & q. ſyrtibus eſt confuſiſſima:*

70 *Ita vt DD. ipſi hæſitarint: quod hic enodandum:*

71 *Alexandri & ſequacium opinioni ſecunda claſſe poſita, inhærendum, legitimas ſcilicet, in poſſeſſoriis, non minus, quam petitoriis cauſis probationes requiri.*

72 *Diſtributio fundamentorum huius aſſertionis: & primo*

Falſiſ-

Falſiſſimum eſſe quod poſſeſſionis cauſa ſit vilis, parui vel modici præiudicij.

73 Poſſeſſio, reſpectu quidem proprietatis eſt minoris & aliquando reparabilis, ſed quoad ſe, per quam magni & grauiſſimi præiudicij.

74 Beati ſunt poſſidentes, & miſeri nihil habentes.

75 Qualis qualis poſſeſſio, exhilarat ſuum dominum poſſeſſorem: Infinita ſunt & magna poſſeſſionis commoda.

76 Poſſeſſor percipit fructus.

77 Poſſeſſio, omnium primus & generaliſſimus eſt acquirendi modus. Habet præſidia retinendi, recup. & ſeſe defendendi.

78 Poſſeſſor, eo ipſo, quod poſſidet, plus iuris habet quam qui non poſſidet. In pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis.

79 Poſſeſſio relevat ab onere probandi.

80 Titulum poſſeſſionis, regulariter, nemo cogitur docere. Poſſeſſor dominium retinet, ſi aduerſarius probatione cadat.

81 Petentem ſæpe, non ius deficit, ſed probatio. Poſſeſſorio ſuccumbere vel priuari, magnum eſt præiudicium.

82 In poſſeſſoriis ordo iuris & legitima probatio obſeruanda.

83 Omnis poſſeſſor in dubio præſumitur bonæ fidei.

84 Poſſeſſor præſertim immobilium non tenetur ſatiſdare.

85 Poſſeſſor habet, in dubio, præſumptionem dominij.

86 Poſſeſſio eſt medium & cauſa præſcriptionis.

87 Poſſeſſio auferri nequit, ſine plena cauſæ cognitione ne per reſcriptum quidem principis.

88 Poſſeſſor non attentata inhibitione vel interdicto poſſeſſionem impune continuat.

89 Poſſeſſor ex ſequeſtrata etiam poſſeſſione, ſi aliunde non habeat, alimentari debet.

90 Poſſeſſio operatur ius offerendi.

91 Doctores, poſſeſſionum cauſas, exigui præiudicij eſſe, & ſemiplenas ſaltem probationes requirere dicentes, reprehenſione digni: & quare, n. 92.

93 Poſſeſſores multi, nulla etiam antiquiſſimæ & iuſtiſſimæ poſſeſſionis habent documenta, præter ipſam poſſeſſionem à maioribus acceptam.

94 Vbi iniquiſſimum foret, ſi ad ſemiplenas, vel quaſcunque alias aduerſarij probationes, moleſtarentur:

95 Poſſeſſionis momentaneæ, vel alias iniquius habitæ, triſtiſſimi ſæpe exitus: Cum omnia ad paxillum vſque cum perceptis, & percipiendis reſtituenda:

96 Triſtes reſtitutionum exitus, non poſſeſſionis, ſed prodigalioris poſſeſſoris culpa, ſolent accidere.

97 *Inter os & offam, tum, inter occupationem & reſtitutionem poſſeſſionis, multa cadunt:*
Eo, qui poſſeſſione deſtituitur, multis interim miſeriis ac periculis ſubiecto.

98 *Fatigans alium, & ipſe fatigatur.*

99 *Proſecutio poſſeſſionis, plus ſæpe deuorauerit impenſarum quam victoria ſurrogauerit.*

100 *Victus poſſeſſorio, ob genialem poſſeſſionis perſecutionem, ſæpe, ne reſtim poteſt reſtituere.*

101 *Poſſeſſorio ſuccumbens rariſſime auditur appellans:*
Exſecutio obtenti poſſeſſorii per meliorationum, & alias exceptiones miſere ſæpe ſuſtinetur.

102 *Litium viuacitas facit, vt actor famelicus, loco ſententiæ, quam dudum anhelat, iudicialis, iniquiſſima ſæpe tranſactione cauſa iuſtiſſima decedere cogatur.*

103 *Sacræ iuriſprudentiæ ſumma ſit ignominia, ſi debito iuris & iuſticia rigore lites non dirimantur.*
Deus, iuris & iuſtitia, patronus ac vindex eſt certiſſimus.

104 *Doctorum opinio, poſſeſſorii cauſam vilipendentium, eſt exterminanda.*

105 *Summa ſummarum eſt, quod tam poſſeſſorii, quam petitorii cauſa, legitimis probationibus ſit inſtruenda, & finienda.*

106 *Repetitio & applicatio caſuum ſupra motorum:*
Alimentorum cauſa, vt vt fauorabilis aut ſummaria, legitimas probationes deſiderat: & n. 107.

108 *Vti & edicta ventris muliebris, & Carboniani.*

109 *Vagabunda, alias, meretrix, ventris nomine poſſet immitti.*

110 *Quor. bon. interd. legitimas expoſcit probationes:*

111 *Vt mirum ſit, DD. contrarium aſſerere.*

112 *Probatio à lege requiſita, ſemper intelligitur de legitima & ſufficiente:*

113 *Quod iuxta alios, tam in quor. bonor. quam alio quo interdicto ita obtinet:*

114 *Probare non dicitur, qui ſemiplene probat.*

115 *Teſtis vnus, etiam præclara curia celebris honore, ſemiplene ſaltem probat.*

116 *Vti & fama:*

117 *Quor. bon. interd. etiamſi legitime probatur, ſuas tamen notas retinet, quib. ab ordinaria hereditatis petitione diſcernatur.*

118 *Quod legat. interdictum, legitimas itidem requirit probationes.*

119 *Vti & l. fin. C. de Edict. diu. Adria.*

120 *Teſta.*

Digitized by Google

120 Teſtamenti in ſcriptis, quoad paratam probationem, longe alia eſt ratio, quam nuncupatiui, coram teſtib.

121 Interd. de itin. actuque priuat. legitimas probationes præſupponit.

122 Litigioſæ poſſeſsionis remedium, quatenus ſemiplenis probationibus acquieſcat; n.123.124.

125 De Conſtit. pignorationis & arreſtorum:

126 Mandato ad nudas ſupplicantis aſſertiones decreto, vero poſſeſſori facile fieret iniuria:

127 Mandata primitus emiſſa, non raro eo nomine caſſantur.

128 Vbi vero poſſeſſori, tanto maior fit iniuria, quanto diutius cum mandati, tum ordinarii poſſeſſorii pendet proceſſus.

129 Mandatorum ſine clauſula autoritas, ob viuacitatem proceſſus, & quod promiſcue, ad reuiſionis quaſi aram ſuſpendantur, valde flacceſsit.

130 Qualitates facti, requiſita à lege, vel ſtatuto, veniunt probandæ.

131 Requiſitis pluribus qualitatibus, non vnam, ſed omnes præſtari oportet.

132 Vnde vi acturus, tam olim, quam hodie, habitam poſſeſsionem, factamque deiectionem ſi negaretur, probare tenebatur.

133 Arg. Orationis Ciceron. pro A. Cecin.

134 Et eorum quæ Symmach. lib. 10. Epiſt. 41.

135 Probatio etiam, vel teſtes legitime recipiebantur:

136 Fatalibus interdictorum primo examinatis:

137 Cauſamque principalem vel petitorii futuræ inſtantiæ reſeruando, & ſic poſſeſſorium præiudicialiter expediendo:

138 Vt ſic vndiquaque appareat, requiſitas interdictorum qualitates, omnino probandas eſſe.

139 Vbi rationes ſubiunguntur, quibus relata ſup. diuerſiſſima DD. opiniones concilientur.

140 Legitimæ & ſufficientes probationes non ſunt eiuſdem generis:
Probationis genus, poteſt vno caſu ſufficiens eſſe, altero contra.

141 Probatio vel & præſumptio fortior, elidit debiliorem.

142 Præſumptioni derogatur per contrarias probationes.
Probatio præualet præſumptioni.

143 Præſumptio ſpecialis derogat generali.

144 Semiplena probatio longe melior eſt, quam nulla:

145 Semiplena probatio habetur pro ſufficiente, cum vel nullus adeſt contradictor, vel etſi ſit, omni tamen & præſumptione & probatione deſtituitur: & num. 1_6.

147 Concurrentibus partibus, ei datur poſſeſsio, qui potiora iura oſtenderit.
Apparentia probationis vel præſumptionis ſufficit, cum de contrario non docetur.

148 *Semiplena probatio admittitur in cauſa modici præiudicii, cum nulla in contrarium ſunt indicia:*

149 *Fama & opinio, in antiquis habetur pro ſufficienti probatione, ſi præſumptionibus & indiciis iunetur neque contrariis argumentis elidatur:*

150 *Vnius teſtis, exceptione maioris depoſitio, probat, iuncta rei præſumptione quæ non elidatur.*

151 *Quilibet in dubio præſumitur bonus, ſed non ſtatim optimus: vnde teſtem omni exceptione maiorem eſſe, fuerit probandum:*

152 *Sed, probatio iſta, non debet eſſe ſcrupuloſa.*

153 *Præſumptionibus & ſemiplenis probationibus ſtatur, donec contrarium fortius probetur.*

154 *Virtutes & merita perſonarum non ſemper videri poſſunt.*

155 *Iuramentum ſuppletorium, eſt dubii, quod reliquum videbatur, quaſi ſepulcrum, aut complementum.*

156 *Perdendæ poſſeſſionis præiudicium, eſt grauiſſimum: quod pleniſſ. requirit probationes.*

157 *Poſſeſſor, plus iuris eatenus habet, quam qui non poſſidet:*
Poſſeſſori, ſua poſſeſſio eſt liquidiſſima probatio, donec contrariis luculentis probationibus per viam legitimæ cognitionis euincatur:

158 *Poſſeſſorio retinendæ, vincit, qui meliorem probationem habet, ratione forſan tituli & antiquitatis: & num. 159.*

160 *In pari cauſa probationis, pro poſſeſſore iudicatur, contra eum qui prior agit.*

161 *Deiectio in remed. recuperandæ ſufficienter probanda, ne quis ad nudam ſpolii delationem poſſeſſione priuetur.*

162 *Armorum caſus, & interdicti eatenus redditi, ſingularis eſt probationis:*

163 *Quæ ſub octaua & ſeqq. opinionum claſſibus allegata ſunt, ex prædictis itidem conciliantur.*

164 *Conſtantia, non ſingularitas teſtium eſt, ſi omnes, quantumuis de diuerſis actibus loquendo, ad eandem poſſeſſionis cauſam collimant.*

165 *Inepta eſt DD. diſtinctio, qua poſſeſſorium, aliud, leuis atque modici, aliud magni & perpetui præiudicii eſſe fingunt.*

166 *Probationes ſufficientes reputantur, non ex arbitrio iudicis, ſed ex ductu, vi, cauſaque ipſius probationis: & n. 167.*

168 *Qualis qualis probatio ſufficit, ſi de ſcandalis, vel armis inhibendis, agatur:*

169 *Quod ad ſtatum veræ poſſeſſionis, non producendum.*

Atque

ATque iſtis quidem ita præmiſſis, de probationibus quoque interdicto- 1
rum † propriis diſquirendum fuerit, ad d. ſæpius vtiliſſimam *l. incerti* 3. *verb. competentibus actionibus, & verb. probationes. C hoc tit. & l. 1. §. 4 verb. probare, & l. fin. ff. de itin. actuque priuat. l. 1. C. Quor. bon.* & ad ea, quæ paſſim in omnibus & ſingulis interdictis, ipſe Prætor, non obſcure exigit. Vbi compluſculæ nobis homiliæ habendæ, ſeu Commentarii: veluti primo, qualiſnam in † poſ- 2
ſeſſoriis interdictorum cauſis requiratur probatio, plenaue & legitima, vel talis qualis perfunctoria? vbi opinionum ſeſquidecuriam ſympleɣadem, ſed & ſecundo videre fuerit, quod poſſeſſorium, in ſubtilitate & legitimis probationum circumſtantiis, nihil cedat † petitorio: idque ob inſignes maximas 3
poſſeſſorii commoditates: quod ex omnibus interdictorum cauſis, pro contraria opinione aſſumptis aſtruitur, facta conciliatione omnium prætenſarum contradictionum.

Vbi tertio diſcutienda erit poſtrema d. contradictionum velitatio ratione ſolennitatum † probatoriarum, quoad iuramentum veritatis dicendæ, 4
item citationis ad videndum iurari & dandum interrogatoria: Quarto, conſideratione dignum † eſt, quænam ſint requiſita probandæ poſſeſſionis, Tum 5
quinto, An quatenus & quando titulus actuumq; frequentia ad formam poſſeſſionis requiratur: Item ſexto, quando † & quomodo heres vel ſucceſſor 6
de apprehenſa poſſeſſione formandoque deſuper poſſeſſorio certus eſſe valeat.

Quia enim circa omnes eiuſmodi quæſtiones (præter eas, quæ in ſequentibus, & in tract. de materia poſſeſſionis in nonnullis paradoxe quidem, ſed vere tamen vti ſperamus explicatæ) diſcordantes ſunt DD. opiniones † 7
ac ſententiæ, eas ſane in hoc interdictorum, vtpote ad cauſas poſſeſſionum ſingulariter & præcipue quidem comparatorum tractatu diſquirere & explanare neceſſum eſt.

Vt autem primam quæſtionem aggrediendo, de altero interdictorum quem plærumque habent puncto, petitorio ſcilicet † nihil agamus: quippe 8
qui ratione pleniſſimi & perpetui, quod ſecum fert, præiudicii, ordinarium iudicium, ac proinde pleniſſimas, liquidas ſufficientiſſimaſque probationes expoſtulat; de ipſo ſaltem poſſeſſorio eiuſq; probationibus hic agemus: quærendo & videndo, qualibuſnam probationibus in poſſeſſorio interdictorum puncto, vel vt generalius loquar, in cauſis & iudiciis mere poſſeſſoriis opus ſit?

Et primo fuerunt, † & adhuc paſſim ſunt, qui in cauſis poſſeſſionum, 9
tanquam leuis atque mordaci, & per petitorium recuperabilis præiudicii, indiſtincte & generaliter, leues & ſemiplenas, per vnum ſcilicet teſtem, vel famam, vel qualeſcunque probationes ſufficere dicant: Barthol. Decius, Alexand. & alii *ad l. fin. Cod. de Edict. Diu. Adrian. Matheſila. ſing. 2. vel iuxta alios 3.*

vbi

vbi notandum ait, quod in iudiciis poſſeſſoriis ſufficiat probatio per vnum te-
ſtem, vel per famam; Barth. *ad l. momentanea, C. qui legit. perſ. ſtand. & in l. admo-
nendi, vbi &* Curt. Iun. & alii paſſim DD. *ff. de iureiur.* Alciat. *reſponſ.* 389. *num.* 3.
Carol. Ruin. *conſ.* 106. *num.* 18. *vol.* 5. Dec. *c.* 1. *num.* 17. *de appellat.* Hippol. *l. de mi-
nore, § plurimum num.* 7. *ff. de quaeſt.* dilucide etiam & expreſſe Crauet. *conſ.* 158.
num. 12. Crot. *l. ſi conſtante ff. ſol. mat.* dicens hoc in praxi notandum, Thomas
Gram. *conſ.* 131. *num.* 7. *& conſ.* 77. *num.* 11. Rebuff. *ad conſt. reg. tom.* 3 *tit. de mat.
poſſeſſ. art.* 7. *gloſſ.* 1. *num.* 26. Bertazol. *conſ.* 123. & alii vt apud Benintend. *deciſ.*
62. *à num.* 1. *vſque ad num.* 10. & DD. apud Maſcard, magno numero allegati, *de
probat. concluſ.* 1198. *à num.* 1. *vſque ad num.* 10 & ap. Achil. Perſonal. *de adipiſc. poſ.*
10 *num.* 484. Quam ſententiam nonnulli DD. adeo † generaliter & obſtinate
defendunt, vt ne iuramentum quidem ſuppletorium deſiderent: Iaſ. *d. l. admo-
nendi, num.* 187. vbi ſententiam Bartholi & Matheſilani in locis allegatis non
modo generaliſſime ſequitur, ſed etiam addit, quod in iudiciis poſſeſſoriis, vt-
pote in quibus de leui praeiudicio agatur, probatio per vnum teſtem vel fa-
mam, habeat vim plenae probationis; Ita quod non ſit opus iuramento ne-
ceſſario in ſupplementum; idem Iaſ. *conſ.* 51. *vol.* 1. Caſtrenſ. *d. l. fin. num.* 8. *C. de
11 edict. diu. Adr.* quam ſententiam ſtabilire conantur duplici axiomate: primo,
quod cauſa poſſeſſorii ſit & dicatur minima & vilis, vel ſaltem modica, & leue
atque modicum habens praeiudicium, quod in petitorio poſſit reparari: Iaſon.
12 *d. l. admonendi*, Crauet. *d. conſ.* 158. *num.* 12. vnde & omnem † cauſam poſſeſſo-
rii ſummariam plaerique vocitant, Barth. & alii *d. l. momentanea*, & Barth. *in Ex-
trauag. ad reprimend. verb. ſummarie & l.* 1. *Cod. Quor. bon.* Bald. *l. incerti, C. de inter-
dict.* Alex. *vol.* 5. *conſ.* 66. *num.* 1. Marant. *de ord. iudic. diſt.* 9. *num.* 43. DD. vt ap. Me-
13 noch. *in praelud. recup. num.* 24. *& ſeq.* Vbi autem leue atque modicum vertitur
praeiudicium, ibi ſemiplena ſufficit probatio; Crauet. *conſ.* 182. *num.* 15. vbi hoc
in materia probationis valere ait, & exemplis declarat.

14 Secundo quod vbicunque iudicium ſummarium † parit praeiudicium
reparabile in alio iudicio, ibi non requiratur plena probatio: Barth. *l.* 2. *§. quod
ſi ſit aliqua, ff. de prat. ſtip. & l. ſi quis à libert. §. Si quis ex his, ff. de lib. agnoſc. per l. in
l. Aquil. ff. ad l. Aquil. & l.* 3. *§ cauſa, ff. de Carb. edict.* Barth. *d. l. ſi conſtanter, nu.* 9 *ff.
15 ſol. mat.* Vel, vbi ſunt duo iudicia, quorum vnum † eſt praeparatorium ad aliud,
quod tunc in primo ſufficiunt ſemiplenae probationes: Crauet. *d. num.* 15. *in
med. per l. theſaurus ff. ad exhibend.* Contard. *ad l. vn. limit.* 8. *ſub num.* 31. *Cod. ſi de
mom. poſſ.*

16 Secundo vero ſunt alii non inferioris ſortis atque numeri, qui † iſtis o-
mnibus non attentis, in alia quaſi omnia diſcedentes, in iudiciis etiam poſſeſ-
ſoriis, plenas & legitimas probationes requiri aſſerunt & defendunt, & con-
trarias opiniones, quibus ſemiplenae probationes admittuntur, falſiſſimas eſſe
proclamant; quod praeter alios iam citandos candide & aperte fecit, clariſſ. &
doctiſſi-

Digitized by Google

doctiſſimus quondam ICtus D. Carol. Molyn. *ad deciſ. d. conſ. 252. & d. conſ. 663.*

Vnde & hanc ſecundo hoc loco relatam † ſententiam, non modo 17
veriorem eſſe, ſed eam quoque communiter practicari, & in conſulendo
ſequendam eſſe atteſtatur, *ibid. &* Alex. *volum. 6. conſ. 139. numer. 5.* Qui
Alex. vt in plæriſque aliis † omnibus iuris reſponſis, ita & *ibid.* Doctor ve- 18
ritatis non immerito habetur: Dicens, quod licet quoad remedium poſſeſſori-
um adipiſcendæ ex *l. edicto ſi. C. de edicto diu. Adr.* videatur ſufficere ſola probatio
per famam procedentem, & trahentem originem à veriſimilibus cauſis: quo
intellectu aſſumit Barth. *in d. l. 1. C. quor. bon. & in l. 2. §. fin. C. vbi in rem act.* Ta-
men in dubio, in d. remedio adipiſcendæ, ſicut in aliis omnibus † remediis 19
poſſeſſoriis, etiamſi iudicium ſummarium ſit, plenas requiri probationes; per
rationem, quod maxima & multiplex ſit poſſeſſionis commoditas, & propter-
ea magnum etiam poſſeſſorii † in vtramque partem præiudicium; per gloſſ. 20
notab. *in d. l. 1. C. Quor. bon. & ibid.* Buttrigar. Cyn. Barth. Bald. Angel. & Sal. cet.
& per Barth. *in d. extrauag. ad reprimendum in verb. ſummarie num.* 10. eleganter
Panorm. *c. conſultationibus circa fin. de offic. iud. deleg.* dicens generaliter, quod in
cauſa † poſſeſſorii ordo iuris requiritur, propter magnas ſcilicet poſſeſſionis 21
commoditates; & ſequitur *ibi.* Felin. Et hanc ſententiam, contra priorem
iſtam contrariam opinionem, vbique in iudiciis † obſeruari teſtantur Alex. 22
vol. 7. conſ. 187. num 6. Lanfranc. *in d. l. admonendi, in fin.* & eleganter *ibid.* Curr.
ſen. *num.* 323. Ancharan. *Clem. ſæpe de verb. ſig.* Rip. *l. interdicto num. 8. Cod. Quor.
bon.* Vant. *de nullit. ſent. ex defect. proceſſ num* 38. Cacheran. Oſaſc. *deciſ. Pedemont.*
99 *num.* 12. Affl. *&. deciſ.* 364 *num.* 4. Menoch. *recup. remed. 15 num.* 408. Plot. &
ibi DD *in l ſi quando, num.* 115 *C. Vnd vi.* Cagnol. *l. in pari. num. 8. de Reg Iur.* Grat.
lib. 2. conſ. 110 *num.* 7. Nat. *conſ. 630. nu. 7. lib. 3* Roland. à Val *lib. 2 conſ. 50. num.*
16 *& ibi.* Decian. ſibi contrarius, item Hieron. Gig. & alii, prout referuntur,
cum ibi, tum ap. Maſcard. *d. num.* 10. Benint. *d. deciſ. 62. num.* 10. Contard. *ad l.
vn. C. Si de moment. poſſ. rat. de-id 1. num.* 8.

Eandemque hanc ſententiam præter alios † nonnullos recte propu- 23
gnat, Pinel. *ad l. 2. part. 3. cap fin. num. 27. C. de reſcind. vendit.* Valaſc. *deciſ. Luſitan.*
51. *num.* 47. Nicol. Bellon. *conſ.* 11. *num.* 17. dicens non eſſe tutum † neque ab- 24
ſolutum, quod teſtes ſingulares in poſſeſſorio ſufficiant: Aimo. Publius *in
conſuet. Auern. tit. 6. art. 3.* Gabriel. *lib. 5. de reſt. ſpol. concluſ. 5. num.* 123. *& 126. in
med.* quamuis *ibid. num. intermediis*, contrariam tenere & tandem adeo dubius
eſſe videtur, vt propter varietatem DD. nihil definiat.

Quia igitur in duabus hiſce † opinionibus *ἄσπονδον* quoddam bellum
eſſe videtur, duobus extremis, ſimplicis videlicet affirmatiuæ & negatiuæ con- 25
ſtitutum: alii alias diſtinctiunculas & conciliationum pharmaca, eaque diuer-

Ddd ſiſſima

Digitized by Google

26 ſiſſima quidem, ſed ipſis extremis nihilo meliora attulerunt: Tertio enim † nonnulli in cauſis poſſeſſionum non ſemipl enas tantum, ſed etiam præſumptiuas probationes requirunt; quod magna ſit differentia ſemiplenæ & præſumptiuæ probationis: Crauet. *de antiq. temp. part. 7. §. viſo de fama, num. 26. &*
27 *ſeq.* Weſenbec. *conſ.* 20. *num* 4. qui enim ſemiplene ſaltem † probat, non probare dicitur; vel non probat, qui ſemiplene probat; Panormit. *c. cum dilectus, num.* 55. *de ord cognit.* Contard. *d. l. vn. limit.* 24. *in fin.* vbi econtra præſumptio-
28 num longe melior † eſt ratio, atque maior autoritas; cum iis in dubio ſtetur, donec de contrario appareat atque doceatur. Vel enim eſt præſumptio legis,
29 ſiue iuris, & facit plenam † probationem, qua perueniri poteſt ad ſententiam definitiuam; cum ſit liquidiſſima probatio, & aperta veritas, donec contrarium doceatur; *per ea qua* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1221. *per tot.*

30 Vel eſt præſumptio hominis: quæ, licet non ſit violenta, ſicut ea quæ iuris atque legis dicitur; vnde & quadam ratione, pro ſemiplena probatione habetur: tamen & illa dicitur probabilis & veriſimilis, adeo, vt in ciuilibus præcipue, ſi paulo ſit grauior, onus probandi transferat in aſſerentem contrarium, & niſi hoc probetur, ſufficiat ad condemnandum ciuiliter: *per ea quæ* Maſcard. *concluſ.* 1196.

Alii igitur probationes mere & ſimpliciter ſemiplenas, etiam in poſſeſ-
31 ſoriis non admittunt, ſed ad minimum præſumptiuas requirunt, & per ſe † veriſimiles: gloſſ. Barth. Bald. Angel. ſibi ipſis in hoc paſſu non ſatis conſtantes *in l.* 1. *verb. filium,* C. *Vti poſſid.* Weſenbec. *d. conſ. n.* 4.

32 Et hac ratione aiunt, Quod illud, quod venit † recenſendum, vel in alio iudicio repetendum, non ſit neceſſe, vt primo plenarie probetur, ſed quod ſufficiant probationes præſumptiuæ; Felin. *c. cum ſuper n.* 16. *de reiudic.* Bald. & Iacob. de S. Georg. vt apud Contard. *d. l. vn. limit.* 8. *nu.* 34.

33 Vnde etiam in interdicto Quor. bon. ſufficit ſecundum † alios ſummaria probatio, qua agens non ſemiplene, ſed præſumptiue probet, ſe eſſe heredem; ad differentiam petitionis hereditaris, qua plenariæ probationes requirantur; Alex. *conſ.* 70. *num.* 2. *lib.* 6. Gozad. *conſ* 50. *num* 5. *& conſ.* 12. *num.* 2. Bero. *c. licet cauſam, n.* 63. *de probat.* Angel. §. *quadrupli n.* 37. *Inſt. de act.* Contard. *d. l. vn. limit.* 2. *num.* 12.

34 Quarto alii ſemiplenas quidem, eaſque per vnum teſtem † vel famam, probationes ſufficere aiunt in poſſeſſoriis: ſed ita, vt quoad teſtem, & iuramentum præterea ſuppletorium deſiderent: Dec. *conſ.* 252. *num.* 2. ex Alexand. *conſ.* 91. *volum.* 5. Grat. *conſ.* 42. *num.* 6. *volum.* 1. vbi loquuntur de Can. redintegranda, & Dec. *conſ.* 663. *num.* 3. vbi loquitur in interdicto retinendæ, Caual-
34 can. *conſ.* 100. *num.* 16. quod multo ergo magis obtinebit in remedio † adipiſcendæ, cum recuperandæ & retinendæ poſſeſſoria ſint fauorabiliora quam adipi-

adipiſcendæ, atque ita iuramentum, in probationis ſupplementum, in caſu præſenti, etiam requirit Hippolyt. *in ſing.* 433. *&* 610.

Quinto alii plenas probationes eo ſolo caſu exigere videntur, ſi agatur de amittenda vel perdenda poſſeſſione: quia ſcilicet ibi res magni ſit præiudicii, Sebaſt. Sapia. *l. de ætate, num.* 7. *ff. de minor.* ponderando *l.* 1. *C. Quor. bon.* & *Lucius, ff. de condit. & demonſt.* eamque opinionem veriorem eſſe putat, Contard. *in d.* 1. *rat. decidendi, num.* 10. *in fin.* quam & tenere ait Baldum, *in l. conſentaneum in* 6. *not. C. Quom. & quand. iud.* & Cotal. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n.* 26. *de acq. poſſ.* 36

Sexto alii ſemiplenas † probationes admittunt, quoad defenſionem rei, non quoad actorem; ſiquidem enim hic de præiudicio tertii litiget, ipſum plenis probationibus agere oportere, quamuis iudicium ſit ſummarium, vt damnum illatum poſſit reparari in alio iudicio: Idem Sapia, poſt alios, *d. loc.* eumque Contard. refert *d. n.* 10. vbi hanc opinionem illuſtrat, licet illam priorem poſtmodum veriorem putet. 37

Septimo † alii diſtinguunt ratione ſummarii & ordinarii poſſeſſorii: ibi ſemiplenas ſufficere aiunt probationes, neque admitti repulſationem ſiue reprobationem teſtium, ſiue exceptiones contra eaſdem: quia ſcilicet de exiguo ac reparabili agatur præiudicio, nudæ atque meræ interlocutoriæ: hic vero in plenario ſeu ordinario † poſſeſſorio plenas & ſolennes requiri probationes, admiſſa teſtium repulſatione: quod ſententia hic feratur definitiua, perpetuum allatura præiudicium, quam communem † quoque eſſe ſententiam aiunt, Roland. Gal. Benintend. & alii, *prout ſup.* & eam plærique tenent, qui duplex poſſeſſorium tuentur: per ea, quæ de duplici hoc poſſeſſorio egimus homilia *ſing.* 12. 38 39 40

Qua cum ſententia etiam in hoc paſſu probationis tranſeunt Hieron. Cagnol. *in l. in pari, ff. de reg. iur.* Iohan. Baptiſt. Plot. *de in lit. iurand. §.* 3. *à n.* 41. *vſq. ad n.* 46. Capic. *deciſ.* 55. & tangit Maſcard. *concluſ.* 1198. *n.* 12. Perſonal. & ibi DD. *de adipiſc. poſſ. n.* 488.

Sed cum hiſce & aliis † plærifque DD. non ſatis conſtet ſiue conueniat, de ſummariiſſimo poſſeſſorio; vtpote quod nonnulli eo ſolo caſu conſiderant, cum in puncto retinendæ, res ad arma videtur ſpectare: In quo eos erraſſe, ait Contard. & recte quidem, prout nos quoque longe adhuc luculentius demonſtrauimus ſup. 41

Iccirco Contard. proximam hanc opinionem ita extendit, vt poſt Gomeſ. & Dominos de Rota *quæſt.* 5. *numer.* 9. *Reg. de non tollend. iur. quæſit.* Octauam † adhuc ſententiam conſtituat; tenendo & dicendo, non ſolum in iſto ſummariſſimo, quod illi vocant, ſed in omni momentaneo poſſeſſorio, leuiores & ſemiplenas ſufficere probationes; per rationem 42

quod præiudiciũ momentaneæ poſſeſſionis reparari poſſit in petitorio; Contard. *d. rat. decid. n.* 14 *& ſeq.* quæ opinio quã † proxime accedit, ad primã opinionem; niſi quod illa ſit generalior, hæc vero ad momentaneum ſaltem præiudicium reſtrictior; quantumuis momentaneum poſſeſſorium longe ſecus atque nos cap. ſingulari docuimus, tam late extendit, vt ſolum veræ pro-
44 prietatis dominium petitorio † aſſignet: quo reſpectu, omnes vſufructuariorum emphyteutarum & ſimilium poſſeſſiones atque iura ipſa, ſub momentanea poſſeſſione complectitur, quod falſum ac erroneum eſſe alibi docuimus.

45 Nono † alii dixerunt vnicum & ſingularem teſtem probare, ſi ſit omni exceptione maior; Zuchard. *l. fin. numer.* 101. *Cod. de Edict. diu. Adr.* vbi aſſerit ſe ab hoc dicto plurimum honoris reportaſſe; Benintend. *d. dec* 62. *num.* 14. *& ibi* DD. Roland. à Val. *d. conſ.* 50. *num.* 16. *lib.* 2. Maſcard. *d. concluſ.* 1198. *num.* 20.

Decimo alii hac ratione conciliare iſtam DD. diſſonantiam conati ſunt,
46 quod dixerunt plenam probationem † dupliciter ſumi: Alteram quæ penitus ſit plena & abſoluta; per publica inſtrumenta, pluresue teſtes idoneos, &c. qualis, in ordinariis iudiciis petitoriis requiritur: Alteram, eſſe minus ple-
47 nam, quæ reſpectu illius, ſemiplena quidem habeatur, ſed quæ † tamen, indiciis, coniecturis, præſumptionibus, vel teſtibus ſingularibus, aut iuramento, aut libris rationum, ſtabilita ſeu ſubnixa, & ipſa, pro ratione ſubiectæ materiæ, & ſic in poſſeſſoriis, ſatis probet: Ita conciliat Bero. *conſ.* 43. *num.* 53. *vol.* 2. Maſcard. *d. concluſ. num.* 16.

48 Vndecimo alii ſemiplenas per teſtes † ſingulares factas depoſitiones admitti aiunt, quatenus in verbis ſaltem ſunt ſingulares, in effectu autem & quoad actus poſſeſſorios concordantes; vtputa, ſi ex teſtibus, vnus, ſe vidiſſe dicat arare, alter ſeminare, tertius metere, vel frumentum colligere; Carol. Ruin. *conſ.* 106. *n.* 18. *vol.* 5 *& conſ.* 44. *n.* 4. *vol.* 4. vel, ſi vnus ſaltem teſtis teſtetur non de vno actu, ſed de pluribus quod ſe licet viderit plures actus poſſeſſorios exerceri. videatur Maſcard. *d. concluſ. nu.* 23.

49 Duodecimo † alii, qui frequentiorem habent calculum, totam propoſitæ quæſtionis rem, ratione fauoris & præiudicii metiendam & æſtimandam eſſe aiunt: Vbi enim plenum vel grauius al quod præiudicium vertitur, ibi ſemper plenas quoque requiri probationes; Barth. Bald. Alex. Iaſ. *l. iudices, Cod. de iudic. &c.*

50 Contra vero, vbi fauor cauſæ † militat, & vel nullum, vel leuiſſimum aut reparabile & momentaneum ſaltem vertitur præiudicium, ibi ſemiplenas & qua-

Digitized by Google

& quales quales probationes veriſimiles ſufficere: Hieron. Cagnol. *d.l. impari de reg. iur.* Plot. *de milit. iur.* §. *Tertio num.* 4. *vſq. ad n.* 46. Marant. *part.* 4. *diſt.* 9. *n.* 46. quo tandem deſcendit Contard. *d. ration. decidend. num.* 18. *& ſequentib.* Maſcard. de probat. *concluſ.* 1209. *n.* 6. *& concluſ.* 1198. *n.* 8. quamuis nec huic ſententiæ recte & ſolide acquieſcant.

Decimo † tertio enim alij arbitrio Iudicis remittendum eſſe putant, an 51
& quatenus probationes in iudicio poſſeſſorio ſufficiant: Ita vt Iudex ad ratã
quod aiunt, præiudicii, probationem requirat: Siquidem enim modicum
vel leue aut minimum vertatur præiudicium, ſemiplenam probationem admitti oportere: Secus vero ſi de pleno præiudicio agatur: hic enim propter plenum præiudicium pleniſſime quoque probandum: Illic vero, coniecturis, Indicijs, vnico teſti, & iuramento locum eſſe: *per ea qua* Contard. *d. l. vn. in rationib. decid. n.* 25. *& ſeq.*

Decimo † quarto, non obſtantibus generalioribus iſtis multorum di- 52
ſtinctionibus, opinionibuſque, certos hinc inde, & paſſim apud DD. caſus,
ſpecialiſſime deſignatos & commendatos inuenio, quibus ſingulariter, & præ
cæteris, ob dictum fauorem, modicumque & reparabile præiudicium, ſemi-
plenas probationes ſufficere autumant: Taleſque caſus eſſe aiunt: Primo † 53
Alimentorum: Barth. *d.* §. *ſummarie n.* 11. quamuis propria & generalis ali-
mentorum cauſa ex alio capite, damni ſcilicet irreparabilis, & ne quis fame
pereat, ſummarie expediri ſolet. Secundo † ventris: Vt ſi mulier ventris no- 54
mine in poſſeſſionem ſeſe immitti, vel in ea eſſe & manere petat: *d. n.* 11 *& tot.
tit. ff. ſi mul. vent. nom.* Alex. *vol.* 6. *Conſ.* 140. *in fin.* Tertio Carboniani edicti
& competentis † ex eodem poſſeſſionis vel immiſſionis in eadem: *tit. ff. & C.* 55
de Carb. Edict. & ibi Com. DD. Menoch. *recup. rem.* 15. *n.* 413. Quarto ſemi-
plenas probationes, eſſe ſcilicet aliquem heredem, ſufficere aiunt, in Interdi-
cto † Quorum bonorum: ad differentiam petitionis hereditatis, in qua ple- 56
na probatio requiratur: Barth. *l.* 2. *n.* 1. *ff. Quor. bonor.* Alciat. *reſp.* 389. *num.* 5.
Bellamer. *c. paſtoralis n.* 11. *de cauſ. poſſeſ. & prop.* Alex. *Conſ.* 70. *n.* 2. *lib.* 6. Angel.
§. *quadrupli n.* 37. *&* §. *actionum autem n.* 69. *Inſtit. de action.* Gozadin. *Conſ.* 50.
n. 5. Contard. *d. l. vn. limit.* 2. *rat. mixtur.* §. 1. *num.* 9. *& ſequentib.* vbi † tamen 57
ſemiplenam & præſumptiuam probationem coniungit. Bellon. *Conſ.* 35. *n.* 6.
Bero. *Conſ.* 43. *n.* 46. *lib.* 3. Pariſ. *vol.* 2. *Conſ.* 10 *n.* 32. Ruin. *Conſ.* 106. *n.* 18. *lib.* 5.
Mich. Graf. *lib.* 2. §. *Tranſmiſſio, quæſt.* 9. *n.* 6. per rationem, quod † ſuccum- 58
bens in hoc Interdicto, vel damnum aliquod patiens, illud recuperare poſſit
actione petitionis hereditatis: cum cauſa leuioris cognitionis nunquam pa-
riat † exceptionem rei iudicatæ in cauſa maioris inquiſitionis: Conrard. *d.* 59
lim. 2. *n.* 15. poſt Bellamer. *d. c. paſtoral. n.* 11. Angel. *d.* §. *quadrupli n.* 37. Caſtren.
Conſ. 39. *n.* 2. *lib.* 1. quicquid tenuerint Ioh. Fab. §. *ſequens Inſt. de interd.* & Precei.
Conſ. 50. *nu.* 7. Et quamuis contrarium, † ſcilicet, quod plenæ etiam in hoc 60

Digitized by Google

interdictorequirantur probationes, poſt Ripam *in l. 2. n. 8. ff. Quor. bon.* & Salicet. *l. 1. C. eod.* tanquam veriorem tuetur Menoch. *adipiſ. remed. 1. q. 26.* Tamē
61 priorem Bartholi & aliorum tanquam † communiorem & receptiorem tenendam inquit, Graſ. *d. n. 6.* Vnde & Contard pro eadē generaliter concludit, ne mentione quidē facta, contrariæ opinionis, Quo facere videtur, quod nul-
62 la vera & formalis differentia conſtitui † poſſet, huius Interdicti, & iudicij de petitione hereditatis: niſi in illo priuilegium aliquod concedatur probationis
63 ad conſequendam faciliori cum negotio poſſeſſionem. Quinto ſemiplenas † probationes ſufficere aiunt, in beneficio *l. 3. C. de edict. diu. Ad. tol.* Bero. *Conſ. 43. n. 43 lib. 3.* quod ipſum etſi neget Menoch. *adipiſ. rem. 4. q. 79.* poſt Riminal. *vt ibi*: tamen contradicere videtur ipſe textus legis, quæ acquieſcit qualicunq;
64 teſtamento, ſi modo apparens vitium non habeat; Et quandoquidem † illud beneficium in teſtamento etiam locum habet mere nuncupatiuo, vbi ſolis teſtibus, res probanda: *per ea quæ ſuo loco diximus*: ergo & hoc caſu ſemiplena vnius ſcil. teſtis probatio ſufficere videtur; ſi videlicet exceptione ſit maior, vt
65 de vitio vel defectu repulſa digno, in continenti non doceatur. Sexto, † in Interdicto de itinere actuq; priuato, ex primo capite, ſatis eſſe aiunt, veriſimiliter probare actorē, ſe vti iure ſeruitutis, Cont. *l. vn. q. fin. n. 9. C. ſi de mom. poſ.* Men. *retin. rem. 5. n. 117. & ſeq.* Septimo leues & ſemiplenæ probationes ſuffi-
66 ciunt in ſummariſſimo retinendæ † poſſeſſorio, quod litigioſum vel interim aut fiduciarium appellitant, & officio Iudicis expediri dicunt: in quo videntur omnes conſentire; Caſtr. *d. Conſ. 3. Alex. lib. 7. Conſ. 103. n. 3.* Dec. *Conſ. 56.* Couar. *pract. q. c. 17. n. 4.* Hermannot. Der. Crauet. & alij, vt ap. Menoch. *retin. rem. fin.* Roland. à Val. *lib. 4. conſ. 8. n. 31. & ſeq.* And. Gail. 1. *obſ. 7. n. 2.* Cagnol. *in pari ff. de*
67 *reg. iur.* Quibus addi poſſent multi adhuc alij caſus; præſertim cum non pauci † DD. in peruerſiſſima & corruptiſſima illa ſint opinione, quod in omnibus Iudicijs poſſeſſorijs ſemiplenæ probationes ſufficiant. *per ea quæ ſup.* Sed neq; in hiſce tam multiuariis opinionib. iam deductis difficultas omnis propoſita: Cū etiam ratione ſolennitatum in recipiendis probationib. alias requiſitarum, nō exigui adhuc obſtent ſcopuli, quibus in Interdictorum pelago nauigans faciliime impingat, Siue enim ijs aſſentiare, qui in poſſeſſorijs ſemiplenas probationes ſufficere dicunt, ſiue ijs qui plenas deſiderant: tamē, quod Decimaquinta
68 † opinionū ſit ſtructura, ratione ſolennitatū magnæ adhuc ſunt controuerſiæ, An ſc. in poſſeſſorijs, præcipue interdictorūm momentaneis (de ordinarijs. n. quæ vocant poſſeſſorijs ſeu potius petitorijs nihil hic mouebimus) opus ſit citate partem, ad dandum interrogatoria, videndumq; iurare teſtem, & an teſtis
69 iniurati depoſitio hic admittatur? Quia † igitur in tot tantiſq, opinionū diuerticulis & quaſi ſyrtibus, præſens de interdictor. & poſſeſſio. probatione quæſt, confuſiſſima, & ad profundum quaſi demerſa agitatur: rectiſſime Cont. *d. rat. decid. n. 8.* dixiſſe videtur, hunc articulum perplexiſſimū ac fere inexplicabilē eſſe: vt non inutile ſit laborare paululū, quo veritas huius quæſtionis illuſtrior
70 in lucem prodeat. In quo cum plæriq; DD, ita anxij dubijq; † ſubſtiterint, vt

Digitized by Google

vel explicando & diſtinguendo, confuſionẽ, iuriumq; atq; legũ, in multis ca-
ſibus deprauationẽ adhuc maiorẽ intulerint: Vel, vt deſperabundi plane, nihil
niſi aliquas iſtarum contrarietatum recenſendo monitionẽ de cogitando re-
liquerint, vtra pars ſit verior, vt videre eſt, apud Gabr. *d. concl. 5 n. 123. & trib. ſeq.*
& Zuchard. *l. fin. n. 99. C de edict. diu. Ad.* Ideirco diuina ope adiuuante, nos hũc
articulum, ex veris † legũ fundamẽtis, breuiſſime & clariſſime enucleabimus: 71
Alexandri, & aliorum quorundã, ſupra ad claſſem ſecundã relatorũ ſententiã
amplexando, aliorumq; opiniones, quæ contrariari inter ſe videntur, dextre
applicando: & ſic tandẽ cõprobando ac dicendo, In cauſis nimirũ vt petitorij,
ita etiã poſſeſſorij. & interd. ctorũ, legitimis, plenis, & ſufficiẽtib. probationib.
opus eſſe, & agendum eſſe. Vt autẽ hoc tanto plenius conſequamur, & veritas
præſentis materiæ, tanto melius eluceſcat, paucula hic † mẽbra conſtituemus. 72
I. Falſiſſimũ eſſe ꝙ poſſeſſionis cauſa ſit parui ſeu modici & exigui præiudicij.
II. Caſus iſtos ſpeciales ad claſſem vndecimã ſupra relatos hic repetemus, cõ-
monſtrando, quod etiã in illis, quantumuis maxime fauorabilib. legitimæ pro-
bationes requirantur, nec ſemiplenæ ſufficiant. III. Omnes ſupra relatas opi-
niones, ad noſtræ ſententiæ Confirmationẽ applicabimus: vbi IV. etiã dice-
mus, quatenus partis citatione, & iurata teſtis depoſitione, in poſſeſſorijs, ad
legitimã probationem conſtituendam, opus ſit? V. Videbimus, An & qua-
tenus probatio recepta in Iudicio ſummario fidem faciat, in plenario. Primo 73
igitur, etſi poſſeſſio, reſpectu proprietatis, & poſſeſſoriũ reſpectu petitorij, ſit,
vel potius videatur, leuis atq; modici, vel ſaltẽ recuperabilis præiudicij, prout
Com. DD. Tamen, poſſeſſio, & poſſeſſoriũ, reſpectu ſui ipſius, vel ratione poſ-
ſidentis, & non poſſidentis, magni ſane, quinimo † maximi, & grauiſſi. eſt præ- 74
iudicii. Si. n. poſſidentes ſunt, & reuera quidẽ ſunt, beati, *per vulg.* Conſequẽs
eſt, non poſſidentes, hoc reſpectu eſſe miſeros: *per l. 1 ff. de ſtat. hom. cum mult.*
ſimilib. quod ipſum etiã docet ipſa verbi etymolog. & rei experientia: poſſidẽ-
tes enim ſunt potis, hoc eſt potenter, ſedentes, & aliquid habentes, vbi pedes
quiete deponant, & vnde commode viuant, vtendo fruendo: *l. 1. in pri. & §. 38.*
de acq. poſ. vbi è contra non poſſidentes, dicuntur, & reuera ſunt non habentes,
per ead. Et qualiſqualis ſit poſſeſſio, ſane, illa nunquã non † exhilarat poſſeſ- 75
ſorem ſuũ: cum infinita & magna ſint poſſeſſionis cõmoda, *per ea qua dixi tract.*
De materia poſ. c. 8. & ſeq. vbi 30. poſſeſſionis priuilegia atq; cõmoda recenſuim⁹.
I. enim, poſſidentes ſunt aliquid habentes & proinde beati *per ea qua iam dixi-*
mus, & d. c. 8. in prin. II. Poſſeſſor luctatur † & percipit fructus: ꝙ qua ratione fi- 76
at, *dixi ibid. per tot.* III. Eſt præterea et ã poſſeſſio primus modus acquirẽdi, *l. 1.*
§. 1. ff. de acq. rer. dom. IV. Habet non tantũ benefica Interdictor. retinendæ &
recuperãdæ vel alias actiones, d. c. 8. n. 4. & ſeq. Sed V. etiã permiſſam facti de- 77
fenſionẽ, & recup. ſi fiat in continenti *l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.* DD vt ap. Men.
rec rem. 1. n. 384 & de præſump. lib 6. præſ. 69. n. 25. vbi poſt Guid. Pap *q. 356.* hoc
commodum etiam aſſcribit poſſeſſioni ciuili.

VI.

Digitized by Google

78 VI. Poſſeſſor eo ipſo quod † poſſidet, plus iuris habet, quam qui non
poſſidet: *l.1.§.fin.l.2.ff.Vti poſſid.l.15.C.de rei vindic.l.vti frui, pen.§.1.in fin.ff.ſi vſusfr.pet.* Hinc VII. In pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis: *l.in pari vbi* Cagnol.& alij *ff.de reg. Iuris. d.l. vti frui.l.9 §.4.ff.de public. in rem act. cap.ex literis de probat.* Menoch. *d.præſ.n.7.* vbi poſt alios id exemplis declarat. quo
79 pertinet caſus *l. quoties C.de rei vindic.* Et VIII. releuat poſſeſſorem ſuum ab onere probandi, illudque transfert in aduerſarium, propter præſumptionem, quam pro ſe habet, DD. vt apud Menoch. *de præſump. d. præſ.69.n.1.* & faciunt præcedentia, eſtque text. *l.14 ff.de probat.l.2.l.15.& ſeq. C.eod.* Sicuti IX. Quoque titulum poſſeſſionis regulariter nec allegare nec probare poſ-
80 ſeſſor † tenetur: *l. Cog.11.ff.de pet. hered.l.fin ff.de rei vindic.* A . X. ceſſante vel deficiente in probatione aduerſario, apud poſſeſſorem remanet dominiũ
81 † *d.l.2.c.ſæpe, de reſt.ſpol.c.ad aures de præſcript. &c.* Quia igitur ſæpe non ius deficit, ſed probatio: *l. duo ſunt Titii ff. de teſtam. tut. &c.* Hinc XI. apparet
82 magnum eſſe præiudicium in poſſeſſorio ſuccumbere: † Vnde etiam duabus hiſce proximis rationibus ſolis decidit Panorm, *in d.c. conſultationibus de offic. deleg.* quod cauſa poſſeſſorij, non ſit parui, ſed magni præiudicij, & quod propterea, in omni interdicto poſſeſſorio, requiratur Iuris ordo, & conſequenter plena quoque probatio.

83 XII. Omnis † in dubio poſſeſſor bona fide poſſidere præſumitur: Al-
84 ciat. *reg.2.* præſumpt.23.& eſt communis. XIII. Poſſeſſor, præſertim † immobilium, non tenetur ſatiſdare. nec habetur ſuſpectus de fuga: *l.15.ff. Qui ſatiſd. de præſump.n.16 & com. DD.* cog. XIV. Poſſeſſor habet etiam in du-
85 bio præſumptionem † dominij *d.præſ.num.18.l.2.ff.Vti poſſid.c.fin de ſponſ.*
86 *duor.* XV. Eſt medium & cauſa præſcriptionis & vſucapionis: *cap.ſine † poſ-ſeſſione de reg. Iur in 6.l.3.l 25.ff.de Vſur.* XVI. Tanta eſt poſſeſſionis auto-
87 ritas, vt † non poſſit auferri ſine cauſæ cognitione, & abſque ſententia, reque Iudicata *per vulg.* Menoch.*recup.rem.1.n 79.* Idque XVII. Ne per reſcriptum quidem principis: *l. meminerint C.vnde vi.* Vnde XVIII. Poſſeſſor,
88 non attenta Inhibitione † vel executionis comminatione, poſſeſſionem ſuam continuare poteſt; *per ea quæ* Man ſoſ. *de Inhib.q.23.n.2.& paſſim DD.* Sicuti & hinc XIX. Poſſeſſor, lite pendente retinet commodum poſſeſſionis: *per*
89 *tit. Vt lit. vel appellat. interpoſ. nihil innouet.* Quin XX. ſequeſtrata † etiã poſſeſſione, prior poſſeſſor, ex ea alimentari debet, ſi non habeat aliunde: *l.fin.§. nam ſi C.de ord.cognit.*

XXI. Poſſeſſio operatur ius offerendi *l.12.§.qui pignoris ff. Quib.mod.*
90 *pignus vel hyp.ſol.* Gail.2 *obſ.*18. etiamſi non poſſidens ius † antiquius habeat: Menoch. *adip.rem.q.31.in fin.* Reliqua vide *d.cap.*8. & apud Menoch. *dict. præſumpt. 69. vbi 26.*caſus quos ad pauciores redigere liceat ibidem recenſer. Quibus hic adde XXII. quod DD.in poſſeſſionum cauſis, quaſi leuis eſſent

præ-

Digitized by Google

præiudicij, ſemiplenas probationes indiſtincte admittentes, tanto maiore re-
prehenſione † digni ſunt, quod quædam cauſæ, poſſeſſoriæ illis dictæ, tam pu- 91
ræ atque ſimplices ſint, vt ne ſpem quidem vllam proprietatis dominij habe-
ant: tantum abeſt, vt per petitorium, quod de nudo ſoloque proprietatis do-
minio multi accipiunt, reparari poſſint. Vbi enim nullus tali petitorio locus,
ibi nulla poſſeſſionis per petitorium recuperatio fieri poteſt.

Quinimo, quod XXIII. hoc quidem loco ſit argumentum, etſi † quis 92
fundatam ſaluamq; petitorij cauſam habeat, tamen & hic nihilominus maxi-
mum vertitur præiudicium, ſi ſemiplenis probationib. acquieſcendum, reſq;
omnis agenda ſit: quod ſcil. poſſeſſio, cuius maximæ ſunt commoditates, in
poſſeſſorio, per quaſcunq;, eaſq; forte falſiſſime conquiſitas probationes ob-
tinenti indebite accederet, ſuccumbenti vero, & melius forſan ius habenti de-
cederet: quod non modo in remedijs adipiſcendæ, ſed potiſſimum etiam re-
tinendæ & recuperandæ facillime æſtimari ac conſiderari poteſt. Quæ ipſa † 93
ratio (quod XXIV. notandum) eleganter extendi poteſt, per exemplum,
quod ex Maranta & Caſpar. Caballin. reperit Contard. de litibus quæ g ſo-
lent inter vniuerſitates terrarum, ſuper poſſeſſione nemorum, paſcuorum vel
aquarum &c. vbi ſæpe accidit, quod pars poſſidens, propter antiquitatẽ tem-
poris & poſſeſſionis, nulla inſtrumenta vel documenta habeat, quib. in peti-
torio poſſit obtinere; licet alias, iuſtiſſime, & legitime, tam in poſſeſſorio quã
dominio ſit fundatus. Quibus ſane & ſimilib. in cauſis, ſtatim † apparet, ma- 94
ximum vertere præiudicium poſſidentis rei conuenti, ſi ad ſemiplenas, vel
qualcunq; alias actoris probationes, in poſſeſſorio deberet ſuccũbere: Cont.
d.l.vn.limit.1.n.15. Et quamuis XXV. ex praxi elucere dicamus, hæc ipſa, de
quibus diximus, poſſeſſionum cõmoda, in cauſis momentaneæ poſſeſſionis,
vel alijs ſimilibus reſtituendæ & recuperandæ caſibus, non ſemper tanti æſti-
mari poſſe, quod plerunq; ſint † acerbiſſimi poſſeſſionis exitus: quod tunc ap- 95
paret, cum quis iudicio vel poſſeſſorio, vel petitorio finito ſuccumbens, poſ-
ſeſſionem vna cum fructibus perceptis, & iam pridem forte conſumptis, Idq;
præterea cum intereſſe, & proinde magno animi cum mœrore, & dolore, re-
ſtituere cogitur: quod taliter ſæpe fit, vt poſſeſſor eiuſmodi præmaturus, &
male fundatus, nec bene radicatus, vna cum tota familia, ad mendicitatem
atq; inopiam redigatur. Attamen hæc, non † poſſeſſionis, ſed poſſeſſoris plæ- 96
rumq; eſt culpa. Siquidem enim ille, poſſeſſionis commodis frugaliter ſaltẽ
vtatur, deq; dubio litis euentu curioſus, in ſuccumbentiæ caſum, ea quæ de-
bet, reſeruet, triſtem illum, acerbumq; euentum facile poterit præcauere. Ita
vt, quod ipſum quoq; docuit experientia poſſeſſionem quidem reſtituat, rem
tamen ex poſſeſſionis multiuarijs commodis factam, ſib. ſuiſque retineat. Et
ſicuti XXVI. multa inter os & offam cadere † dicuntur: Ita multa quã plu- 97
rima cadunt inter principium finemq; litis, item inter poſſeſſionis amiſſionẽ,

Digitized by Google

& reſtitutionem: eo, qui poſſeſſione deſtituitur, multis & infinitis periculis
98 ſubiecto. Siquidẽ .n. fame, † inopia, aut miſeria, vel ſaltẽ iuſtiſſimo, ob poſſeſ-
ſionis priuationẽ, animi dolore, quod ſæpiſſime factũ, non moriatur: tamẽ &
illi ad minimũ accidit, quod in Germanico eſt prouerbio, vt aduerſariũ vel ſpo-
liatorem aut præoccupatorẽ ſuũ, in iudicijs ſcil. perſequendo & fatigando & il-
le met ipſe defatigetur: ſi nõ omnibus, ſaltẽ non exiguis vel nõ raro præcipuis
99 ſubſtantiæ ſuæ partib. in proceſſum litemq; exhauſtis, vel exhauriendis: cum †
triplo, quinimo decuplo ſæpe vel etiã vigecuplo plus, proceſſus deuorauerit,
quam ipſa victoria iterum ſurrogauerit. Accedit XXVII. quod is, qui ſuc-
cumbit, ſæpe non exiſtat ſoluendo: cum multi decoctores ſuis poſſeſſionib.
100 qualitercunq; acquiſitis, tam † gnauiter & genialiter perfruantur, vt vix pa-
101 xillus aut reſtis in fine litigij ſuperſit. Aggrauat † etiam XXVIII. præiudiciũ
non poſſidentis, quod in remedio appellationis difficulter exaudiatur: *per d.
l. vn. C. ſi de mom. poſ. ap.* & quod poſſeſſor cum iuris tum iudicis fauorem præ
miſero actore plerunq; habeat. DD. vt ap. Cagnol. *d. l. in pari num. 2.* Quin ipſa
quoq; 29. experientia & quotidiana praxis docet, in exitu poſſeſſoriorum iu-
diciorũ maximas adhuc oriri, & ſæpiſ. moueri controuerſias, ratione impenſa-
rũ & prætenſarum meliorationũ poſſeſſionis iure factarum: vbi plus ſæpe ex-
penſum atq; impenſum cõputatur, quã ipſa res poſſeſſa valeat, vel actor redi-
mere & præſtare queat: poſſeſſore interim ex retentionis iure ſibi poſſeſſionẽ
retinente. *per vulg.* Taceo deniq; quod ea non raro Iudicij eſt, vel Neſtorea,
102 & viuax † diuturnitas, vel etiam, ob potentiam aduerſarij, infirmitas, ne dicã
vilitas, vt morte, vel famelica miſeria actoris, qualeſcunq; etiam forte iniquiſ-
ſimas conditiones acceptare tandẽ coacti, tranſactione citius quã iuſto debi-
toq; iuris & iuſticiæ rigore atq; tramite lis decidenda veniat: Qua in re ſumma
103 † & Syndicatu digniſſima, ſanctæ & ſacræ iuriſprudentiæ fit ignominia, quam
certiſſimus iuris & iuſticiæ patronus atq; vindex Deus, quoad cõſcios iuridici
iſtius ſceleris Reos, nunquã ſinet inultã. Eaq; omnia nõ extra ſcopũ, ſed perti-
nenter hic dicũtur: ne vel odio, vel fauore, aut timore, ſeducti aut pellecti ex-
104 terminãdis doctorũ plærorumq; † opinionib. modicũ vel recuperabile nudi
poſſeſſorij præiudicium eſſe autumantium, & proinde ſemiplenas vel quale ſ-
cunq;, & ficto aliquo arbitrio, veriſimiles probationes admittentium, indul-
105 geamus vel deferamus, cum ſumma alterius partis iniuria. Decimo † pro ſum-
ma ſummarum dicentes & conteſtantes quod poſſeſſorijs non minus quam
petitorijs in cauſis, bona fide, & ex legitimis probationib. ac ſingulorum inter-
dictorum requiſit. omnia decreta æſtimare & definire. Ad quæ, nunc iam
106 deductos ſupra, ſub claſſe vndecima caſus, breuiſſimis, † atq; obiter huc reuo-
cabimus: Ac primo quidem magnus eſt alimentorum fauor, non tantum de
iure communi, ſed etiam de Cameræ imperialis ordinatione, in qua, alimen-
torum cauſa, præter alias, extraordinarijs, & celeritatẽ proceſſus requirentib.
iudicijs accenſetur: ſed vt propterea, in alimentorum cauſa, ad ſemiplenas

Digitized by Google

† qualeſcunq; probationes recta procedatur, vel alimentorum præſtatio ali- 107
cui iniungatur, longe abeſt; quod hoc iudicium futurum eſſet multiplici er-
rori obnoxium. Cum ſemiplenis probationib. reus peragi, & ad præſtandum
cogi poſſet, quē neq; lex, neq; vlla ratio obſtringeret. Ita in ſecundo, & tertio
† caſib. ventris ſcil. & Carboniani Edicti, admodum impertinens eſt accom- 108
modatio: Neq; enim hic, ad ſemiplenas ſaltē probationes mulier ventris no-
mine, vel pupillus ob motam ſtatus cauſam, donec pubes fiat, in poſſeſſionē
mittuntur: Sic enim † vagabunda meretrix, & ſpurius ſæpe, in præiudicium 109
verorum heredum, hiſce legum beneficijs inhiare poſſent: Sed immittuntur
demum ad apparentē, & legitimā matrimonij & parentelæ, quæ cum defun-
cto fuit, cauſam & præſumptionem; *per tot. tit. ff. ſi Mul. vent. nom. l. 2. vbi DD.
C. de edict. Carbon. &c.* Quartum vero caſum, interdicti ſcil. Quorum bon. † 110
quod attinet, res clara eſt, *ex l. 1. C. Quor. bon. ibi: de fide intentionis allega: & Ibi.*
Interdicto quor. bonor. non aliter poſſeſſor conſtitui poteris, quam ſi, te de-
functi filium eſſe, & ad hereditatem vel bonorum poſſeſſionē admiſſum pro-
baueris, vbi gloſ. Salicet. & alij: *& text. in l. conſtat. fin. eod. text. l. 1. § ſi cauſa
Cognita 8. l. ſeruus 7. l. 10. ibi. ſatis* eſt ſcire mortuum eſſe, ſeque proximum co-
gnatum *ff. de bon. poſſeſ.* Ita vt mirum ſit, Bartholum, & ſequaces, ſemiplenas
† in hoc interdicto probationes admittere: Et quod Fulgo. *in l. hereditа-* 111
tem, num. 6. C. Quor. bonor. pro triplici bonorum poſſeſſionis iudicio, triplex
probationis genus facit: quaſi prætor primo quidē iudicio, bonorū poſſeſſionē,
ad quaſcunque etiam ſemiplenas probationes parte non citata decreuerit: in
interdicto vero, ſummarias: in petitorio plenarias probationes receperit.

Cum ſit vulgatiſſimum, & apud omnes tralatitium, quod vbicunq; vel
lege vel ſtatuto requiritur probatio, hoc ſemper intelligendum ſit de legitima
† ſufficiente, & regulari vel ordinaria probatione, quæ fiat idoneè per teſtes, 112
inſtrumenta, & ſimiles modos: *l. fin. §. licentia 10. vbi* DD. *C. de iur. delib. cap. 2.
verb. alia legitime probationes ff. de probat. l. Lucius, vbi* Barth. *ff. de cond. & demonſt.
l. cum de indebito 25.* vbi gloſ. *verb. legitimis ff. de probat. l. 1. vbi* Com. DD. *C. de fid.
Inſtrum.* late Iaſ. *l. admonendi n. 283. de Iureiur.* vt Weſenbec. *conſ. 36 n. 37. &
ibi* DD. quod ipſum, in iſto quorum bonorum † & omni interdicto, ita etiam 113
obtinere, aiunt Felin. *in rub. de probat. n. 3.* Ripa *l. interd. n. 9. ff. quo legat.* Panor. *c.
conſult. n. 9. de offic. & poteſtat. Iud. deleg.* Quemadmodū etiā non dicitur probare
† qui ſemiplene probat. Panor. *c. cum dilectus. n. 55. de ord. cog.* & poſt eum Cont. 114
A. l. vn. lim. 24. ratione complic. n. fin. quæ ſententia confirmatur vulgari illo axio-
mate: Quod teſtis vnus non probet, plene ſcil. & ſufficienter, etiam ſi † præ- 115
claræ curiæ honore præfulgeat: *per vulg.* etiamſi Princeps ſit vel Imperator.
Iul. Clar. *pract. Crim. quæſt. quinquageſima tertia,* vid. Minſinger. *Cent. 5. obſ. 34.*
vnus enim teſtis ſemiplene ſaltem probat, *l. Theopompus ff. de dot. praleg. l.
ſi duo ff. de iureiur.* ſicut † & fama *l. in bonæ fides C. de rebus cred.* neque obſtat; 116

Digitized by Google

ſupra ad hoc Interdictum allatæ rationes, quod alias nulla eius ſubſtantialis
117 differentia conſtitui poſſet, † reſpectu iudicij petitorij: quia nihilominus ſa-
tis euidens manet differentia: vt videre eſt, *ex d. l. conſtat. fin. C. Quor. bon. &*
ſuo loco dicemus.

118 Eademque ratione in Interdicto quod legatorum, tenetur heres † pro-
bare, ſe eſſe heredem, & hereditatem legatis exhauſtam eſſe: *l. 1. C. Quorum*
leg. Aug. Bero. *quaſt. 91. n. 8. & conſ. 113. n. 6.* Bellamer. *d. c. paſtoralis, n. 15.* & poſt
eoſdem Conrad. *d. l. vn. limit. 2. rat. mixtur. n. 17.* vbi tamen id declarant eſſe
verum, quoties legatarij negatio eſſet probabilis, ſecus ſi improbabilis: vnde
tanto alienius eſt, quod iidem DD. in quorum bonorum Interdicto ſemiple-
nas probationes admittant, in Interdicto autem quorum legatorum non ad-
mittant. Ad quintum *l. 2. de Educt. diu. Ad. tol.* caſum facilis etiam eſt reſpon-
119 ſio: quod ſcilicet illud remedium expeditam habet † rationem, non reſpectu
ſemiplenæ probationis ſed reſpectu teſtamenti producti, Cui lex paratam
certo modo executionem tribuit: Et ſicubi de teſtamento agatur mere nun-
cupatiuo, iuxta terminos iuris communis, & non ſemiplenæ probationis, Iu-
120 dicium eſt inſtituendum: de quo itidem ſuo loco dicemus: & longe † alia eſt
ratio teſtamenti ſcripti, quam vnius teſtis, de facta nuncupatione, ſolum de-
ponentis, ita vt inconſequens illa ſit illatio.

Sextum de itinere actuque priuato exemplum ſimiliter fruſtratorium
121 eſt: cum lex † diſerte requirat, vt vſurus illo interdicto, alterutrum probet, vel
iter, vel actum ſe in vſu habuiſſe: *l. 1. §. ſi quis 4. verb. probare ff. de itin act. priuat.*
122 Septimum de litigioſa vel momentanea poſſeſſione † exemplum, tunc demũ
procedit, ſi altera pars, vel nullas, vel irreleuantes poſſeſſionis ſuæ habeat pro-
bationes, altera vero ſi non plenas, ſaltem ſemiplenas habeat: Sic enim ſemi-
plene probans, merito præfertur ei, qui plane non probat, vel ne ſemiplene
123 quidem; Cæteroqui enim, in † concurſu probationum, ſemper vincit atque
obtinet, etiam in mere momentaneo poſſeſſorio ille, qui meliores & plenio-
res habet probationes: Ita vt plene & luculentius probans ſemper excludat
ſemiplene ſaltem de poſſeſſione docentem. Quemadmodum etiam neutra
124 † parte quidquam veriſimiliter probante, neutri parti poſſeſſio adiudicatur,
ſed ea potius ſequeſtratur: Caſtrenſ. *d. Conſ. 3.* Couar. *d. cap. 17,* Gail. *d. obſ. 7. n.*
6. Papon. *lib. 8. arreſt. tit. 11.*

Sic etſi in cauſis pignorationum & arreſtorum, ex conſtitutionibus Im-
125 perij, quoad punctum † mandati, rei vel poſſeſſionis reſtitutio aut relaxatio,
eſt, vel vtique eſſe debet, mere momentanea; Cum in puncto Citationis, &
cauſalium, cauſa poſſeſſionis plene demum ventiletur & decidatur, idque vel
apud eundem mandati Iudicem, in Camera ſcilicet, vel ap. Imp. vt fit in pi-
gnorationibus, vel etiam apud Iudicem forte ordinarium, vt fit interdum in
126 Arreſtis, &c. Attamen, ſi hic temere ad † mandatum, vel ſaltem ad redinte-
grationem

grationem eius procedatur, ad quaſcunque ſupplicantis aſſertiones vel probationes, vero ſane poſſeſſori facillime fraus fieri poterit: Quod ipſum quoque non raro euenit; vt ſupplicans, pignoratus vel arreſtatus, ad qualeſcunq; poſſeſſionis vel iuris ſui allegationes, plus fauoris inuenerit, quam pignorans vel arreſtans: Ita vt contra † hunc, quamuis antiquiſſimam & quietiſſimam 127
poſſeſſionem, optimaque eiuſdem iura habuerit, Supplicans ille, licet nihil niſi actum vnum vel alterum turbatiuum, qualitercunque allegaſſet, redintegrationem mandati obtinuerit, quod poſtmodum ad cauſales iterum ſæpe & iuridice caſſatum.

Quæ res, minore veri poſſeſſoris cum offenſa fieret; ſi iniuncta per mandatum, & humiliter parendo facta reſtitutio, vel relaxatio, momentaneum ſaltem, & in puncto citationis vel ordinarii poſſeſſorii, quod vocant, vel potius petitorii, ſine magna cunctatione reparabile præiudicium haberet. Sed quia hoc non ſemper fit, & in puncto citationis † vel ordinarii poſſeſſorii aut 128
petitorii magnæ ac tantæ interdum, quam quo alio in ordinario proceſſu, fiunt protelationes, diſtractiones & ſuffl mina: hinc accidere videmus, vt mādatorum ſine clauſulis autoritas paulatim flacceſcat, & vilioris hodie pendatur, quam olim, præſertim † quod tam priuilegiatiſſimæ, quales eſſe debe- 129
bant mandatorum vel interdictorum cauſæ, non ſecus ac aliæ pleniſſ. petitorii ordinariæ ad atam Reuiſionum quaſi in phano aliquo aſyli indifferenter & promiſcue ſuſpendantur.

Quibus omnibus clariſſime & liquidiſſime probatur, in cauſis etiam poſſeſſoriis, & interdictorum, non leuibus & ſemiplenis, ſed plenis vel ſaltem legitimis & ſufficientibus probationibus agendum eſſe. Quod ipſum denique generaliſſimo iuris axiomate confirmari † poteſt, quo dicitur: Quod, quali- 130
tates facti, requiſitæ à iure, aut lege, ſint omnino probandæ: Idque adeo, vt deficientibus illis, vel non ſufficienter probatis reus abſoluendus veniat; *text. & not. in l. prætor ait 2. §. docere ff. vi bon. rapt. l. Fulcinius, §. cum hoc interdictum. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. l. 1 §. 1. ibi.* non omnis ergo qui immiſit, vel quid fecit, tenetur, ſed qui faciendo efficit, aliter, quam priore æſtate fluxit, aquam fluere: *ff. Ne quid in flum. pub. l. Titius, ff. de milit. teſtam. l. qui accuſare, C. de edend. l. 2. Cod. de probat. Ial. l. non eſt nouum. n 5 eod. tit.* Andr. Gail. 1. *obſ. 3. n. 5. & ſeq.*

Et ideo pluribus † qualitatibus requiſitis, non vnam impleri ſufficit, ſed 131
omnes impleri ac probari neceſſum eſt, *ibid. num.* 3. Exempla ſatis quotidiana præbet interdictum Vti poſſidetis, & vnde vi: Ibi enim nemo obtinere poteſt, niſi ſe poſſidere ſufficienter probet, ſeque in poſſeſſione ſua turbari: quod adeo verum eſt, vt alioqui nullus plane ſit Interdicto locus. Ita, niſi quis Interdicto Vnde † vi actum, alleget, atque probet, ſe poſſeſſionem habuiſſe, 132
eaque deiectum eſſe & adhuc manere, vel ſe eadem indebite cecidiſſe, nihil poterit obtinere, per *text. ſing. in l. ſi de vi 37. ff. De iudic.* Vnde ſi reus, illa inter-

dicti requiſita neget: actori, ſub periculo abſolutionis rei conuenti, incumbit probatio: eaque non qualis qualis, vel ſemiplena, qua facilime fraus fieri poſſit: ſed plena, legitima ac ſufficiens; quod ipſum quoq; ex Orat. Cic. pro Cecin.
133 liquet. Cum † enim ibi Ebutius, quamuis callide & calumnioſe diceret Cecinnam non poſſediſſe, & deiectionem non de fundo iſto controuerſo, ſed ſaltem proximo aliquo & vicino factam eſſe: Cicero teſtibus productis, interdicti requiſita probauit; quoſdam teſtes ab aduerſo in contrarium productos reprobauit.

Simile ac notabiliſſimum probandi poſſeſſorii exemplum depictum extat apud Symmach. *lib.* 10. *Epiſt.* 41. Cum enim ibi Scirtius V. P. ereptam ſibi partem Cæſareanæ maſſæ crebra aditione conqueſtus, integrationem ſtatus, quem amiſerat impetraſſet: Sed Theſei cuiuſdam heredes, tum & Olibrii actor, de non fundata Scirtii poſſeſſione, & ſic in contrarium excipientes, exe-
134 cutioni † reluctarentur: Symmachus ſane, ad Theodoſ. Imp. reſcribens, & interpoſitæ appellationi (ſed facta interim momentaneæ poſſeſſionis reformatione) deferens, ſe, ad oppoſitas exceptiones vindictam iudiciorum diſtuliſſe, rurſuſque officio ſuo id negotium dediſſe ait, vt neceſſarios teſtes recepe-
135 rit: idque non † perfunctorie & leuiter: ſed rite & legitime: itur, inquit, in quæſtionem poſſeſſionis, quæ partium variis agitata conflictibus, ad interrogationem teſtium iure tranſiuit: Admoneri ſingulos, vt mos eſt, iubeo curiales, nominum, & dignitatis, (hoc enim loco iuramenti dicendæ veritatis fiebat) ab vnoque poſco reſponſa: tum locorum iuſtos poſſeſſores requiro: dehinc percunctor quis annuas functiones aut indicta perſoluerit? Cum ſecundum Scirtium teſtimonia cuncta procederent, atque eam poſſeſſionem cum Theſeo tenuiſſe conſtaret: quando aut per quos deiectus eſſet examino: Se-
136 cundum † vero vel tertium menſem manare conſentiunt, vt eum clariſſimæ atque illuſtris domus homines expulerint: Auditis optimatum teſtimoniis, demum defenſores admitto iurgantes: quæſita reſponſa, (facta ſcilicet atteſtationum publicatione) partibus intimantur, &c. Quare de poſſeſſione ſecundum documenta Scirtii & principalium teſtimonia iudicaui: principalem
137 † vero cauſam proprietatis ſaluis allegationibus partium futuro examini reſeruaui, &c. Ita Symmach. *d. Epiſt.* 41. *lib.* 10. Atque ita in cauſis quoque in-
138 terdictorum poſſeſſoriis neceſſariæ, & requiſitæ qualitates ſunt omnino † probandæ: Idque vt diximus plene, ſufficienter, & legitime.

Quibus ita poſitis, admodum quis demirari, nec immerito quærere poſſit, qua igitur ratione, & quomodo, relatas ſupra contrarias & multiuarias opi-
139 niones, huic noſtræ ſententiæ accommodare liceat & applicare? Et ratio † quidem applicationis, veræque, & propriæ conciliationis non vſque adeo difficilis fuerit: primo enim, eorum quod attinet opinionem, qui generalius dixerunt, ſemiplenas, per vnum teſtem, vel famam probationes, &c. in cauſis

poſſeſ-

poſſeſſionum ſufficere: Conſtat, legitimas & ſufficientes probationes, † non 140
eiuſdem eſſe generis: & ſæpe præterea, vnumidemque probationis genus, in
altero caſu ſufficiens eſſe, in altero autem, licet plane alias ſimili, longe ſecus:
Idque pro circumſtantiarum varietate, & cõtrariatiarum forte probationum,
aut præſumptionum ratione; Cum ſit † iuris definiti & communiſſimi; pro- 141
bationem aut præſumptionem fortiorem elidere debiliorem, *l. Diuus, ff. de in
integ. reſt.* Cravet. *de antiq. temp.* §. 3. *num.* 34. Boer. *deciſ.* 2. *num.* 19. Weſenbec.
conſ. 4. *num* 65. & paſſim DD. Sic præſumtioni † derogatur per probationes 142
aut apparentem in contrarium veritatem; *ibid. n.* 6. 7. *per ead. & l. continuus*, §.
cum ita, *ff. de Verbor. Oblig.* quia ſcilicet melius eſt habere probationem, quam
præſumptionem; Weſenbec. *d. conſ.* 4. *n.* 92. *per l. pecunia* 14 vbi Bald. *C. de ſolut.*
Ita præſumptiones ſpeciales, putatem aliquam eſſe feudalẽ, emphyteuticam,
derogant præſumptioni † generali, pro allodio; *per ea qua late* Weſenb. *d. conſ.* 143
4. *n.* 68. *& ſeq. & per tot.* Quia igitur ſemiplena probatio, longe melior eſt, quã
† nulla plane: maiorque fauor illius qui aliquid, vel ſemiplene probat, quam 144
illius, qui nihil; *per ead.* hinc apparet, ſemiplenam alias probationem, eo caſu,
pro plena, vel ſaltem ſufficiente & legitima haberi; cum † vel nullus eſt con- 145
tradictor, vel etſi ſit, nihil tamen probat, omnique præſumptione fortiore de-
ſtituitur: & ita accipio, Cagnol. recte ſentientem, *l. in pari.* 171. *n.* 3. *in fin. ff. de reg.
iur.* Vbi Dec. & alios, ſemiplenas probationes admittentes, vere loqui, ait, † iis 146
in caſibus, cum iudex ſequitur apparentiam, neque eſt legitimus cõtradictor,
ſicque de intereſſe tertii non agitur; quia tunc iudex facilis eſſe debet, in mit-
tendo in poſſeſſionem; ac ſufficit ſummaria inſtructio, ac probatio: Secus ve-
ro, ſi adſit legitimus contradictor, qui & ipſe, ſuas habeat allegationes: tunc † 147
enim poſſeſſio non eſt danda, niſi ei, qui potiora iura oſtenderit; *ibid. per fin* C.
de Edict. Diu. Ad. Atque ita rei apparentia, vel ſemiplena probatio, aut præſum-
tio ſufficit, vbi de contrario nihil apparet & docetur; *per ead.* & Maſcard. *concluſ.*
1198. *n.* 18. vbi dicit, cauſam † poſſeſſoriam modici præiudicii, ita demum ad- 148
mittere ſemiplenam probationẽ, ſi contra eam non adſint aliqua indicia. Qua
ratione, & fama, & opinio, in antiquis, † pro plena & ordinaria probatione ha- 149
betur, ſi indiciis & præſumptionibus iuuetur, nec recte elidatur; *per vulgata.* &
Weſenbec. *d. conſ.* 4. *nu.* 90. Quemadmodum & vnius teſtis teſtimonium, † ac 150
depoſitio, tali caſu præſumptionem veritatis habet, ſi, quod DD. omnino re-
quirunt, ſit omni exceptione maior: Barth. Angel. Iaſ. & alii in *l. admonendi, ff.
de iureiur.* Alex. *conſ.* 82. *vol.* 1. Deci. *conſ.* 35. *n* 37. *& ſeq.* Benintend. *d. deciſ.* 62. *n.* 15.
& ſeq. Vbi hanc qualitatem, teſtem ſcil. omni exceptione eſſe maiorẽ, propter-
ea probandã eſſe aiunt; quod etſi † quilibet in dubio præſumatur bonus, non 151
tamen ſtatim præſumatur optimus. Vbi quæri poſſet, qui igitur iſta qualitas
probari poſſit? Et poterit probari vel ratione honorũ, geſtorumq;, pietatis, † 152
vitæ, morumq; integritatis, doctrinæ, &c. qua in re tamen, iudex, ſcrupuloſus
eſſe non debet, præſertim cum nullæ ſunt in contrariũ præſumptiones. Et

Digitized by Google

Et cum hæc ita ſeſe habeant, facillime colligitur, quatenus & quando
præſumptiuæ probationes de quibus claſſe 3. dictum eſt, in poſſeſſoriis reci-
153 piantur? quatenus enim ſemiplenæ † & præſumptiuæ probationes, per con-
trarias fortiores probationes, non eliduntur, iis in dubio ſtandum eſt. Quo
faciunt, *tit. ff ſi mul. vent. nom & de Carbon. Edict. l. conſtat, C. Quor. bon. & l. 2. C. de
edict. diu. Adr. l. 1. ff de itin. actuque priuat.*

154 Siquidem vero teſtem † omni exceptione maiorem, ratione virtutum
& meritorum, quæ non ſemper in quibuſuis, etiam alias ingenuiſſimis, tam
apparenter elucent, eſſe non appareat, vel non eſſe dicatur; quemadmodum
155 & præſumptiones grauiores non ſemper adſunt: Idcirco iuramentum † ſup-
pletorium, tanquam dubii ſepulcrum ſiue complementum, à DD. ſub quarta
claſſe relatis, commendatum, non immerito admittitur: præcipue, cum iuris
hoc etiam ſit alias, in ciuilibus cauſis vſitati, & recepti, *l. admonendi vbi com. ſcri-
bentes, ff. De iureiur. l. in bonæ fidei vbi itidem, not. C. de reb. cred.* Marant. *De ord. iud.
p. 6. act. 9. de iuram.*

156 Et cum DD. in quinta & ſexta claſſe citati, in caſu loquantur, † quo de
perdenda poſſeſſione, vel alio grauiore rei conuenti præiudicio, eoque forſan
apparente agitur: Ibi ſane pleniſſimas perfectiſſimaſque probationes requi-
rere & extare oportet, antequam reus condemnari poſſit: quia cum poſſeſſor,
157 eo ipſo, quod poſſidet, plus iuris, habeat, quam ille, qui † non poſſidet, *per vulg.*
& proinde onus probandi transferat in aduerſarium, *per ea quæ ſup. diximus;*
Ideo poſſeſſor ſuam poſſeſſionem pro liquidiſſima & luculenta probatione
habet, illamque ſuam poſſeſſionem dimittere non tenetur, niſi petitor maio-
ribus & vrgentioribus plenioribuſq; probationibus eam iudicialiter, per ſen-
tentiam, remque iudicatam euicerit.

158 Sic in Vti poſſidetis interdicto, † maxima foret iniuria, ſi quis ad ſemi-
plenas alterius probationes, poſſeſſione ſua decedere cogeretur; Vnde vtro-
159 que poſſeſſionem probante, ille vincet, qui vel antiquiorem, vel † titulatam
probat, & ſic meliorem habet probationem: *c. licet cauſam, De probat. cap fin De
reſtit. ſpoliator.* DD. vt ap. Weſenbec, *d. conſ. 18. num. 11. & ſeq.* Quin in pari cauſa
160 probationis, pro poſſeſſore in dubio iudicatur † contra eum, qui prior ad iudi-
cem prouocauit; *c. ex literis 3.* Vbi Panorm. *n. 10. de probat.* Weſenbec. *d. conſ. n.*
161 14. Sic in remedio recuperandæ, poſſeſſio, quæ amiſſa dicitur, eſt † penes re-
um: Sed ſi hic poſſeſſionem quidem fateatur, ſed ſpolium, vel deiectionem
neget: hic quia de magno rei præiudicio agitur, ne legitima poſſeſſione, ſub
prætenſa ſpolii delatione, per interdictum vel mandatum priuetur, actori ple-
ne & ſufficienter ſua intentio eſt probanda: per notiſſ. & alia quæ ſuo loco di-
ximus.

Qui vero ſub claſſe ſeptima, ratione ſummarii & ordinarii poſſeſſorii
162 diſtinguunt, nec illi † quidquam aduerſantur: Cum ſummario poſſeſſorio
ſaltem

Digitized by Google

ſaltem aſcribant, litigioſæ poſſeſſionis interdictum, quo prætor cauet ne partes ad arma deueniant: Is enim caſus ſingularis eſt, à communi proceſſus ratione exemptus; quo iudex non modo ad partis alterius inſtantiam, ſed etiam ex officio informationes ſumere poterit, & inhibere parti alteri, non poſſidenti, vel, neutra recte poſſidente, poſſeſſionem ſequeſtrare: *per ea quæ ſuo loco dixi.*

Et ita quoque poſt alios intelligit, Cagnol. *d. l. in pari d. num.* 6. Quia, ibi poſſeſſio non tam aliquo poſſeſſionis, quam vitandi ſcandali iure aſſignatur vel ſequeſtratur, ſaluo pleniore ipſius etiam poſſeſſorii ventilatione: *ibidem.*

Octaua † quoque, item nona & decima opinionum claſſes eatenus ob- 163
tinere vel locum habere poſſunt, quatenus, iam ante certis caſibus ſemiplenas
probationes diximus.

Vndecima vero claſſis noſtræ in effectu eſt ſententiæ: Etſi enim ibi
ſingularitas † quædam conſideretur verbotenus: quando ſcilicet teſtium al- 164
ter deponit de aratione, alter de ſeminatione, alter vero meſſione & colle-
ctione fructuum, &c. tamen in effectu, & quoad teſtimonii ſubſtantiam, non
ſingularitas quædam, ſed conſonantia teſtium eſt: ex quo omnes ad eandem
poſſeſſionis rationem collimant. Quod autem de vno teſte additur, qui de
pluribus actibus à ſe viſis teſtatur, id intelligendum eſt, iuxta eadem, quæ
ſupra.

Duodecima, decimatertia, & decimaquarta opinionum † claſſes inde 165
profluxerunt, quod DD. quoddam poſſeſſorium leuis atque modici, quod-
dam vero magni & perpetui præiudicii conſtituerunt: Sed cum omnis poſ-
ſeſſio, eiuſque vel acquiſitio, vel amiſſio, magni ſit præiudicii, vt paulo ante
oſtendimus: Quemadmodum & plenum præiudicium de peritorio, vt plu-
rimum accipiendum: Ideo & hæ opiniones † eodem, quo cæteræ præceden 166
tes, modo ſunt conciliandæ; vt ſcilicet, pro qualitate & ratione vel notorie-
tatis, vel præſumptionum, aliarumque circumſtantiarum, probationes ſuffici-
entes reputentur: quod non tam ex arbitrio iudicis, quam ex ductu, atque vi
ipſarum probationum æſtimandum eſt: quippe quod † probationum vis, 167
non ex iudicis arbitrio, ſed hoc, ex illa dependeat & metiendum ſit; Vel et-
iam reſponderi poteſt ratione ſummarii & plenarii ſeu ordinarii poſſeſſorii, à
DD. dicti: cum enim ſummario poſſeſſorio regulariter † caſum tantummodo 168
ſcandali, ſeditionis, & armorum aſſignent: quem præcauere iuſtum atque æ-
quum eſt, ſumptis etiam qualibuſcunque informationibus: Iccirco iſti vnico
& ſoli caſui, præſertim quo ipſum quoque verum poſſeſſorium ſaluum con-
ſeruatur, ſemiplenæ probationes forte non immerito, ſed ita tamen recte aſſi-
gnabuntur, ne cui in poſſeſſione, quam iam habet vel merito habere deberet
egitima, fraus vlla, vltimue præiudicium fiat. Cæteroqui, cum reliquæ

16 omnes ordinariæ † poſſeſſionum ſpecies, interdictorum propriæ, ipſum poſſeſſionis ſtatum concernant, & definiunt, illæ vtique non leuis vel exigui, ſed magni ſunt præiudicii; & proinde plenas ac legitimas probationes requirunt; quamuis ob reſeruatam petitorii ventilationem, momentaneæ habeantur & dicantur.

Commentarius XXVII.

De ſolennitate probationum, in poſſeſſoriis, reſpectu iuramenti, citationis, interrogatoriorum, reprobationis, &c.

Summaria.

1 *De ſolennitate probationum in poſſeſſoriis ſæpe diſputatum.*
2 *Teſtes enim parte non citata & iniuratos recipi poſſe aiunt: & n. 3.*
4 *Teſtes iniurati faciunt præſumptionem, & probant in quali quali petitione, & num. 5. 6.*
7 *Iuramentum teſtis, eſt ſolennitas iuris ſaltem ciuilis non gentium, n. 8.*
9 *In Summariis, vti & poſſeſſoriis iudiciis, non requiritur publicatio atteſtationum, neque admittitur teſtium repulſatio, & n. 10.*
11 *Alii econtra partis citationem, & iuramentum teſtis in ſummario etiam poſſeſſorio requirunt;*
12 *Vel quia alia cauſa ſummaria vbi proceditur de plano, & n. 13.*
14 *In poſſeſſoriis quantumuis ſummariis pleniſſimæ requiruntur probationes.*
15 *Teſtes non citata parte & iniurato recepti, nullam faciunt fidem, etiam in ſummariis, & n. 16. 17. 18.*
19 *Iuramentum dicendæ veritatis eſt de ſubſtantia teſtimonii.*
20 *Vt teſti iniurato credatur nec Papa vel Imperator facere poteſt.*
21 *Iuramentum veritatis quacunque dignitate præditis eſt deferendum.*
22 *Clerici non ſemper tactis Sacris Euangeliis aut ſcripturis ſed alibi etiam admota pectori manu, vel tacta cruce & imagine Chriſti; n. 23. & ſeq.*
25 *Epiſcopi deponunt ſine iuramento, & qualiter.*
An hoc obtineat in cauſis grauiſſ mis.
Iuramenti præſtatio & delatio eſt iuris diuini.
26 *Conciliatio DD. quod citatio partis & iuramentum teſtis requirantur in caſibus veri poſſeſſorii: & n. 27. 28.*
29 *In caſib. ſcandali & armorum citatione vel iuramento non eſt opus, & n. 30.*

31 Vt

31 *Vti nec in caſu contumaciæ, vel & facti euidentiæ.*
32 *Vel ſi procedatur ex æquitate naturali.*
33 *Aut vbi lex non deſiderat plenam probationem.*
34 *Interrogatoriis locus eſt, vbi cauſæ probatio & cognitio requiritur, & n.35.*
36 *In poſſeſſoriis quantumuis ſummariis locum habent interrogatoria & quæ-ue? & n.37.38.*
39 *Error iudiciorum taxatur interrogatoria ſæpe prohibentium in commiſſionibus. & n 40.41.42.*
43 *Interrogatoriorum vſus iure veteri, uti adhuc hodie vſitatiſſimus & neceſſarius habitus.*
44 *Titulus ff. de interrogationib. in iure faciendis ſing. cõmentario illuſtratus.*
45 *An interrogatoriorum fiat communicatio parti? & negatur, n.46.*
47 *Teſtium nomina cum directorio & articulis ſunt edenda.*
48 *Publicationem atteſtationum tum reprobationem teſtium in ſummario poſſeſſorio alii plane reiiciunt:*
49 *Etiam in litigioſæ poſſeſſionis remedio.*
50 *Præſertim ſi tertius interueniat.*
51 *In caſibus ſcandali & armorum publicatio actorum aut reprobatio teſtium non admittitur, ſecus ſi de vera poſſeſſionis agatur præiudicio.*
52 *Quod DD. etiam aliquantula ſub nube animaduerterunt.*
Publicatione illa non eſt opus ſi neutra pars quidquam probet, ita vt iudex ad ſequeſtrationem procedat.
Vel ſi ſummus cauſæ fauor, ob notoriam & euidentem partis iniuſticiam omnem heſitationem excludat:
53 *Vel ſi cauſæ vilitas multam diſputationem reſpuat, & n.54.*
55 *Vbicunque de poſſeſſionis præiudicio agitur, & aliquid dubii ſubeſt, facienda eſt communicatio actorum, ad opponendum legitimas ſi qua ſint exceptiones.*
56 *DD. publicationem atteſtationum, &c. in ſummario poſſeſſorio reiicientes intelligẽdi ſunt ſub conditione ſi nulla legitima adſit publicationis cauſa.*
57 *Iuſticia poſſeſſionis in actis deducta format ſententiam poſſeſſorii, vnde illa communicanda.*
58 *Poſſeſſionis abiudicatio irreparabile eatenus præiudicium continet, & numer.59.*
60 *In poſſeſſoriis iure etiam veteri facta fuit probationum communicatio.*
61 *Iure veteri Dig. ipſi etiam parti eiuſue patronis licebat quæſtionib. intereſſe.*
62 *Quod poſtmodum vtiliter mutatum:*
63 *Atteſtationum publicatio, ſi peteretur fiebat, etiamſi pars quæſtioni interfuiſſet:*
Licet alii putent atteſtationum publicationem iure Dig. ſt. fuiſſe incognitã.

Digitized by Google

64 *Publicatio atteſtationum ap. Gallos in deſuetudinem fere abierat, donec Franciſc. 1. & Henric. III. eam reduxerunt, & numer. 65. & 67.*

66 *Partium iura non ſub nube, vel in follibus, ſed aperto quaſi marte diſcutienda veniunt.*

68 *Referuntur alii adhuc DD. pro d. ſententia.*

69 *In criminalibus articulorum indicionalium fit communicatio:*

70 *Niſi de fori notorietate liquido appareat: reuſue fateatur, vt nulla competat defenſio:*

Vel ſi iudex nuda informationis ergo teſtes examinauerit: quod omne d. quaſt. hic quoque obſeruandum.

71 *Ipſa etiam conſilia iuris ab vna parte producta alteri ſunt communicanda.*

72 *Muſarum & iuſticia ſacerdotem vel miniſtrum decet eſſe haud inuidum in communicando.*

73 *Partes quidem ad factam communicationem, producta ſape & receſſus multiplicant:*

74 *Sed vt alibi, ita & hic exceſſus ſaltem damnandus, modus vero legitimus retinendus.*

75 *Vti exceptionum & reconuentionum laxitas ita & interrogatoriorum, &c. multiplicatio non ferenda in interdictis.*

76 *Interrogationes in cauſis poſſeſſoriis, ex ipſis neceſſariis ſaltem interdicti requiſitis deſumenda.*

77 *Petitorii coloratio plurimum ſape iuuat poſſeſſorium.*

78 *Multiplicatio productorum legibus iudiciorum paſſim reſtringitur, ita vt facta publicatione vna ſaltẽ vel bina ad ſummum concedatur velutatio:*

79 *Megapolenſis dicaſterii prouincialis commendatio.*

80 *Probatio poſſeſſorii, aqua ſolennitate, quo ad ſubſtantialia procedere debet qua petitorii.*

81 *Poſſeſſio dicitur facilioris probationis quod in facto verſatur.*

82 *Dominium ſapiſſime facilius probatur quam ardua cauſa poſſeſſorii:*

Dominium probatur etiam per indicia & coniecturas,

83 *Vel traditione & poſſeſſione,*

84 *Vel praſumptiue & ex aduerſarii confeſſione.*

85 *Vel per documenta & ſcripturas.*

86 *Vel per ipſam notorietatem.*

87 *Vel ex ſola poſſeſſionis inſiſtentia.*

89 *Si videlicet pars iſta omnia melioribus probationibus non elidat.*

90 *Tituli allegatio cauſam dominii & poſſeſſionis ſape difficiliorem facit.*

91 *Modus articulandi ad probandam poſſeſſionem: & num. 92.*

Proxi-

Digitized by Google

PRoximum † nunc eſt vt de probationum poſſeſſoriarum ſolennitate etiam diſpiciamus: vbi pro diſcuſſione huius velitationis, primo, alij dixerunt, in ſummario, vel quocunque etiam momentaneo poſſeſſorio, non opus eſſe vlla citatione, vel iuramento: Ita, quod parte etiam non citata, teſtes nō iurati recte † examinentur, & ab ijs poſſit capi informatio extraiudicialiter: Alex. *vol. 6. Conſ.* 147. *nu.* 1. Dec. *conſ.* 54. *n.* 2. *ſub fin.* vbi dicit, in caſu quaſi poſſeſſionis filiationis, probationem teſtium parte abſente examinatorum, eſſe veriſimilem, & concludere debere, apud bonos viros, qui de facto & veritate inſpecta procedunt; licet, alias, talis examinatio non valeat. Et facit etiam Crauet. *conſ.* 991. *n.* 43. Catil. Catta *in memor. verb. teſtimonio iurato, verſ. notandus tamen eſt caſus*, Rolan. à Val. *Conſ.* 8. *n.* 31. *lib.* 4. poſt Alciat. *conſ.* 386. *n.* 7. Curt. ſen. *conſil.* 61. *ad fin.* Cephal. *Conſil.* 19 *ſub fin.* Neuizan, *Conſ.* 80. *n.* 7. Bolognet. *l. naturaliter §. nihil commune, part.* 2. *n.* 443. *de acq. poſſeſ.* Et Rolandum ſequitur Maſcard. *concluſ.* 1366. *n.* 9. 1 2

Sicut enim in ſummario poſſeſſorio (*per ea quæ ſup.*) ſufficit ſemiplena, † vel qualis qualis probatio: ita teſtibus etiam non iuratis fides adhiberi poteſt: quemadmodum concludit Menoch. *retinend. poſſeſ. remed. fin. n.* 39. aliorumque autoritatibus probat, *de arbitr. Iudic. quæſt.* 26. *n.* 5 *& ſeq.* vbi per Alex. Crauet. & Curt. Iun. Maximam illam, quod teſtibus iniuratis non credatur, declarat, non procedere, quoad qualem qualem † probationem: Vel quoad præſumptionem, quam teſtes quoque non iurati faciunt: ex Panorm. Alex. & Grauatio ad Veſtri. *vt ibid. in fin.* præſertim, cum præſumptiuæ † probationes, in poſſeſſorio ſufficiant. Barth. *l. Celſus, n.* 22. *de Vſucap.* Lanfranc. *c. quoniam verb. teſtium n.* 96. *de teſtib.* Weſenbec. *Conſ.* 20. *n.* 2. Quemadmodum quoque generale eſt: Quod teſtes etiam non † iurati, aliqualem faciunt probationem: DD. vt apud Maſcard. *de probat. concluſ.* 1362. *n* 18. 3 4 5 6

Item quod vbi remiſſæ ſunt ſolennitates Iuris, poſſit iudex teſtibus non Iuratis fidem adhibere: Maſcard. *ibid. num.* 7. per Barth. *in l. filius ſamilias num.* 5. *de donat.* vbi recte ait, Iuramentum † ex ſolennitate iuris ciuilis requiri, & propterea non eſſe iuris gentium, & recte omitti poſſe iji in caſibus, vbi iudex poteſtatem habet ex arbitrio, ſine ſtrepitu & ſolennitatibus procedendi, Bart. ſequuntur Ancharan. Item Ludouic. Roman. vt apud Iaſ. *l. admonendi, num.* 225. & quamuis Iaſ. hoc ipſum † improbare videtur: quod expreſſe etiam, poſt eundem facit Farinac. *de teſtib. quæſt.* 74. *num.* 62, tamen, de mente Bartholi veriſſimum eſſe aſſerit, Mandoſ. ad Roman. *Conſ.* 20. *num*, 3. *& ſeq.* Socin. *Reg.* 424. *fallent.* 3 practica Corradi, *rubric. de teſtib. num.* 11. Tiber. Decian. *conſ.* 51. *n.* 107. *in fin. lib.* 2. Maſc. *d. n.* 7. 7 8

Ac in terminis ſummarij poſſeſſorij, probatur hæc ſententia, etiam ex eo, Quod in huiuſmodi Iudicijs, teſtium † nec publicatio requiratur, nec repullatio admittatur: Couar. *pract. obſ. cap.* 17. *n.* 4. Capic. *deciſ.* 1. & 13. Panor. 9

& Felin. *d. c. 2. de teſtib. & in d. c. veniens* 38. *vbi* & Ioh. And. & Imol. *eod.* Rom. *ſing. Reprobatio perſonarum.* Menoch. *de arbitrar. Iud. quæſt.* 32. *num.* 11. *& retinend. rem. ſin. n.* 41 *& recup. rem. ſin. n.* 34. *& ſeq.* Roland. à Val. *d. conſ.* 8. *n.* 32. vbi omnes tenent, Quod in eiuſmodi & ſimilibus cauſis, ſummariæ cognitio-
10 nis, maxime vbi agitur † ſaltem de præiudicio, per ſententiam definitiuam reparabili, teſtium reprobatio non admittatur.

Alij vero affirmatiuam tenent, quod ſcilicet Citatio partis & Iuramen-
11 tum teſtis etiam in † poſſeſſorijs requirantur. Alciat. *lib.* 6. *Conſ.* 37. *n.* 8. vt poſt ac per eundẽ Lancellot. *de attentat. d. c.* 12. *n.* 19. docentes quod appellatio quidem in ſummariſſimo poſſeſſorio non admittatur, ſed dummodo pars fuerit citata, & adhibita cauſæ cognitio. quibus accedunt Cacheran. *deciſ.* 70. *n.* 18. *in fin. & n. ſeq.* Burſat. *Conſ.* 207. *n* 95. *& mult. ſequent.* Maſcard. *Concluſ.* 682. *n.* 9. Honded. *lib.* 1. *Conſ.* 101. *n.* 8. *& ſeq.* Viui. in *com. opin & alii, vt apud* Farina. *de teſtib q.* 72. *n.* 13. *& ſeq.* vbi concluſionis iſtius, quod teſtes parte altera citata
12 ſint examinandi etiam illam † ponit ampliationem vel extenſionem, quod procedit & requiratur citatio, in examine teſtium, etiam in cauſis ſummarijs, in quibus proceditur Iuris ſolennitate non obſeruata, vel ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu & figura Iudici, aut ſola facti veritate inſpecta, &c. Item Felin.
13 Panorm. & alij *in d. c.* 2. *per text ibid. in princ.* quia † ſe abſente etiã validiſſimi ſunt teſtes exhibiti nullius momenti, *& in d. c. veniens*, 38. *de teſtib.* Capic. *d. deciſ.* 55.
14 *n.* 2. vbi tenet quod in omnibus cauſis poſſeſſorijs debeant fieri plenæ † probationes, etiam ſi ſimus in Iudicio ſummario. per Aret. *in d. c. veniens*, & per Bart. *in capitulo dicto* §. *ſummaria*, Item Pariſ. *conſ.* 2. *n.* 166. *vol.* 4. Gabriel. *lib.* 4. *de citat. Concluſ.* 1. *n.* 42. vbi dicunt omnes DD. ita tenere, quod etiam in cauſa ſumma-
15 ria teſtes examinati parte non † citata nullam probationem faciant, Quemadmodum etiam in hiſce ſummarijs iudicij caſibus, vbi iudex omiſſa Iuris ſolennitate ſummarie, ſine ſtrepitu vel figura iudicij & de plano procedere po-
16 teſt, teſtib. fidem non adhibendam eſſe aiunt, ſi † iniurati deponant: Iaſ. Rip. Panor. Felin. Crot. Contard. vt apud Farinac. *d. q.* 74. *n.* 61. *& ibid.* Minſing. *Cent.* 3. *obſ.* 80 *n.* 3. dicens ex Imol. *in c. ſæpe de verb. ſig. & ex l. ſi quando cum Auth. ſeruilis condit. C. de teſtib.* tam in plenarijs quam ſummarijs † Iudicijs obtinere,
17 vt primo teſtes iurent, quam teſtimonium dicant: Item Menoc. *de arbitr. q.* 26. *n.* 1. *& ſeq.* quam opinionem veriorem & probabiliorem eſſe putat, Burſat. *conſ.* 192 *n.* 28. *lib.* 2. Maſcard. *de probat. & ibi.* DD. *concluſ.* 1362. *n.* 5. *& ſeq.* Vnde & Farinac. hanc concluſionem ſine dubio magis communiter receptam eſſe teſtatur *d. n.* 61 Et quod in poſſeſſoriis ſummarijs, tum illis etiam caſib, vbi ſola
18 facti veritate † inſpecta proceditur, teſtes iurato recipiendi ſunt, affirmat præter prædictos: Tindar. *de teſtib. c.* 11. *n.* 2. Virg. Bocat. *in tract. de manutenẽtia, vel vti poſſid. c.* 15. *n.* 44. poſt Hippol. Marſil. & Magon. *vt ibi.* & impenſe ac ſeno D. Rutger. Ruland. in ſolertiſſimo tract. de Commiſſionib. 2. *lib.* 2. *c.* 11 *n.* 1. *& ſeq. per text. expreſ. & generaliſſimos l. iuriſiurandi, l.* 18. *& ſeq. C. de teſtib. c. nuper e. fra-*

Digitized by Google

ternitatis in fin. c. quoties c. licet c. tertio: de teſtib. Et per rationem; vt teſtes † timo- 19
re iuramenti veritatem dicant, & quod iuramentum dicendæ veritatis, ſit pars
ſubſtantialis teſtimonij: *arg. c. 2. de ſponſ.* Pan. *c. 1. n. 4* Felin. *n. 2. de iureiur* & iuris
diuini quod ſperni vel tolli, nec poſſit nec debeat: Men. d. q. 26. n. 3. Vnde ne 20
ſummus quidẽ pontifex facere valeat vt credatur teſti iniurato: Menoc. *ibid. n.*
4. Cror. *de teſtib. p. 7 n. 4.* Bocat. *d. loc.* vti nec Imperat. Pet. à petra: *de poteſt. princ.*
c. 15. n. 99. poſt eo dem iiſdem verbis, Ruland. *d. c. 11. n. 2. & n. 21.* dicens per ea-
dem quod omnibus teſtibus quacunque † etiam dignitate vel vitæ ſanctimo- 21
nia ornatis iuramentum hoc atteſtationis deferendum ſit, neque credatur in-
iuratis. Vbi, quoad clericos ſæpe quæſitum, quanam ſolennitate iuramentum
hoc præſtare tenerentur? Et alij tactum euangeliorum adeo requirunt, vt † a- 22
lias atteſtata ſint nulla: quod ex Guid. Pap. de ſtylo Parlamenti Granopol. re-
fert Papon. *lib. 9. de iurament. arreſt.* 14. quem nuper eatenus redarguit Gerar.
Maynard. ab Hier. Bruckner. editus *lib. 4. deciſ. Tholoſ. 63. n. 12.* dicens quod de
conſuetudine ſufficiat ſi clericus iuret manu pectori admota: † per *l. priuilegia* 23
17. §. *Id vero. 2.* (vbi tamen additur propoſitis ſanctis ſcripturis) *C. de Sac. Eccl.*
l. rem non nouam in pr. C de iud. c. fin. de iur. calum. c. quoties §. fin. de purg. can. vel
manu impoſita ſuper imagine Crucis Chriſti, quæ iuramentorum ergo haberi
ſolet in curia Tholoſ. &c. *d q. 63. n. 25.* quemodo & tactio ſacratum literatũ in
ſingularib. arduis negociis † adhibentur: *ibid. n. 14. per auth. ſed iudex C. de epiſ.* 24
& cleric. Cum tamen *l. praeced. 7. ibid.* de Epiſcopis reſcribat Theodoſ. Imperat.
quod ad teſtimonium dicendum † nõ debent cogi: (ſeu potius vt ſeq. d. auth. 25
inſinuat euocari) ſed quod iudex ad eos mittere debeat quoſdam de ſuis mi-
niſtris, coram quibus, propoſitis ſacroſanctis Euangelijs dicant quæ nouerint,
ſed abſq; iuramenti neceſſitate: *c. nuper, de probat d. q. 63. n fin.* Quod in cauſis
arduis & grauiſſimis ſummeque præiudicialibus vix obtinere putem: *per praed.*
Quod iuramenti præſtatio, in caſu neceſſariæ veritatis ſit iuris Diuini: *per notiſ.*
& praed. At vero † enimuero, ex ijs quæ homilia præcedente diximus, & hu- 26
ius præſentis contradictoriæ opinionis, facillima eſt conciliatio: Qui enim ci-
tationem partis, & iuratoriam teſtis aſtrictionẽ, in poſſeſſoriarum quoq; cau-
ſarum probationib. & quidem adeo deſiderãt, vt ſine illis ſolennitatib. vtpote
generaliter in teſtimoniorum † cauſis requiſitis, nullas & irreleuantes teſtiũ 27
depoſitiones æſtiment: illi loquuntur, & ſunt intelligendi, de ſummarijs, non
ſolius aut nudi ſcandali, vel armorũ ſed veri poſſeſſorij cauſis: in quib. nõ plena
illa quidẽ † proceſſus ſufflamina, ſed tamen ſubſtantialia ad minimum requi- 28
ſita omnia neceſſario ſunt obſeruanda: propter grauius ſcilicet magnumque
poſſeſſionis præiudicium.

Alij vero DD. pro contraria opinione allegati, loquuntur, † & ſunt in- 29
telligendi, de ſummarijs, non tam poſſeſſionum, quam ſcandali & armorũ, vel
aliarum rerum cauſis, vbi ipſa proceſſus ſubſtantialia, vel plena cauſæ cogni-
tio,

Digitized by Google

30 tio, plenæque probationes, non vſque adeo requiruntur, ſed vbi propter † leue, & modicum, vel nullum plane præiudicium ſemiplenæ, & quales quales probationes ſufficiunt. Quemadmodum & communis eſt DD. concluſio,
31 Quod citatio partis non requiratur † in caſu contumaciæ, & alijs, vbi pars euidenter caret Exceptione: tum etiam in hiſce; vt ſi timeatur periculum, Panorm. *in cap. cum non ab homine, ante med. de iudic.* Hoſtienſ. & ibi Domin. *cap. de humano, de homicid. in 6.* vel ſi procedatur inſpecta æquitate naturali &
32 Iuris gentium: † Barth. *l. 2. C. de naufrag. lib. 11.* vel ſi iudex procedat ad informandum: Barth. *d. §. ſummarie.* Item vbicunque lex in actu non exigit ple-
33 nam † probationem: Hoſtien. & Domin. d. cap. pro humano. Addit. ad Panormit. *in d.c. veniens 38. n. 8. & ſeq. de Teſtib.* late Gabriel. *in tractat. concluſion. tit. de citationib. d. concluſ. 1.*

34 Eademque eſt ratio † interrogatoriorum, quæ in ſummarijs, & proinde etiam poſſeſſorijs cauſæ cognitionem requirentibus iudicijs ſunt neceſſaria: *per text. huc pertinentiſſimum in l. 1. §. 4. verb. probare, & l. fin. ff. de itin. act. pri. & per tit. gen. ff. de interrog. in iure fac.* Clem. *ſæpe de verb. ſignif. c. per tuas, de teſtib. ex text. ſing. cap. præſentium 2. §. teſtes: ibi.* examines ſecundum partis aduerſæ interrogatoria: *eod. in 6.* Specul. *tit. de teſtib. §. 6. num. 8.* late cum ſuis ampliat. Farinac. *de teſtib. quæſt. 73. per tot. & ſingulariter ampliat. 8. 9. & ſeq.* Et ibi recte
35 allegatus And. Gail. *1. obſ. 95. & obſ. 102. num. 1.* & paſſim alij: dicentes, † non tantum eſſe dandam parti copiam, articulorum ad formandum interrogatoria, ſed eſſe deſuper quoque citandam, cum competente dilatione. Quæ ſen-
36 tentia in cauſis Interdictorum poſſeſſorijs quantumuis † ſummarijs etiam inde probatur, Quod omnia interdicta ſua habeant certa requiſita ac circumſtantias, quæ omnino ſunt probanda: neque vero ab ipſo articulante vel im-
37 petrante † commiſſionem, ita ſpecifice poni ac deduci ſolent, ſicut ab ipſa parte de cuius forſan intereſſe agitur fieri conſueuit & vtile ac neceſſarium eſt.
38 Quomodo, in Retinendæ Interdictis videmus, poſſeſſionem † non qualem qualē, ſed talē à prætore requiri, quæ non vi, nō clam, non precario habeatur: *l. 1. & tot. tit. ff. Et C. vnde vi l. 1. de ſuperfic. l. 1. de itin. actuq; priu. l. 1. de aqua quot. &*
39 *æſt. l. 1. de Riu. &c.* Adeo vt grauiſ. & merito corrigendus ſit error † practicus, quo iudices nonnulli ſub prætextu iudicij ſummarij, in omnibus indiſtincte poſſeſſorijs, præſertim vero etiam vti poſſid, interrogatoria non modo non admittunt, ſed expreſſe etiam in decreto commiſſionis præſcindunt: quod omni iuri & æquitati prorſus eſt contrarium: Exemplis rem probare prom-
40 ptiſſimum eſt: Ecce Titius † comitatus eſt aliquoties Sempronium in venatione &c, vel ab eodem, vno atque altero anno, conductionis vel precarij titulo &c. poſſedit vel potius detinuit fundum: Vnde Titius poſtmodum, pro-
41 ut ſunt mores † hominum, ſui iuris veræque poſſeſſionis cauſam fingere ac fabricare molitur, ad ſummarium prouocans poſſeſſorium, exhibendo articulos,

culos, ponentes id quod res eſt, hoc eſt, actus aliquot, poſſeſſionis colorem habentes. Quis hic non videt, periculoſiſſimum eſſe vero poſſeſſori, examen, ad ſolius prætendentis deſiderium, & articulos inſtitutum? Vnde & præiudicia Cameræ † imperialis non deſunt, quibus in cauſis momentaneæ 42
poſſeſſionis admiſſa ſunt interrogatoria; veluti in cauſa ſequeſtratæ poſſeſſionis momentaneæ vnd deß Eißbrechens/ inter Epiſcopum R. V. & Coſſ. ac ſenatum ibid. iſt beyden theilen ob ſie wollen interrogatoria zuvbergeben zugelaſſen/ 4. Ian. an. 1535. &c.

Et maximum interrogationum, ſiue interrogatoriorũ vſum iure veteri, qualibuſcunque † in iudicijs fuiſſe, arguit *tit. ff. de inter. in iure faciend.* quem 43
adhuc iam (non attento quod interrogatoriæ actiones pridem ſublatæ) viridiſſimo & Theoricopractico in vſu eſſe in Commentario noſtro, ſuper eodem, in illuſtri Academia Gieſſena habito, & † ſub interdictis, ad quæ omni- 44
no pertinet, iã mox edendo, probauimus: vti & multis doctiſſ. IC. D. Rutger. Ruland. *lib. ſing. de interrogatoriis, d. lib. de commiſſ. nuper adiuncto.* Iſtis hic ſaltem quærendis, an etiam interrogatoriorum, tum atteſtationum, poſt receptionem † eorundem, communicatio, publicatio, requiratur, in cauſis, & 45
proceſſu interdictorum? item an & exceptio, vel reprobatio teſtium admittatur?

Et quamuis D. Rutger. Ruland. *in d. lib. 2. cap. 3. num.* 8. per aliquot rationes interrogatoriorum editionem parti faciendam eſſe prorſus nouiter † 46
aſſeruit: Tamen negatiua vt communiſſ. ita veriſſima eſt: *per text. gloſ. & Canoniſt. in cap. 2. §. teſtes verb. interrogatoria: de teſtibus in VI. cap. per tuas Ext. eod.* Iaſ. *l. 1. num. 1. & l. 2. num. 5.* vbi Alexand. *nu.* 4. Deci. 1. *num.* 19. Purpurat. *nu.* 93. *C. de edend.* Wameſ. *conſ.* 127. *num.* 3. & communiſſimam ait Gailius noſter 1. *obſ.* 95. *num.* 6. latiuſque de hac & alijs practicis quæſtionibus diximus *ad tit. de edend.*

Multum † vero quæſitum quoque eſt, an & teſtium nomina, vna cum 47
articulis & directorio edi oporteat? Et regulariter affirmatur: *per text. d. c. 2. poſt med. ibi*: teſtes productos quorum nomina in articulis continentur: *de teſtibus in 6. c. qualiter* 24. *ſub fin. ibi*: & non ſolum dicta ſed etiam nomina teſtium ſunt ei publicanda &c. *de accuſat.* & facit *l. 1. & tot. tit. ff. de interrogat.* Rutger Ruland, *de commiſſ. 1. cap. 3. num.* 4. Et eſt poſt multas diſputationes (de quibus nonnihil Specul. *tit. de teſtib.*) ita deciſum, in Conſt. imperij, vel receſſ. Viſitat. *de anno* 1579. §. wann auch/ *ibi*: namen der zeugen zuzufertigen: Gail. 1. *obſ.* 96. *n.* 5.

At enim, de ipſarum † atteſtationum publicatione ac communicatio- 48
ne ſæpius quæſitum, an, poſſeſſorijs, vel & alijs ſummarijs in cauſis ſit neceſſario facienda? Et ſummarijſſimum vel ſummarium, vti aiunt, poſſeſſorium, quod attinet plurimum variant DD. alij enim publicationem vel commu-

nicationem probationum non requiri aiunt: Couarru. Roman. Panormit. Menoch. *vt ſup. num.* 9. Roland. Vallenſ. 4 *conſ.* 8. *num.* 92. Cagnol. & alij, *vt ſupra homil.* 12. *allegati*: & generaliſſime D. Cothman. 1. reſponſ. 17. in ſummario poſſeſſorio (quod ibi eſt recuperandæ) nullam parti actorum communicationem fieri: num. 75. imo neque libellum vel litis conteſtationem requiri: num. 72. & ſeqq. vbi nec cauſæ concluſionem: n. 76.

49 Cumprimis autem in poſſeſſorio, quod, itidem ſummarium vocant, litigioſæ poſſeſſionis, communis fere ſententia eſſe videtur, quod nec in eo teſtium publicatio vel repulſa locum habent: per eoſdem & Capic. *d. deciſ.* 13. *& deciſ.* 55. *in fin.* quem ſequitur Viſil. ad Afflict. *deciſ.* 351. *num.* 1. And. Gail. 1. *obſ.* 6. *num.* 4. *& obſ.* 163. *num.* 5. Menoch. *retin. poſ. fin. num.* 41. Caualcan. *deciſ. Finiz.* 19. *num.* 41. *p.* 1. Alex. Raudenſ. 2. *conſ.* 39. *num.* 91. Schrader. *de feud.* 2. *p.* 9. *ſent.* 13. *num* 56 Farinac. *de teſtib.* 2. *tit.* 6 *quæſt.* 62. *lim.* 9 *num.* 195. Vanti.
50 de nullit. & defect. proceſ. num. 40. & 45. Præſertim † ſi tertius aliquis interueniat: *per ea quæ* Capic. *d. deciſ.* 55. *n.* 4.

Quam ſententiam vtroque in caſu, eatenus ſaltem veram eſſe, alij, & rectiſſime quidem, iudicarunt, ſi, quoad poſſeſſionem vel dandam vel auferen-
51 dam nullius partis vertatur † præiudicium: quod fieri ſolet, cum nudus ſaltem ſcandali & armorum caſus ſubeſt per interdictum prætoris regie & cordate compeſcendus: vel ſi iudex neutram partem in poſſeſſorio fundatam videat, & ſic, ad ſequeſtrationem procedendo, partes de poſſeſſorio legitime
52 certare iubeat: qualem differentiam, ſed † aliquantula ſub nube, acute conſiderauit regius ſenatus Neapol. apud Capic. *d. deciſ.* 55. *per tot.* vel ſi ſummus cauſæ fauor, & notorietas, omnem hæſitationem & publicationem excludat per ea quæ de notorijs com. DD. & ita loqui ac putare videtur Cothman. *dict.*
53 *conſ.* 17. vel & † cauſæ vilitas multam diſputationem reſpuat: *per auth. niſi breues C. de ſent. ex breuic. recit. ex nouel.* 17. *cap.* 3. *& nouel.* 83. *in prin. & arreſta apud* Papon. 9. *tit.* 2. Forme. de proceder & matieres legeres.

54 Quo etiam † pertinet, reſpectu ſcilicet notorietatis, ſi contra interdictum, Vnde vi vel ſpolij reſtitutorium pars rea, magnas oppoſitiones facere ſatagat, vbi tamen notorie conſtat de d. requiſitis: hoc enim neutiquam admittendum. Ceteroqui, ſi dubium aliquod hæreat, & receptis atteſtationibus de aſſignanda vel adiudicanda poſſeſſione agatur, ibi, quantumis alias
55 ſummarius vel † ſummariſſimus ſit vel eſſe debeat poſſeſſorij litigioſi proceſſus, fieri debet communicatio atteſtationum, ſaluis, ſed legitimis ſaltem exceptionibus reprobatorijs: *per ea quæ docte & ſolide* Senatus Neapol. apud Capic. *d. deciſ.* 13. *&* 55. *n.* 3. *& per tot.* Patiſ. 4. *conſ.* 2. *n.* 166. *vbi* Ang. Aretin. & alij Rol. Vallenſ. 4. *conſ.* 8 *n.* 31. Erneſt. Cothm. 1. *reſponſ.* 90 *n.* 18. *& ſeq. & n.* 47.
56 dicens † Couarruuiæ & aliorũ ſententiam, in poſſeſſorio ſummariſſimo reprobationẽ teſtium nõ admitti, intelligendam eſſe ſub conditione ſi de digna

re

reprobatione nihil appareat: alias enim teſt ũ ex minatorum falſi atẽ cõtra-
rietatẽ,& ſimilia ex actis apparentia,nõ tantũ rectiſſime allegari ſed in iudicã-
do etiam attendenda eſſe: per rationem quod in ſummarijſſimo etiam vel ex-
traordinario tali poſſeſſorio,iuſticia poſſeſſionis † ex actis apparens intuenda, 57
& in pronunciando ſequenda ſit. quod ijſdẽ fere verbis etiam habetur *d.deciſ.
Neap.*55.*n.*3. vbi eaſdem ob cauſas, etiam in ſummarijs, vbi ſine figura iudicij
procedendum,publicationem atteſtationum fieri oportere dicitur.

Exiſtimant quidem † nonnulli publicationem in ſummarijs proceſſib. 58
tunc ſaltem neceſſariam eſſe,ſi de præiudicio irreparabili agatur: Minſing de-
clarans ita Panorm.*d.c.veniens n.*11.*de teſtib.*Contard.*ad l.diffamari c.*4.*n.*8.*C.de
ingen.manumiſ.* & vbi momentaneas poſſeſſiones, ob ſaluam petitorij repara-
tionem, irreparabilis præiudicij neutiquam eſſe exiſtimarunt permulti DD.
hom.præced. allegati, At enim,cum poſſeſſorium † cum petitorio nihil habeat 59
commune: per notiſ. & poſſeſſorium vtpote quod vnum & ſimplex ſaltem
eſt: alibi probauimus, ſemel amiſſum, damnum eatenus & ſui reſpectu, irre-
parabile ſecum trahat: Hinc atteſtationũ vel & aliarum probationum in poſ-
ſeſſorijs quantumuis ſummarijs receptarum publicationem faciendam eſſe
conſequitur: Quod olim † quoq; ita obſeruatum vt liquidiſſime arguit ſæ- 60
pius in ſuperioribus citata Oratio Cicer. pro A.Cecinna: in qua Cic.teſtium &
atteſtationum reprobatione vſus legitur: probatq; eandem Symmach.*lib.*10.
*Epiſt.*41. Quinimo liquidiſſime probat noſtram ſententiam quod de iure ve-
teri, ipſis etiam † partibus earumq; patronis interrogationibus intereſſe lice- 61
bat, data etiam illiſmetipſis interrogandi facultate: *per text.expreſ.l.*1.*& tot.tit.
ff. de interrog. in iur.faciend. l.ſi poſtulauerit* 27.§.7. quæſtioni intereſſe iubentur
reus reaue, & patroni eorum & qui crimen detulerit &c. *ff. de adult, l. Athlet.
ff.de falſ.* Quod † poſtmodum vtiliter fuit mutatum, receptis iſtum in locum 62
ſcriptis interrogatorijs & permiſſa adiunctione Notarij *per ea quæ ad d.tit.diximus.*
quomodo etiam tam olim, † quam hodie, non attento quod ipſis,quæ 63
ſtionib.intereſſe licebat, receptarum probationum fiebat cõmunicatio, præ-
ſertim ſi peteretur: *per d.orat.Cic.* vbi non ſolum atteſtationũ ſed & documen-
ti,prætenſæ emptionis,ex publicis tabulis repetiti facta legitur cõmunicatio&
refutatio. Vt mirum ſit, ꝙ Bernard. Muſcat, *in prax. ſua aurea quam dicit p.*6.
*gl.*16.*n.*1.atteſtationũ publicationem,iure digeſt,incognitam fuiſſe ſcribit: de
quo recte hæſitat D.Rul. *de commiſ. lib.* 6.*de publ.atteſt,c.*1.*ſub n.* 4. Et quamuis
apud Gallos olim, iſta publicatio in deſuetudinem † fere abierat: vti adhuc iã 64
in ſuprema curia Pariſ.& Thol.obſeruatur: niſi partes, communicationem &
reprobationem legitimam ſibi proteſtando præſeruent: *per ea quæ* Papon.*lib.*
9.*tit.*3.*de reproches.arreſt.*6.*de anno* 1389.*& ſing.*Mainar. *d.lib.*4 *deciſ.Tholoſ.*70.
per tot. Tamen † ob ſummam & legalem eiuſmodi publicationis vtilitatem ac 65
neceſſitatem, & quod iura partium, non ſub nube, & quaſi in follibus, ſed

 aper-

66 aperto, vti aiunt, marte † diſcutienda veniant, publica Franciſci I. regia de li-
tibus abbreuiandis ordinatione legales illæ receptarum atteſtationum alia-
rumque probationum publicationes ann. 1539. in vſum reuocatæ ſunt: Pap.
d. tit. 3. arreſt. 1. & latius Gerard. Mainard. *d. lib. 4. decis.* 72. Quibus nouiſſime
67 ſucceſſit Ordinatio Henrici III. ex Valleſijs † vltimi in generali ſtatuum con-
uentu Bleſenſi publicata: qua *art.* 150. lege generali ſ. cautum, quod iſtæ pro-
bationum Communicationes in ſupremis curijs & requeſtis, æque ac in alijs
parlamentis & iudicijs fieri debeant: *ibid. n. 5. & ſeq.*
68 Et d. huius ſententiæ † noſtræ, quoad publicationes ac legitimas repro-
bationes teſtimoniorum &c. in ſummariſſimo etiã faciendas, ſi modo calu-
mnia abſit, ſunt quoque D. Ruland. *d. c. 1.* V. ſil. *in addit. ad d.* Afflict. *decis.* 351.
n. 2. Menoch. *& ibi* Zuchard. *de arbit. iud. quaeſt.* 32. *n.* 8. Hieron. Laurent. *decis.
Auinien.* 137. *n.* 3. Franciſ. Viui. *decis. Neap.* 380. *n.* 24. Marcel. Cald. *de mod. ar-
tic. & prob.* §. 1. *gloſ.* 3. *ſub n.* 37. & cum ijſdem Bernhard. Græue. *in doctiſſimis ſuis
concluſionib. ad* And. Gail. *d. obſ.* 6. *conſid.* 1. *n.* 3. 5. *& ſeq.*
69 Ex † eodemq; fundamento dependens eſt quod etiã in criminalib. ar-
ticulorum indicionalium nedum atteſtationum copia danda ſit reo: *per. text.*
vbi gloſ. & Can. *in cap. qualiter* 24. § *debet igitur, de accuſ.* Clar. §. *fin. q.* 49. *& ibi*
DD. ſed plenius Farinac. *de indic. & tortur. q.* 39. *n.* 2. vbi dicit quod etiam ſaga-
ciſſimis reis, licet non petentib. iſthæc communicatio ſit facienda.
70 Niſi forte (quod in † caſu præſentis materiæ & quæſtionis generaliter
ac pertinentiſſime obſeruãdum) de facti notorietate appareat, reuſue pleniſ-
ſime fateatur: *ibid. n.* 102. *vſque ad* 108. ita vt nulla competat defenſio: Vel
niſi iudex ſolius informationis ergo teſtes examinauerit: *n.* 1. *&* 112. *tum* 153.
71 Et dixi latius in Comment. ad tit. ff. & C. de edendo; vbi etiã † probaui quod
ne Conſilia quidem vel allegationes aut informationes iuris, ad acta, tan-
quam pars eorũ recipienda legenda vel vllatenus à iudice attendẽda ſint, niſi
parti alteri facta fuerit communicatio: quod in illuſtriſ. etiam dicaſterio Me-
gapolenſi, & alibi aliquoties practicaui & parte producente etiã inuita, edi-
72 tionem obtinui, ad quæ † mihi incidit illud Theognidis: *χρὴ μουσῶν θερά-
ποντα ἄφθονον εἶναι*: oportet muſarum (nedum iuſticiæ) miniſtrum vel ſa-
cerdotem haud inuidum eſſe in communicando.
Ar vero dicent ſummarij ſed erronei poſſeſſorii defenſores, quænam
hic confuſio & tela proceſſus interdictorũ foueatur contra ipſam germanam
quam reſtituere cupiam interdictorum diſciplinam, celeremq; reformationẽ?
73 Nonne enim videmus, praxiſq; † docet quantopere interrogatoriorum mul-
titudine, eorumque ſæpius vaniſſimorum, tum actorum productorum-
que poſt factam atteſtationum communicationem multiplicatione, legiti-
ma cauſæ deciſio inuoluatur protrahatur? Sed quod in alijs omnibus idem hic
quoque

Digitized by Google

quoque diligenter præcauendum, vt in terminis & circumſtantiis, vel neceſſariis interdictorum requiſitis conſiſtentes, neutra parte modum excedamus.

Eſt † modus in rebus ſunt certi deniq; fines: Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum. Sicut enim exceptionum, ita & interrogatoriorum laxitas, nimiaque † euagatio & ſuperfluitas, in interdictis præcipue, neutiquam ferenda, ſed potius amputanda eſt: Et illud præcipue interrogandum, ſaltemque attendendum, quod formulis & neceſſariis interdictorum † requiſitis proximum & confine eſt: ita vt interrogatorii affirmatio vel negatio cauſam interdicti ac poſſeſſionis controuerſam inſtruat & concernat. 74 75 76

Quomodo etiam verus poſſeſſor de cuius præiudicio agitur admodum inepte ac inconſulto fecerit, ſi extra, quam tutela ac præſidium fineſque & limites poſſeſſionis ſuæ poſtulant nimis euagetur; præſertim ſi petitorii fundamenta ſint profundiora aut dubia. Quamuis † nec ſicco pede tranſeundi ſunt ſemper articuli, quibus aduerſarius, & ipſo petitorio obiter adducto, prætenſum poſſeſſorium colorare & illuſtrare conatur: Si modo ſint nerui & vires, quas promicare vel vtile vel neceſſum eſt. 77

Multiplicationem † veroproductorum ſiue diſputationum quod attinet, ea ne poſt publicatas probationes ſ inole vel tergiuerſatorie fiat, iudiciorum paſſim ordinationibus prouideri ſolet; qualiter, in laudatiſſimo iuris, æquiboniique obſeruantiſſimo dicaſterio Prouinciarum Megapolenſium vltra binam ad ſummum (niſi quid noui moneatur) velitationem nihil ad acta recipitur: ad imitationem S. Imperialis Cameræ, vbi ſtrictiſſima huius rei habetur ratio, *p. 3. tit. 28. & ſeq.* Quomodo ibid. quoque, in cauſis productorum vel allegationum, quantumuis defenſionalium, † non tam numeri, quam iuris & meritorum ratio habetur; exceptionibus & productis impertinentibus, vel irreleuantibus vel nimis diu protelatis, aut vltra terminum illatis, non attentis, in cauſis mandatorum paritionem maturando. 78 79

Atque ita ex his omnibus deductis euincitur, eadem qua in petitorio ſeu dominii quæſtione fit ratione, in poſſeſſoriis † quoque cauſis quantumuis ſummariis probationes pro legitimis & ſufficientibus æſtimari. Etſi enim communiter receptum eſt, dominium difficilis eſſe probationis: Tamen hoc, reſpectu, poſſeſſionis, vtpote † quæ non in iuris obſcuritate, ſed in facti apparentia conſiſtit, ſaltem intelligunt: per *l. Is qui deſtinauit ff. de rei vindic.* & alia omnia, quæ de duplici interdictorum puncto diximus, homilia ſing. Alias enim quoad probationis materiam, eadem vtrobique eſt ratio: Adeo, vt dominium † etiam per iudicia & coniecturas probetur, *l. iudicia, Cod. de rei vindic.* Calcan. *lib. 1. conſ. 2. num.* 11. Pariſ. *conſ.* 104. *n.* 101 *lib.* 1. Vel etiam ex ſola traditionis, quæ non ſecus, † atque poſſeſſio in facto conſiſtit, probatione, Barth. Bald. Salicet. Caſtrenſ. *in l. cum res, Cod. de probat.* & Caſtrenſ. *l. quidam in ſuo, num. 6.* 80 81 82 83

num. 6. ff. de condit. & demonſtr. Boer. *deciſ.42. num.7.* Sarmient. de redit. eccleſ.
84 *part.1. cap. 4. nu.* 10. Vel præſumptiue, ex ſola † aduerſarii confeſſione: Dec.
l.1. num.25. Cod. de pact. Afflict. *deciſ.*164 Crauet. *conſ.*29. vel per ſcripturas & in-
85 ſtrumenta † puta donationis, emptionis, permutationis, teſtamentorum, ſen-
86 tentiæ factæque executionis *per vulg.* Vel per ipſam † notorietatem, vtpote
conſuetudinis, aut præſcriptionis; *per vulg.* aut in antiquis etiam per famam;
late Rip. *l. rem quæ nobis, num.*57 *& ſeq. ff. de acq. poſſ.* Dec. *conſ.*638. *num.9.* De-
87 nique in dubio † probatur ac præſumitur dominium ex ſola poſſeſſionis in-
ſiſtentia; per ea quæ ſupra: quæ omnia eatenus procedere ſciendum eſt, niſi
89 aduerſarius † maioribus vel fortioribus probationibus, debiliores ac prom-
ptiores eiuſmodi probationes elidat: *per ea quæ ſup. in princip.* Vbi neceſſaria
interdum tituli probatio, rem difficiliorem facit: ſicuti accidit, cum in rei vin-
dicatione quis fundat originem & radicem petitionis, virtute tituli ab alio
90 habiti. Vbi etiam † de autoris dominio plene probandum eſt: Caſtrenſ. *lib.2.*
*conſ.*133. Rip. *d. l. rem quæ nob. num.*51. Roland. à Vall. *lib.3. conſ.46. num.*18. ſi ni-
mirum in contrarium adſit probatio; alias enim in infinitum fierent proba-
tiones: late etiam Contard. *d. l. vnica, appoſit. 1. per tot.* & paſſim DD. *ibid. & l. cum*
proprietatis, Cod. de probat. & d. l. cum res, eod. vbi Salicet. *num.2.* Cautelam tradit,
91 quæ † in probatione poſſeſſionis vel dominii, ſit obſeruanda: Si vis, inquit,
quod teſtes tui bene probent, ſemper capitula tua formabis ſuper facto & eius
cauſis, prout tu vis, quod teſtes deponant, & ſic cauſam ſcientiæ ponas, in ipſis
articulis: Sic enim faciendo, non poterit teſtis aberrare, vel omittere illud,
quod neceſſe habet dicere, vel quod tu probare intendis. Vbi & illud in praxi
92 obſeruandum, quod ſi antiquitas † poſſeſſionis, per diuerſos teſtes probanda
ſit, pro diuerſitate temporis: vt tunc, iuxta teſtium rationem ac memoriam,
etiam articulus probandus in certa tempora dirimatur: vt, quod teſtis
ſciat, atque viderit, à decem & viginti annis poſſeſſionis actus exer-
ceri; Item, quod teſtis ſciat, atque viderit, idem, non modo
à 10, vel 20. ſed etiam 30. 40. &c,
annis.

COM-

Commentarius XXVIII.

De requiſitis probandæ poſſeſſionis, reſpectu ſcilicet effectorum, item animi, tituli, actuum, &c. ad l. 1. ff. & C. Vti poſſid. l. fin. ff. de itin. actuque priu. l. 1. ff. & C. Vnd. vi.

Summaria.

1 *Quæ nam ſint debita probandæ poſſeſsionis requiſita vtiliſſ. quæſtio.*
2 *Diſtributio commentarii:*
3 *Poſſeſſio effectis propemodum infinitis probatur: vt reali inſiſtentia detentione.*
4 *Inſiſtentia multiuariam declaratur:*
Non ſola enim conſtat incubatione.
Sed etiam perceptione fructuum,
5 *Per receptam penſionis ſolutionem in locatione,*
6 *Cultura & ſatione agrorum.*
7 *Appoſitione cuſtodum.*
8 *Actibus eundi agendi, lignandi, paſcendi, venandi.*
Denique quot ſunt modi acquirendæ poſſeſsionis tot etiam probandi.
9 *Niſi quod iſtos ad modos certa limitationes obſeruanda.*
10 *Quot ſunt effecta poſſeſsionis, tot etiam probationes eiuſdem.*
11 *Vbi ſingulari opus eſſe libello ſi quis omnia enodare vellet.*
Iuriſdictionis Epiſcopatus, dignitatum officiorum certa ſunt effecta, quibus eorum poſſeſſio probatur:
12 *Poſſeſsio debet eſſe habilis cum actu conueniente, & 13.*
14 *Actus poſſeſsionis non ſufficiunt: cum iure familiaritatis, vel permiſsionis, vel nomine alieno peti queant.*
15 *Sed requiritur vt iure etiam peragantur.*
16 *Poſſeſſio rerum tam incorporalium quam corporalium non acquiritur niſi animo & corpore.*
17 *Animus poſſidendi eſt facti, & comprobari debet.*
18 *Non quidem iuramento,*
19 *Sed præſumptionibus, coniecturis indiciis, ſignis exterioribus & effectis prius.*
20 *Actuum frequentia.*
Antiquitas facti prodeſt donec de contrario doceatur.
21 *Præſertim ſi adſint indicia contra eum qui poſſeſſionem negare conatur.*

22 Ef-

22 *Eccleſia decimas & prabendas non concedit niſi legitimo poſſeſſori.*
Citra iuriſdictionem nemo eiuſdem actus exercere præſumitur.
Vſus paſcendi magis iure proprio quam familiaritatis exerceri iudicantur, & num. 23.
24 *Præſertim accedente temporis diuturnitate & patientia aduerſarii.*
25 *In declaratione actuum præſumptione ſæpe opus, & n. 26.*
27 *Poſſediſſe non præſumitur quando qualitas perſona vel materia reluctatur.*
28 *Poſſeſſio quomodo præſumptionibus probatur, & n. 29. 30. 31.*
32 *Probato vſu ius poſſeßionis probatur.*
33 *In cauſis vniuerſitatum, animus poſſidendi quomodo probetur.*
34 *Intentio & propoſitum diſtinguit non modo delicta, ſed etiam poſſeſſiones.*
35 *Domino vel vniuerſitati per familiam, &c. non acquiritur niſi eius nomine quæratur poſſeßio, & quomodo hoc probetur: n. 36. 37. 38.*
39 *Vniuerſitatis nomine, quomodo quid agi ſoleat.*
40 *Si principes ſe pignorationem, &c, iußiſſe negent, & tamen cum poßint reſtitutionem procurent mandaſſe cenſentur.*
41 *Vniuerſitatis poſſeſſio & animus & mandatum præſumitur, ſi cuſtodes ſyluarum, &c. ſoleant imponere.*
42 *Titulus actuum frequentia an ſit de requiſitis probandæ poſſeſſionis.*
43 *Poſſeſſio ipſa pro titulo eſt.*
44 *Caſus ſunt præcipue quatuor vbi tituli allegatione eſt opus, & n. 45 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53.*
54 *Recuperandæ interdictum quoad tituli allegationem magis eſt priuilegiatum, & n. 55. 56. 57.*
58 *Prælatus eccleſiæ, in alterius Epiſcopi paræcia ad decimas non reſtituitur niſi titulum probet.*
59 *Tam in retin. quam recup. interdicto colorata ſaltem tituli allegatio ſufficit, & n. 60. 61. 62.*
63 *Actuum frequentia vtilis quidem, nec tamen ſemper eſt neceſſaria, & nu. 64. & 65.*
65 *Cum de facto quæritur ſufficit ſemel factum eſſe.*
66 *Interdicta poſſeſſoribus dantur, ſine vlla temporis vel actuum requiſita multiplicatione, & n. 67. 68.*
69 *Actus vnicus ſufficit ſi vere vacua fuerit poſſeßio.*
70 *In incorporalibus non inducitur poſſeßio nedum præſcriptio niſi domino vel illo contra quem poßidetur ſciente & patiente vſurpationem alterius, & 73.*
71 *Niſi poſſeßio longi nedum longiſſimi temporis habeat fauorem, & num. 72. 73. 74.*

75 *Longi temporis ſpácio etiam ſeruitutes per non vſum amittuntur.*
76 *Qui iura incorporalia longo tempore præſcribi patitur, eum ſciuiſſe præſumitur.*
77 *Practica legibus vim facit.*
78 *Aduerſarii ſcientia in ſola ſeruitutum præſcriptione non vero conſtituenda poſſeſsione requiritur.*
79 *Ex longa taciturnitate præſumitur ſcientia & patientia: præſertim inter præſentes & vicinos. & n.80.81.*
82 *Pignorationibus, &c. interrupta poſſeſſio, habetur violenta, turbatiua aut clandeſtina.*
83 *Non ſufficit actus poſſeſſorios exercitos eſſe, niſi etiam ſint pacifici.*
84 *In concurrente vtrinque cum poſſeſsionis tum antiquitatis allegatione, requiritur vt teſtes non modo ex ſenſu corporeo, de actibus poſſeſſoriis eorumque modo & qualitate deponant:*
85 *Sed vt etiam de tempore articulate vel ſaltem propriè atteſtentur, de quinque in quinque, de decem in decem &c. annos interrogentur.*
Ab hiſtoria aliqua memorabili repetitur ſæpe actus poſſeſſoris memoria.
86 *Obiectio quod poſſeſſio iuſta vel iniuſta ſit, quomodo concilietur cum præced. & n.87.88.89.*
90 *Vi clam vel precario exceptio quibus detur, & n.91.*

CVm † autem legitimas & ſufficientes in cauſis poſſeſſoriis probationes 1
requiſiti docuerimus; pro reſtitutione quintæ quæſtionis debita quoque
probandæ poſſeſſionis requiſita neceſſario attingenda ſunt: Et illud quidem,
eam hîc ob cauſam; quod in cauſis interdictorum poſſeſſio ſæpe ab actore po-
nitur, à reo pernegatur: Tum quod hæc quæſtio in tract. de mat. poſſeſſionis
in aliquibus non ſatis ſit diſcuſſa: Vnde hæ quæſtiones † percurrendæ. 1. Qui- 2
bus effectis poſſeſſio probetur. 2. An titulus actuumque frequentia requi-
ratur. 3. An & quando heres vel ſucceſſor poſſeſſionem apprehendiſſe cen-
ſeatur. Et primo effectis † quidem propemodum infinitis poſſeſſio probatur: 3
vt reali inſiſtentia & detentione, *l.1. de acq poſſ.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1179.
qualis inſiſtentia multifariam declaratur: non ſola † quippe incubatione, 4
ſed etiam perceptione fructuum ac redituum *ibid. concluſ.* 1183. Item perce-
ptione & ſolutione † penſionis *ibid. concluſ.* 1180. Item locatione, *concluſ. ſeq.* 5
Item cultura ſatione † & ſimilibus actibus *ibid. concluſ.* 1182. Item appoſitio- 6
ne † cuſtodum: *concluſ.* 1186. Item actibus eundi agendi, *concluſ. ſeq.* Item a- 7
ctibus & exercitiis lignandi, paſcendi, venandi, &c. Maſc. *concluſ.* 1189.

Denique quot ſunt modi acquirendi † poſſeſſionem, de quibus dixi in 8
tract. *de materia poſſeſſ. cap. 11. à princ. vſque ad num.* 54. tot etiam ſunt modi pro-

 bandi:

Digitized by Google

9 bandi: *per ead.* & paſſim Maſcard. *verb. poſſeſſio*: vbi tamen † ad ſingulos fere
modos ſuæ ſunt obſeruandæ limitationes, de quibus *ibid. & alibi*, DD. quin-
10 imo quot ſunt effecta vniuſcuiuſque poſſeſſionis propria, tot ſunt † probatio-
nes eiuſdem. At cum multæ & diuerſiſſimæ ſint res, quæ poſſidentur, multa
quoque & diuerſiſſima munia & officia: Iccirco tam multa & diuerſiſſima
11 earundem poſſeſſionum ſunt effecta, vt ſingulari libello † opus habeat, qui
ea omnia enarrare voluerit. Sic iuriſdictionis, Epiſcopatus, dignitatum, offi-
ciorum proprietatis, certa ſunt effecta, quibus rerum iſtarum omnium poſſeſ-
ſio luculente probari ſolet.

12 Quæ omnia non confuſe, ſed probe & pertinenter † intelligenda ſunt, de
poſſeſſione habili, & cum actu ipſo conueniente: Sic ex actibus eundi agen-
13 di venandi, &c. non ſtatim † ipſius rei vel fundi poſſeſſio recta probatur: niſi
alia adminicula accedant: ſed recta & proprie probatur quaſi poſſeſſio ipſius
iuris, quo ire agere lignari & venari in fundo controuerſo permiſſum eſt. In
14 quibus omnibus ad † conſtituendam poſſeſſionem eiuſque veros effectus,
non tantum ſufficit actus eiuſmodi peregiſſe: cum iure familiaritatis vel per-
miſſionis & licentiæ ſingularis, vel etiam nomine alieno quis actibus eiuſmo-
di defungi poſſit, *per vulg.*

15 Sed requiritur præterea, vt iure † ſuo, & animo poſſidendi quis actus
eiuſmodi poſſeſſionis exercuerit atque peregerit: *per l. qui vniuerſos 30. §. 5. l.
poſſideri 3. in princ. & §. 11. l. non quemadmodum. ff. de acq. poſſ. l. 4. C eod. text. ſing. in
l. fin. ff. de itin. actuque priu. d. concluſ. 1179. à num. 17. vſque ad fin.* Cæpol. *de ſeruit.
16 præd. ruſtic. c. 1. num. 25.* Vti enim poſſeſſio † rerum tam incorporalium quam
corporalium, non acquiritur, niſi animo & corpore ſimul, licet ſolo animo re-
tineri poſſit, *d. l. 30. d. l. 3. cum ſimil.* Ita & poſſeſſio neque haberi, multo minus
probari poteſt, niſi animo poſſidendi actus poſſeſſionis peragamus, *d. l. fin. ff. de
itin. actuque pri.*

17 Animum † vero poſſidendi quod attinet, eum quod ſicut & ipſa poſ-
ſeſſio facti ſit, probare oportet, per *l. ſciendum*, 18. *l. denique*, 19. *ff. ex quibus
cauſis maio. in int. l. 1. § 2. & §. adipiſcimur. ff. de acquir. poſſ.* vbi DD. *& d. concluſ.*
18 1178. *num. 7. & 13. & concluſ. 1187. num. 6.* non quidem † iuramento, quod
nonnulli exiſtimarunt, referente Cæpol. *d. cap. 1. num. 25.* ſed vt dixi præſum-
19 ptionibus, coniecturis, † indiciis, ſignis exterioribus, & effectis propriis, *per
ead. quæ ſup. & d. concluſ. 8. num. 14. & concluſ. 1304. num. 24.*

20 Item actuum frequentia, † & antiquitatis continuatione: Sic enim
antiquitas facti prodeſt, donec de contrario doceatur, per ea quæ idem *con-
21 cluſ. 1371. num. 74.* præſertim ſi adſint † indicia & præſumptiones, contra eum
qui poſſeſſionem negare conatur.

Si enim in cauſa poſſeſſionis eundi, agendi, vel iuriſdictionis aut perce-
ptionis decimæ, aut præbendæ, &c. animus poſſidendi ab aliquo negetur:
quod

Digitized by Google

quod iure forſan familiaritatis aut conceſſionis ſingularis vel itinere vel iuriſ-
dictione, aut decimæ & præbendæ beneficio quis vſus prætendatur: Illud au-
tem ius familiaritatis negetur, nec ab aduerſo probetur: Sane † quod Eccle- 22
ſia decimas aut præbendas, nulli niſi legitimo poſſeſſori concedere, citraque
iuriſdictionem, nemo eiuſdem actus exercere præſumatur, & citra quaſi poſ-
ſeſſionem iuris eundi, paſcendi, &c. præter morem familiaritatis, nemo ire,
vel pecora ſua depaſcere facile permittatur; ſtatim † apparet, magnas inde 23
coniecturas oriri, quod forſan citra animum poſſidendi actus eiuſmodi alias
inſolentes, & arbitrarii & præiudiciales, non fuiſſent facti vel admiſſi: acce-
dente cumprimis † aliqua temporis diuturnitate, & patientia eius qui poſſeſ- 24
ſionem impugnare nititur.

Hac igitur in re, præſumptionibus non † raro locus eſt: tam contra aſ- 25
ſerentem ſe poſſidere, quam pro eodem. Sicut etiam non poſſediſſe præſumi-
tur, quem iure familiaritatis aut nomine alieno in poſſeſſione fuiſſe † conſtat, 26
aut veriſimile eſt: vti vxor, filius, aut familia, item hoſpes vel colonus, in fun-
do, vel re mariti, patris, atque domini, &c. vtpote qui actus poſſeſſorios, non
ſuo ſed alieno, mariti ſcilicet, patris, atque domini, cum iure tum nomine,
præſertim in vita eius exercuiſſe præſumuntur: *per ea quæ dixi de mat. poſſ. c. 2. à
num. 15 vſque ad fin. & d. concluſ.* 1179. *num.* 11. *& ſeq.*

Quemadmodum † etiam poſſediſſe quis non facile præſumitur, quan- 27
do qualitas perſonæ, vel materiæ, de cuius poſſeſſione agitur repugnat: vt, ſi
rem apud me depoſitam, mihiue commodatam, locatam, vel decimam aut
res Eccleſiæ, quas adminiſtraui, me poſſediſſe velim aſſerere: *per ea quæ ibid. nu.*
16. Et è contra ſæpiſſime, pro † poſſeſſione aſſerentis ſunt præſumptiones: vt- 28
pote ſi mortuo marito, parente, vel domino, rem vacuam tenuerint, ſuoque
arbitrio habuerint vidua, ratione dotis aut doralitii, &c. filius vt heres, ſeruus,
hoſpes, vel colonus, &c. animo poſſeſſionem interuertendi, ſibique habendi:
ibid. num. 13. *& ſeq.* Vel ſi & alias viuente † adhuc eo, de cuius præiudicio agi- 29
tur, eiuſmodi actus poſſeſſorii, ab aliquo fiant & exerceantur, qui citra ius poſ-
ſeſſorium, & proinde, abſque animo, & intentione ſibi habendi vel poſſidendi
non fierent: Cuiuſmodi ſunt, actus ſuo nomine ſibique arandi, ſeminandi, 30
metendi, lignandi, depaſcendi, demoliendi, ædificandi, denique ſuo arbitrio
diſponendi; *per vulgat. l. in re mandata, C. mandat. & c. d. concluſ.* 1187. *nu.* 8, *& con-
cluſ.* 1189 *n.* 1. *& ſeq.* Cuiuſmodi ſtantibus præſumptionibus & coniecturis, is
qui vſus eſt, in dubio, non † precario, vel iure familiaritatis, ſed ſuo dominii aut 31
ſeruitutis iure, aut ſaltem animo ſibique poſſidendi actus iſtos exercuiſſe præ-
ſumitur: Specul. *de Homag. num*, 6. Panormit. *cap. cum Eccleſia. num.* 23. *de cauſ.
poſſ.* & Pariſ. *conſ.* 75. *num.* 7. Alex. *conſ.* 51. *in fin. volum.* 1. Bald. *de præſcript. part.*
2. *ſext. princip. quæſt.* 6. *numer.* 5. *& in l. Celſus, part.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 4. vbi † 32
probato vſu, & ius poſſeſſionis in dubio probatum eſſe ait; quo impenſiſſime

facit, *l. quæſtio, 115. de Verb. Signif. & text. l. fin. ibi.* vſum eius iuris pro traditione poſſeſſionis accipiendum eſſe. *ff. de ſeruit.*

33 Quomodo † vero in cauſis vniuerſitatum animus poſſidendi probetur non abs re quæritur. Cum enim vniuerſitas, communitas, vel collegium, corpus ſit multis conſtans indiuiduis ſiue hominibus, qui vel ſibi ipſis priuatim & ſingulatim, vel ipſi vniuerſitati, vel collegio, aut communitati, & in cauſam eius acquirunt ſiue quid aliud agunt: hinc plurimum omnimodo intereſt, vtrum, & vtro aliquid nomine ab iis fiat, ſuoue ſingularium, vel ipſius vni-
34 uerſitatis, collegii, & communitatis? Sicut enim intentio † & propoſitum diſtinguit factum, in aliis plærunque cauſis, etiam delictorum: *per vulg.* Ita quoque in hiſce poſſeſſoriis. Hinc homines vniuerſitatis, actus poſſeſſorios lignandi, paſcendi, ædificandi, demoliendi, &c. in ſilua, vel prædio aliquo exercentes, illudque teſtibus probantes, per id non ſtatim aſſerunt poſſeſſionem vniuerſitatis, niſi ſimul probent, ſiue conſtet, nomine, & in cauſam ipſius vniuerſitatis, collegii, vel municipii, eiuſdemque vel mandato, vel ratificatione actus iſtos, poſſeſſorios factos eſſe & peractos: *per l. 1. §. per procuratorem, ff. de acq. poſſ.* Corne. *conſ. 299, volum. 1. & conſ. 40. num. 11. volum. 3.* Put. *deciſ. 26. lib. 2.* Boſſ. *tract. crim. tit. de plurib. violent. num. 60.* Pariſ. *conſ. 99. num. 2. & ſeq. volum. 4.* & impenſe Bald. *conſ. 438. poſt prin. volum. 1.* Crauet. *conſ. 317. num. 4.* Benint.
35 *deciſ. Bonon. 70. num. 2.* Maſcard. *concluſ. 1189 num. 10.* Sicut alias vulgatum † & regulare eſt; quod domino, vel cui alii, per familiam, aut tertium aliquem, non adquiratur poſſeſſio, niſi ipſius nomine, tum præcedente mandato, vel ſubſecuta ratificatione apprehendatur, *d. l. 1. §. per procurat. l. quod meo, l. generaliter, l. communis ſeruus, in fin. l. poſſeſſio, §. poſſeſſorio, l. ſi me in vacuam, & vbique notat. ff. de acq. poſſ.* Alex. *volum. 1. conſ. 160. & vol. 6. conſ. 167.* Roland. à Val. *conſ. 19. n. 3. lib. 1. & conſ. 6. num. 8. lib. 2.* Crauet. *conſ. 5. &c.* omnes tenentes, poſſeſſionem non probari per teſtes dicentes, quod poſſederunt nomine talis, niſi probetur de eius mandato aut ratificatione.

36 Huiuſmodi vero animus, † mandatum, aut ratificatio ipſius domini, vel vniuerſitatis, probatur, non tantum literis & documentis, quibus alias procuratorium conſtitui poteſt: *per vulg.* ſed multis aliis tum effectis cauſiſque
37 tum præſumptionibus, † Vt, ſi actus illi poſſeſſorii, in rem meam ceſſerint: ſi fructus perceperim: ſi vel ſciens, vel præſens actus illos geri paſſus ſim, cum prohibere potuerim.

38 Sic enim ſcientia † ex patientia præſumitur, & patientia loco mandati habetur: vid. Maſcard. *d. concluſ. num. 12. & ſequentib.* Quæ omnia, in cauſis
39 quoque vniuerſitatis ita procedunt: quatenus ſcilicet vel omnis populus, † vel maior pars, vel Senatus, nomine vniuerſitatis, communicato & deliberato conſilio, actibus iſtis, ab hominibus vniuerſitatis geſtis, communicat: ſuo ſcilicet, non ſingulorum nomine: *per ead.*

Atque

Atq; ita cũ in Camera Imperiali ad emanata ſuper conſtitutione pignora-
tionis & arreſtorum † monitoria, dominus vel princeps, vel ciuitas Imperia- 40
lis pignorationem, vel arreſtum, ſuo nomine facta eſſe pernegat, omnem cul-
pam ipſis officialibus vel miniſtris aſcribendo: dicendoque, illos iniuſſos, ci-
traque mandatum aut ratificationem hæc vel illa pignoraſſe, vel arreſtaſſe: &
tamen, dominus, vel ciuitas, pignus, vel arreſtum cum poteſt, non relaxari fa-
cit; ex eo, de mandato vel ſaltem ratificatione eius, præſumitur: *per l. qui pati-
tur. ff. mandati, & ea qua* Cæpol. *de ſeruit. ruſt. præd. cap. 9. num.* 25. Hieron. de
Mont. *tract. fin. regund. c.* 72, *num.* 8. Dec. *conſ.* 221. Afflict. *deciſ.* 376. multoq;
magis † animus, mandatum, & ratificatio vniuerſitatis præſumitur, ſi homines 41
ſuos peculiares, in exercitijs poſſeſſorijs, contra aliorum vim, turbationem-
que defendere, & tutari conetur, vel conſueta ſit, vel ſi ſuis ſumptibus, inſpe-
ctores & cuſtodes ſyluæ, villæ, aut prædij conſtituerit, & habeat: *per ead. quæ
ſup.*

An autem & titulus, & actuum † frequentia vel multiplicatio, de requi- 42
ſitis ſit probandæ poſſeſſionis, quæſitum eſt? Et titulum quidem, vtpote qui
ad petitorium proprie pertinet, in poſſeſſorijs probare regulariter non eſt ne-
ceſſe: *per vulgatiſ. iuris maximam:* Quod poſſeſſio per ſe ſit facti. Vnde & in
† poſſeſſionis quæſtione, ipſa poſſeſſio, pro titulo eſt, & titulus ex poſſeſſione 43
in dubio præſumitur, non tantum immemorialis, vel longiſſimi temporis,
Maſcard. *Concluſ.* 1213. *n.* 6. *& ſeq.* vel decennalis, *concluſ.* 1371. *per tot.* vel trien-
nalis, *concluſ.* 1377. *num.* 15. verum etiam, ex poſſeſſione admodum recente:
per ead. & quæ Maſcard. concluſ. 1194. n. 7. & concluſ. 1323. num. 3. Sunt ta-
men † caſus, eique præcipue quatuor, vbi etiam in poſſeſſorijs, tituli allega- 44
tione opus eſt: vt primo in poſſeſſorijs adipiſcendæ: *per l. 1. ff. &* C. *Quor. bono.
bonor. l. 1. ff Quod legat. l. 2.* C. *de Edict. Diu. Ad. tol.* Qui enim petit vt talis, de-
bet ſe talem probare: *per ead. l. Qui interrogatus* 12. *& l. ſeq. Nec vllam ff. de petit.
hered. d. l. cogi* C. *eod. l.* 3. *§. genera tep. ff. de acquir. poſſeſ.* Weſenbec. *conſ.* 13.
num. 43. Vnde decreta Cameralia: Si N N. titulum heredis legitime proba-
uerit, fiet quod iuris: Item, ſi NN. cœptam à Sempronio litem contra K. re-
aſſumendo proſequi voluerit, perſonam vel titulum heredis prius legitimare
aut docere tenetur 19. *Ianuar.* 1531. *&c.* Idemque eſt, † ſi quis ex re iudica- 45
ta, vel inſtrum. velit nanciſci poſſeſſionem &c. *per l. doce* C. *de rei vindic. l.* 1. *&
tot. tit.* C. *de exſec. Rei iudic. l. De his controuerſiis* 6 *ff. de tranſactionib. l.* 1. *& tot. tit.
ff. &* C. *de tab. exhib.*

Qualiter ſecundo † de titulo doceri oportet, in cauſis Eccleſiaſticis, ſpi- 46
ritualibus & beneficialibus: præſertim quoad Laicum: late D. Marra, *de iu-
riſdict. 2. c. 5. à pr. vſq; ad num.* 7. Item † in cauſis iuriſdictionum: *ibid. n.* 13. poſt 47
Capic. *deciſ.* 77. *n.* 7. Roland. à Val. 2. *conſ.* 89. *in pr.* Ferret. *conſ.* 21. *n.* 6. Decian.
1. *conſ.* 45. *num.* 7. Item Regalium: † *per ead. & quæ Com. DD. ad tit. Quæ ſint re-* 48

 gal.

48 *gia, &c.* denique in omnibus poſſeſſionum cauſis ex ſingulari principis † vel legis conceſſione dependentibus quorum reſpectu ſine titulo poſſidere non poteſt: Maſcard, concluſ. 1193. num. 45. & per text. expreſ. l. 1. art. fin. ff. de aq. quot. & æſtiua: & per alia quæ de mixtura poſſeſſorij ac petitorij diximus ſup. Commen. XXI. Quo, exemplo d. cauſarum beneficialium, etiam referunt poſſeſſoria feudorum: per ea, quæ D. Roſenthal. de feud. quæſt. 12. num. 60. & ſeq.

49 Tertio tituli allegatione opus eſt, vbi quis præſumptionem iuris † contra ſe habet: *per ead.* & quæ Maſcard. *concl.* 1213. *n.* 6. & per rationem, quod præſumptionem iuris contra ſe habens, onere probationis grauetur: *per ea quæ,* Alciat. *de præſump. in proœm. &c.* Vnde etiam fit, quod notorius & manifeſtus prædo non ſit reſtituendus, multo minus in poſſeſſione manutenendus, longeq; adhuc minus, in eam inducendus, quod communiſſima omnium prudentum eſt ſententia: DD. vt apud Menoc. *recup. rem.* 1. *num.* 113. *& eſt text. notab. l. bonæ Fides* 31. *§.* 1. *ff. depoſ.*

50 Quarto, tituli † probatione opus eſt, in allegationum conflictu: *per prædicta*: quia enim fortior præſumptio aut probatio elidit debiliorem: *arg. tot. tit. de præſumpt. & per vulg.* ſtatim apparet, ſi alter, alteri, in quæſtione retinendæ, poſſeſſionem euincere conetur, eum, qui ſuperior eſſe vult, melioribus probationibus agere oportere: quæ ſine tituli coloratione interdum difficillime conquiruntur; *l.* 2. *l. Eum, qui* 5. *l. verius, ff. de probat. &c.*

51 Vbi valet: quod partium, ſc. vtrinque titulos † oſtentantium, illa vincat, quæ probat prioritatem, vel potioritatem tituli; *per ea quæ* Maſcard. *concluſ.* 1193. quæ prioritas, etiam reſpectu antiquioris poſſeſſionis vel tituli
52 conſideratur quoad titulum quem † alium iuniorem: vt pote, qui in dubio, reſpectu antiquioris poſſeſſionis vel tituli ab iniuſto auctore profectus cenſetur: *per text. cap. licet cauſam: vbi DD. de prob. cap. fin. de reſtit. ſpol. in* 6. Bald. Alex. Ruin. Couar. &c. vt apud Weſenbec. *conſ. decimooctauo, numero decimo, & ſeqq. & conſ. vigeſimoprimo, num.* 24. *& ſeq. & num.* 46. *& com. ac paſſim* DD. Vincent. Caroc. *de ſequeſtro, part.* 3. *numero quinto. & ſeq. vſque ad num.* 80. & dicetur latius *ad tit. vti poſſid.*

53 Iſtisque & ſimilibus reſpectibus, tales † ſolent ferri ſententiæ: In cauſa N N. contr. P. O. decernitur. Si N N. titulum intentionis: (Si videlicet adipiſcendæ agat:) vel poſſeſſionis: (ſi nimirum retinendæ vel & certis caſibus recup. interdicto experiatur;) vti decet, probauerit, fieri debeat quod iuris. Adeo, vt, donec probatio eiuſmodi fiat, pars actrix repulſam patiatur: velut, in cauſa S. contra K ab E. denegata eſt D. N. petitio, cum tali decreto, ſi iuxta priorem ſententiam, quomodo & quo titulo ſuus principalis bona controuerſa poſſideat, ſignificauerit, (hoc eſt, titulum poſſeſſionis ediderit:) quod

hoc

Digitized by Google

hoc audietur & ſiue fecerit, ſiue non, vlterius fiet, quod Iuris. 13. *Iunii anno*
1537. *&c.*

Ex quibus apparet poſſeſſorium † recuperandæ, quoad tituli editio- 54
nem, magis eſſe priuilegiatum, quam adipiſcend. vel &, in aliquibus, retinen-
dæ: *l.* 1. *§. primo, & ſequentib. &* §. 13. *&c. ff. de vi & vi arm. cap. conquerente, de
reſtitut. ſpol. cap. cum Eccleſia: de cauſ. poſſ. & prop.* Marta *dict. cap.* 5. *num.* 53. &
per rationem, quod vnde vi Interdictum ſine exceptione detur: Cic. in orat.
pro Cecin. & † quod reformatio ſpolij vel deiectionum, ad publicam iuris 55
& pacis diſciplinam pertineat: *l. Creditores ff. de vi priu. &c.* Quamuis † ea- 56
dem fere interdicti retinendæ regulariter ſit ratio, reſpectu turbatorum, me-
liorem poſſeſſionis cauſam non habentium: *l. iuſta* 2. *ff. vti poſſid. leg.* 1. *§.* 2. *ff.
de itin. actuque priu.* Quomodo & in omnibus interdictis deteſtatur prætor,
qui, interrogati de cauſa poſſeſſionis, poſſidere ſe dicunt, quia poſſideant:
d. l. Qui interrogatus 12. *& l. ſeq. ff. de petit. hered.* neque dicere poſſunt, vel au-
dent, quanam ex cauſa empti ſcilicet, hereditatis, dotis &c. poſſideant: *d. l.*
3. *§. genera antep. ff. de acq. poſ.*

Vt in poſſeſſorio tam recuperandæ, quam adipiſcendæ, vel retin. tituli
† allegatione, eiuſue ſaltem veriſimili coloratione, opus eſſe, quidam non in- 57
ſcite dixiſſe cenſeantur: *gloſ. cap. literis. & c. Ex tranſmiſſa, de reſtit. ſpoliat. c. vt
lit. pend. in* 6. Marta, *de iuriſdict. ſecundo, capite trigeſimo nono, numero vigeſi-
mo tertio.*

Præſertim vero, ſi, agenti, obſtet iuris aut facti præſumptio: † *per text.* 58
cap. ad decimas fin. de reſtitut. ſpol. in 6. Vbi, ne Eccleſia quidem, ad decimas,
quas ſe in alterius Epiſcopi parœcia poſſediſſe ait, reſtituitur, niſi titulum pro-
bet. Vnde nec prælatus, Eccleſiæ in aliena diœceſi ſitæ, reſtitutionem obti-
nebit, niſi doceat, de titulo: *per dict. cap. fin.* Bald. *dict. l. cogi, numero quarto,*
Ang. *numero quinto, C. de petit. hered.* Quomodo etiam, tam in retinend.
quam † recuperand. interdicto, colorata ſaltem tituli allegatio, regulariter, 59
etiam contra ſuperiorem, nedum contra priuatos ſufficit: Panormitan. *dict.
capit. ad decimas & cap. Ex parte, numero decimo nono, de reſtitut. ſpol.* Bellamer.
deciſ. quadrageſima nona. & deciſ. 455. Affl ct. §. *illud quoque, poſt numerum quin-
quageſimum primum de prohib. feud. alien. per Frid.* Rebuf. *in concordant. Galliæ,
rubric. de annat gloſ.* 4. *reg.* 7.

Idque † in rebus etiam Eccleſiaſticis, ac beneficialibus, aduerſus ipſum 60
Epiſcopum: vel in Iuriſdictionalibus, & feudis, aduerſus ipſum dominum:
dict. cap. ad decimas, Capic. *dict. deciſ. ſeptuageſima ſeptima,* Menoch. *& ibi DD.
Retinend. remed.* 3. *quæſtione ſeptuageſima tertia.* vbi idem quoque ad remed. re-
cuperand. applicat, *& remed. Recup.* 15. *quaſt.* 36. Mart. *d. c.* 5. *n.* 56. *& ſeq.* per † 61
rationes: Quod tam Epiſcopi, principes, & ſuperiores, quam priuati, debeant

violen-

violentijs abſtinere, & cum digna cauſæ cognitione procedere; *l. meminerint, C. vnde vi, vbi DD. c. licet Epiſcopus, de præbend. in 6. d. cap. conquirente, de reſtitut. ſpol.* Mart. *d. loc. num. 69.* Et quod regulariter, contra priuatos, ne coloratione
62 quidem opus ſit, *ibid. num. 70.* Niſi † forte notoria iuris aut facti obſtet reſi-
ſtentia, quæ veram & plenam tituli probationem deſideret: præſertim reſpe-
ctu ſuperioris: *ibid. num. pen. & per d. l. cogi.* & quæ de notoria Dominij exce-
ptione, *Com. DD.*

63 Actuum quoque frequentia † vel multiplicatio, vtile quidem non ra-
ro, ſed tamen neceſſarium per ſe probandæ poſſeſſionis requiſitum non eſt;
Cum ſufficiat de poſſeſſione conſtare, quæ citra vllam diuturnitatis vel mul-
tiplicationis conſiderationem, vel ex ipſis acquirendi modis, vel aliunde, pro-
64 bari poteſt; Sic eius, qui in poſſeſſione vno momento legitime eſt † vel fuit,
idem, quoad poſſeſſionis rationem, ius eſt, quod eius eſt, vel fuerit, qui decẽ,
viginti vel triginta annis poſſederit. Cum enim de facto quæritur, ſufficit ſe-
65 mel factum eſſe, & illud impleri etiam vnico actu *per l. ſi quis. 10. in princ. ff. de acq. poſſ. l. ded. 16. l. ſi ſic 133. ff. de verb. ſig.* ſi modo actus ille perduret. *l. item eo-rum. 6. §. 1. ff. Quod cuiuſ. vniuerſ. nom. l. 27. ff. de fideiuſ.* qua ratione interdicta
66 poſſeſſoribus dantur, ſine vlla vel † temporis vel actuum frequentia licet per
accidens reſpectu concurrentis forte poſſeſſionis, is potius poſſeſſionis ius ha-
bere videtur, qui frequentiores, potiores, & antiquiores, poſſeſſionis actus
poteſt deducere: *per ead. quæ ſup.* & per ea quæ de annuo fatali in multis inter-
dictis retinendæ dicuntur: quomodo & in multis retinendæ interdictis an-
nua continuatio requiritur. Et quidem in rebus corporalibus quæ proprie
67 poſſideri dicuntur, minus eſt dubij, quippe quod † earum detentio, inſiſten-
tia vel poſſeſſio, etiam per ingreſſum vel traditionem ſemel factam, ſatis ſuper-
que declaratur.

Sed de incorporalibus dubitari poteſt, in quibus poſſidendi actus non
68 tam & continuus & perſpicuus eſt? Et hic etiam † per vnicum actum, pro-
batam poſſeſſionem induci tradunt: Rota, *de præſcript. deciſ. 2. num. 3* Panorm.
c. cum Eccleſia. n. 22. de cauſ. poſ & prop. Pariſ. *vol. 1. conſ. 25 n. 87* etiam quoad præ-
ſcriptionẽ. Spec. *de feud §. ſuper homag. n. 10.* Balb. *de præſcri. part 2. d. 4. prin. q.*
69 *6. n. 5.* quos etiam refert Weſenb. *conſ. 18. n. 18.* quod intelligi ſi vere † vacua
fuerit poſſeſſio, & actus ille vnicus, aut plures, & re, & animo, poſſeſſionem
acquirendi facti ſint: *per ea quæ ſup.* Idque præterea, ſciente, & patiente eo,
70 de cuius præiudicio agitur: Cum in incorporalibus, non inducatur † poſſeſ-
ſio, multo minus præſcriptio, niſi domino, vel illo, contra quem poſſidetur,
ſciente & patiente vſurpationem alterius. *l. quoties 17. & l. quoties fin. ff. de ſeruit.* vbi Bald. & alij *l. 2. C. de ſeruit.* Weſenb. *d. conſ. n. 19. & n. 21.* poſt Barth. *l. 1. §. denique ff. de aq. plu. arc.* Iaſ. *l. 3. §. ex contrario, n. 61. ff. de acq. poſ.* Couar. *Cap. poſſeſſor part. 2. in princ. num. 8. & ſeq. de reg. iur.* Panorm. *cap. de quarta: num. 29. &*

ſeq &

Digitized by Google

ſeq. & ibid. Felin. *num. 4. de præſcript.* Balb. *d. part. 2. in 4. princ. quæſt. 1 num. 10.*
& 15. And. Gail. 2. *obſeru. 66 num. 4. & ſeq.* Schurff. *cent. 2. conſ.* 84. Quam
ipſam ſententiam eatenus † ſaltem quis accipiat, ſi poſſeſſio nec dum longi 71
temporis habeat fauorem & priuilegium: cum D. Iuſtiniani conſtitutione,
in longi nedum longiſſimi temporis præſcriptione, nulla amplius eiuſmodi
ſcientia vel ignorantia exſpectanda ſit, non modo reſpectu rerum ſoli
vel corporalium ſed etiam incorporalium quæ in iure conſiſtunt: *text. expreſ.*
l. fin. C. de præſcript. long. temp. A qua conſtitutione nihil excipitur, niſi † ca- 72
ſus expreſſus *in Nouel. 119. cap. 7.* quando ſcilicet poſſeſſor malæ fidei rem alterius
alienat: Tunc enim verus dominus decennali inter præſentes vel vicennali
inter abſentes præſcriptione excluditur, ſi ſciens alienationem tacuit.
Si vero eam ignorauit, triceñali ſaltem tempo is curſu ſubmouetur.
dict. cap. 7. Et iſta ſententia † probatur primo ex verb. generaliſ. *dict. l. fin.* 73
Deinde ex eo quod Imperat. ob omnes dubitationum cauſas vlteriores
impenſiſſime tollat, iſtaque conſtitutione decidat etiam quoad incorporalia,
ſiue continuam ſiue diſcontinuam cauſam habeant.

Tertio facit † *dict. l. 2. C. de ſeruit.* vbi expreſſa additur clauſula, ſi ante 74
completum longi temporis ſpacium, vſus ſit interdicto: quaſi dicat Imperat.
poſt completum ſpacium nihil amplius quæri.

Quarto facit, quod † tantodem ſpacio, etiam ſeruitutes, indiſtincte 75
per non vſum amittantur. *l. 10. l. 13. d. tit.*, Quinto facit ipſa ſcientiæ præſumptio,
contra eum qui iura incorporalia longo tempore præſcribi † pati- 76
tur: Vel enim eſt præſens, & ſcire præſumitur, per ea quæ ſeq. vel eſt abſens
& per integrum vicennale ſilentium, patientiam ſatis accommodaſſe intelligitur,
quæ patientia hoc caſu ſufficit, *text. l. prima §. fin. de ſeruitut. ruſt. præd.*
Longual. *l. imperium 4. part. §. penult. de iuriſd.* quem male taxant Couar.
dict. loc. & nonnulli alij.

Sed practica † legibus vim facit, qua etiam obtinuiſſe aiunt, vt diſcon- 77
tinuæ ſeruitutes, centum annis demum præſcribantur: Minſing. *cent. 4. obſ.*
53. Gail. *dict. obſeru. 66.* Mich. Coler. *dict. cap. quarto, num. 58. de præſcript.*
Hunded. 1. *conſ. 79.* Cum tamen alij cum legibus in longo tempore acquieſcant:
Menoch. *retin. remed. 5. quæſt. 23. &c.*

Quemadmodum & aduerſarij ſcientia in ſola præſcriptione ſeruitutum
olim requiſita fuit, non vero, in conſtituenda † poſſeſſione, quæ 78
& citra alterius ſcientiæ vel ignorantiæ conſiderationem ſolo poſſidentis
animo & inſiſtentia acquiritur: *per l. 1. & tot. tit. ff. & C. de acq. poſ.* Licet in
conflictu, concurrentis potioris vel antiquioris poſſeſſionis ei datur: per
præd.

Porro ſicut ex longi temporis poſſeſſione, & præſtatione, titulus, ita

79 † etiam ex longa taciturnitate, ſcientia, ac patientia præſumitur: præſertim
inter præſentes, & vicinos, & in caſibus actus publici: late DD. citati à We-
ſenbec. *in dict. conſil.* 18. *num.* 18. Nam qui videt vel patitur geri actus, ſibi
80 præiudiciales, & cum † poſſet, non contradicit, is equidem gerenti & poſ-
ſidenti videtur aſſentiri: *per l. qui tacet.* vbi Dec. & alij. *ff. de reg. iur.* late Me-
noch. *lib. ſexta, præſumpt. penultim.* Præcipue cum omnem præſcribentis
81 vel ex adverſo poſſidentis intentionem etiam † vnico pignorationis aut
cuius alterius contradictionis & diſpatientiæ actu poſſit interrumpere &
impedire: Bald. Caſtrenſ. & alij *dict. l.* 2, *vbi & text. C. de ſeruit.* & Weſenb.
dict. conſ. num. 19. *in med.* Quo caſu pignorationibus moleſtationibus aut
82 † prohibitionibus &c. interrupta poſſeſſio, violenta turbatiua aut clande-
ſtina, & proinde nulla reputatur, reſpectu alterius poſſeſſionis, vel antiquio-
ris, vel pacificæ, & potiora poſſeſſionis iura habentis: Weſenbec. *dict. conſil.*
83 18. *num.* 22. *& ſeq.* Neque enim ſufficit de facto vſurpatum, vel actus † poſ-
ſeſſorios exercitos fuiſſe, niſi etiam vſurpatio pacifica probetur: *per eadem* &
Pariſ. *vol.* 4. *conſ.* 95. *num.* 18. quædamque poſſeſſionis continuatio *l.* 3. *verb.*
continuum, vbi gloſſ. & DD. *l. nunquam*, §. 1. *l. poſſeſſio. ff. de vſucap.* Weſenbec.
d. conſ. 18. *num.* 17. Menoch. 6. *præſumpt.* 65. *&c.*

84 Quo caſu, in † concurrente vtrinque cum poſſeſſionis tum antiquita-
tis vel diuturnitatis allegatione, etiam de requiſitis probationum eſt, vt te-
ſtes non modo ex ſenſu corporeo de actibus poſſeſſorijs, eorumque modo,
& qualitate deponant, *l. ſolam*, vbi Barthol. *num.* 3. *& ſeq.* Bald. *num.* 1. *C. de*
teſtib. Alexand. *vol.* 5. *conſ.* 132. Pariſ. *vol.* 1. *conſ.* 114. *num.* 19. *& ſeqq. & com.*
85 *DD.* ſed vt etiam de tempore articulate vel ſaltem proprie † atteſtentur, de
quinque in quinque, de decem in decem &c. annos. Mateſil. *ſing.* 116. *in prin.*
Weſenbec. *dict. conſ. num.* 16. vel æquipollenter certum ſcilicet tempus de-
ſcribendo, quod ex varijs circumſtantijs temporum, rerum, & perſona-
rum, in teſtimonijs fieri ſolet; præcipue cum de tempore agitur antiquiore.
Vt ſi dicat teſtis, ſe vidiſſe actus poſſeſſorios, eo tempore, quo Dux vel Co-
mes ille natus, vel mortuus &c. cum bellum illud geſtum, Peſtis vel annonæ
caritas illa notoria atque magna &c. fuerit: cum incendium illud factum,
cum famoſi illi latrones ſupplicio affecti: id quod in praxi vſitatum, & rece-
ptum eſt: per rationem quod nihil interſit, vtrum ex æquipollentibus fiat:
Et quod dicta teſtium non cauillanda, ſed potius in quantum fieri poteſt, ad-
iuuanda ſint: Si modo ex circumſtantijs ijs, ſciri & cognoſci poſſit, vtra poſ-
ſeſſio, vel melior vel antiquior.

At vero dicat aliquis: iſta tam curioſa Requiſitorum iſtorum obſerua-
86 tio contra naturam & doctrinam Interdictorum, † & propterea imperti-

nens

nens hic eſt. In Interdictis enim prætor non inquirit, verum ſupplicans iure quid habeat exempli gratia an non: ſed hoc tantum, an itinere actuque hoc anno vſus ſit non vi non clam non precario, hoc eſt an poſſeſſionem vel quaſi habeat, ſi de non turbando, vel habuerit, ſi de recuperando agatur. Siue igitur ius habeat ſupplicans ſiue non: in ea conditione eſt, vt ad prætoris tuitionem pertineat, ſi modo in poſſeſſione eſt, *per text. l. prima* §. *ſecundo ff. de itiner. actuque priuat. & l. prima*, §. *nono, ff. de riu.* Et Paul. *l.* 2. Iuſta enim an iniuſta aduerſus cæteros ſit poſſeſſio in hoc interdicto nihil refert *ff. vti poſſid.*

Ita vt non immerito videatur, qualem qualem poſſeſſionem, interdicto, & proinde ſummariiſſimo (quod vocant, & ſine dubio multi tanquam radicatum errorem deponere detractabunt) poſſeſſorio locum facere: Et ita quidem, vt reddito Interdicto, ad ordinarium poſſeſſorium, & poſtea petitorium accedatur.

Sed iſtas obiectiunculas nihil moramur: vtpote, † quæ ex iis ipſis, 87
quæ iam in contrarium dici viſa ſunt, tum etiam aliunde confutantur. Etſi enim, iuſta an iniuſta poſſeſſio ſit, an iure vel non iure habeatur, ad interdictum non pertinet, neque prætor in reddendo eo inquirit *dict.* §. *ſecundo*, per rationem, quod hoc ad petitorium pertineat, cuius diuerſiſſima à poſſeſſorio eſt cauſa: *l. naturaliter* §. *nihil commune ff. de acq. poſ. l. prima*, §. *ſecundo, ff. vti poſ.* & per ea quæ de petitorio ac poſſeſſorio ſup. diximus.

Tamen, † non qualem qualem, ſed veram poſſeſſionis, & poſſeſſorij 88
cauſam prætor deſiderat, & præſupponit antequam ad Interdictum retinendæ, vel recup. perueniat.

Vt certo certius appareat, prætorem ius quidem vel petitorium poſſeſſionis, recta prima fronte non inquirere: vtpote quod foret contra debitum ſolitumque cognitionis ordinem: quo poſſeſſionis diſcuſſionem omnium primam eſſe conuenit: *tit. C. de ordin. cognit. & ext. eod. l. Is qui deſtinauit. ff. de rei vindic. &c.*

Sed veræ tame tamen, & legitimæ poſſeſſionis, verique, & certi & formati poſſeſſorij, rationem omnimodo habere. Vnde Vlp. *l. apparet, quinta*, §. *tertio*. Si quis † ſeruitutem Iure impoſitam non habeat: habeat autem 89
velut longæ poſſeſſionis prærogatiuam ex eo, quod diu vſus eſt ſeruitute: interdicto hoc vti poteſt: *ff. de itin. actuque priu. & dict. l. prima* §. *ſecundo, eod. & dict. l.* 1. §. 9. omnino requirit prætor ipſum poſſeſſionis vſum: & Paul. dict. l. 2. qualiſcunque enim poſſeſſor, hoc ipſo, quod poſſeſſor eſt, plus iuris habet, quam ille, qui non poſſidet.

Digitized by Google

Vbi elegantiſſima iam quæſtio mihi incidit, qui fiat, quod prætor, vi, clam & precario poſſidentibus, Interdictum non polliceatur, ſed potius v-
90 bique deneget: Et, eo primum obſeruando, quod † prætor vi, clam & precario poſſidentibus, non aduerſus quoſcunque, ſed eos tantum, à quibus illi poſſeſſionem habent, interdictum deneget: quod expreſſe docet Paul. *dict. l. Iuſta* 2. Inde facilis erit reſponſio, & ſolutio, quod ſcilicet, vi, clam, & precario poſſidentes, reſpectu eius, à quo poſſident, non ſuo Iure, neque ijs, quæ ſupra attigimus, requiſitis poſſeſſorijs poſſideant, ſed potius detineant: &, quod antiquior ipſorum dominorum poſſeſſio, ſtatim & recta apparens, etiam interdicti fauorem præ illis omnino habeat & mereatur.

Quin † etſi per fundum tuum nec vi, nec clam nec precario com-
91 meauit aliquis: non tamẽ tanquam id ſuo iure faceret: ſed ſi prohiberetur, non facturus: inutile eſt ei Interdictum de itinere actuque: nam vt hoc Interdictum competat, ius fundi poſſediſſe oportet. Ita elegantiſſime & quoad ſuperiora poſſeſſionis requiſita proprijſſime Celſ. *in l. final. de itiner. actuque priu.* Tales enim iure non poſſeſſionis, ſed familiaritatis eunt, vel quid ſimile faciunt, qui ne per mille quidem actus poſſeſſionem acquirunt, Natta Conſil. *vigeſimo tertio, numero ſexto, libro primo.* Honded. 1. *Conſil.* 79. *num.* 59. vbi & paſſim alibi DD, per ea quæ ſup. & per text. *L. Qui iure familiaritatis. ff. de acq. poſſeſ.*

COM-

Commentarivs XXIX.

Quomodo in ſucceſſorem tranſeat poſſeſſio ad obtinendum retinendæ vel recuperandæ interdictum : ad l. cum heredes 22. in pr. ff. de acquir. poſſeſſ. cum ſimilib. Et quæ eiſdem contraria videtur l. cum miles 30. ff. Ex quibus cauſis maiores.

Svmmaria.

1 *Cognitu cum vtiliſsimum tum neceſſarium eſt recte ac plene intelligere. An & quomodo hæres relictam defuncti vel authoris poſſeſsionem recte apprehendiſſe indicetur : eo vt retinenda vel recuperanda interdictis ſine repulſa experiri poſsit.*

2 *Sæpius accidere ſolere, hæredes qui poſt mortem defuncti ſe in poſſeſſione eſſe vel fuiſſe, eamque rite apprehendiſſe ſibi perſuadent : tam in retinenda quam recuperanda interdictis ſuccumbere : eo quod poſſeſſionem quam habere, vel habuiſſe ſe putabant, non ſatis probare poſsint.*

3 *Dominium hereditatis, legati, vel donationis interueniente animo, ipſo iure ad heredem vel legatarium, vel donatarium tranſit : Poſſeſſio vero niſi naturaliter apprehendatur, regulariter non tranſit.*

4 *Iuxta quorumdam ſententiam, in ſuis heredibus non minus poſſeſsio, quam dominium, ipſo iure tranſit & continuatur. Contra num. 22.*

5 *Quod maxime in feudis, vel ſaltem paternis procedere arbitrantur.*

6 *Interdicta quoque retinendæ & recuperandæ poſſ. ſſ. præſertim ſuis heredibus, ante vllam poſſeſsionis apprehenſionem, concedi exiſtimant.*

7 *Hæreditas ſui ipſius reſpectu, quaſi quaſi poſſeſsione & conſtat & continetur : & domini perſonam repræſentat.*

8 *Idque non tantum quo ad perſonam defuncti : ſed*

9 *& ratione ſucceſſoris, num. 8. & 9.*

10 *Hereditas propter reſpectum heredis dicitur, neque prius incipit, quam defunctus ſit is, qui ante eam habuit.*

11 *Bonorum hereditariorum appellatione hæ res comprehenſa videntur, quarum proprietas ad heredem pertinet.*

12 *Certis in caſibus, qui hic enumerantur, reſpectu tam heredis quam defuncti, in hereditatem quoque iacentem recte fit executio.*

13 *Reſpectu non tam defuncti, quam heredis, diutius forte & fraudulenter latitantis, curator iacenti hereditati datur, ad ordinariam & plenam faciendam executionem.*

14 *Vel quod citatis legitime, ſed emanentibus, vel adire recuſantib. proximis, qui putantur, heredibus, ex officio procedatur in hereditatem, vtpote heredis perſonam ſuſtinentem.*

15 *Non amplius defuncti, ſed ipſius heredis perſonam ſuſtinet hereditas, ſimul ac ab eodem eſt adita.*

16 *Quamuis nec ante aditionem, hereditas in aere ſtare poſſe dicatur, reſpectu nimirum futuri heredis, qui nunquam abeſſe vel deeſſe poteſt.*

17 *Communis & veriſſima eſt ſententia, poſſeſſionem defuncti, ad heredem ſine vera & reali, vel ſaltem legitima eiuſdem apprehenſione, non tranſire: quod late inibi probatur.*

18 *Etiamſi hereditati per ſeruum hereditarium acquiritur: in iis tamen caſibus, in quibus factum perſona, operave ſubſtantia deſideratur, aliter ſe res habet.*

19 *Regulariter ſeruus ſine domini heredis perſonali iuſſu, ne adire quidem hereditatem poteſt, nedum vt eam domino heredi inſcio poſſidere queat.*

20 *Reſpondet Author gloſſæ, & iuris interpretibus in principali puncto contrarium tenentibus.*

21 *Reſpectu præſcriptionis, quaſi poſſeſſio dominii, ſiue iuris quod præſcribi inceptum eſt, etiam in heredem continuari dicitur: quo nomine & iacens hereditas, quæ à nemine poſſidetur, præſcriptionem inceptam complet.*

22 *Defuncti poſſeſſio abſque vera & reali apprehenſione, ne in ſuum quidem tranſit heredem, nedum extraneum.*

23 *Quod in tantum procedit, vt nec legitima quidem poſſeſſio tranſeat ad filium heredem.*

24 *Ratio huius vna & altera.*

25 *Prædicta doctrina in feudis quoque obtinet, quantumuis antiquis & paternis.*

26 *Adeo vt nec abuſiua, inueſtitura, poſſeſſionem regulariter tranſire faciat.*

27 *Sicuti nec ſola beneficii vel prælaturæ collatio aut inueſtitura.*

28 *Vel vnio Eccleſiarum.*

29 *Vel etiam ſolenne teſtamentum, & facta in eodem inſtitutio.*

30 *Vel quod aliud inſtrumentum. Vel ipſa Lex & edictum.*

31 *Tranſlata vel amiſſa poſſeſſio, non facile redit in priſtinum, niſi facta actuali reſtitutione.*

32 *Vxori*

Digitized by Google

32 *Vxori,ſoluto matrimonio, non competit interdictum retinendæ vel etiam recuperandæ, reſpectu dotis in virum alienatæ, niſi nouam poſsidendi cauſam adepta ſit.*

Vti nec patri reſpectu factarum, quas forſan reuocandi cauſas habet, donationum.

33 *Iſta tamen apprehendendæ poſſeſſionis neceſſitas non in craſſa tantum corporis apprehenſione conſiſtit: ſed & ſubtiliores, veri, & legales alii ſunt acquirendæ poſſeſsionis modi, quibus hæres, defuncti poſſeſsionem ſibi acquiſitam, vel etiam ad ſe tranſmiſſam, aſſerit.*

In Gallia, & aliquibus partibus Italiæ, extat ſtatutum vel conſuetudo, qua defuncti poſſeſſio non ſecus atq; dominium, ipſo iure tranſit in heredem.

34 *Poſſeſsio tranſit in poſſeſsione conſtituta: vt ſi defunctus adhuc viuus conſtituerit ſe poſsidere nomine ſui heredis vel ſucceſſoris.*

35 *Quæſtio, An hæredi poſſeſsio per teſtamentum, per literas aut epiſtolam, ita vel tradi vel aſsignari poſſit: vt mortuo teſtatore vel priori domino poſſeſſio eius recta tranſeat ad hæredem, qui voluntatem defuncti amplexus eſt, antequam tertius aliquis hæreditatem occuparet.*

36 *Poſſeſsionem defuncti ad heredem recta tranſire, & ab hoc apprehenſam arbitratur Author. ſi hic ſit in poſſeſsione tempore mortis, vel prius ſaltem, quam alius turbare & inuadere incipiat, ſi modo animum ſibi poſsidendi habeat.*

37 *Species quædam facti, ex Modeſtin. Piſtor. lib. 1. conſ. 30. hac in materia ab authore refertur.*

38 *Alius caſus & facti ſpecies, quam ipſe Author in Praxi habuit, ab eo refertur.*

39 *Similis ad eandem materiam, & ad eundem finem tendens caſus, ab authore refertur.*

40 *Quid in hiſce & ſimilibus facti ſpeciebus de iure reſpondendum ſit.*

41 *Defunctus ſuis liberis, vxori, vel aliis proximioribus. ſi aliud teſtamento non cauit, tam poſſeſsionem, quam ipſa bona in ipſo mortis momento, pleno iure tradidiſſe vel ceſsiſſe præſumitur.*

42 *Poſſeſsio alicuius rei, præcipue præſentis, ſolo aſpectu & affectu acquiritur.*

43 *Quod ſupra dictum eſt, heredes ſine apprehenſione poſſeſsionem non conſequi: id potiſſimum in iis procedit, qui ab ipſa hæreditate ſunt abſentes: Secus vero, qui in ipſa poſſeſsione ſunt, eamque corporaliter tenent.*

44 *Rei vacuæ poſſeſsio, etiam alias ſola occupatione, vel ingreſſu occupata cenſetur.*

In præſenti caſu clauium traditio, vel occupatio, rerumque ſuo ipſius nomine adminiſtratio, tradita vel adeptæ poſſeſsionis ſignum eſt.

45 Depo-

Digitized by Google

45 *Depoſitarius, commodatarius, colonus, etiam vi: nemo proprietario, poſſeßionem domini in qua erant, interuertendo: ſibi poſſunt incipere poßidere.*

46 *Reſolutio caſuum ſupra motorum, in ſpecie ab authore facta.*

47 *Obiectio quæ fieri poterat, ab authore remouetur.*

48 *Secundi caſus ex D. Modeſtini Piſtor. conſiliis allati reſolutio & deciſio.*

49 *Tertii ab authore in medium propoſiti caſus reſolutio.*

50 *Maior hæredum, probationes vel ſaltem præſumptiones, habita & apprehenſa poſſeßionis pro ſe habentium, fauor eſſe debet, quam inuaſoris.*

51 *Matrimonium omnis iuris diuini & humani habet communicationem: adeo vt vxor domina dicatur bonorum mariti.*

52 *Vxor non iure familiaritatis tantum, ſed vera etiam poſſeßionis in bonis mariti in dubio eſſe cenſetur.*

53 *Interdicta dantur non tantum proprietario iure ſuccedentibus, ſed etiam hypothecariis: item fructuariis & vſuariis: & ius habitandi & commorandi habentibus.*

54 *Maritus quoque dotem mulieris ſibi ſuoque nomine poſſidet.*

55 *Dantur interdicta etiam procuratoribus, tutoribus, curatoribus, vtpote qui ſuorum principalium nomine vt acquirere poſſeſſionem, ita etiam tenere poterunt.*

56 *Caſus quidam, ad maiorennes pertinens, refertur.*

57 *Filiis non competunt remedia retinendæ vel recuperandæ, ſi ab ipſis non ſit aliquo modo apprehenſa poſſeßio defuncti.*

58 *Apprehenſio poſſeßionis facta quoque cenſetur, ſi filius vel hæres abſens ſcribat, matri, familiæ, officialibus vel colonis, vt ſibi ſuoque nomine poſſeſſionem habeant & tueantur: & hoc illi acceptent: ſeque id feciſſe facto comprobare queant.*

59 *Quatenus mediante perſona matris, ſororis, item Coloni, & familiæ acquiratur heredi poſſeſſio defuncti.*

60 *Si quis accepit poſſeſſionem alicuius rei nomine Titii, & antequam Titius ratificet, alius acceperit poſſeſſionem: non competit Titio remedium recuperandæ, etiamſi poſtea ratificet.*

61 *Reſponſio ad quartum caſum ſuperius poſitum facta.*

62 *In feudalibus inueſtitura regulariter poſſeſſionem non tribuit, ſed tantummodo ius apprehendendi poſſeßionem. Quod tamen de inueſtitura abuſiua non vero de propria intelligendum erit.*

63 *Vi & effectu inueſtituræ quam ſimultaneam in foro Saxonico vocant, etiam ad filium vel fratrem, aut alium ſimultanee inſtitutum, abſque alia traditione poſſeſſio tranſit.*

64 *Stante*

64 *Stante adhuc integra ſimultanea inueſtitura cauſa: poſſeſſionis quoque integra cauſa manet.*

65 *Sine animo ſibi habendi vel poßidendi, poſſeßio non acquiritur: niſi vigore ſtatuti aut fori municipalis ipſa quoque poſſeſſio recta tranſire dicatur.*

66 *Simultaneæ poſſeßiones etiam vnico contractu fieri poſſunt.*

67 *Socius in re communi ſocium turbare & ſpoliare dicitur, ſi eum re communi vti prohibeat: & hoc nomine ſocio in ſocium interdicta competunt.*

68 *Socius quantumuis abſens per ſocium in poſſeſſione exiſtentem ſibi quoque poſſeßionem retinet.*

69 *Confutatur eorum opinio, qui duos pluresue eandem rem in ſolidum diuerſo reſpectu, poßidere poſſe negant.*

70 *Eandem rem à pluribus inter ſe in totum tamen non pugnantibus, diuerſo reſpectu in ſolidum poßideri poſſe, extra controuerſiam ponit author, & latius quoque id probat.*

71 *Iaſon in iuriſdictione id in dubium vertens taxatur.*

72 *Poſſeßio reſpectu connexitatis partium hæreditatis vel rei tranſit:*
An & quatenus apprehenſa parte hereditatis, vel aliquo caſtro, cæterarum rerum eodem pertinentium poſſeßio tranſeat, & apprehenſa cenſeatur? ibidem.

73 *Quo ad materiam poſſeßionis in certis caſibus latior pertinentiarum ratio videtur: quam quo ad materiam tranſlati dominii.*

74 *Emptor vel legatarius poſſeſſionem equi & caſtri apprehendens ipſam quoque rerum iſtarum coniunctarum vel contentarum poſſeßionem ſimul apprehendit, ſi animum habeat ſibi acquirendi.*

75 *Apprehenſa vna parte fundi vel prædii, etiam cætera partes, quinimo totus fundus vel prædium apprehenſum eſt, quod iiſdem terminis, eademque appellatione continetur.*

76 *Hoc non tantum in ſubſtantialibus, ſed etiam continentibus: & ad ipſam rem pertinentibus & connexis procedit.*

77 *Qui caſtrum ingreditur & poßidet, omnium vicinorum paſcuorum, ſiluarum & ſimilium rerum perpetua vel certa deſtinatione ad id pertinentium, poſſeßionem ſimiliter apprehendiſſe iudicatur.*

78 *Dummodo tamen omnia illa connexa, vacua: vel ab alio non poſſeſſa & apprehenſa fuerint.*

79 *Quæſtio: An indiſtincte & generaliter procedat quod apprehenſa fundi pertinentiis poſſeßione ipſum etiam caſtrum apprehenſum cenſeatur?*

80 *Alia quæſtio. An nimirum apprehenſa poſſeßione caſtri, prædii, &c. iuriſdictionis quoque & Imperii, vel Territorii: item cenſuum tributorum*

Kkk *& ſimi-*

Digitized by Google

& ſimilium, quæ prædeceſſor vel defunctus quiete habuit, poſſeſſio ſimul tranſeat, & apprehenſa cenſeatur.

81 *Rerum iſtarum natura præ ſe fert & arguit, quod diuerſum, & re ipſa ſeparatum aliquod ſint, à caſtro ipſo.*

82 *Quæſtio, An ſi hoc tacite vel expreſſe actum ſit, vt territorium & iuriſdictio, ipſi etiam reditus & penſiones ſimul veniant: an & tunc per illud poſſeſſio quoque earum rerum ſtatim tranſeat, non minùs atque ipſum dominium?*

83 *Quæritur quid de reditibus & penſionibus, aliunde obuenientibus, & ex ipſis rebus non perceptis pronunciandum ſit?*

84 *Ex emptione vel ſimili contractu hoc in caſu quidam omnium rerum venditarum poſſeſſionem traditam eſſe cenſent: quæ opinio tamen Authori minime arridet.*

85 *Taxatur D. Geil. cenſens apprehenſione caſtri venditi, omnes pertinentias, non tantum intra, ſed etiam extra territorium ſitas apprehenſas videri.*

86 *Niſi fulcimentum aliquod corporale accedat, nunquam res intra territorium vel eadem regione iacentes, ſimul veniunt & apprehenſa cenſentur: niſi iiſdem terminis & appellatione vel deſtinatione, & pertinentium connexitate cohæreant.*

87 *Apprehenſa bonorum poſſeſſione in ciuitate, non ſtatim inde bona extra ciuitatem ſita, conſentur apprehenſa.*

88 *Quibuſcunque mediis, etiam in dubio adminiculantibus, veriſſima eſt Doctorũ ſententia: quod apprehenſa hæreditatis vel feudi titulo parte aliqua principali: etiam reliquarum partium hæreditatis vel feudi, quãtumuis alibi extra territorium ſitarum, poſſeſſio apprehenſa cenſeatur.*

89 *Sicut iuriſdictio, ſeruitus & ſimilia indiuidua reputantur: ita etiam hæreditas quo ad vniuerſitatem bonorum, & iuris deſuper competentis.*

90 *Facilius tranſit poſſeſſio ratione inhærentiæ: ita vt apprehenſa poſſeſſione caſtri, ius quoque inhærens, vel vendita vectigalia ipſum caſtrum immediate ſequentia, apprehenſa cenſeantur.*

91 *Tranſit poſſeſſio reſpectu iuris in ſemetipſo indiuidui: Sic empto vel ab hærede apprehenſo caſtro, per vnum actum iuriſdictionis, quaſi poſſeſſio totius iuriſdictionis ad caſtrum pertinentis, apprehenſa cenſetur: idque non tantum in illa ſpecie cuius actus exercitus eſt: ſed tranſit quoque poſſeſſio iuriſdictionis generaliter etiam quo ad alia.*

92 *Exercita iuriſdictionis poſſeſſione in cognoſcendo, vel iudicando, vel mulctando, &c. apprehenſa etiam cenſetur quo ad reliquas ſpecies meri mixtique imperii, puta deponendi, relegandi, tributum & vectigalia recipiendi, &c.*

Dummodo poſſeſſio omnium ſpecierum iuriſdictionis, de quibus agitur, non tantum

tantum fuerit apud venditorē vel defunctum, qui illam ſucceſſori tradidiſſe præſumantur: ſed vt etiam poſſeſſio omnium illarum ſpecierū ſit vacans adhuc, quando caſtrum cum iuriſdictione traditur, vel occupatur, ibidem.

93 Niſi ſit vacans, vel tradatur omnis huiuſmodi poſſeſſio: vel ſi alius quiſpiam per actus contrarios detrahat: tunc quo ad eiuſmodi actus contrarios poſſeſſio eliſa eſt, nec pro acquiſita vel conſeruata habetur.

94 Si quis in aliqua poſſeſſione ſit meri imperii: etſi nunquam antea per multos annos furcam erexerit: tamen ſi alius non ſit in contraria poſſeſſione, poteſt erigere & furem pro dignitate ſuſpendere.

95 Contra eum, qui eſt in generaliore iuriſdictionis quaſi poſſeßione, non debent extendi actus aduerſarii ſpeciales, niſi tales ſint, qui & actum vel ſpeciem controuerſam immediate complectantur. Et contraria quæ huic opinioni obſtare videbantur refelluntur.

96 Poſſeſſio tranſit reſpectu iuris, poſſeßionem aliarum rerum ſui complexione continentis: quod exemplo late ibi demonſtratur.

97 Et hoc reſpectu domini terrarum fundant ſuam intentionem de iure in dubio, quo ad omnes res ſitas intra limites ſui territorii.

98 Apprehenſa poſſeſſione beneficii, vel prælaturæ, præſertim cum titulo collatæ: reditus quoque & penſiones aliàs ordinarie deputata ſimul veniunt & poßidentur.

99 Apprehenſa poſſeſſione Eccleſiæ, bonorum quoq; poſſeßio apprehenſa dicitur.

100 Et Mynſingeri contrarium ſentientis ſententia, quibus in terminis locum habeat, demonſtratur ibidem & num. ſeq.

101 Prælatus acquirens poſſeßionem beneficii, acquirit etiam in conſequētiam poſſeſſionē omnium rerū Eccleſiæ: ex quo ipſa Eccleſia dicitur poſſidere.

102 Prælatus vel poſſeſſor beneficii, habens titulum vel præſumptionē eius, non modo retinendæ, ſed etiam tanquam ſpoliatus recuperandæ interdictis atque Canone vtitur, pro penſionibus & reditibus ad ipſam prælaturam vel beneficium pertinentibus: licet ipſe nec dum ſingulariter ſit vel fuerit in quaſi poſſeſſione exactionis vel perceptionis.

103 Quatenus & ex quo Regnum, Ducatus, Comitatus, ciuitas, &c. certos ſuos fines, iſque comprehenſas partes & pertinentias habet: eatenus etiam non minus quam Eccleſia vel prælatura aut hereditas, quaſi murus aliquis poſſeſſor intelligitur: omnes fines & partes pertinentes indiuidue poßidendo comprehendens & conſeruans.

104 Quaſi poſſeßionē rerū corporalium, mortuo poſſeſſore maioratus, etiam ſine alia apprehenſione tranſire in ſucceſſorē affirmatur ab Hiſpanis ICtis.

105 Generaliter quaſi poſſeßio incorporaliū ex collatione priuilegii vel dignitatis dependentiū, per ipſū priuilegium ex quo dependet, ſtatim tranſit: ſine vlla vlteriore apprehēſione vel exercitio. Kkk 2 Cum

Digitized by Google

CVm de quæſtionibus homilia 26. ſupra motis, quinque iam abſoluerimus, ſexta hic paulo accuratius diſcutienda erit: quod lucem theorico-
practicam valde mereatur: Cognituque vtiliſſimum, tum neceſſarium ſit, re-
1 cte ac plene intelligere: An † & quomodo heres relictam, defuncti, vel au-
ctoris ſui poſſeſſionem, recte & ſolide apprehendiſſe iudicetur, eo quod reti-
nendæ vel recuperandæ interdictis ſine repulſa experiri poſſit: Cum alioqui
adipiſcendæ potius, quam illis agendum foret, §. *adipiſcendæ, Inſt. de Interd. l. 2.*
§. hac autem 3. ff. eod. Quomodo & adepta ſemel, ſed iterum amiſſa poſſeſſio-
ne, non adipiſcendæ, ſed recuperandæ, vel, ſi in poſſeſſione turbemur, reti-
nendæ remedio vtendum: *ibid. & com. DD.* inter alios Peregrin. *de fideicom-*
miſſ. art. 46. numer. 7. Quæ quæſtio tanto vtilior eſt, quanto in praxi frequen-
2 tior incidit: Cum aliquoties † viderim, heredes, qui poſt mortem defuncti,
ſe in poſſeſſione eſſe vel fuiſſe, eamque rite apprehendiſſe ſibi videbantur, ho-
ſce retinendæ, illos recuperandæ interdictis, non raro ſuccubuiſſe: eo ex ca-
pite, quod poſſeſſionem, quam habere vel habuiſſe ſe putabant, non ſatis pro-
bare potuerint: Quod facile fieri ſolet, ſi poſſeſſio defuncti, à tertio quodam
contradictore, ante plenum heredum ingreſſum & apprehenſionem, inua-
3 datur: ſtante cum primis cõmuniſſimo iuris axiomate: Quod habetur † do-
minium quidem hereditatis legati, vel donationis, interueniente animo, ipſo
iure ad heredem vel legatarium, vel donatarium tranſire; *l. ſi tibi homo, §. cum*
ſeruus ff. de legat. 2. l. à Titio. in fin. ff. de furt. &c. poſſeſſionem vero, niſi naturali-
ter apprehendatur, regulariter non tranſire, *l. 3. §. incertam l. Pomponius* 13. §.
quæſitum 4. l. cum heredes 22. l. qui vniuerſas. § *per Colonum ff. de acq. poſſeſſ. &*
l. 2. C. eod. l. ſi homo, ff. de Vſucap. l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſtam. liber. l. 2. § apparet, ff. de crim.
expil. hered. Mynſ. *cent. 3. obſ.* 38. And, Gail. 2. *obſ. 129. num.* 6. Menoch. *adipiſc. re-*
med. 4. num. 81. & conſ. 733. num. 24. & ſequentib. Fichard. 1. *conſ. 9. num. 12. & part.*
2. conſ. 140. num. 17. Roland. à Vall. *lib. 2. conſ. 46. num.* 32. & eſt communiſſima
omnium tam antiquorum quam modernorum ſententia; Alex. *l. in ſuis, ff. de*
lib. & poſthum. late Zaſ. 1. *conſ.* 10. Pariſ. 1. *conſ.* 160. Tyraquell. tract. de mort.
ſaiſit, *declarat* 3. Weſenb. 1. *conſ. 1. num. 49. & conſ. 41. num.* 32. Thoming. *deciſ.*
4 11. Viui *deciſ. Neap. 277. nu. 1. &c.* Ac licet † in ſuis heredibus, non minus poſ-
ſeſſionem, quam dominium, ipſo iure continuari & tranſire, nonnullis viſum
fuerit: gloſſ. expreſſiſſima *d. l. in ſuis, & §. ſed ſui, Inſtit. de hered. qual. & differ. &*
ibid. Barthol. & Caſtrenſ. Valent. Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. 2. c. 4 num. 10 & ſeq.*
5 quod ipſum præcipue in feudis antiquis vel ſaltem paternis, vtpote non ſibi,
ſed communi vtplurimum agnationi acquiſitis, ita procedere putarunt: Bald.
in l. cum antiquioribus, quæſt. 10. *C. de iur. delib.* Aluator. Præpoſ. & alii, vt apud
Zaſ. *d. conſ. 10. num.* 8. & Bald. *cap. 1. de controuerſ. int. maſc. & fœm.* dicens, quod
filius,

Digitized by Google

filius veniat ad poſſeſſionem paterni feudi, magis continuatiue, quam ani-
mo nouæ poſſeſſionis: *& l. cum antiquioribus C. de iur. delib. &* 1. *conſ.* 301.
quem ſequitur Hiero. Schurff. 1. *conſ.* 27. *num.* 8. *& cent.* 3. *conſ.* 36. *n.* 7. Forſter.
d. c. 4. *num.* 23. Decian. 1. *conſ.* 23. *num.* 71. *& diſputatiue* Weſenbec. *conſ.* 1. *d.*
num. 49. exiſtimantes, eo † reſpectu Interdicta etiam retin. & recup. hæredi- 6
bus præſertim ſuis, ante vllam aliam poſſeſſionis apprehenſionem concedi.
Cuiuſmodi poſſeſſionis, in heredes continuatio plurimum omnino videtur
probari, per text. generaliſſimos, & clariſ. in *l. cum miles.* 30. *ibi*: quia poſſeſ-
ſio defuncti, quaſi iuncta deſcendit ad heredem *ff. ex quib. cauſ. maior l. gerit.*
ff. de acq. hered. & per rationem prægnantiſſimam: Quod † hereditas ſui ipſi- 7
us reſpectu quali quali poſſeſſione & conſtet & contineatur: *text. d. l. gerit*: ea-
que & domini perſonam repræſentet: *l. hereditatis* 61. *ff de acq. rer. dom. l. non*
minus 31. *in fin. ff. de hered. inſtit. l. cum hereditas* 9. *C. de poſ.* & perſonæ vice de-
fungatur: *l. Mortuo reo promittend.* 21. *ff. de fideiuſ.* Idq; non † tantum, quoad 8
perſonam defuncti: prout ſtrictiſſime loquitur Gaius: *d. l. non minus, in fin.*
verb. locum defuncti: & poſt eundem, DD. plæriqne: veluti And. Gail. 2. *obſ.*
130. *num.* 10. & ibi Greue. *n.* 13. Val. Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt.* 2. *c.* 9. *num.* 2.
Peregrin. 1. *conſ.* 33. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 105. *num.* 60. Sed etiam heredis:
per text. d. l. mortuo 22. *in fin.* Quia (inquit ibid. Florentin.) hereditas per-
ſonæ vice fungitur, ſicut municipium & decuria & ſocietas: *de fideiuſ.* Vti
igitur muncipium, & decuria, reſpectu alicuius vniuerſi, ob deceſſum vnius,
non ſtatim intercidit, ſed ratione ſucceſſorum perpetuo viuere cenſetur: *l.* 1.
& tot. tit. ff. Quod cuiuſque vniuerſit. nom. Ergo, & † eadem ratione, ſucceſſoris 9
perſonam quoque ſuſtinebit hæreditas: Quod etiam arguit *verb. ſuſtinens, &*
text. atque caſus d. l. cum hereditas C. de poſ. d. l. hereditas. de acq. rer. dom. quod
ipſum etiã hinc probatur, quod † hereditas, proprie reſpectu heredis dicatur, 10
neq; prius eſſe incipiat, quam defunctus ſit qui ante eum habuit: *per notiſ.* quo-
modo & hereditati iacenti, per ſeruum acquiritur: *d. l. hereditas* 61. *in princ. de*
acq. rer. dom. & † bonorum hereditariorum appellatione, hæ res comprehenſæ 11
videntur quarum proprietas ad heredem pertinet: *text. l. is, cui legatorum,* 5. §.
bonorum 6. *etiam reſpectu ſolius emphyteuſeos, fructus, pignoris &c.* § *ſeqq. ff. Vti in*
poſſeſſionem legat. Item, quod † certis Caſibus, reſpectu tam heredis, quam de- 12
functi, in hereditatem quoque iacentem recte fiat exſecutio: veluti pro rebus
notorie depoſitis vel commodatis, *d. l.* 5. §. *ſi depoſita,* 10. *d. l. cum hereditas*: vel
ad funeris procurationem neceſſarijs: *l. ſi quis* 12. §. *fin. & l. ſeq. ff. de relig. &*
ſumpt. fun. Coler. *de proceſ. exſec.* 2. *c.* 3 *num.* 409. aut alimentis legatis: *ibid. n.*
406. Ioh. Pet. Surd. *tract. alim. tit.* 8. *priuil.* 12. vel alias in caſibus moræ im-
patientib. *ibid.* Gail. *d. obſ. num.* 6. Greue. *num.* 17. *& ſequentib.* † Quinimo, 13
quod reſpectu, non tam defuncti, quam heredis, diutius forte & fraudulen-

Digitized by Google

ter latitantis, Curator iacenti hereditati detur, ad ordinariam & plenam faciendam exſecutionem: *per l. 1. & tot. tit. ff. de Curat. bon. dand. l. debitor 13. ff.*
14 *Negot. geſt.* Vel, quod, citatis † legitime, ſed emanentibus, vel adire recuſantibus, proximis qui putantur heredibus, ex officio procedatur in hereditatem: vtpote, heredis perſonam ſuſtinentem: *l. ſi bona C. de bon. aut. iud. poſſid. l. ſi diu ff. Ex quib. cauſ. in poſ. &c.* Gail. *d. obſ. 130.* Colet. *d. cap. 3. num. 373.*
15 Quomodo † & non defuncti amplius, ſed ipſius heredis perſonam ſuſtinet hereditas, ſimul ac, ab eodem eſt adita: quod caute & recte poſt Bald. & Calcan. Menoch. *d. caſ. 105. num. 90. per text. l. ſi vnus, in fin. ff. de pact. & d. l. mortuo.*
16 Quamuis, nec † ante aditionem, hereditas, in aere ſtare poſſe dicitur, reſpectu futuri, qui nunquam abeſſe vel deeſſe poteſt, heredis: *d. num. 60.* Ta-
17 men iſtis omnibus nõ attentis. vt † generaliſſima, ita veriſſima & communiſ. eſt ſententia: Poſſeſſionem defuncti, ad heredem, ſine vera & reali vel ſaltem legitima eiuſdem apprehenſione, non tranſire: *cum per text. clariſſimos, d. l. cum heredes 22. l. qui vniuerſas, & aliis ſupra citatis*: tum propter ipſam poſſeſſionis ſubſtantiam, formam ac definitionem: vtpote, quod poſſeſſio, ſine vera & reali vel ſaltem legitima apprehenſione, non conſtituatur: *l. 1. & tot. tit. ff. de acq. poſſeſ. & Com.* DD. Vnde & Hermogenian. *in d. l. hereditas 61. ff. de acq. rer. dom* admodum limitate ait, quod hereditas, in multis iuris partibus,
18 pro domino habeatur: non in omnibus: item quod † etiamſi hereditati, per ſeruum hereditarium acquiratur: in ijs tamen Caſibus hoc fiat, in quibus factum perſonæ, operæue ſubſtantia deſideratur, ſecus ſe res habeat:

19 Adeo vt † regulariter, ſeruus, ſine domini heredis perſonali iuſſu, ne adire quidem hereditatem poſſit, nedum vt eam domino heredi inſcio, poſſidere queat: *per text. ibid. l. Aditio hereditatis non eſt in opera ſeruili 45. ff. de acq. hered.* Et per rationem, Quod poſſeſſio defuncti, per mortem eius ita exſpirarit, vt nullum tam relinquendi vel tranſmittendi, quam retinendi medium vel & veſtigium vllum remanſerit: *per reg. vulg.* Mors omnia ſoluit: Et quod proinde heredis poſſeſſio ſit prorſus noua nouo indigens apprehenſionis auxilio: Tyraquel. *per l. 1. §. ſacula ff. ſi quis teſtam. lib. &c. d. declar. 3. n. 3.* Vti & poſſeſſionis factum, mere eſt perſonale: nec eatenus ad heredes tranſitorium: *per notiſ.* Vbi aliud eſt, quoad realia ipſius hereditatis, dominij, aut proprietatis: quæ etiam defuncto ſuo priore domino, ad alium tranſmeat, quem lex vel hominis, vel legis, vocauit, &c.

Quorum omnium conſideratione, ad gloſ. & alios DD. ſupra citatos
20 † reſpondendum eſt quadrupliciter: vel quod improprie loquantur de poſſeſſione ficta, & intellectuali, quam in hereditate qualem qualem cõſiderari ait, IC. *d. l. gerit* de acq. hered. vel de dominio aut proprietate ipſius rei. quæ etiam interdum poſſeſſio appellatur: *per text. l. interdict. 78. ff. de verbor. ſignif.*

l. Titia

Digitized by Google

l. Titia 87. §. 4. *De legat.* 2. *l. Imperatores* 17. *ff. de ſeruitut. ruſtic. præd. l.* 2. *C. de probat. l.* 3 *ſi quis ignor. rem. min. l medicus, ff. de variis & extraord. cognit.* vel de quaſi poſſeſſione Iuris hereditarij, quo, ad conſequendum veram ipſius rei poſſeſſionem, agere heredes, poſſunt: *per l.* 1. *& tot. tit. ff. C & Inſtit. de bonor. poſſeſ. &c.* Vel quod loquuntur, de iure & cauſa præſcriptionis, quo ſolo reſpectu, quaſi † poſſeſſio dominij, ſiue iuris, quod præſcribi inceptum eſt, etiam in heredem continuari dicitur: *dict. l. cum miles*: quo nomine & Iacens hereditas, quæ à nemine poſſidetur, præſcriptionem cœptam complet: *l. cœptam. l. Nunquam §. variam ff. de vſucap. vid.* Zaſ. *d. conſ.* 10. & Roland. *d. conſ.* 46. *num.* 27. *& ſeq. lib.* 2. *text. etiam clariſ. l.* 1. §. 14. *& ſeq ff. de acq poſſeſ.* Tyraquel. *d. declar.* 3 *n.* 4. *& ſeq.* 21

Deinde qualis qualis illa hereditatis poſſeſſio, quæ non modo defuncti, ſed certo reſpectu & heredis perſonam ſuſtinere diximus, vniuerſitatem quandam bonorum arguit, qua & ſui ſubſtantiam continet & futuro heredi proſpicere videtur: quod infra latius declarabitur: quod ad perſonalem poſſeſſionis cauſam non ſtatim proficit: *per præd.* Etiamſi etiam adita ſit hereditas: *d.* §. *Scæuola l. ſi ſorori*, vbi Bald. & alij *C. de iur. delib.* §. 1. *Nouel. de iureiur. à morientib. præſtit.* Vt vel hinc intelligas id procedere *de iure ff. C. & Nouel. d. declar.* 3. *n.* 2. denique quæ de execution in hereditatem allata ſunt, ſimiliter non in perſonalibus, ſed realibus verſantur.

Atque ideo. prod. generali concluſione, defuncti † poſſeſſio, abſque vera & reali apprehenſione, ne in ſuum quidem tranſit heredem, nedum extraneum: Alexand. *d. l. cum heredes, & ibid. alij: de acq. poſ.* & alij DD. magno numero relati à Tyraquel. *tract. le mort ſaiſit le viſ.* 1. *declar.* 3. *n.* 6. Minſin. 3. *obſ.* 38. *& conſ.* 61. *num.* 34. Gail. 2. *obſ.* 129. *num.* 3. Caualcan. 1. *deciſ. Finiz* 23. *num.* 65. *& deciſ.* 30. *num.* 61, Peregrin. de fideicom. *q.* 47. *n.* 34. Anton, Faber de errorib. Pragmat. S. *error* 4. *& C. tit. de acq. poſ. defin.* 5. *nu.* 3. *&c.* D. Gœdde. *l. nihil eſt aliud.* 24 *axiom.* 3. *n. n.* 19 *ff. de V. Sig.* in tantum vt † nec legitima quidē poſſeſſio tranſeat ad filium heredem: Tyraquel. *d. declarat.* 3. *num fin.* 10. per rationem vlteriorem, quod † ſuitas, ſiue exiſtentia ſui heredis, ſuum heredem faciat, non poſſeſſorem: *argum.* §. *ſui autem Inſt. de hered. qualit. & different. l. ſi homo ff. de vſucap.* Tyraqu, *ibid.*. Vel quod, ſuitas tranſmittendi iuris, non poſſeſſionis vim habeat: alioſque, citra poſſeſſionis apprehenſionem eff ctus operetur: *d. l cum heredes: l.* 1. §. *Scæuola ff. ſi quis teſtam. lib*, Peregrin. *d. loc.* veluti quod ſui heredes, tanquam paternæ ſubſtantiæ quodammodo domini §. 1. *Inſtit. de hered. qual. l.* 11. *ff. de lib. & poſthum.* & quaſi portio perſonæ patris. *l. fin. C. de impub. & al. ſubſt. cap. iam itaque* 1. *quæſt.* 4. ipſo iure, & ſine aditione, continuatione quadā ſeſe hereditati immiſceant *l. in ſuis* 14. vbi Cuiac. & alij *ff. de lib. & poſthum.* §. *ſecundo, Inſt. de hered. qual. l. filio* 17. *ff. de Iniuſt. rupt. l. placet* 22 23 24

29. *de*

29. de acq. hered. l. 8. C. de iur. delib. Eamque etiam ignari ad alios tranſmit-
25 tant: *d. l. 8. l. 19. eod.* Idemque † in feudis obtinet, quantumuis antiquis & pa-
ternis: vt, ſcilicet nec ibi poſſeſſio vel in ſuos vel alios tranſmittatur: per ea
quæ poſt alios Zaſ. *d. conſ.* 10. & Roland. à Va'. 2. *d. conſ. 46 num.* 27. & alij DD.
relati à Tiraq. d. tract. *le mort. declar.* 4. deque obſeruantia S. Imperialis Ca-
meræ Mynſ. *d. obſ.* 38, & Gail. 2. *obſ.* 152. vbi additio Bernh. Græue. Fichard. 1.
conſ. 9. n. 2. & 2 conſ. 140. *num.* 18. Vultei. *de feud. 1. cap.* 10. *num.* 10. Roſenth.
7. *q.* 17. *n.* 3. Valaſc. *de Iur. Emphyt. q.* 18. *num.* 27. Menoch. *conſ.* 304. *num.* 65. &
26 *Conſ.* 733. *num.* 19. † Adeo, vt nec abuſiua, quæ forte interceſſit inueſtitu-
ra, poſſeſſionem regulariter ſtatim tranſire faciat: per ea quæ infra homilia
27 ſing. dicentur: & nuper Greue. ad *d. obſ.* 152. *per tot.* † Sicuti nec ſola benefi-
cij vel prælaturæ collatio aut inueſtitura: *ibid. num.* 6. poſt Franc. Marc. 1. *deciſ.*
28 *Delphin.* 262. *n.* 3. & *ſeqq.* vel † vnio Eccleſiarum: Greue *d. loc.* poſt Menoch.
29 *conſ.* 821. *num.* 11. vel & † ſolenne teſtamentum & facta in eodem inſtitutio:
arg. l. 3 C. de Edict. diu. Adr. tol. l. 1. & tot. tit. ff. & C. Quod legatorum, vel quod
30 aliud † inſtrumentum: *l. prædia* 84. vbi DD. *de acq. poſ.* Weſenbec. *in parat.
eod. ſub num.* 7. vel ipſa lex & Edictum ſuccedendi *l. 1. & tot. tit. ff. & C. Quor.*
31 *bonor. l. 1. & tot. tit. ff. de ſucceſ. Edict.* vel & † ius poſtliminij: *text. ſing. l. denique*
19 *ff. Ex quib. cauſ. maior.* Tiraquel. *d. tract. le mort ſaiſ. declar.* 6. *num.* 2. Vnde
nec tranſlata vel amiſſa poſſeſſio, facile redit in priſtinum, niſi facta actuali re-
ſtitutione: arg. omnium interdictorum recup. Vnde fit, Quod nec vxori,
32 ſoluto † matrimonio, vel retinendæ, vel & recuperandæ interdictum compe-
tat, reſpectu dotis in virum alienatæ, niſi nouam poſſidendi cauſam adepta ſit:
Theſaur. *deciſ.* 48. Surd. *conſ* 225. *num.* 17. & vtrobique DD. in eam citati:
Greue *ad d. obſ.* 129. *num.* 3. Vti nec patri, reſpectu factarum, quas forſan re-
uocandi cauſas habet, donationum; *l. ſi vnquam*, vbi poſt alios late Tyraqu.
C. de donat.

33 Quoniam vero, iſta † apprehendendæ poſſeſſionis neceſſitas, non in
craſſa, & ruſticana tantummodo corporis, apprehenſione conſiſtit, qua ex
quantitate inſiſtentiæ quantitatem poſſeſſionis metiuntur: ſed & ſubtiliores,
iique veriſſimi, & legaliſſimi alij, acquirendæ poſſeſſionis ſunt modi theorico
practici, quibus, heres, defuncti poſſeſſionem ſibi acquiſitam, vel etiam ad ſe
tranſmiſſam, rectiſſime dicit; Idcirco, & illos, hic, aliquo ordine & modo per-
ſtringere, haud inſolens fuerit, vel ſuperuacuum: ijs, quæ longiorem telam
poſtulare videbuntur, ad ſingulares homilias reijciendis. Tales igitur modi
ſunt: Primo, ſi (vti in Gallia, & aliquibus partibus Italiæ) extet ſtatutum vel
conſuetudo, quo, vel qua, defuncti poſſeſſio, non ſecus, atque dominium,
ipſo iure tranſeat in heredem; de qua ſtatutaria poſſeſſionis tranſmiſſione, la-
tiſſime, ſed &, pro more ſuo, ſcitiſſime excellentiſ. Gallus iureconſultus, Ty-
raq. *in tract. Le mort ſaiſit le viſ. &c.*

Secun-

Secundo tranſit poſſeſſio † in poſſeſſione cõſtituta: vt ſi defunctus adhuc viuus, conſtituerit ſe poſſidere, nomine ſui heredis vel ſucceſſoris. *per ea quæ* Tyraquel. *tract. de conſtit. poſſeſ.* adeo, vt ad heredem quoque conſtitutarij tranſeat poſſeſſio, ſi de eo facta ſit mentio, in conſtitutione: *ibid. part.* 2. *ampliat.* 12. & dixi *d. c.* 11. *à n.* 41. *vſque ad* 48. Et quamuis dici poſſet, poſſeſſionem in precario tranſire, ad heredem, etiam non facta eius mentione, *per l.* 1. §. 1. *l. cum precario*, 12. §. 1. *l. pen ff. de precar.* & alia, quæ Tyraquel. *d. ampliat. in princ.* vbi precarium, vel precario rogatio, etiam ad heredes tranſire dicitur: tamen hoc de iure ſaltem precarij, vtpote quod ſine reuocatione domini perdurat, atque tranſit, & non de poſſeſſione accipiendum eſt: quæ, ſine vera apprehenſione, non tranſit: *d. l. cum heredes.* Si vero heres eius, qui precario poſſidebat, poſſeſſionem retineat (inuito ſcilicet vel ignorante domino) clam poſſidere intelligitur, Paul. *ſentent.* 5. *tit.* 6. licet alias precarij conſtitutio, poſſeſſionem quoque transferat, & pro traditione habeatur, facta vel heredi vel emptori vel donatario &c. per ea quæ Papon. *d. tit.* 6. *num.* 4. *& num.* 7. Quale conſtitutum vna cum poſſeſſionis tranſitione etiam inducitur, ſi donator rei donatæ vſumfructum ſaltem retineat: ſic enim proprietatem & poſſeſſionem in legatarium tranſtuliſſe cenſetur *l quiſquis & l. ſi quis argentum* §. *ſed ſi quid C. de donat.* Papon. *d. tit.* 6. *num.* 1. quod in donatione mortis cauſa longe aliter ſeſe habet *ibid. num.* 2. *& per ea quæ ſup.* 34

Vbi tertio quæritur, anne † heredi poſſeſſio per teſtamentum, per literas, aut epiſtolam, ita vel tradi vel aſſignari poſſit: vt mortuo teſtatore vel priore domino, poſſeſſio eius recta tranſeat ad heredem, qui voluntatem defuncti amplexus eſt, antequam tertius aliquis hereditatem occuparet? Et poſſe videtur per ead. quæ ad ſuperiores duos modos late Tiraquel. & alij, & *nos infra.* 35

Siquidem enim poſſeſſio tranſit in heredem vigore legis, conſuetudinis, aut ſtatuti: tranſibit etiam vigore teſtamenti vel ſimilis alicuius legitimæ diſpoſitionis: quippe quod à lege vel ſtatuto ad teſtatorem & contra, vtpote ab æquiparatis procedat argumentum, *per ea quæ* Euerhard. *in loc. à leg ad teſtam. & ſeq.* Deinde ſingulare & ſpecificum aliquod conſtitutum hic eſſe videtur in tempus mortis conceptum: & facit text. clariſ. *in l.* 9. Precario poſſeſſio conſtitui poteſt vel inter præſentes vel inter abſentes, veluti per epiſtolam, aut per nuntium *ff. de precar.* & Paul. *d. ſentent.* 5. *tit.* 6. Si ergo poſſeſſio quæ precario datur, ita conſtituitur, nulla eſſe ratio videtur, quare in alijs poſſeſſionibus non idem obtineat, *l.* 1. *C. de donat. &c.* quo caſu vtiliſſima erit cautela, vt vel ex familia teſtatoris &c. aliquos in iſtum caſum conſtituas qui tuo nomine in poſſeſſionem ſint, eamque tibi tueantur & defendant &c. vel vt poſſeſſionem in conditionis euentum teſtato nunc prout tunc, Et tunc prout

LII nunc

nunc amplectaris & comprehendas: vel vt qua alia ratione, per te, vel per alios, actus poſſeſſorios in tempore peragas: *per l. prædia* 48. *ff. de acq. poſ. cum ſimilib. vid. d. c.* 11. *à num.* 27. *vſque ad* 37. *&* *n.* 39. *ad fin.*

36 Quarto poſſeſſionem † defuncti ad heredem recta tranſire, & ab hoc apprehenſam iudico, ſi hic ſit in poſſeſſione tempore mortis, vel prius ſaltem, quam alius turbare & inuadere incipiat: Si modo animum ſibi poſſidendi habeat. Vbi caſus ſeſe produnt admodum varij: Et primo quidem ille quem exempli gratia ponit Iohan. Fichard. *lib.* 1. *Conſ.* 9. Nobilis quidam à domicilio conſueto abſuturus, quod alibi gubernationem quandam ſuſtineret, filiæ ſuæ, quam vnicam habebat, iam matronæ, omnem adminiſtrationem ita commendat, vt eius prudenti arbitrio familiam adeo & omnia pertinentia committeret, addita clauſula, quod iſthoc adminiſtrationis nomine, nemini vnquam eſſet reddituram rationem.

Patre autem demortuo, filiaque iſta apud eundem tunc temporis extra locum gubernationis vbi familiam ſuam reliquerat exiſtente: veniunt agnati: qui ſub ſpe amicitiæ, à familia intromiſſi ſibi poſſeſſionem arrogant, omnia occupantes, ipſamque familiam in ſuam fidem ſuſcipientes: hic filia iſta, quaſi poſſeſſione adminiſtrationis exuta, quærebat, anne aliquo Interdicto vel retinendæ vel recuperandæ poſſeſſionem ſuam, quam & animo, & per familiam etiam abſens habuerat, & retinuerat, recuperare poſſet?

37 Vel ſecundo † caſum aſſumamus quem ponit Modeſtin. Piſtoris *lib.* 1. *Conſ.* 30. Comes quidam in arce ſua vita fungitur: relicta ibidem poſt ſe filia ſimiliter vnica, eaque forſan nubili, & ſatis apta, quæ ſuis rebus ipſa ſuperesſet, quæ & propterea appenſis pro more ad latus clauibus, adminiſtrationem ſibi ſumpſit: poſt dies aliquot, ſub prætextu amicitiæ & conſolationis, veniunt eius patrueles, quos defunctus tanquam ſuos ex fratre nepotes in Gallijs & Italia, non exiguis Impenſis aluerat: & ab agnata nihil mali in iſto mœrore, ſed omnia potius amica ſuſpicante ſimiliter intromittuntur. Qui irruentes, claues à lateribus agnatæ auellunt ſuoque arbitrio omnem ſibi poſſeſſionem occupant, neque agnatam alio quam familiaritatis Iure ibidem in paternis ædibus ferunt: Quemadmodum & alio quodam in loco mobilia quædam ad illam ipſam agnatam pertinentia, ea inſcia inuolarunt: quærebat & hic miſera illa, anne & quale interdictum, ſiue prætoris auxilium in iure proditum eſſet?

38 Tertio caſus † etiam in praxi tales habui: Nobilis quidam in ſuo prædio commoriens, vxorem ibi viduam, vna cum filijs & familia, poſt ſe relinquebat: hoc aliquis cognatione iunctus reſciſcens triduo vel quatriduo poſt, ratione prætenſi intereſſe aut controuerſiæ vel ipſum in quo vidua illa cum pupillis & familia commorabatur, vel vicinum aliquod & illud quidem ſecu-

feudale, & dimidium miliare diſſitum, vbi coloni & famuli degebant, prædium, occupabat & inuadebat ac homagium à Colonis vel ruſticis ſumebat: & contra viduam, eiuſque liberos ex can. Redint. agentes, ſe ante illos in poſſeſſione fuiſſe dicebat: quinimo nullam eos poſſeſſionem habuiſſe. Quærebatur quid in omnibus hiſce caſibus eſſet Iuris? Et leguleius vel potius aduocatulus aliquis indiſtinctè occlamauerit: hui rem bene geſtam: Retinendæ vel recuperandæ interdicta deiectis iſti pupilli vel filij minorennes vel maiorennes non habent, quia poſſeſſionem quæ apud parentem fuit, nondum rectè apprehenderunt: agant igitur adipiſcendæ vel petitorio hereditatis &c.

Sed ecce quarto † aliam quam vidi controuerſiam: Ægroto & tandem decedente patre, inter filium familias, in domo paterna adhuc viuentem, & filiam elocatam ſiue generum lis ſuper poſſeſſione oritur: Cum enim gener non tantum ægroto ſocero adfuiſſet, eique morienti oculos clauſiſſet, annulos ex digito detraxiſſet, funus procuraſſet: ſed etiam per puerum ſellam aliquam in ædes importandam curaſſet, eumque ſuo nomine in poſſeſſione manere iuſſiſſet: paulo poſt eius diſceſſum, filiusfamilias, puerum diutius commorantem, & forte quod in poſſeſſione manere iuſſus eſſet, dicentem vna cum ſella de nocte ſtatim domo eijcit: Vnde gener in poſſeſſionem ſe ante omnia reſtitui petebat: filius è contra, iſta omnia iure non tam poſſeſſionis, quam pietatis & familiaritatis facta eſſe, per *l. ſi non ſortem, §. libertus & l. cum is 37. §. mulier; ibi: relinquitur pietatis cauſa ff. de condit. indeb*: deinde puerum ſeruitiorum gratia relictum ibi eſſe, qui expedita re funeraria, merito abire iuſſus ſit: poſſeſſionis non vacantis, vtpote quam filius prior habuerit, non eſſe legitimam apprehenſionem, ſellam, vna cum alijs ex vicina, ad actum funerationis, vt amici inſiderent pro more mutuatis, clanculum illatam &c. quid hic reſpondendum? 39

Hiſce igitur & ſimilibus caſibus circumſpectione, tum iuris æqui & boni conſideratione opus eſt. Etſi enim iuſtis heredibus permiſſum propria autoritate rem hereditariam, non attento quod defuncti forte familia in eadē adhuc eſt, occupare text. & ibi Barth. *d. l. cum heredes ff. de acq. poſ.* Tamen curandum interea eſt, ne iuſtis heredibus vel alijs legitime poſſidentib. vis, præiudicium, & fraus fiat: & ne audaculis & temerarijs hereditatum vel poſſeſſionum alienarum inuaſoribus, graſſandi licentia aperiatur: & hac ratione, publicæ pacis & tranquillitatis tum Iuris & æqui diſciplina detrimentū accipiat.

Res igitur omnis † ex proprijs veræ poſſeſſionis effectis & argumentis affirmanda eſt: Etſi enim filij filiæ, vxor &c. viuente patre aut marito in poſſeſſione potius eſſe videntur, quam vt poſſideant: cum non ſuo, neq; ſibi, ſed patris & mariti nomine & illi poſſidere videantur *per ea quæ* Alciat. *Reg. 3. præſ. 26. num. 8.* 40

Attamen ſi patre vel marito vita functo, animum ſibi poſſidendi habe-
ant, capiantque, eumque præterea effectis, ſignis, & indicijs proprijs confir-
ment, ſane poſſeſſionem defuncti ad ſe tranſtuliſſe, ſibique non tam inuertiſ-
41 ſe quam recepiſſe certum eſt: Primo enim † defunctus ſuis præſertim libe-
ris vxori vel alijs proximioribus, ſi nō aliud teſtamento cauit, tam poſſeſſionē
quā ipſa bona in ipſo mortis momento pleniſſime & generaliſſime tradidiſſe
vel ceſſiſſe præſumitur, ex eo, quod illos cum viuus, tum moribundus ſecum
habuit, omnis fortunæ conſortes, per iura ſucceſſionum notiſ. tum per ea, qui-
bus quis ſuis prouidere præſumitur, qualis poſſeſſio etiā probatur *per l. ſi fundi*
42 *33. ff. l. 7. C. de acq. poſ.* Deinde † hoc præſuppoſito, poſſeſſionem alicuius rei
præcipue præſentis, ſolo aſpectu & effectu nos conſequi iuris eſt, *text. l. 1. §. Si*
iuſſerim pen. l. quod meo cum ſimilib. ff. de acq. poſ. text. 5. Interdum 44. *&* §. 46. *Inſt.*
de acq. rer. dom. Tertio de poſſeſſione viduæ & filiorum &c. hic tanto minus
dubitari poteſt, quod poſſeſſionem per corporalem ſuam inſiſtentiam ſatis ſu-
perque demonſtrarint: ita vt noua ingreſſione vel alia apprehenſione non in-
diguerint, quod enim dictum ſupra eſt heredes ſine apprehenſione poſſeſ-
ſionem nō conſequi, id potiſſimum in ijs procedit, qui ab ipſa hereditate ſunt
43 abſentes: Secus vero † qui in ipſa poſſeſſione ſunt, eamque corporaliter te-
nent, *d. l. cum heredes. d. l. 2. &* §. *veteres, atq;* ita præter alios intelligit & deci-
44 dit Zaſ. *d. conſ.* 10. *per tot. & ſingulariter n.* 16. Quarto † hoc probatur ex eo q
rei vacuæ poſſeſſio, etiā alias, ſola occupatione vel ingreſſu apprehenſa cenſea-
tur §. *qua ratione* 47. *Inſt. d. tit. l. 1. in prin. l. 3.* §. *Neratius, de acq. poſſeſ.* Quinto cū
clauium traditio, vel quod in caſu præſente idem eſt, occupatio, rerumq; ſuo
ipſius nomine adminiſtratio, traditæ vel adeptæ poſſeſſionis ſignum ſit omni
iure receptum, *per ead. &* §. *Item ſi quis interea* 45. *Inſt. d. tit. & text. clariſ. l. 1. d.* §. *ſi*
iuſſerim 21. *per tot.* certe nimis generale & erroneū erit, ſi filios filias vel vxores,
aut alios heredes in caſibus ſupra relatis, indiſtincte non poſſediſſe dicamus:
45 Ita & Sexto † cum depoſitarius cōmodatarius, colonus, etiam viuente pro-
prietario, ſibi poſſint incipere poſſidere, poſſeſſionem domini in qua erant in-
teruertendo *l. ſi quis rem* 20. *d. l. quod meo* 18. *l. Si rem mobilem, de acq. poſ.* Quis ita
ſtupidus fuerit, qui heredem in poſſeſſione exiſtentem, non ſibi hereditatem
incipere poſſidere dicat? Denique poſſeſſio heredis & animus poſſidendi ex
alijs multiuarijs poſſeſſionum effectis, item coniecturis & præſumptionibus
comprobatur, de quib. ſupra vbi & ea poſſeſſionē habentibus heredibus cau-
tela obſeruanda eſt, ne quem eorum, qui intereſſe ad hereditatē prætendere,
eamque inuolare poſſet, facile, vel ſaltem niſi præuia apprehenſæ iam poſſeſ-
ſionis ſuæ proteſtatione admittant. Sic enim reuera ſe poſſidere edocent.
46 Quib. ita perpenſis, facillima erit reſolutio caſuū ſupra motorum. Siquidē †. n.
prior iſta adminiſtratrix tēpore vel mortis vel occupationis, in poſſeſſione nō
fuit,

Digitized by Google

fuit, quod recte ponderat Fichard. *d. conſ. 9. num.* 10. conſequens eſt, quod nec deiecta dici poſſit, *tot. tit. ff. & C. Vnd. vi, &c.* per ſe enim poſſidere non potuit, quia animum poſſidendi nec tempore adminiſtrationis habuit, quod non ſibi, ſed patri tunc poſſederit: nec tempore mortis; quia per mortem mandantis & committentis patris ipſum ius quoque adminiſtrationis & mandati fuit extinctum, *l. mandatum, C. mandat. l. inter cauſas 16. in princ. ff. eod. & text. ſing. §. 10. in pr. & verſic. Et huic d. tit. fac. l. 1. ibi.* tam diuque eum qui ius repræſentat, tueatur, quandiu in cauſa pignoris manet eius qui dedit, *C. ſi pign. dat. fuer. & per l. ſi ex duob. §. 1. ff. de in diem addict.* tum quia ante occupationem, poſſeſſionem nullo actu corporali apprehenderat, *per ea quæ ſup.*

Neque mouet, quod † familiam nihilominus ibi habuerit: quia illam non veræ poſſeſſionis, ſed nudæ adminiſtrationis nomine, ibid. reliquerat. Quid ſi, dicat aliquis, ipſa filia eo tempore, quo occupatio ab agnatis facta, in poſſeſſione fuiſſet: anne tunc deiecta haberetur? Et ſiquidem mortem patris antea reſciuiſſet, ſibique poſſeſſionem ita apprehendiſſet: deiectam fuiſſe recte reſponderetur: Secus vero ſi de obitu patris nihil ſciuiſſet: Sic enim nec animum poſſidendi habere potuit. † Huic ſecundi d. caſus longe alia eſt ratio: cum enim in filia, poſſeſſionem quam parens habuerat, ſibi ſtatim, animo & facto, appenſis etiam ad cingulum clauibus, ſumptoque regimine & adminiſtratione, apprehendiſſet: Illi tanquam deiectæ interdictum recuperandæ rectiſſime dandum fuit, quantumuis in poſſeſſione exiſtenti: quod probe etiam reſpondit Modeſt. *d. conſ. 30. n. 35.* per rationem, quod ab agnatis ferme incluſa tenebatur, omniq; exuta adminiſtratione non illa, ſed inuaſores familiæ imperarent, *per l. 1. §. pen. ff. Vnd. vi.* Cæteroqui ſi imperium & liberam poſſeſſionem aliquomodo retinuiſſet, interdicto retinendæ vti, & in modum turbationis conqueri potuiſſet, etiam aduerſariis ſimul in fundo exiſtentibus *text. expreſſ. l. 3. §. 7. ff. de acquir. poſſeſſ.* Quemadmodum & in fundo ipſo adhuc exiſtentibus remedia recuperandæ dantur, ſi liberam poſſeſſionis in diſponendo facultatem non habeant: cum hac ratione pro deiectis reputentur, *d. l. 1. §. pen. l. vim facit 11. eod. l. 3. §. in amittenda 6. l. ſi quis, §. differentia l. permiſceri pen. §. 1. ff. de acq. poſſ.* 47 48

Eadem † ratione viduam & heredes, in tertio caſu propoſitos, per ſuam corporalem præſentiam, ſumptamque ſuo ipſorum nomine adminiſtrationem, ipſam quoque poſſeſſionem præſertim vero in prædio domicilii & cohærentibus fundis ſtatim à morte patris vel mariti apprehendiſſe clariſſimum eſt, per ead. quæ ſup. & Zaſ. *d. num.* 16. dicens poſt DD. ibid. relatos. Quod ſi filius in feudo inueniatur poſt obitum patris, non opus habeat noua traditione, &c. Quinimo & prædii iſtius alterius feudalis, quantumuis diſſiti poſſeſſionem apprehendiſſe probant: quod etſi vidua vel liberi adhuc minorennes 49

iſtuc non iuerint,& agnatus receptione homagii eos præuerterit; de familia tamen & ſeruulis ſuis, ſtatim poſt mortem mariti ſeu patris, cum mandatis miſerint: quemadmodum & coloni aliquot iuſſa ac mandata iſta agnoſcen-
50 do cum funus ſecuti ſint, tum ſeruitia præſtiterint. Quo ſane † caſu maior heredum, & probationes vel ſaltem præſumptiones, habitæ & apprehenſæ poſſeſſionis, pro ſe habentium, fauor eſſe debet, quam inuaſoris, qui opinione callidæ præuentionis ſibi adulatur.

Nam & vno ex colonis ſeruiente, vel iuſſa heredum ſequente, non ipſius ſolum, ſed & cæterorum omnium, quia & prædii ipſius poſſeſſio apprehenſa iudicatur, *per text. elegantiſſ. in l. prædia* 48. *ff. de acq. poſ.* Vbi Papin. per vnum ſeruum, qui ad me peruenit, ceterorum tam ſeruorum quam prædiorum donatorum poſſeſſionem mihi quæſitam ſit, *& d. l.* 1. §. 17. *eod.*

51 Et cum † matrimonium omnis iuris diuini & humani habeat communicationem, *l.* 1. *ff. de rit. nupt.* adeo vt vxor domina dicatur bonorum mariti, *l.* 1. *ff. rer. amot.* Et viri ſeruus quaſi mulieris, & huius quaſi viri ſeruus eſſe cenſea-
52 tur, *l.* 1. §. *vir.* 15. *ff. ad Syllan.* Vxor ſane † non iure familiaritatis tantum, ſed veræ etiam poſſeſſionis, in bonis mariti eſſe cenſetur, *per ead. & text. ſing. l. pen. ff. de ſeruit. legat.* id etiam in dubio, & niſi aliud ſtatuto, vel tabulis nuptialibus cautum, poſt eius mortem: ratione videlicet vel ſucceſſionis, vel hypothecæ, vel dotalitii, vel vſufructus, vel etiam filiorum pupillorum aut minorennium, eorumque tutelæ, &c.

53 Quibus omnibus † caſibus interdicta dantur, non tantum proprietario iure ſuccedentibus: ſed etiam hypothecariis eiuſmodi, *l. ſi ſeruus* 22. §. 1. *ff. de nox. act.* Item fructuariis & vſuariis *l. fin. ff. Vti poſſid.* & ius habitandi & com-
54 morandi habentibus, *l.* 3. §. *ſed ſi* 7. *eod.* ſicut maritus † quoque dotem mulieris ſibi ſuoque nomine poſſidet, *l. ſciendum* 15. §. *ſi dotem* 3 *ff. Qui ſatisd.* atque iſtis quidem qualibuſcunque reſpectibus, viduam vel vxorem, item liberos, mariti vel parentis defuncti bonis prædiiſque inſiſtentes, non familiaritatis, ſed ſuo ipſorum nomine poſſidere intelligi rectiſſime tenent Bald. *l. pen. C de pig. act.* Socin. ſen. *conſ.* 131. *num.* 5. Maſcard. *concluſ.* 1179. *num.* 3. ſic enim non ſibi ipſi, ſed legis & naturæ miniſterio cauſam poſſeſſionis mutant, vel potius retinent, *l.* 3. §. *ſi rem l. qua ratione*, §. *interdum, ff. de acq. poſſ.* præſertim iſtis vt dixi titulis interuenientibus: quibus ſtantibus, mulieres non modo poſt mortem, ſed etiam in vita & coniugio maritorum vere poſſident, vt rectiſſime conr. Alciat. & DD. aliquot *in l. Pompon.* §. *in dote de acquir. poſſeſſ.* defendit ac decidit Senatus Pedemont. ap. Cach·ran. Oſaſc. *deci.* 14. *num.* 10. *per l.* 1. *& l. multum intereſt. C ſi quis alt. vel ſibi, gloſſ. in l. vxorem, ff de leg.* 3. *Angeli in l. Qui iur. famil. de acq. poſſ. Socin. conſ.* 128. *col* 2. *lib.* 1. *text. d.* §. *in dote.* Et cum coniuges paſſim in Germania, Gallia & alibi ſibi inuicem vel in totum vel pro parte eaque ſæpe dimidia ſuccedant: nemo non videt hoc caſu vxores cum maritis plene poſſidere.

Quinto

Quinto non ſolum proprietas, ſed etiam poſſeſſio, per eos, quos in poteſtate habemus, nobis acquiritur, §. 3. *Inſtit. per quas perſonas cuique acquiratur*: Item per fratres, ſorores, & totam familiam: quod diſputatione non meretur. Vid. Greuæ. ad Gail. *obſ.* 129. *de colon. n.* 12. *&* 18. *de procurat. num. decimo nono & n.* 20. Ita † dantur etiam interdicta procuratoribus, tutoribus, curatoribus, 55
vt po e q ii ſuorum principalium nomine vt acquirere poſſeſſionem, ita etiam tenere poterunt, text. expreſſ. *l.* 1. §. *per procuratorem* 20. *ff. de acq. poſſ.* &c. quod ita in pupillis & minorennibus procedit: Sed ecce caſum † quoad maioren- 56
nes: Accidit enim quod princeps, vel alius dominus vita decedit, relictis vxore vel etiam filia, quæ poſſeſſionem bonorum feudalium, ſibi arrogare nequeunt, & filio maſculo, herede qu dem bonorum feudalium, ſed quo longius abſente, alius quidam agnatus occupat partem iſtius feudi, non obſtante quod vxor vel filia defuncti, familiam ibi & officiales nomine filii vel fratris abſentis habuerint: quid hic iuris? Et illud ſane dubium ambiguumque eſſe videtur: Ac ſiquidem vidua vel filia reſpectu dotis vel cuius alterius iuris ſibi ipſis poſſidere non intendunt, neque vllo facto poſſeſſionem ſibi acquiſierunt, quod hypothecæ vel ſui iuris nomine poſſunt B ld. *d. l. pen. Cod. de pign. act.* Maſc. *concluſ.* 1129. *nu.* 13. amittere ſane nequeunt poſſeſſionem neque in illa turbari, quam non habent; niſi mandatum, iuſſum vel ratificationem filii heredis, cuius nomine ſunt in poſſeſſione habeant, per ea quæ ſup. nam & filiis † non competunt remedia retinendæ vel recuperandæ, ſi ab ipſis non ſit 57
aliquo modo apprehenſa poſſeſſio defuncti Corne. *conſ.* 18. *vol.* 1. Pariſ. *conſ.* 1. *n* 160 *vol.* 1. Alex. & alii *l. in ſuis de lib. & poſth.* Roland. à Vall. *conſ.* 46. *n.* 34 *lib.* 2. qualis apprehenſio † facta etiam cenſetur, ſi filius vel heres abſens ſcribat 58
matri, ſorori, familiæ, officialibus vel colonis, vt ſibi ſuoque nomine poſſeſſionem habeant, tueantur & defendant, vel vt omnium rerum diligentem curam gerant, & hoc illi acceptent, ſeque poſtmodum inuaſa forte ab aliis poſſeſſione id fec ſſe dicant factoque ipſo comprobare queant, per *d. l.* 9 *ff. de precar. & d. l.* 1. *C de don. & paſſim ſub tit. ff. & C. Mandat.* ſi coloni iuſſi ſint à detentere, nomine heredis poſſidere tranſit poſſeſſio Peregr. *q.* 47. *n.* 35. Quod ipsũ procedit, non tantum ſi mortuo patre filius ita ſcribat, atque mandet, vti Vlpian. admodum ſtricte velle videtur, *l. ſi quis* 25. §. *An nominatim* 6. *ff. de acq. vel inſt. hered.* ſed etiam eod. adhuc viuo, in euentum mortis ipſius: per Gaii Caſſii ſententiam *ibid.* §. *Sed vtrum* 5. & per rationem quod in futurum quoque euentum rectiſſime fiat & accipiatur mandatum. Licet enim Vlp. non recipiendum putat, vt de viui hereditate mandetur; tamen hoc eatenus ſaltem valere debet, cum vel de captatione mortis alienæ agitur, vel cum in præiudic ũ liberæ voluntatis teſtandi, tale quid mandetur. Secus vero eſt, & vtique eſſe debet, cum nulla captationis ſuſpicio adeſt, ipſa defuncti, voluntas, pro mandante facit.

Vnde

59 Vnde apparet, quod † & quatenus mediante perſona matris, ſororis,
Item Coloni & familiæ acquiratur heredi poſſeſſio defuncti: Etſi enim aliqui
generalius affirmaſſe videntur: Quod per medium coloni & ſic conſequen-
ter, cuius alterius perſonæ, heredis nomine poſſidentis tranſmittatur poſſeſ-
ſio ad ipſum heredem: Marant. *part. 4. diſt. 7. num.* 3. Socin. *conſ.* 54. *num.* 11. *vol.*
3. Tyraquel. *de conſtit. poſſeſſ. part. 2. ampliat. 12. num. 5. & ibi per* Alex. *l. 1. §. quod
per colonum, ff. de acq. poſſeſſ. & l. 1. §. ſolus & in fin. eod.* Affl. ct. *deciſ.* 163. quo ſpectat
illud Cic. *in Orat. pro A. Cecin.* Qui colonus habuit conductum de Ceſennia
fundum, cum idem ex eadem conductione fuerit in fundo, dubium eſt, quin
ſi Ceſennia tum poſſidebat, cum erat colonus in fundo, poſt eius mortem he-
res eodem iure poſſederit, &c. meminit etiam Tyraquel. *d. ampl. num.* 1. Atta-
men hoc eatenus intelligitur, ſi heres, re quoad tertium, adhuc integra, poſ-
ſeſſionem in perſona ſerui vel coloni, &c. ſibi apprehenſam agnouerit, man-
dando vel ſaltem ratificando, idque vel expreſſe, vel etiam tacite, recipiendo
ſcilicet fructus, aut penſionem, vel quid iubendo, aut quacunque ratione diſ-
ponendo *per ead. quæ ſup* & Bald. *conſ.* 330. *circa fin. vol.* 1. Ruin. *conſ.* 163. *num.* 16.
60 *vol. 5. & conſ.* 129 *vol.* 4. vbi dicit, ſi quis † accepit poſſeſſionem alicuius rei no-
mine Titii, & antequam Titius ratificet, alias acceperit poſſeſſionem, quod
non competat Titio remedium recuperandæ, etiamſi poſtea ratificet: quia il-
la ratificatio non ſuperuenit debito tempore, vel re adhuc integra. Alex. *conſ.*
110. *vol.* 1. Paiſ. Caſtrenſ. Crauet. & alii vt ap. Roland. *d. conſ. num* 12. *& 39.* Niſi
officialis aut colonus, &c. vi mandati in euentu mortis ipſius domini, nomine
heredis poſſeſſionem iam ante d. modis apprehenderit.

Vbi nunc ad quartum caſum ſupra propoſitum, breuibus reſponden-
61 dum: Et ſiquidem † gener animum poſſidendi habuit, verbis factiſque de-
clarauit, & eos actus poſſeſſionis nomine geſſit, poſſediſſe ſane videtur, præ-
ſertim cum appareat filium de antiquiore vel priore poſſeſſione gloriari non
poſſe, cum tam gener quam ille poſſeſſionem per mortem patris vacantem,
eodem momento apprehenderit. Econtra vero Æquitatis quinimo ipſius
iuris ratio ſuggerit, maiorem filiifamilias, quam generi hic rationem in dubio
habendam: tum quod filius viuente adhuc patre in poſſeſsione fuerit, eamq;
in ipſo mortis paternæ momento, tam animo quam corpore ſibi apprehen-
diſſe ex ipſa iuris præſumptione cenſeatur, qualem præſumptionem gener
nullatenus habet, cum potius iſta omnia clam molitus videatur, quod firmũ
poſsidendi titulum non tam facile præbet; Tum quod filius non modo ſe he-
redem eſſe diceret, & conſtaret: ſed quod ſororem etiam elocatam, & à pa-
terna hereditate pro more loci ſeparatam aſſereret, & proinde eam vel mari-
tum ipſius merito petitoris partes ſuſtinere, ſi quid vlterius prætenderent; pro
quibus omnibus text. elegantiſ. *in l. dotis 9. C. ſolut. matrim, dotis actione,* inquiunt
ibi

Digitized by Google

ibi Impp. ſucceſſores mariti, ſuper eo, quod dotis nomine fuerat datum conuenire debes: Ingrediendi enim poſſeſſionem rerum dotalium, heredibus mariti non conſentientibus, ſine autoritate competentis iudicis nullam habes facultatem. Et quamuis gener, ſe non tam dotis, quam eo nomine poſſeſſionem ingreſſum diceret, quod vxor non minus quam filius heres eſſet; tamen cum illud negaretur, dubiumque eſſet, & quoad poſſeſſionem, clandeſtinitatis, quoad præſtita officia, pietatis præſumptio ſubeſſet, & res proinde in eo ſtatu, vt alteri actoris, alteri vero petitoris partes neceſſario iniungendæ eſſent, pro filio decidendum videtur, præſertim cum genero, vxoris nomine ex quor. bonor. interdicto conſultum maneat. Niſi forte alia adminicula concurrant ad iuuandam generi vel quam ſimilem poſſeſſionem; vt ſi de æquali ſucceſſionis iure conſtet, nullaue ſit dubitatio, & gener, frater vel ſoror, &c. legitimā poſſidendi cauſam rationemq; pro ſe habeant, vel ſi ſtatuto aut conſuetudine coheredi ad coheredem in poſſeſſione exiſtentem ingredi permittatur, vt inſpectionem bonorum habeat, donec ea legitime diuidantur: vti fit de iure Lubecano; Cuius reſpectu, & pro generi iſtius reſtitutione iudicatum eſt.

Et cum heredes poſſidentes, alios coheredes extra poſſeſſionem exiſtentes, malitioſiſſime ſæpe ſuſtineant, idque non raro contra omnem fraterni aut proximioris ſanguinis affectum: vbi communis poſſeſſio magnum faciendæ & maturandæ diuiſionis remedium eſt; id ſane eiuſmodi in caſibus conſiderandum.

Sexto licet † in feudalibus inueſtitura regulariter poſſeſſionem non 62
tribuat, ſed tantummodo ius apprehendendi poſſeſſionem, per ea quæ Iaſ. *l. quoties* 15. *C. de rei vindicat.* Schurff. *cent. 1. conſ.* 53. *num.* 3. Vnde etiam ex duobus vel pluribus de eodē beneficio inueſtitis, is retinet & præfertur, qui prior poſſeſſionem eſt adeptus, etiamſi alter antiquiorem alias inueſtituram titulumque habeat, *per d. l. quoties & ibi com. DD. l. ſi à Titio* 72. *ff. de rei vindic. l. ſiue* 9. *§. ſi duobus* 4. *ff. de public. in rem act. l. ſi ea* 31. *§ fin ff. de act. empt. l. qui tibi* 6. *Cod. de hered. vend.* quod etiam in conceſſione principis & beneficiorum eccleſiæ ita obtinere probat Schurff. *d. conſ.* 53. *num.* 7. *& fin.* Hartm. Piſtor. *quæſt. feudal* 29. *num.* 15. 20. 21. 26. *& ſequentib.* cuius contrarium tenent DD. vt ap. And. Gail. 2. *obſ.* 55. & Mathaei. *d. l. quotiens* 15. *num.* 100. *& ſeq.* A tamen hoc de inueſtitura ſaltem abuſiua intelligendum eſt, quæ fit per traditionem nudi documenti vel gladii, annuli vexilli, &c. & non de propria: *c. vn. quid ſit inueſtitur.* quæ fit vel reali immiſſione aut traditione vel inductione qualiquali, per quam alibi poſſeſſionem acquiri diximus.

Quo pertinet † etiam inueſtitura quam ſimultaneam in foro Saxonico 63
vocant, cuius vi effectu & operatione etiam ad filium vel etiam ad fratrem

vel quem alium ſimultanee inueſtitum, abſque alia traditione, poſſeſſio tranſit: per ea quæ D. Hartm. Piſt. *d. quæſt. 29. num. 35.* Et ad filios quidem eoſque ſolos, in foro Saxonico ipſo iure tranſit poſſeſſio, per rationem quod ibi ipſum ius ſuccedendi, ex ſola poſſeſſione æſtimatur, per ea quæ ibid. *quæſt. 19. num. 58. & ſeq.* ad agnatos vero non tranſit niſi in vim ſimultaneæ inueſtituræ: quæ ſimul inueſtitis non modo ius ſibi inuicem ſuccedendi, ſed etiam poſſeſſionem ipſam tribuit & aſſignat: Idque non tantum, ſi vterque corporaliter in ipſa poſſeſſione ſit, quo caſu loquitur Schurff. *cent. 1. conſ. 99.* ſed etiamſi vnus rei inſiſtat, & eo forte moriente alter adhuc ſit in Gallia vel Italia, &c. quia ſcilicet hic, animo ſuam poſſeſſionem etiam abſens retinet & circumfert, *l. 3. §. 7. l. clam, §. qui ad nundinas cum ſimilib. ff. de acq. poſſeſſ.* niſi forte diu ſionem fecerit & ſic ipſo facto à ſimultanea inueſtitura diſceſſerit, *d. quæſt. 19. num. 59.*

64 Ceterum † ſtante adhuc integra ſimultaneæ inueſtituræ cauſa, poſſeſſionis quoque cauſa integra manet: Ita vt non modo vterque adhuc viuus poſſideat; ſed vt etiam ea poſſeſſio, quæ penes defunctum fuit, ad ſuperſtitem ſolum tranſeat; eidem, contra tertium fortaſſis inuaſorem, vel recenter inueſtitum ac poſſidentem reuocatoria actione, vel recuperandæ interdicto competente, *dicta l. quoties 15. C. de rei vindic.* priuilegio, hic plane excluſo, *d. quæſt. 29 d. n. 55. vſque ad fin.* vbi quæri poſſet, anne idem obtineat ſi Titius inſcius & ignarus ſimultaneam eiuſmodi inueſtituram cum fratre Sempronio, ad huius forte inſtantiam conſequatur: vel ſi non ignarus, ſed ſciens conſequatur ipſam tamen rei poſſeſſionem, eo tempore quo ſocius moritur, & alius quidam inua-

65 dit, nondum fuerit ingreſſus? Et ſane prior quæſtio † inde ſtatim negatiue reſoluitur, quod ſine animo ſibi habendi vel poſſidendi, poſſeſſio non acquiratur: niſi hic vigore ſtatuti aut fori municipalis ipſa quoque poſſeſſio recta tranſire dicatur: Altera vero quæſtio affirmatiue decidi poteſt, non modo ſi Titius ſuo quoque nomine poſſeſſionem apprehendere & tenere, ſibique ex ea fructus præſtare Sempronium iuſſerit, *per d. l. 1. §. per procuratorem 20. & §. ſi iuſſerim ſeq. ff. de acq. poſſ.* Vel tacitam quandam apprehenſionem adhibuiſſe cenſeatur ex receptione fructuum aut præſtatione expenſarum, *per ea quæ ſup.* ſed etiam in dubio ſine eiuſmodi vel expreſſa vel tacita apprehenſione: Idque duplici ratione, tum quod in ipſa inueſtitura & ipſe apprehendiſſe poſſeſſionem, eamque dominus conceſſiſſe cenſeatur: Tum quod Sempronii corporalis plenaque poſſeſſio, & ipſi Titio fratri, ipſo iure ipſoque inueſtituræ facto, profecerit; tum quod Sempronius non ſuo ſolius, ſed etiam fratris ſimultanee inueſtiti nomine poſſeſſionem apprehendiſſe cenſeatur, *per text. in l. ſi commu-*

66 *nem 10. ff. Quemad. ſeruit. amit. l. cum hereditate 55. & l. ſeq. ff. de acq. hered.* Et † ſæpiſſime quidem huiuſmodi ſimultaneæ poſſeſſiones etiam mutuo contractu fieri poſſunt; vt licet fructuum perceptio vel adminiſtratio interdū diuidatur

inter

intercoheredes vel ſocios, ipſa tamen poſſeſſionis iura non diuidantur: exem-
pli gratia caſum aſſumamus, quem clariſſimæ Lubecenſium & Hamburgen-
ſium reſpub. nobis præbent in ſimultanea poſſeſſione & vſurpatione caſtri B.
Hic licet Domini Lubecenſes & Hamburgenſes per vices ſingulorum ſepten-
niorum, miſſo ſenatorii ordinis vicario, iuriſdictionem exerceant fructuſque
& emolumenta percipiant: nihilominus tamen ipſa tam poſſeſſionis quam
iuris ratio cauſaque apud vtroſque ſub diuerſo reſpectu, in ſolidum integra at-
que ſalua manet.

Ita vt ſi alter, qui fortaſſis ſua vice adminiſtrationem habet, in præiudi-
cium alterius, vel tertius in vtriuſque ſibi poſſeſſionem, retinere ſolus vel-
let, poſſeſſoria parti læſæ quamuis corpore hac quidem vice in caſtro non exi-
ſtenti, interdicta competerent.

Sicut † enim ſocius in re quoque communi turbare vel ſpoliare ſocium 67
dicitur, ſi eum re communi vti prohibeat: Ita & ſocio in ſocium hoc nomine
interdicta redduntur, cum pœna etiam l. ſi quis in tantam, C. Vnd. vi, *per l. ſi ſo-
cius ff. de furt. Alex. vol. 1. conſ.* 103. *num.* 10. Franciſc. Marsch. Plot. Crauet. & alii
DD. vt ap. Menoch. *recup. remed. 9. quæſt* 31. *& ſeq.*

Et ſocius † quantumuis abſens, per ſocium in poſſeſſione exiſtentem 68
ſibi quoque poſſeſſionem retinet: cum & per pupillum eam retineamus,
l. quamuis 32. vel per procuratores, &c. *l.* 1. §. 20. *cum ſimilibus de acquir.
poſſeſſ.*

Ex quibus † omnibus vaniſsima quoque illorum opinio taxatur, qui 69
duos pluresue eandem rem in ſolidum diuerſo etiam reſpectu poſsidere poſ-
ſe negant; quos confutauimus *de mat. poſſ cap.* 10.

Quod enim duos in ſolidum poſsidere non poſſe dicitur, *l.* 3. §. 5. *de acq.
poſſ. & l. ſi vt certo*, §. 15 *ff. commod. l.* 19. *ff. de precar.* id reſpectu eiuſdem & partis
vel iuris & incubationis ſaltem dici ac intelligi ipſe Paul. explicat, *d.* §. 5. *ex con-
trario*; quod conſideratur etiam in duobus plane ſibi contrariis, quorum alter
contra alterum poſsidere vel poſſediſſe ſe dicit. Ibi enim impoſsibile eſt, vt
tales duo pluresue ſimul & in ſolidum poſsideant: adeo vt probata vnius poſ-
ſeſsione, alterius ſtatim remoueatur.

Ceterum quod † diuerſo reſpectu, eadem res, à pluribus inter ſe in to- 70
tum non pugnantibus, in ſolidum poſsideri queat: tam eſt manifeſtum, vt
ſolem non videat, qui hoc non videre vel obſtinarius impugnare velit. Ne-
que hoc tantum procedit in poſſeſsione quæ habetur in iuribus, puta viæ, iti-
neris, &c. quam apud plures in ſolidum eſſe poſſe, largiſsime concedit Barth.
d. §. *ex contrario*, cum quo omnes indifferenter tranſire ait Iaſ. *ibid. nu.* 82. *per l.
via conſtitui*, §. *fin. ff. de ſeruit. ruſt. præd. l.* 2. §. *ex his, ff. de verb. oblig. l. Lucius* 4. *ibi,*

ſicut iter, actus via pluribus cedi poteſt vel ſimul vel ſeparatim, &c. ita vt omnibus & ſingulis vtile iudicium reddatur, *ff. de aq. quot. & æſtiu. tot. tit. de itin. actuque priu. cum ſimilib.* quo nomine & iuriſdictionem totius Imperii apud plures Imperatores eodem tempore fuiſſe inſcriptiones multarum legum in Cod. & hiſtoriæ oſtendunt: cum & iuriſdictio & ius patronatus & ſimilia diuerſo perſonarum reſpectu, diuerſimode quidem, ſed tamen in ſolidum apud plures eſſe queant, per ea quæ Iaſ. *d. §. ex contrario num.* 84. *& ſeq.* licet ibi quoad iuriſdictionem ex cap. licet cauſam *verſ. cum duo, de probat.* adeo dubius hæreat, vt cogitandum relinquat.
71 Sed † hoc idem quoque procedit in poſſeſſione ipſarum rerum, prædiorum & fundorum *per ead. & text. l. fin. vbi Barth. & alii, ff. Vti poßid.* vbi vſufructuarius & vſuarius non minus, quam ipſe dominus in ſolidum poſſidere dicuntur, Iaſ. quidem *d. num.* 28. gloriatur, quod recte Bartholum *d. l. fin.* reprehenderit: quod ſcilicet fructuarius & vſuarius non rei, ſed iuris reſpectu ibi poſſidere in ſolidum dicantur: ſed hoc inane pharmacon eſt: cum fructuariis emphyteutis & vaſallis, &c. Item duobus vel pluribus rem communem habentibus, etiam ipſius, & quidem ſolius rei, eiuſdemque poſſeſſionis intuitu, interdicta reddantur, *per ead. quæ ſup. &c.*

72 Octauo tranſit † poſſeſſio reſpectu connexitatis partium hereditatis, vel rei: vbi quæſtio illa celebris attingenda: An & quatenus apprehenſa parte hereditatis vel aliquo caſtro ceterarum quoque rerum eodem pertinentium poſſeſſio tranſeat & apprehenſa cenſeatur? Et hæc quidem quæſtio quam ex noſtris, ſed obiter ſaltem & negatiue tractarunt Mynſing. *cent. 3. obſeru.* 39. & Andr. Gail. 2. *obſ.* 129. *num.* 6. *poſt Zaſ. d. conſ.* 10. ex capite pertinentiarum deci-
73 denda eſt, de quib. in tract. de contin. cauſ. egimus *cap.* 20. quamuis † quoad materiam poſſeſsionis, in certis caſibus latior pertinentiarum ratio videtur, quam quoad materiam tranſlati dominii: ſic equo legato vel vendito: non ſtatim venit frænum & ephippium equi, vt pote quæ temporalis vſus gratia equo adhibentur, neque de ſubſtantia eius ſunt; nec caſtro vendito vel legato, ſtatim veniunt munitiones equi & currus & alia ſuppellectilia, niſi hoc expreſſe actum ſit *per ea quæ dixi d. cap.* 20. *num.* 9. *vide &* Gabriel. *lib.* 6. *concluſ.* 10.
74 *num.* 7. *& ſequentib.* Attamen † venditor vel legatarius poſſeſsionem equi & caſtri apprehendens, ipſam quoque rerum iſtarum coniunctarum vel contentarum poſſeſsionem ſimul apprehendit, ſi animum modo habeat ſibi acquirendi, *text. expreſſ. l. poſſideri* 3. *§. Nerua* 13. *cum §. ſeq. de acq. poſſ.* Sed vt diſtincte
75 agamus, apprehenſa † vna parte fundi vel prædii etiam ceteræ partes quinimo totus fundus vel prædium apprehenſum eſt, quod iiſdem terminis eademque appellatione continetur, cum non ſit neceſſe ſingulas glebas circumambulare, dummodo hac mente ſimus, vt totius fundi poſſeſsionem habeamus, *d. l.* 3. *§.* 1. *& ibi DD. l. Seia, §. Tyranna, ff. de fund. Inſtrument. leg.* & fundo ita apprehenſo

Digitized by Google

henſo arborum quoq; & ſimiliũ terræ infixorum poſſeſſio apprehenſa cenſe-
tur, per ea, quæ de ſubſtantialibus & naturalibus pertinentijs dixi *d.c.20.num.*
5. Deinde hoc † non tantum in ſubſtantialibus, ſed etiam continentibus,& 76
ad ipſam rem, vel natura vel arte vel perpetua deputatione pertinentibus &
connexis ita procedit: ſic apprehenſo caſtro domo vel ædibus, horri quoq;
& horrea ijſdẽ terminis, eiuſdemque domicilij appellatione comprehenſa &
continenter vel contigue ad caſtrum vel ædes pertinentia ſimul veniunt, *d.c.*
20.*n.*6. Ant. Gab. *d.loc.& text.l.ade 73.ff. de contrah.empt.l.patronus* 38 *l.prædiis*
91. §.*pen.& fin.de legat.* 3. Sic qui in vrbe eſt, eamque poſſidet eiuſdem et-
iam continentia apprehendiſſe & in ijs eſſe cenſetur, *text.l.collegium* 173. §.1.
qui extra continentia de verb.ſignificat. Et qui † caſtrum ingreditur & poſſidet 77
omnium vicinorum paſcuorum, vinearum, piſcinarum, viuariorum, molen-
dinorum, ſiluarum & ſimilium rerum, perpetua vel certa deſtinatione ad id
pertinentium poſſeſſionem ſimiliter apprehendiſſe iudicatur, *per ead. & per l.*
quod in rerum §.*ſi quis poſt teſtament.ff.de leg.1.l.ex pupillari* 44.*ff.de vulg.& pupil.*
ſubſt.l.quod per manus 10.*ff.de iur.*Codic.ita Com.DD.*l.3.de acq.poſ.* Barth. *num.*5.
Ang. *num.*1. Al. *num.*23. Socin. *num.*27. Zaſ. *n.*28. *& de feud.part.* 6.*n.*29. vbi
dicit hoc obtinere in fundis non nimium diffitis, I er. Afflict, Aluar. *c.*1. *Quid*
ſit inueſtit. Tyraq. *retr.conſang.*§.36.*gloſ.*3.*n.*4. Weſenb. *Conſ.*1.*n.*51. Vultei. *de*
*feud.c.*10.*n.*12. & late Roſenthal.*c.*6.*Quib. mod.feud.acquir.concluſ.*14.*nu.*5.*&*
*ſeq.poſt And. Gail.d.obſ.*127.*n.*7. Capic.*deciſ.*1.*n.*9 *& ſeq & paſſim aliis*, diſtincte
id & vnanimiter eatenus tenentes, ſi omnia † illa connexa vacua, vel ab alio 78
non poſſeſſa, & apprehenſa fuerint: quod eſt notandum, *per text.l. Quod meo*
18. §.*fin.vbi* gloſ. Barth. Zaſ. Alciat, & alii *de acq.poſ.* Gilken. *de præſcript.1.cap.6.*
*num.*159. *&* ibi Balb. *ex 2.part.3.q.2.n.*20. Vbi quæritur, an hoc indiſtincte † 79
& generaliter procedat: Ita vt apprehenſa fundi pertinentis poſſeſſione,
ipſum etiam caſtrum apprehenſum cenſeatur? Et hic videndum erit, ne à
poſſeſſione fundi, agri, vel pertinentiæ alicuius, ad caſtrum prædiumue ipſum
ſed contra, ab alicuius tanquam rei principalis apprehenſione, ad ipſas perti-
nentias argumentemur: Hinc etſi quis fundum aliquem arcis vel caſtri appre-
henderit: tamen ipſam arcem vel caſtrum, quod propter munitiones ſui vali-
diſſimas ingredi vel non potuit vel non auſus eſt, propterea non ſtatim appre-
hendit, per ea quæ de connexitate principalis & acceſſorij, diximus *in tract. de*
*cont.cauſ.cap.*21.*& ſeq.* Et vnitate maioris vel præcipuæ & potentioris partis id
quod minus eſt afficitur, non contra *l. in rem actio* 23. §. *in omnibus &* §. *ſeq.ff.*
de rei vind.

Vbi nono non ſine cauſa quæritur, an † apprehenſa poſſeſſione caſtri, 80
prædij &c. Iuriſdictionis quoque & Imperij vel vt vno verbo dicam Territo-
rij: Item cenſuum, tributorum, & annuarum penſionum, & redituum alias

 ordi-

ordinarie deputatorum, ſed aliunde venientium, & quæ prædeceſſor vel defunctus quiete habuit, poſſeſſio ſimul tranſeat & apprehenſa cenſeatur? Et hoc difficultatem habet. *per ea quæ dixi de contin. cauſ. d. cap.* 20. *num.* 9. *cum* 4. *ſeq. per tot.* vbi probaui, quod vendito, vel legato vel in feudum dato ſimpliciſſime caſtro iuriſdictio, merum mixtumque Imperium, vel & penſiones atque reditus eiuſmodi, vtpote ſola deſtinatione domini, annexa & pertinentia, in dubio non veniant, niſi aliud vel expreſſe vel tacite actum ſit, *per l. Seia* 20 §. *Tyranna* 7. *& tot. tit. ff. de fund. Inſt. vel Inſtrum. leg. l. ſi quando C. de bon. vacant. l. fundi* 17. §. *Labeo ff. de action. empt. text. notab. c* 1. *de cap. qui Curi. vendid.*

81 Quemadmodum † & ipſa rerum iſtarum natura præ ſe fert atque arguit, quod diuerſum, neque ipſa ſeparatum & diſiunctum aliquod ſint, à caſtro ipſo: vbi valet maxima illa: Quod à ſeparatis & diuerſis inconſequens ſit illatio *l. Papinianus* 20. *ff. de minorib.* Atque ita non aliter niſi reſpectu vel taciti, vel expreſſi conſenſus, vel aut cuiuſdam inhærentiæ intelligendi ſunt DD. dicentes, Quod in feudum dato caſtro iuriſdictio quoque & merum Imperium tranſſcripta cenſeantur *per l.* 1. §. *cum vrbem ff. de offic. præf. vrb.* vbi Barthol. *num.* 9. Bald. *num.* 1. *&* 14. Aluar. Bald. Præpoſ. & alij *dict. cap.* 1. Couar. *pract. quæſt. num.* 10. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *cap.* 97. *num.* 13. Vultei. *de feud.* 1. *cap.* 5.

82 *n.* 5. Vbi quæri poteſt Quid igitur Iuris ſit, ſi hoc tacite † vel expreſſe actum, vt territorium & Iuriſdictio ipſi etiam reditus & penſiones ſimul veniant, an & tunc per illud, poſſeſſio quoque earum rerum ſtatim tranſeat non minus atque ipſum dominium? Et inter territorium ceteroſque reditus aliunde venientes diſtinguendo; Siquidem territorium, & Iuriſdictio, ibi caſtro apprehenſo tanquam acceſſorium ſuo principali cohæret, & ipſius territorij, omniumque ſubiectorum vel connexorum agrorum, prædiorumque poſſeſſio apprehenſa cenſetur, & proinde etiam redituum inde venientium, per ea quæ ſup. ad caſum 8. diximus. vide DD. *ad l.* 3. *vbi &* Iaſon. *de acq. poſ.* Ferrar. *act. real. gloſ. iure domin. n.* 29. Roman. *conſ.* 344. Oldrad. *conſ.* 252. Gail. 2. *obſ.* 62. *num.* 7. *& de pign. cap. fin. num.* 4. *text. l. pupillus* §. *territorium & l. ager vbi DD. de verb. ſig.* Maſcard. *concluſ.* 936. *num.* 6. Chaſſan. Crauet. Specul. Felin. & al j apud Gilken. 1. *c.* 6. *n.* 17. *in fin.*

83 Sed de alijs † reditibus & penſionibus nunc quæſtio eſt, deque earum poſſeſſione. Et licet defunctus hoc velle videtur vt bona à ſe poſſeſſa, eodem quo ille ea habuit Iure ad heredem vel ex teſtamento vel ab inteſtato deuoluantur: tamen quia vt dixi ſeparati ſunt fructus reditus atque penſiones præſertim aliunde venientes, ab ipſo quod heres forſan iam apprehendit caſtro: Iccirco ſine quaſi exactionis perceptionis aut ſolutionis apprehenſione, poſſeſſionem eorum non tranſire verius eſt, *per ea quæ ſup. & per text. admodum* *ſingu-*

Digitized by Google

ſingularem ac notabilem in l. 1. §. 5. *ff. de itin. act. priu.* Vbi Vlpian. Quoad vſque ingreſſus quis eſſet, eouſque † Interdictum illi competere, ſcribit, quamuis 84 aliam emptionis venditionis & ſimilis contractus eſſe rationem nonnulli volunt: tunc enim rerum omnium venditarum poſſeſſionem traditam eſſe, hoc caſu cenſent: quaſi ex iure contractus magis, quam hereditatis poſſeſſio rerum tranſeat: quod mihi ſane non videtur: cum rerum etiam venditarum poſſeſſionem, ſine vera traditione, vel ſaltem legitima apprehenſione non conſequamur §. *Traditio, Inſtit. de rer. diuiſ. l. quoties C. de rei vindic. &c.*

Quo nomine † apprehenſa poſſeſſione caſtri venditi, omnes pertinen- 85 tias non tantum intra ſed etiam extra territorium ſitas apprehenſas cenſeri male concludit Gail. 1. *obſer.* 120. *num. ſeptimo*, Greue *ad Gail. obſer. vel gloſ.* 129. *conſil.* 10. Cum tamen nulla ſit Iuris aut rei connexitas & cohærentia qua poſſeſſio caſtri & territorij, extra territorium extendatur. Niſi fortaſſe aliud aliquod medium adipiſcendæ poſſeſſionis interueniat, quo & fundorum extra territorium ſitorum, redituumque aliunde venientium poſſeſſionem, ſi non naturaliter ſaltem ciuiliter conſequamur: vt puta ſi emptori vel donatario illarum rerum, fundorum vel redituum inſtrumenta tradantur eaue heres habeat & poſſideat *per l.* 1. *C. de don. vbi Com.* DD. & Ferrar. *d. gloſ. num.* 28. *in fin. &c.* quod diligenter notandum: ſi modo fulcimentum aliquod corporale accedat, quo vel per realem apprehenſionem, reiue præſentiam, vel per miſſum aliquem nuncium, vel familiam aut officialem poſſeſſionem conſequamur, *per d. l. pradia & alia qua dixi de mat. poſ. cap.* 11. *num.* 32. *& ſeq.*

Et † citra eiuſmodi adminicula, ne reliquæ quidem res intra territori- 86 um vel eadem regione iacentes, ſimul veniunt & apprehenſæ cenſentur: niſi ijſdem terminis & appellatione vel deſtinatione & pertinentium connexitate cohæreant: adeo vt ſi defunctus in eadem ciuitate vel regione, duas domos, vel duo prædia habuerit, quarum vel quorum alterum tu heres, & hoc à te iam poſſeſſo, alterum alius quiſpiam, ante quam tu ingrediare vel poſſideas, occupet quoad hoc retinendæ vel redintegrandæ remedijs vti nequeas, Ferrar. *d. num.* 29. Alexand. *lib.* 3. *Conſ.* 73. Barthol. *l.* 3. *in princ. num.* 4. *de acq. poſ. & ibid.* Iaſ. & inde Zaſ. *in d. l. cum heredes* 22. *num.* 6. *de acq. poſ.* apprehenſa † bonorum poſſeſſione in ciuitate non ſtatim inde bona extra ci- 87 uitatem ſita cenſeri apprehenſa ait. Quamuis iſta tamen, contra apprehenſæ poſſeſſionis præſumptiones, non ſunt cauillanda, vel odioſius torquenda, per ea quæ ad tertium caſum ſupra propoſitum diximus, *& per l. primã*, §. 17. *l. pradia* 48. *ff. de acq. poſ.* Nam † ita qualibuſcunque ſaltem medijs 88 etiam in dubio adminiculantibus veriſſima eſt DD. ſententia: quod apprehenſa

henſa hereditatis vel feudi titulo, parte aliqua principali, etiam reliquarum
partium hereditatis vel feudi, quantumuis alibi extra territorium ſitarum poſ-
ſeſſionem apprehenſa cenſeatur per ea quæ Tyraq. *retract. lig. ſ. 36. gloſ. 3. n. 10.*
& quæ latiſſime & doctiſſime Matth. Weſenb. *Conſ. 1. n. 53. & ſequentib.* quam
89 ſententiam omnino probant ea de quibus diximus; Vbi † enim Iuriſdictio,
ſeruitus, & ſimilia indiuidua reputantur; ita & hereditas, quoad vniuerſitaté
bonorum & iuris deſuper competentis; per text. & caſus admodum ſingu-
lares *in l. Is cui, §. ſi ex duobus heredibus & §. ſeq ff. Vt in poſſeſ. legat.* Deinde ſi
plané dubium ſit, vel non conſtet, an hereditatis hæc vel illa bona poſſeſſa
ſint: tamen ipſa hereditas eiuſq; e ius, poſt & per aditionem quaſi poſſideri
ceptum eſt, quod per inſequentem alterius occupationem turbarum vel in-
uaſum eſt: quo caſu vtile eſſet, & l. inuaſor. C. vnde vi, ſimul proponere &
cumulare *per ea quæ Menoch. ibid.*
Decimo facilius, adhuc tranſit † poſſeſſio ratione inhærentiæ: vt ap-
90 prehenſa poſſ . ſſione caſt , ius quoque inhęrens, vel vendita vectigalia ipſum
caſtrum immediate ſequẽtia apprehenſa cenſeantur; Sic apprehenſa ad Rhe-
num vel Albim aut Viſurgim &c. arce aliqua, vbi vectigal, tranſeuntes pen-
dunt, ſane & vectigalium percipiendorum quaſi poſſeſſio apprehenſa ſtatim
91 cenſetur *per tot. tit. C. ſine cenſu vel reliq. fund. comp. non poſ.* Vndecimo tranſit †
poſſeſſio reſpectu actus in ſemetipſo indiuidui: ſic empto vel ab herede appre-
henſo caſt.o, per vnũ actum Iuriſdictionis, quaſi poſſeſſio totius iuriſdictionis
ad caſtrum pertinentis apprehẽſa cenſetur, Idq; non tantum in illa ſpecie cu-
ius actus exercitus eſt vt quidam limitate tenent, ſed tranſit poſſeſſio iuriſdi-
ctionis generaliter etiam quoad alia *per text. l. ſillicidij 8. in fin. & l. ſeq ff. Quem.*
ſeruit. amit. l. vna eſt via 18. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Barth. Alexand. Cuman. Imol.
Alberic. Zaſ. *in l. 3. de acq. poſ. Barth. l. 1. §. Si quis hoc interd. de itin. act. priu.* late
Tyraq. *Retr. conſang. §. 36. gloſ. 3. num. 12.* Socin. Iun. *Conſ. 187. num. 19. lib. 4.*
Decian. *Reſp. 40. num. 42. lib. 4.* Vant. *de Nullit. capit. fin. num. 40.* Laurentius
Kitchou, *conſ 8. num. 33. lib. 5.* Flammin. de Rub. *Conſ. 38. num. 26.* Petra *de fi-*
deicom. q. 12. & q. ſeq. Roſenthal. *de feud. c. 6. concluſ. 14. num. 5.* Pet. Gilken. *de*
vſucap. 1. cap 6. num. 19 & ſeq. And. Knichen, *de Territor. c. 3. num. 91. & ſequen-*
tibus vbi num. 99. poſt alios rectiſſime dicit; Quod poſſeſſio Iuriſdictionis,
ita non tantum apprehendatur, ſed etiam conſeruetur, quamuis in vniuerſum
alias iuriſdictionem non exercuerit. Roman. Rimin. Zoarez Menoch. Ma-
ſcard. Bruno, vt ibi, & Weſenbec. *Conſ. 32. num. 17. & paſſim alij*: quod veriſſi-
92 mum eſt, licet à nonnullis negari potius, quam affirmari videatur: exercitatenim iuriſdictionis poſſeſſione in cognoſcendo vel indicando, vel mulctan-
do &c. apprehenſa etiam cenſetur quoad reliquas ſpecies, puta meri mixtiq;
Imperij deponendi, relegandi, tributum & vectigalia recipiendi &c. dum-
modo

modo poſſeſſio omnium ſpecierum iuriſdictionis, de quibus agitur, non tantum fuerit apud venditorem, vel defunctum, qui & vel expreſſe vel tacite illam ſucceſſori tradidiſſe præſumantur; requiritur enim titulus: ſed vt etiā poſſeſſio omnium illarum ſpecierum ſit vacans, adhuc, quando caſtrum cum Iuriſdictione vel traditur, vel occupatur, ita vnanimiter DD. iam relati, vti & Barth. *d.l.* 3. *in princ. num.* 5. *& ibid.* Iaſ. *num.* 37. Iohan. Scheiduin. §. *poſſidere num.* 105. *Inſt. de Interdict.* vide etiam additiones & quæ remiſſiue ap. Barth. *dict.l.*3. Niſi † enim ſit vacans, vel & tradatur omnis eiuſmodi poſſeſſio, vel ſi 93
alius quiſpiam per actus contrarios, detrahat; tunc quoad eiuſmodi actus contrarios, poſſeſſio eliſa eſt, nec pro acquiſita vel conſeruata habetur, *per ead. & Schurf. cent.* 2. *conſ.* 84. *in fin. & conſ.* 86. *nu.* 10. Vbi quæſitum, Anne in ſpeciebus & actibus tantum exercitis poſſeſſio maneat, vel etiam in alijs, à parte aduerſa non vſurpatis? Et quæſtio ex d. axiomate dubia eſt: Quod ſcilicet vnus actus vel vna ſpecies poſſeſſoria, ſit etiam conſeruatrix vel prorogatrix alterius, arg. eor. quæ dicta ſunt: vnde ſi quis † in aliqua poſſeſſione ſit 94
meri Imperij: etſi nunquam antea, per multos annos furcam erexerit, tamen ſi alius non ſit in contraria poſſeſſione, poteſt erigere, & furem, pro dignitate, ſuſpendere, per ead? Et reſpondendum eſt cum pro maiore generalitate, tū actuum & ſpecierum cohærentia: Contra eum enim qui eſt in generaliore iuriſdictionis q. poſſeſſione, non debent extendi actus aduerſarij ſpeciales, niſi tales ſint, qui & actum vel ſpeciem controuerſam immediate complectantur, arg. eorund. & quæ Knichen. *d. c.* 3. *num.* 94. ex Roman. & Kirchou. & Gilken. *d. cap.* 6. *num.* 39. *& ſequentib.* Neque obſtant poſito axiomati, quæ ibid. *num.* 44. *& ſequentibus & num.* 123. ex præſcriptionis ratione in contrarium facere videntur: Quod † ſcilicet vna ſpecie Iuriſdictionis præſcripta, nō 95
propterea reliquæ omnes præſcriptæ cenſeantur, & quod proinde nec totius Iuriſdictionis vel omnium ſpecierū poſſeſſio per vnum actum apprehenſa videri poſſit. Quia hoc procedit in caſu, quo ob id deficientem titulum, vel contrariam alterius poſſeſſionem, alterius de qua agitur poſſeſſio reſtringitur & limitatur, per ea quæ ſup. Hoc enim ſenſu is qui ius fuſtigandi habet, nō ſtatim & ius capite mulctandi habet, vel omne merum imperium, Schurff. *d. conſ.* 86. *num.* 10. ſicut etiam à piſcatione per hamum aut fiſcos, ad illam quæ fit per ſagenas & verricula non fit illatio: neque à iuriſdictione appellationis, ad ſimplicis querelæ aut cuiuſcunque inſtantiæ: neque à collatione beneficiorum ad ius præſentandi &c.

Duodecimo tranſit † poſſeſſio reſpectu Iuris, poſſeſſionem aliarum re- 96
rum ſui complexione continentis: exempli gratia dignitas vel Iuriſdictio Imperialis Regalis Epiſcopalis &c. in vno aliquo loco, collatis legitime inſignijs & inueſtituris, acquiri poteſt: Vbi de eiuſdem loci, vbi dignitas iſta confertur

poſſeſſione, dubium nemini vllum eſt: attamen quia ab omni forte antiquitate vel perpetua quaſi membri deputatione & colligatione, Imperialis, Regalis, Epiſcopalis dignitas, vel Iuriſdictio, ſuper omnes reliquas quoque vrbes & villas Imperij, Regni vel Epiſcopatus &c. ſeſe extendit; per hanc connexitatem, aliorum quoque locorum, villarum, artium & munitionum poſſeſſio apprehenſa atque tradita exiſtimatur, *per text. expreſ. l. traditio vigeſima. ff. de acq. rer. domin. l. 1. §. cum 4. & l. fin ff. de offic. praef. vrb. l. pupillus §. territorium ff. de verb. ſig.* Bertachin. *tract. de Epiſ. lib. 3. §. 1.* Innocent. *ſuper de cauſ. poſſeſ. & prop.* Guid. Pap. *deciſ. 355. & 629.* quo reſpectu domini † terrarum fundant ſuam intentionem de iure in dubio quo ad res omnes ſitas intra limites ſui territorij late Socin. *vol. 1. conſ. 86. num. 6.* Alciat. *reg. 2. praeſumpt. 20. num. 3.* Pariſ. *vol. 1. Conſil. vigeſimoſeptimo, numero decimo tertio, & ſequentib.* Euerhard. *loc. à tot. ad part.* Weſenbec. *Conſ. 43. numero 71.* latiſſime Malcard. *Concluſ. 393. confin. numero decimoquarto, & ſequent. & concluſ.* 217. Bona in princip. & alicubi Bald. dicens Quod Iuriſdictio ſeſe extendat ſuper territorium, non ſecus atque nebula ſeſe effundit ſuper totam paludem.

97

98 Decimo tertio apprehenſa † poſſeſſione beneficij, vel praelaturae, praeſertim cum titulo collatae, reditus quoque & penſiones alias ordinarie deputatae ſimul veniunt & poſſidentur, Tyraquel. & ibi Innoc. Hoſt. Anchor. &c. *dict. §. trigeſimo ſexto; numero vndecimo, in fin.* & ita accip o Iohan. And. *in cap. literis de reſtitut. ſpol.* & poſt eum Anchoran. *in cap. primo, de reg. iur. in 6.* dicentes, quod ſi quis induceretur in poſſeſſionem domus vel fundi, ad beneficium (principaliter) pertinentis, is aliarum omnium rerum ad beneficium pertinentium poſſeſſionem acquirat: vel vt Anchor. *ibidem explicatius* ait; Quod

99 † apprehenſa poſſeſſione eccleſiae, bonorum quoque poſſeſſio apprehenſa dicatur: citantur & reprehenduntur quidem Iohan. And. & Anchor. hoc caſu à D. Minſing. *dict. obſeru. 59. cent. 3.* vbi contrarium verius magiſque receptum eſſe ait: nempe quod in pluribus fundis, poſſeſſione vnius apprehenſa, aliorum fundorum poſſeſſio apprehenſa non dicatur: quodque ex aliquarum rerum hereditariarum apprehenſione, aliae res, quae non ſunt apprehenſae, poſſideri non cenſeantur, etiam concurrente animo acquirendi, idque non ſolum, quando plures res diſtinctae & ſeparatae eſſent, ſed etiam, ſi plures, ſub vniuerſitate Iuris, puta hereditatis continentur, *per l. 1. §. veteres & l. pradia* & Iaſ. *l. 3. de acq. poſ.*

100 Sed alio, † quam nos hic intendimus, & eo quidem quem ſupra iam explicauimus ſenſu, iſta reprehendi ſtatim apparet. Si videlicet ſucceſſorio hereditatis iure ſimpliciter agatur: & fundi de quorum poſſeſſione agitur, ſint appellatione & diſtinctione vel ſeparatione diuerſiſſimi, nec vlla continentia cohaerentes, qua vnius poſſeſſio apprehenſa & alterius poſſeſſionem

attra-

Digitized by Google

attrahat: quod aliter eſt in hoc præſente caſu: Vbi non tam hereditatis, quam Eccleſiæ & prælaturæ & imminentis vel immediate dependentis indiuiduæ Iuriſdictionis vel aſſignationis iure poſſeſſio apprehenditur, quandoquidem poſſeſſio de qua hic agitur, eſt acceſſoria ad ipſum principale beneficium, vel prælaturam, qua apprehenſa, & rerum immediate dependentium poſſeſſio apprehenſa cenſetur *per l. ſi adoptauero ff. de precar.* & alia quæ ſupra: præcipue quod licet Imperator vel prælatus moriatur & decedat: ipſum tamen Imperium atque regnum, ipſaque eccleſia interim poſſidere non deſinant, quod, vel quæ, ipſum quoque Ius poſſeſſionis, in electum Imperatorem, Regem, vel Prælatum, ipſo iure atque facto transfert, eaque eſt communiſſima DD. ſententia: quam etiam tenent Bald. *l. 1. ff. de offic. praſ. Aug. & l. de his C. de furt.* Barth. *d. l. cum heredes & ibid. ſicut etiam ad l. 3. in princ. de acquir. poſ.* Angel. Aret. docentes poſſeſſionem rerum beneficij acceſſorie venire ad ipſum beneficium.

Et quod † prælatus acquirens poſſeſſionem beneficij, acquirat etiam 101 in conſequentiam poſſeſſionem omnium rerum eccleſiæ, ex quo ipſa eccleſia dicitur poſſidere, *per d. l. cum adoptauero*, tenet quoque Innocent. *cap. cum in offic. de teſtamen. & cap. ex parte, de arbit.* dicens quod mortuo prælato vacet quidem poſſeſſio prælaturæ, non autem bonorum, vel rerum ad prælaturam pertinentium, & quod ideo non requiratur apprehenſio poſſeſſionis rerum omnium, ex quo ipſa per ſe venit, & in conſequentiam, DD. vt apud Bertachin. *dict. tract. de Epiſcop. part. 1. lib. 3. quaſtion. 56.* Maſcard. *de prob. concluſ.* 1324. *num.* 22. *& ſequentib.*

Ex quo ſequitur, quod † prælatus vel poſſeſſor beneficij, habens ti- 102 tulum, vel præſumptionem eius, non modo retinendæ, ſed etiam tanquam ſpoliatus recuperandæ Interdictis atque Canone rectiſſime vtatur, pro penſionibus & reditibus, ad ipſam prælaturam vel beneficium pertinentibus, & à prædeceſſore ſuo perceptis, licet ipſe nec dum adhuc ſingulariter ſit vel fuerit in quaſi poſſeſſione exactionis vel perceptionis Maſcard. *dict. Concluſ. per tot. & ſing. num.* 19. *& ſequentib. & ibi* deciſiones Rotæ item Bellam. & Guid. Pap. *quaſt.* 355. *& quaſt.* 629. Milis *in repert. verb. poſſeſſio qua erat penes prælatum, per text. ſingul. & expreſ. in cap. querelam de Elect. & ibi* Innocent. *& alij*, Panor. *cap. litera num. 3. de dilat.* Niſi forſan iam alter ſit in poſſeſſione percipiendi &c. antequam prælatus poſſeſſionem ipſius beneficij adipiſceretur, atque ita res non ſit integra, *d. concluſ. num. 24. & ibi DD.* Qualis limitatio nequaquam mihi probabilis, & prioribus contraria eſt: niſi alter legitimis cauſis tituliſque poſſeſſionem prælati anteuerterit. Alias enim, Epiſcopus vel prælatus etiam ante ſuam electionem in præiudicium eccleſiæ vacantis occupata, tanquam ſpoliata repetit: cum eccleſia iſta tempore vacationis poſſederit, per ea quæ dixi.

Nnn 2 Atque

Digitized by Google

Atque eadem in Imperatore, Rege & principe, qui iure electionis venit obtinere non eſt dubium. Etſi enim mortuo Imperatore, Imperium vacare, & interregnum eſſe diceretur, quoad caput, & ſedem principalem: tamen non vacat quoad territorium atq; Iuriſdictionem per ead. quæ ſup. vnde Imperator quamuis nuper electus, rectiſſime vindicat ſibique reſtitui petit caſtrũ villam vel ciuitatem, quæ ante ſuam electionem, durante forſan interregno, fuerunt occupata: etſi enim in ſua perſona poſſeſſionem non habuit: habuit tamen in quaſi perſona & repræſentatione Imperij. vbi quæri poſſet Anne idẽ obtineat in rege, duce, vel comite, aut barone, qui iure hereditario ſuccedit? Et non obtinere dici poſſet niſi talis ſit Regni vel principatus ſtatus, vt poſſeſſio, etiam mortuo rege vel principe, continuetur & ad heredem tranſeat: vel niſi mortuo rege aut principe, non ſecus atque in prælatura vel imperio, ipſis regni vel principatus ſtatibus, poſſeſſio reſideat: quod citra ius electionis vel.

103 ſingularis ſtatuti non facile fieri poteſt: Attamen † quatenus & ex quo regnum, ducatus, comitatus, ciuitas, caſtrũ &c. certos & indubitatos ſuos fines, iiſque comprehenſas partes & pertinentias habet: eatenus etiam non minus quam Eccleſia vel prælatura aut hereditas, quaſi mutus aliquis vel homo vel poſſeſſor intelligitur, omnes fines & partes pertinentes indiuiduè poſſidendo comprehendens & conſeruans, per ead. quæ ſup. & Capic. *d. deciſ. 1. nu. 8. & ſeqq.* dicens poſt gloſ. ibidem allegatam, quod caſtrum & feudum ſit homo mutus & ſurdus, vtens miniſterio feudatarij: qui licet decedat & ſic perſonæ mutentur, eadem tamen quaſi poſſeſſio caſtri rerumque particularium. permaneat apud ipſum Caſtrum: quod verum eſſe & inde aſtruitur: quod apprehenſa poſſeſſione principalis ſedis, vel ciuitatis &c. ipſius etiam prouinciæ connexæ, vel caſtri aut aliarum pertinentiarum poſſeſſio ſtatim apprehenſa iudicetur, per ead.

104 Denique † quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium mortuo poſſeſſore maioratus, etiam ſine alia apprehenſione tranſire in ſucceſſorem aiunt Hiſpani, Patil. *l. ſi quas actiones n. 7. C. de ſeruit. & aq. per l. Tauri* 45. *&c.* Quin ge-

105 neraliter quaſi poſſeſſio † incorporalium, ex collatione priuilegij vel dignitatis dependentium per ipſum priuilegium, ex quo dependent, ſtatim tranſit, ſine vlla vlteriore apprehenſione vel exercitio: per ea quæ Capic. *deciſ.* 121. *n.* 9. *& ſeq.* exemplum præbet text. *in c. ſi cui nulla, de præb. in 6.* vbi ſi papa concederet alicui poteſtatem conferendi beneficium perſonæ incertæ, in aliqua Eccleſia, & moriatur Papa ante quam conferatur beneficium: iſte tamen manet in q. poſſeſſione gratiæ & conceſſæ poteſtatis. Ita qui creatur Doctor, Comes palatinus, nobilis, &c. ſtatim conſequitur quaſi poſſeſſionem docturæ, dignitatis, nobilitatis, per actum præiudicij. vid. & Innocent. *in capit. cum noſtris, de conceſſ. præb,* Panorm. *fin. de iudic.* & ibi Felin. quamuis aliud videtur

dicen

Digitized by Google

dicendum de poſſeſſione iurium incorporalium, quæ dicuntur ſeruitutes, & ſimilia; hæc enim actum poſſeſſionis deſiderant.

Ex quibus omnibus apparet ſubtilem admodum eſſe poſſeſſionis doctrinam, quæ vt in praxi quotidiana magnum vſum, ita & in receſſu multos anfractus modoſque habeat.

IN PROLEGOMENA Interdictorum.

1 *Author in hac interdictorum digeſtione: ſicuti & in cæteris iuris materiis, certam methodum, eiuſque rationem deſiderat.*

2 *Author priorem locum in interdictis, iis tribuit, quæ circa res nullius in bonis exiſtentes, ſacras nimirum & religioſas redduntur, Alterum iis, quæ de rebus publici iuris, locisque publicis proponuntur. Tertium vero iis, quæ circa rem familiarem comparata, vel retinendæ ſunt poſſeſſionis, vel recuperandæ, vel adipiſcendæ.*

3 *Rationes quibus Author hanc ſuam diuiſionem tuetur atque probat.*

Ne quid in loco ſacro fiat: ſeu de rerum ſacrarum interdicto.

TIT. I.

1 *Reprehenſio ordinis in hac interdictorum materia à Triboniano in libris Digeſtorum facti.*

2 *Verba Prætoris in hoc interdicto.*

3 *In hoc interdicto, non ſolum in loco ſacro quid facere vetamur: ſed & factum reſtituere iubemur.*

4 *De loco ſacro competit interdictum, non de ſacrario.*

5 *Locus Ciceronis in epiſtola ad Memmium explicatur.*

6 *Sæpe adhuc hodie ſacella in ædibus Magnatum habentur, in quibus priuatæ deuotionis gratia, paterfamilias vel ſolus, vel cum ſuis domeſticis ſolet vacare ſacris.*

7 *Licet autem ab his quoque locis profanatio abeſſe debeat: attamen cum priuati ſolum & non publici iuris ſint: ideo hoc interdictum pro iis proprie non redditur: ſed iis locis, quæ publicæ pietatis ac religionis gratia habentur.*

8 *Huius interdicti uſus tanto minus hodie eſt contemnendus: quanto maior iam omnis pietatis, rerumque ſacrarum eſt profanatio.*

9 *Ordinaria libellandi & agendi ratio in interdictis non eſt neceſſaria: cum ſolo Prætoris interdicto ac præcepto omnis profanatio recta arceatur & prohibeatur.*

10 *Ad hoc Edictum non pertinet, quod ornamenti vel commodi cauſa fit: ſed quod deformitatis & incommodi.*

11 *Quamuis cura ædium locorumque ſacrorum mandata ſit his, qui ædes ſacras curant.*

12 *Attamen cum publicæ tuitionem diſciplinæ iidem non habeant: idcirco publica Prætoris auctoritate & imperio, tum & formula opus fuit, qua illud in hoc caſu excitaretur.*

12 *Ratio & cauſa quæ huius interdicti proponendi fuit: eadem & retinendi & exercendi quoque eſt.*

13 *Ethnicorum quantumuis erroneum pietatis ſtudium, ſi intentionem conſideremus, maximopere eſt laudandum: & nobis Chriſtianis etiam imitandum.*

14 *Vera nobis ſacra, in rebus ad verum Dei cultum, & ad Chriſtianam religionem pertinentibus, nobis conſiſtunt.*

15 *Explicatio leg. 3. C. de ſumma trin. & fid. cathol.*

16 *Huius interdicti amplitudinem etiam apud Ethnicos ab omni antiquitate fuiſſe, aliquorum authoritate probat author.*

17 *Tanto maior in nobis reuerentia & deuotio ineſſe debebat: quanto maior noſtrorum ſacrorum veritas eſt, præ illis Ethnicis fictitiis & nouiſſimis erroribus.*

18 *Non minus pie quam ſalubriter cum in antiquis, tum nouellis Imperii conſtitutionibus grauiſſimæ in blaſphemos & maledicos ſunt conſtitutæ pœnæ. Officiales quoque & inferiores magiſtratus in exigendis pœnis negligentes arbitrariis pœnis ſubiiciuntur.*

19 20 *Latius prædicta conſtitutio num. 19. & 20. refertur.*

21 *Quæ vigore leg. 2. C. de ſumma trinit. in hæreticos ſtatuta ſint, n. 21.*

22 *Hæreticis priuatim vel publice diſputandi, docendique, vel de hæreticis dogmatibus quidquam edendi aut publicandi facultas interdicitur.*

23 *Publicis eiuſmodi hæreticis interdictum eſt, prædia & poſſeſſiones emere, vel alia ratione acquirere.*

24 *Hæretici magiſtratum gerere, dignitatem habere, aut ius dicere, aut defenſores ciuitatum fieri prohibentur: adempto quoque iis, omni ſucceſſionum tam ex teſtamento quam ab inteſtato iure.*

25 *Illa falſarum religionum ratio eſt, vt quiſque à ſua religione alienos, pro hæ-*

reticis

reticis aut ſectariis plærunque habeat. De quibus autem hæreticis iura loquantur, vide ibidem.

26 Qui definiantur Hæretici Cod. & Nouellar. iure.

27 Qui generaliter hæreticus appellari poßit.

28 Qualiter D. Hieronymus Hæreticum definiat.

29 Qui ſententiam ſuam quamuis falſam, nullo pertinaci propoſito defendunt, ſed veritatem ſi inuenerint, corrigere parati ſunt, nequaquam inter hæreticos ſunt numerandi.

30 Reiteratio ſancti Baptiſmi eſt prohibita: & quæ huius ſit ratio.

31 Nemini licet ſignum Saluatoris humi inſculpere aut pingere.

32 Iudæus aut Paganus Chriſtianam mulierem in matrimonium accipere: vel Chriſtianus Iudææ coniugium ſortiri prohibetur: & alia quoque ibi relata, eidem ſunt interdicta.

33 Quæſtio & eius reſolutio, An nimirum Iudæis Chriſtianum ſeruum vel ancillam habere liceat.

34 A Magiſtratu prohibendum, ne quid Iudæi in contemptum Chriſti, eiuſque crucis, & religionis noſtræ faciant.

35 Minime intempeſtiua quadam temeritate vel audacia, de myſteriis fidei religionis, in conuiuiis, aut alias turbis coadunatis & audientibus, diſputandum eſſe.

Talia interdicta & edicta etiam in legibus Thermarum proponi ſolere, & eius ratio ibid.

36 Prohibentur profanationes dierum dominicorum, & ſimilium feſtorum, maieſtati diuinæ dedicatorum: quo nomine quoque cum inhibitoria, tum iuſſoria quoque interdicta competunt.

37 Dies dominicos & alios diuinæ maieſtatis ſeruitiis & officiis dedicatos, honorabiles eſſe, & venerandos, & ex ipſius Dei mandato ſanctificandos.

38 Et hac de cauſa Magiſtratus non tantum ſcenas theatrales, certamina & ſpectacula prohibere, ſed etiam Epicuræos & contemptores rerum ſacrarum monere, ac pœnalibus mandatis aſtringere debet, vt omni profanatione abſtineant.

39 Eadem de cauſa dies hi nullis voluptatibus ſunt occupandi: aut intempeſtiuis & turbulentis conuiuiis tranſigendi: præſertim vero ſub ipſis horis, quibus verbum Dei docetur, plane hoc erit prohibendum.

40 Publicæ quoque mercatorum, propolarum, & aliorum negotiatorum officinæ & tabernæ, hoc nomine iiſdem diebus clauduntur.

41 Iudices & magiſtratus, talibus diebus abſtinere debet ab exactionum, contributionum, & executionum vexationibus: quinimo ab omnium iudicialium cauſarum cognitione.

41 Quæ-

41 *Quæſtio & eius Reſolutio, An nimirum feſtis hiſce & ſacris diebus, omnis*
plane iudiciorum vigor, ipſumque magiſtratus officium ceſſet.
42 *In omnibus caſibus ſcandali vel neceſſitatis ſubito euenientibus, Iudex et-*
iam die dominico, vel quo alio ſacro; interdictis & mandatis proce-
dere poteſt: item cauſas, pias ac fauorabiles, vt alimentorum, & miſe-
rabilium perſonarum expedire. Citationes quoque decernere & exe-
qui facere,
43 *Item pacta & tranſactiones & concordiam inter partes conficere.*
44 *Ita quoque feſtis diebus libellos dari, appellationes interponi: donationes &*
ſimilia actis inſinuari: debitores interpellari, & in mora conſtitui poſ-
ſe traditur & affirmatur à Guid. Pap.
45 *Sicuti & idem author pignorationes, item excommunicationes, abſolutio-*
nes, & ſimilia, quatenus ſine cauſæ cognitione in vim meræ executio-
nis fiunt,
46 *Sicut & examina teſtium, qui antea iurarunt, admittit idem Guid. Pap.*
quod vltimum tamen aliqua ex parte diſplicet authori.
47 *Earum quoque perſonarum nomine quæ rebus ſacris initiata & præfecta*
ſunt, interdictis locus eſt: idque duplici reſpectu, vt ſcilicet non ſui tan-
tum, ſed cumprimis eius cuius ſacris vacant digne & honorabiliter ha-
beantur, rebuſque ad vitam neceſſariis ſuſtententur.
48 *Et hoc nomine Magiſtratus in ceſſatores & moroſos decimarum, vel redi-*
tuum Eccleſiaſticorum debitores, monitoria & executerialia recte e-
mittit,
49 *Magiſtratus omnium Eccleſiis vel pauperibus prælegatorum & collatorum*
ſolertiſſimum executerem & tuterem agere debet.
50 *Clericos, & diuini verbi miniſtros, pie & modeſte decet viuere: diligentiſſi-*
me vocationi diuinæ ſupereſſe: nec ſe rebus ſecularibus immiſcere.
51 *Quæ ſint efficia veri Epiſcopi, & diuini verbi præconis aut miniſtri.*
52 *Prætoris formula, & iureconſulti declaratio, omne id prohibet & reſtitui*
mandat, quod ad deformitatem & incommodum loci ſacri poſſit re-
dundare.
53 *Magiſtratus quorundam nebulonum nequitiam hoc ipſo interdicto pœna*
iuſtiſſima perſequitur, qui ipſas templorum ſacrarumque ædium fene-
ſtras, & alia ornamenta lapidibus percellere, & alias conſpurcare non
verentur.
54 *Hoc interdicto & illa conſtitutio fundata eſt, qua ſancitum eſt, nemini licere*
ad Sacroſanctas Eccleſias confugientes vi abducere & extrahere.
55 *Qui templorum & ſacrarum ædium immunitate gaudeant, & digni*
ſint,

56 *Quæ-*

Digitized by Google

56 *Qualiter textus iuris hac de materia loquentes intelligendi & recipiendi ſint.*

57 *In Gallis templorum immunitas nullum locum obtinet.*

58 *Cum in aliis publicis locis, tum maxime in templis, omni tumultu, illicitis conuentionibus, & conclamationibus abſtinendum eſt.*

59 *Ratio huius adfertur.*

60 *Cæſar Octauianus Auguſt. interdicto vetuit Iudæorum cætus & collegia perturbare: aut quominus religionis cauſa coirent, prohibere: quod aliorum authoritate probatur.*

61 *Omnes Eccleſiarum, rerumque ſacrarum inuaſiones, ſpolia & direptiones prohibentur: & ſi quid fiat reſtitutiones iniunguntur.*

62 *Inter cætera Ethnicorum falſorum deorum miracula & Sacrilegi numerantur, quorum iniuriam præſentibus pœnis Dii vindicaſſe creduntur.*

63 *Lactantius omnes ſimulati numinis præſtigias reuelat, & paulo altius repetit.*

64 *Quanquam Ethnicorum numina & ſacra falſiſſima fuerint: ac proinde nullatenus ſpoliatione temerari potuiſſe videantur: Sacrilegorum tamen horum mens, quod ſacra iſta putarint, nihilo melior fuit.*

65 *Vnde non mirum ſi eorundem ſacrorum auctor, vtrobique per Dei conceſſionem efficax fuerit.*

66 *Si fictorum Deorum in ſacris iſtis tutandis tanta extitit potentia: certe nec vero Deo in ſuis ſacris tutandis ira & vindicta deerit: præſertim in ſacrilega mente & voluntate ſpoliatorum.*

67 *Veritas huius exemplis demonſtratur.*

68 *Longe alia extitit ratio eorum, qui legitimis ex cauſis, & non ſine pietate aliqua de rebus ſacris temporalibus diſpoſuerunt.*

69 *Vt ſuperſtitio non magnopere curanda: ita etiam ipſa iura docent, in ſacris & temporalibus prædiis boniſque, non adeo omnem poteſtatem legitimo Magiſtratui præreptam eſſe.*

70 *Non tantum in templis & Monaſteriis, ſed etiam in orphanotrophiis, gerontocomiis, & ſimilibus piis collegiis: ſed omnium maxime in ſcholis & Gymnaſiis res ſacra conſiſtunt.*

71 *Non tam legitimum pietatis arbitrium hic condemnatur, quam ſacrilegium, quod ipſis ſpoliatoribus eorumque hæredibus, paratiſſimum non lucrum, ſed diſpendium eſt.*

72 *Sacra & arcana vaſa, veſtes, donaria & alia mobilia, alienari, vel pignori & hypotheca dari regulariter non poſſunt.*

73 *Non modo cauſa neceſſitatis & æris alieni quo forſitan Eccleſia tenetur, vel famis: ſed etiam redemptionis captiuorum, aut ſuſtentandorum pauperum alienatio permiſſa eſt.*

74 *Aurum habet* Eccleſia *non vt ſeruet, ſed vt neceſsitatibus ſubueniat.*

75 *Quæſtio. An calix vel alia res ſacra, à* Monacho *vel Presbytero pro debito pignori data: ab* Epiſcopo *ſine ſolutione mutui vindicari rurſus poſsit: & huius rei exemplum.*

76 *Aliud exemplum refertur.*

77 *De conſuetudine in bonis hiſce Eccleſiæ mobilibus pignorationes hodie ſu-ſuſtineri, modo fraus plane abſit.*

Ratio horum refertur ibidem.

78 *Vt rerum* Eccleſiæ *immobilium alienatio rata & firma ſit, non modo legitimæ & releuantes cauſæ requiruntur, ſed etiam certæ ſolennitates. Et cauſæ quidem ſeptem enumerantur.*

79 *Prima cauſa eſt ſi æs alienum, quod ex mobilibus diſſolui non poſſit, vel & alia neceſsitas propria vrgeat.*

80 *Secunda cauſa eſt, ſi fiat ob euidentem Eccleſiæ vtilitatem, veluti cum prædia melioribus commutantur: aut eorum loco alia emuntur.*

81 *Tertia cauſa eſt ſi prædium ob ſui exiguitatem vel tenuitatem, vel incumbens onus, vel nimiam diſtantiam, non ſit admodum vtile & fructuoſum.*

82 *Quarta cauſa eſt ſi fiat intuitu ſingularis deuotionis, vt ſi prædium vel decima alienata ad Scholam vel* Eccleſiam, *vel aliam cauſam piam iterum conuertatur.*

83 *Quinta cauſa. Si fiat intuitu alicuius pietatis, veluti ob redemptionem captiuorum* Chriſtianorum, *aut ob conſtituendam alimentationem pauperum.*

84 *Sexta cauſa. Si fiat ob neceſſitatem loci, in quo* Eccleſia *eſt.*

85 *Septima cauſa, ſi fiat alienatio ob ſingularia merita, bene merentium de* Eccleſia: *quod variis modis, quorum quidam hic recenſentur, fieri poteſt.*

86 *Quæ ſententia non modo ipſis iuribus, ſed etiam rationi & verbo Dei eſt conſentanea.*

87 *Solennitates quod attinet, non tantum cum conſenſu Epiſcopi, vel Abbatis, &* Capituli: *ſed etiam cum plena ac ſolenni prehabita deliberatione rerum Eccleſiaſticarum alienationem fieri oportet.*

88 *Quidam Doctores nimium ſuperſtitioſi, iſtum capituli conuentum ac deliberationem, ad prauium campanæ ſonum, & ſic cum ſtrepitu fieri oportere arbitrantur: accitis etiam patronis & fundatoribus.*

89 *Quod poſtremum ſi adhuc ſint patroni, & res extra vſum deſtinatum alienetur, non immerito ſit.*

90 *In cæteris verò ſtrepera illa ſolennitas non obſeruatur, cum ſufficiat legitimum conſenſum interueniſſe; qui & in modicis & exiguis alienationibus non requiritur.*

Digitized by Google

91 *In magnis quoque Epiſcopis, qui iura non tantum Eccleſiæ ſed & Territoria poſsident, de conſuetudine ſufficit, & pro conſenſu habetur, ſi Capitulum alienationem futuram vel factam eſſe cognoſcat, & quod fortaſſe non magni præiudicii & perpetua non eſt, non contradicat.*

92 *Si Capitulum præſentiat alienationem Eccleſiæ admodum damnoſam eſſe: contra Epiſcopum vel Prælatum, mandata tam reſtitutoria, quam inhibitoria poterit obtinere.*

93 *Magiſtratui notoriam iniuriam inferens, præſertim vero in loco iudicii, ſiſti & mulctari poteſt ab ipſo Iudice vel Magiſtratu.*

94 *Quod intelligitur de iniuria vera & formata non ficta aut præſumpta: vel quæ fit ad neceſſariam defenſionem iuris ſui.*

95 *Leges etiam ſanctæ eſſe dicuntur, quod ſanciant ea quæ facienda ſunt, vel omittenda.*

96 *Iudicium quoque ſanctum eſt, vtpote quod non hominum ſed Dei dicitur, & reuera eſt.*

97 *Legati cum iure gentium inuiolabiles ſint contra omnium vim & iniurias, interdictis & mandatis pœnalibus defendendi ſunt.*

98 *Studiorum, hoc eſt, liberalium artium, linguarum & diſciplinarum: & in iis diuinarum cumprimis & ſacrarum legum cauſa, res ſacra eſt.*

99 *In ſacris eiuſmodi ſtudiis, docendo diſcendoque, verſantes aut peregrinantes, in rebus lociſque ſacris verſantur.*

100 *Sic & ipſi Studioſi, ſi modo digne & recte verſentur, ſacri & inuiolabiles habendi tuendique ſunt.*

PROLEGOMENA.

EXplicatis & præmiſſis iis, quæ vice commentarii in tit. 1. ff. & C. de interd. pro generali interdictorum conſideratione & doctrina ex quotidiana praxi dicenda & enucleanda viſa ſunt: Ad exegeſin ipſorum, quæ in iure foroque habentur interdictorum accedemus.

Vti igitur d. tit. 1. in ſuperioribus explicauimus: Ita iam titulos ſequentes ξὺν θεῷ diuinaque ope implorata & aſſiſtente aggrediemur. Vbi † recta 1
conqueri licet, quod in reliqua totius iuris, idem in hac ipſa interdictorum digeſtione deſiderari: Methodum ſcilicet eiuſque rationem. Et ſane vt vt ſunt, qui librorum iuris titulorumque συνέχειαν legitimamque cohærentiam vel defendunt, vel ſaltem perſuadere conantur: plurimum certe huic rei deeſſe certiſſimum & pluſquam manifeſtũ eſt. Vnde & veniam merebor: ſi diſpoſitionem, non dico prorſus perfectã, ſed ſaltẽ meliorem & ſuccinctiorẽ ſequar:

Digitized by Google

Et eam quidem; vt, iuxta diuiſiones ab Vlpiano & Paulo propoſitas, priorem
2 locum iis interdictis tribuam, quæ circa res nullius in bonis exiſtentes ſacras
nimirum & religioſas redduntur: alterum iis, quæ de rebus iuris publici lo-
ciſque publicis proponuntur: tertium vero iis, quæ circa rem familiarem
comparatæ vel retinendæ ſunt poſſeſſionis, vel recuperandæ, vel adipiſcendæ,
3 quæ diſpoſitio tanto nobis gratior eſſe debet, quod duorum priorum gene-
rum interdicti, & iis quæ de re familiari concepta ſunt, omni iure præcedant
& præferantur; tum quod diuerſam rationem habeant, & quaſi ſint poſſeſſo-
ria, ſine quibus tamen rerum familiarium poſſeſſiones non ſatis ſint commo-
dæ: tum quod mixtarum ſint qualitatum, partim inhibitoria partim reſtitu-
toria: Ita vt cum his, quæ circa res familiares redduntur ſimpliciter, vt pluri-
mum vel prohibitoriis vel reſtitutoriis, præterea etiam ad retinendam vel re-
cup. vel acquirendam poſſeſſionem comparatis non ſint commiſcenda.

Ne quid in loco ſacro fiat: ſeu de rerum ſacrarum interdicto.

TIT. I.

PRimum nunc igitur interdictum de loco ſacro exequemur: Ne quid in
loco ſacro fiat: quod Tribonianus lib. 43 Digeſt. tit. 6. repoſuit, cum pri-
1 mo vel ſaltem ſecundo titulo reponere debuiſſet; † ſed & in l. 1. prohibitori-
um ſaltem caput ex Vlpiano recenſuit, reſtitutorium omiſit: quod idem
Vlp. alibi tradidit.

Ait igitur Prætor: in loco ſacro, inve eum immittere, quid vero: Et ſi
quid ſecus factum eſt, reſtituas. In loco enim ſacro non ſolum facere veta-
2 mur, † ſed & factum reſtituere iubemur: hoc propter religionem, l. 1. d. t. l. 1.
3 §. locorum, 19. ff. Ne quid in loco publ. Et † de loco ſacro competit interdi-
ctum, non de ſacrario, d. l. 1. §. 2. hoc enim, quod & alias lararium, in priuatis
quis ædibus habere poterat, & erat locus, in quo res ſacræ, ſeu lares domeſtici
4 ponebantur, l. ſacra, ff. de rer. diu. in † quo & habitari poterat: Cic. ad Mem-
mium: C. Au. Euandro, qui habitat in tuo ſacrario, & ipſo multum vtor, & pa-
trono eius M. Æmilio familiariſſime.

5 Qualiter adhuc hodie ſacella ſæpe habentur, in † ædibus magnatum, in
quibus priuatæ deuotionis gratia, dominus, ſiue paterfamilias ſolus, vel cum
ſuis domeſticis ſolet vacare ſacris.

Quam-

Digitized by Google

Quamuis enim & ab hiſce locis profanatio abeſſe debet: tamen ex quo
priuati ſaltem & non publici iuris ſunt: ideo hoc interdictum pro iiſdem pro-
prie non redditur, ſed iis locis, quæ publicæ pietatis ac religionis gratia haben-
tur. † Cuius interdicti vſus neutiquam adhuc hodie, & ſane tanto minus 8
contemnendus: quanto maior iam omnis pietatis rerumque ſacrarum eſt
profanatio, prout recte commonuit Iohan. Oldendorp. Claſ. 2. act. 9. vbi for-
mulam actionis ex hoc interdicto proponit, recte quidem quoad materiam
& intentionem, ſed male & erroneè quoad proceſſum & ordinariam libel-
landi & agendi rationem, quam in Interdictis non obſeruari, libr. 1. ſatis ſu-
perque probauimus. Quid enim hic tanto ſtrepitu opus eſt, cum † ſolo præ 9
toris interdicto ac præcepto, quinimo ipſo iure, & ſententia ipſis legibus iam
quaſi formata, omnis profanatio recta & rectiſſime prohibeatur, arceatur?
Vt tamen & ruſtica abſit ſuperſtitio, ſciendum eſt, illud ſaltem hic prohiberi,
quo locorum ſanctorum ratio deterior fiat. † Neque enim ad hoc pertinet 10
Interdictum, quod ornamenti vel commodi cauſa fit: ſed quod deformita-
tis vel incommodi d. l. 1. §. 2. Et quamuis cura ædium locorumque ſacrorũ
mandata eſt his, qui ædes ſacras curant, ibid. 83. qui & æditui eo nomine ap-
pellantur §. 2. Inſt. de Tutel. l. cum pater 77. §. donationis 26. ff. de legat. 2.
† attamen cum publicæ tuitionem diſciplinæ iidem non habeant, nec pro- 12
inde omnem vim à ſacris prohibere valeant: Iccirco publica Prætoris aucto-
ritate ac Imperio, tum & formula opus fuit, qua illud in hoc caſu excitare-
tur.

† Vt autem verum huius interdicti vſum eruamus, non tam leuis & 13
perfunctoria, vt multis videri poterat, ratio cauſaque eius proponendi fuit,
& retinendi etiam & exercendi eſt. Licet enim iſta rerum ſacrarum, de qui-
bus hic tit. loquitur, conditio, tanquam Ethnica, non diuina ſed humana au-
ctoritate introducta fuit: tamen, ſi intentionem conſideremus, ipſum
quantumuis erroneum pietatis ſtudium maximopere eſt laudandum, & ita
quidem nobis etiam Chriſtianis imitandum, ne nos in vero religionis cultu
debitaque pietate, ab Ethnicis vincamur, voluntate, devotione & conatu cir-
ca res ſacras, per l. ſancimus 21. in prin. C. de ſacroſ. Eccleſ. † Cum igitur vera 14
nobis ſacra in rebus conſiſtant, ad verum Dei cultum & ad Chriſtianam reli-
gionem pertinentibus: primo omnium, omnis magiſtratus Interdictum ſibi
hic à Prætore, quinimo ab ipſo Deo propoſitum eſſe agnoſcet, quo omnem
nominis diuini, pietatis, religionis, rerumque ſacrarum, non modo profana-
tionem arcere & auertere, ſed etiam incrementum profectum, ornamenta,
commodaque omnia vrgere & promouere iubetur: † Vnde Impp. l. 3. C. 15
de ſum. Trinit. Decere, aiunt, arbitramur noſtrum Imperium, ſubditos no-
ſtros, de religione commonefacere, ita enim pleniorem acquiri Dei & ſalua-

toris Ieſu Chriſti benignitatem, poſſibile eſſe exiſtimamus, ſi quando & nos pro viribus ipſi placere ſtuduerimus, & noſtros ſubditos ad eam rem inſtitue-
16 rimus. † Eamque huius interdicti amplitudinem etiam apud Ethnicos ab omni antiquitate fuiſſe, ſumma docet religio & obſeruantia, qua Cereris & alia ſacra paganica coluere, eademque violantes & profanantes plectiuerunt, quod ſcilicet Diuini numinis honores atque ſacra peragi exiſtimarint. Prout paſſim videre eſt. Vnde Virgil. 6. Æneid. procul ô procul ite profani conclamat vates, totoq; abſiſtite luco. Et Senec. in Thyeſt. Moneo ne ſacra manus, violata cæde, neue fundi malo, aſpergat aras. Et Ouid. 2. de art. Quis Cereris ritus audet vulgare profanis magnaq; Threicia ſacra reperta Samo. Et ob exiſtimatione Diuini numinis præſentiam ipſis templorum foribus inſcriptum ἑκὰς ἑκάς ἐϛε βέβηλοι. Et Cic. in orat. pro aruſp. reſponſ. Proh Dij immortales, qui magis nobiſcum loqui poſſetis, ſi eſſetis verſareminique nobiſ-
17 cum. † Qualis pietas, reuerentia & deuotio, tanto maior in nobis eſſe debebat, quanto maior noſtrorum ſacrorum veritas eſt, præ illis Ethnicis fictitijs & vaniſſimis potius erroribus, quam religionibus, quantoque certiſſima, quantoq; ſola & maxima æterni & veri Dei in noſtris ſacris eſt præſentia,

18 † Ex hoc igitur Interdictorum fonte, non minus pie, quam ſalubriter profectum eſt, quod cum in antiquis, tum præſertim nouellis Imperij conſtitutionibus, non tantum grauiſſimæ ſub capitis, vel linguæ membrorumque amputatione, in blaſphemos & maledicos ſunt conſtitutæ pœnæ, quibus ſceleratiſſima iſta impietas inhibetur, ſed quod etiam officiales & inferiores magiſtratus in exigendis pœnis negligentes, arbitrarijs ſed digniſſimis mulctis ſubijciuntur.

19 † Quinimo, quod, ſi ijs, ad coercendos blaſphemos, ob horum forte vel auctoritatem vel potentiam, vires deſint, vt hoc ſtatim ſub mulcta decem marcarum auri puri Imperatori vel Cameræ, aut proxime ſuperioribus magiſtratibus indicare aſtringantur, vt ſic ipſe fiſcalis pœnas cõmeritas exigat. re-
20 ceſ. Imperij de an. 1548. † Vbi etiam diræ & exſecrationes, quales per Dei potentiam, corpus, membra, vulnera, mortem, ſacramenta, & ſimiles nefandas formulas, veſano & diabolico more ac furore à nonnullis iaciuntur, cum monitorijs tum pœnis ſeueriſſimis coercendæ & reprimendæ condemnantur: actione etiam per fiſcalem in eos ſtringenda qui eiuſmodi exſecrabiles & blaſphemos, vel miniſterio, aut cõmercio, patrociniove dignabuntur: Quid autem blaſphemia proprie ſit, & quomodo puniatur latius tractant criminalium rerum ſcriptores, interque eos Farinac. q. 20.

21 † Secundo ad hoc interdictum referenda eſt l. 2. C. de ſum. Trinit. in qua triplex interdictum proponitur: Primo, quod nullus hæreticis miniſteriorum locus, nulla ad exercendam animi obſtinatioris dementiam patere

debeat

Digitized by Google

debeat occaſio: Secundo, quod hæreticorum illicitæ congregationes ac turbæ ſint inhibendæ, ac ſi quid eruptio factioſa tentauerit, ab ipſis vrbium mœnibus exterminato furore, ſint propellendæ: Tertio quod non admittendum ſit, vt hæretici affectatis dolis alienum veræ religionis nomen aſſumant, ſed vt ſuis apertis criminibus denotentur &c. † Quod latius explicatur ſub 22
tit. Cod. de hæret. præſertim vero in l. Ariani 5. & l. damnato 6. & l. quicunque, 8. §. 3. & ſequent. vbi etiam in §. 5. hæreticis priuatim vel publice diſputandi, docendique vel de hereticis dogmatibus quidquam edendi aut publicandi facultas interdicitur.

† Denique publicis eiuſmodi hæreticis interdictum eſt, prædia & poſ 23
ſeſſiones emere, vel alia ratione acquirere, l. ſi quis. 10.

† Cumprimis vero magiſtratum gerere, dignitatem habere, aut ius di- 24
cere, aut defenſores & patres ciuitatum fieri l. 12. l. 14. adempto etiam ſucceſſionum, ex teſtamento, vel ab inteſtato iure, l. 17. l. 18. eod. Quod ipſum etiam in paganis & Iudæis obtinet l. 8. l. fin. C. de Iudæi. tit. C. de Pagan.
† Quia vero illa religionum etiam falſarum ratio eſt, vt quiſque à ſua alienos 25
pro hæreticis aut ſectarijs plerunque habeat; ſicut ipſis etiam Apoſtolis crimen hæreſeos, quinimo ipſi ſalutis & veritatis autori dæmonomania obiecta eſt. per notiſ. ſciendum eſt, de iſtis hæreticis iura iſta & ſimilia loqui, qui non credunt ſicut ſacra ſcriptura & quatuor antiquiora & ab omnibus Eccleſijs recepta Concilia Nicenum, Conſtantin. Epheſium, & Chalcedonenſe in præcipuis fidei articulis tradiderunt d. l. 8. Nouel. de priuil. dotis hæret. mulier. non præſtand. 109. in princ. & Nouel. de eccleſi. ſi. ſt. titulis &c. 131. cap. 1. vbi quatuor horum conciliorum dogmata, ſicut ſanctas ſcripturas, accipi, & regulas ſicut leges obſeruari ait Imp.

† Quo reſpectu hæretici definiuntur qui latis aduerſus eos ſanctioni- 26
bus, vel leui argumento à Iudicio Catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deuiare l. 2. in fin. vel qui non orthodoxi d. l. 12. in prin. C. dict. tit. † Ge- 27
neraliter quidem hæreticus appellari poteſt, quicunque aliter ſcripturam intelligit, quam ſenſus Spiritus ſancti flagitat, quo ſcripta eſt, licet de Eccleſia non receſſerit, iuxta Hieron. in c. hæreſis. 27. cauſ. 24. q. 3. † Sed rectius idē 28
Hieron. in cap. 28. ibidem Hæreticum definit, qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ principatusque ſui gratia, falſas & nouas opiniones gignit vel ſequitur: Ille autem qui huiuſmodi hominib. credit, homo eſt, imaginatione quadā veritatis ac pietatis illuſus. † Nam qui ſententiā ſuā quamuis 29
falſam atq; peruerſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quā non audacia ſuæ præſumptionis pepererunt, ſed à ſeductis & cum errore lapſis parentib. aut alijs acceperunt, quærunt autē cauta ſollicitudine veritatē,

corri-

corrigi parari, cum inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi, text. cap. 29. ed, o

Tertio & Apoſtatas, qui à vera religione ad damnatas iſtas hæreſes deficiunt, vel cum hæreticis hæretica dogmata ſectantur, ſuis pœnis & interdictis ſubiecit conſtitutio tit, C. de Apoſt.

30 Quarto † ead. ratione & reſpectu, reiteratio S, Baptiſmi prohibetur tit. C. Ne ſanct. bapt. iteretur. per rationē, quod ſemel rite facta initiatio ac ἐπερώτησις cum Deo, renouationem quidem admittat pœnitentiæ, non reiterationem ſacramenti, in quo ſemel factum fœdus, ratione Dei eſt ἀμεταμέλητον, quod intellige ſi vera & ſubſtantialis Baptiſmi forma fuerit adhibita in nomine Patris, Filij & Spirit. S. Alias enim veri Baptiſmi non reiteratio ſed collatio futurus eſſet ſecundus actus: & ſic Apoſtoli rebaptiſaſſe leguntur qui corrupte & ſic nulliter baptiſati eſſent Actor. 19. quod obiter notandum ob horribilem & ſimilem caſum, quo ſacerdos quidam magiæ aut dæmonomaniæ debitus in epiſcopatu T. in nomine Diaboli aliquot infantes baptiſarat.

31 † Quinto huius loci eſt, & tit. C. Nemini licere ſig ſaluatoris humi &c. inſculpere aut pingere &c.

32 † Sexto ex hoc eodem fonte Iudæus aut paganus Chriſtianam mulierem in matrimonium accipere, vel Chriſtianus Iudææ coniugium ſortiri prohibetur l. Neque 6. C. de Iudæ. vel & Chriſtianam in ſuam religionem traducere l. 17. & ſeq. Eod. vel & Chriſtianum mancipium habere aut poſſidere,

33 multo minus circumcidere tit. C. Ne Chriſtian. mancip. † vbi quæſitum, an etiam Iudæis Chriſtianum ſeruum vel ancillam habere liceat? Et de conſuetudine in pleriſque ciuitatibus & locis, vbi Iudæi tollerantur, id eis permittitur: quod tamen fieri non debebat ſine ſingulari venia magiſtratus, & niſi caute proſpiciatur, vt tales famuli Eccleſias Chriſtianas viſitent, nec vllate-

34 nus in religione attententur vel offendantur: arg. d. tit. † quemadmodum & alias à magiſtratu prohibendum, ne quid iudæi in contemptum Chriſti, e-

35 iuſque crucis & religionis noſtræ faciant l. Iudæos 11. C. de Iud. † Et cum non raro intempeſtiua quidam temeritate, vel audacia potius, quam pietate, de myſterijs fidei & religionis, in foris aut conuiuijs, aut alias turbis coadunatis & audientibus, ſcandaloſe & periculoſe ſoleant diſputare, & hoc nomine Marciani reſcriptum vel Edictum repetijt Imperat. in l. nemo 4. C. de Sac. ſt. Trin. Qualia interdicta & edicta, etiam in legibus Thermarum proponi & practicari ſolent: & recte: cū longe ſanctiora ſint religionis noſtræ myſteria, quam vt de ijs in thermis, in lotionibus, aut in commeſſationibus, aut ſeditionibus, & quidem ad calumnias rixaſque diſputari vel potius tumultuari oporteat.

36 † Septimo ob debitam rerum ſacrarum obſeruantiam, interdicta inhi-

bitoria

Digitized by Google

bitoria tum Iuſſoria competunt, ad cohibendas profanationes dierum dominicorum & ſimilium feſtorum, maieſtati diuinæ dedicatorum, ex l. fin. totoque tit. C. de fer.

Primo enim † dies dominicus & alij diuinæ maieſtatis ſeruitijs & officiis dedicati, honorabiles ſunt, & venerandi, & ex ipſius Dei mandato ſanctificandi; hoc eſt, verbum Dei in illis ſingulari ſtudio ac pietate debet publice 37
doceri, diſci, & tractari: † Vnde magiſtratus non tantum ſcenas theatrales, 38
certamina, & ſpectacula prohibere, ſed etiam Epicureos & contemptores, vel negligentes rerum ſacrarum monere, ac pœnalibus mandatis aſtringere debet, vt omni profanatione abſtineant, ſacriſque concionibus vel miniſterijs interſint & vacent. † Quam ſecundo ob cauſam, ipſimet dies, nullis vo- 39
luptatibus occupandi, qualiter paſſim ex plebeis opificibus & alijs ordinibus, maleferiati non aliter caupona s, luſtra, inambulationes ſectando, diebus feſtis abutuntur, quam ſi ad iſtum illi finem profanum ſingulariter dedicati eſſent: quod omnibus modis, præſertim, vero, ſub ipſis horis, quibus verbum Dei docetur, inhibendum, per d. l. fin. Sed tertio etiam omnes iudices, vrbanęque plebes, & cunctarum artium officia, venerabili die ſolis quieſcant,
l. 3. † Quemadmodum & publicæ mercatorum, propolarum, & aliorum ne- 40
gociatorum officinæ, & tabernæ, hoc nomine clauduntur. † Quarto quod 41
de iudicibus ait d. l. 2. eo accipiendum eſt, quod ipſe etiam magiſtratus, talibus diebus, abſtinere debet, ab exactionum, contributionum, pignorationum, & exſecutionum vexationibus, quinimo ab omni cauſarum Iudicialium cognitione: adeo vt nulla quenquam vrgeat admonitio, nulla fideiuſſionis flagitetur exactio, taceat apparitio (publicorum viatorum in foro & curijs) advocatio deliteſcat, præconis horrida vox (in ſubhaſtandis debitorum bonis, aut contumacibus &c. proſcribendis) ſileſcat, reſpirent à controuerſijs litigantes, & habeant fœderis (diuini ſcilicet, cum ipſo Deo, & humani, quoad
ſecularia negotia) interuallũ &c. d. l. fin. † Vbi quæritur: Anne igitur hiſce ſa- 42
cris feſtiſq; dieb. omnis plane iudiciorũ vigor, ipſumq; magiſtratus officium ceſſet? Et breuiter reſpõdendo, ſoli Iudiciorũ ſtrepitus & exercitia, ſingulares curas & vacationes requirẽtia, & à diuinis meditationib. abſtrahentia ceſſare,
iubentur, non ipſe iudiciorũ vigor & magiſtratus officium: † Vnde primo in 43
omnib. caſib. ſcandali vel neceſſitatis ſubito euenientib. iudex etiã die dominico, vel quo alio, admodũ feſto & ſacro, interdictis & mãdatis procedere poteſt, item cauſas pias ac fauorabiles, vt alimentorũ, carceratorũ, pupillorum, & miſerabilium perſonarum expedire, ſecundo etiam citationes decernere
& exequi facere, per ea quæ Gail. 1. obſ. 53. † item pacta & tranſactiones & 44
concordiam inter partes conficere, ibid. quod ipſis etiam partibus inter ſe permiſſum d. l. fin. † Ita feſtis diebus etiam libellos dari, appellationes in-

49 terponi, donationes † & ſimilia, actis inſinuati, debitores interpellari, & ſic in mora conſtitui poſſe aiunt, per ea quæ Guid. Papæ deciſ. 215. ita quolibet die etiam feriato fieri poteſt noui operis nunciatio, non modo priuata, vt Duar. & Ferrat. exiſtimarunt, ſed etiam præterea text. l. 1. §. item nunciatio 4. vbi Barth. & alii ff. de nou. op. nunc. text. ſing. in l. 1. §. 2. ſed excipiuntur certæ cauſæ ex quibus cogi poterimus & per id temporis, cum meſſes vindemiæque ſunt, ad prætores venire: ſcilicet ſi res tempore peritura vel dilatio actionem peremptura &c. text. etiam l. 2. l. 3. ff. de fer. jſ, quibus expreſſe probatur, in caſibus Interdictorum proprijs, tum & alijs moræ impatientibus, etiam feriatis diebus mandatorum & interdictorum executiones fieri poſſe. vbi & pignorationes, item excommunicationes, abſolutiones, & ſimilia, quatenus ſine cauſæ cognitione in vim meræ executionis fiunt, admittit, ſic-
46 ut & examina teſtium, qui iam ante iurarunt &c. † quod extra caſum neceſſitatis, vel moræ impatientem neutiquam probabile & iuridicum mihi ſane videtur: quoad dies feſtos maieſtati diuinæ dedicatos, per d. l. fin. & tot. tit. C. de fer.

47 † Octauo cum ipſæ etiam perſonæ rebus ſacris principaliter initiatæ & præfectæ, ad eaſdem aliquomodo, tanquam cauſæ miniſtrantes pertinere videantur: & earum nomine interdictis locus eſt, idque duplici reſpectu: vt ſcilicet non ſuo tantum ſed cumprimis eius, cuius ſacris vacant & cuius legatione perfunguntur nomine, digne & honorabiliter habeantur, rebusque ad vitam neceſſarijs ſuſtententur, cum dignus ſit operarius mercede, & hos qui Euangelio & altari inſeruiunt, ex eodem & viuere, Deut. 25. Matth. 10. &c.
48 c. extirpandæ, c. ſecundum Apoſt. de præbend. † quo reſpectu magiſtratus in ceſſatores & moroſos decimarum, penſionum, vel redituum Eccleſiaſticorum debitores, monitoria & executorialia rectiſſime ſtringit l. priuileg. 12. C.
49 de ſacr. Eccleſ. omniumq; † Eccleſijs vel pauperibus prælegatorum & collatorum ſolertiſſimum executorem & tutorem agere debet l. 1. l. 13. l. 14. cum
50 ſimil. C. de ſacr. Eccleſ. † Sed & eos è contra pie & modeſte & religioſe oportet viuere, ac diligentiſſime vocationi diuinæ ſupereſſe, neq; ſe rebus ſecularibus immiſcere, in quem caſum, ſi quid contra fiat, præmonitionibus & interdictis vtendum eſſe Imperator iubet l. repetita 41. C. de Epiſc. & Cleric. dicens abſurdum eſſe clericis, imo opprobrioſum ſi peritos ſe velint oſtendere rerum ſecularium.

51 † Eoque & D. Pauli pertinet monitio: Non oportere epiſcopum eſſe vinolentum, non percuſſorem, & rixoſum, non turpis lucri cupidum, non inſtitum, non concubinarium: ſed potius oportere eſſe irreprehenſibilem, vnius vxoris maritum, vigilantem, ſobrium, modeſtum, διδακτικὸν ſeu prõ ū & aptum & cupidum ad docendum, &c. Tit. 1. & 1. Tim. 3. & 2. Tim. 2. & ſeq. vbi ſicut & alibi canones vtiliſſimi traduntur, ex quibus Epiſcopus vel ſu-

perior

perior quicunq; magiſtratus ad interdictũ & cõmonendum moueri poteſt,&
ſæpe etiam poſtulante id neceſſitate moueri debet. præſertim quod ſicut in
alijs profanis vel ſecularibus quas vocant profeſſionibus, ita etiam in ſ c is il-
lis, multi nævi, exceſſus, atque ſcand la oboriantur, non doctrinæ ſed perſo-
narum & affectuum vitio, quæ res maior eſt & ampliorem conſiderationem
deſiderat, quam vt hic omnem proponere vel conueniat vel etiam deceat.
Ex quorum genere,vt obiter attingam, illud non minimũ eſt,quod omiſſa vel
prætermiſſa ſæpe vera docendi, reprehendendi & conſolandi dexteritate er-
rores potius inculcantur quam refelluntur. Et vt hac ipſa in re affectibus ma-
gis & imperio & præſumptionibus omnia agantur, quam pietate aliqua &
patientia, vnice hic requiſita. Quippe quod tota iſta diſciplina & prouincia,
non tam in humanis viribus, quam diuinis conſiſtat: vbi non omnia ſibi ſu-
menda, ſed multa Deo ipſi & ſummo epiſcopo, deuote precando & orando
ſunt committenda. Neque hic autoritatem ſtabilimus ſed Tyrannidem
improbamus, quæ veram Dei eccleſiam ſemper luxaſſe & turbaſſe magis cõ-
perto eſt quam ædificaſſe. Nuno totum huc ſyſtema pertinet ἀταξίας eccle-
ſiaſticæ: qualiter D. Apoſtolus ignota in eccleſijs lingua vel plures ſimul lo-
qui prohibet 1. Cor. 14. itẽ ſacrã ſynaxin in populare conuiuiũ mutare 1. Cor.
11. &c. † His & ſimilibus, vndecimo conſequens eſt iam videre de Interdi- 52
ctis, quæ ipſorum locorum rerumq; ſacrarum gratia ſolẽt competere: vbi ipſa
& Prætoris formula, & iureconſulti delaratio, omne id prohibet & reſtitui
mandat, quod ad deformitatem, incommodumque loci ſacri poſſit redunda-
re: qualiter interducere fit,vt ad limina vel parietes templorum fœtidiſſimæ
quiſquiliæ, fimeta, ſtercora, & omnium generum purgamenta comporten-
tur, item vt ligna trabeſque in ipſis templis reponantur: &c. quod omne Præ-
tor inhibuit, per text. ſingul. l. ſi quando 17. in fin. ſi ſeruit vind. Quemadmo-
dum & illam ardelionum ac nebulonum quorundam nequitiam, hoc ipſo in-
terdicto pœnaque digniſſima perſequitur, qua ipſas templorum ſacrarumq;
ædium feneſtras, & alia ornamenta lapidibus percellere & alias conſputcare
non verentur: † Similiter & duodecimo, hoc ipſo interdicto & illa conſtitu- 54
tio fundata eſt, qua nemini licere ſancitũ eſt, ad ſacro ſanct. Eccleſias confugi-
entes vi abducere & extrahere tit. C. de his qui ad Eccleſ. confug. &c. quem
tit. in vſu amplius non eſſe, & paſſim abrogatum aiunt: quod mihi non vide-
tur. † Cum enim iſta perfugia innocentibus, vel ijs, qui locorum ſacro- 55
rum tuitione digni ſunt, vel eſſe ſaltem videntur, inducta ſint, non ijs qui
reatu aliquo vel debito notorie fatigati, crimina vel pondera debitorum eui-
tare moliuntur, per l. primam, l. quartam, l. octauã, l. fin. §. primo, qui pro-
pter potentem perſonam, Eodem: & ſine iuſta ac legitima cauſa nemo
perſonaliter capi, nec è domo ſua regulariter extrahi poſſit, per vulg. neq;
hoc ipſum in Eccleſijs fieri æquum eſt: † Sonant quidem canones hanc 56

Ppp 2 in rem

Digitized by Google

in rem paulo rigidius cap. 9. cap. 10. cap. 19. & ſeq. 17. quæſt. 4. Sed & ipſi
loquuntur, cum quis propria auctoritate & ſcandaloſe ſeruos vel famulos,
57 aut alios de templis extrahit: quod ſecus eſt ſi publica fiat auctoritate, † quo
nomine dict. tit. in Gallijs non obſeruatur, ſed ad Eccleſias profugi, malefici,
vel debitores extrahuntur, ſaluo iure redintegrandi, ſi recte confugerint,
Luci. 1. *arreſt.* 2. *Papon.* 1. *arreſt.* 1. *num.* 17. 18. *& ſeqq. Rebuff. in proœm. conſtitut. gloſſ.* 5. *num.* 40. *Gothofred. ad rubr. C. d. tit.* & in caſibus notorij maleficij eſt
text. cap. 1. vbi gloſſ. de homicid. cap. fin. de immun. Eccleſ. §. neque autem.
in Nouel. de mand. princip. gloſſ. Cyn. Barth l. 2. C. de tit. text. in c. 21. Exod.
vbi ita cauetur: Si quis per inſidias occiderit proximum ſuum, ab altari meo
58 auelles eum, latiſſime Farinac. in prax. crim. Decimotertio cum in alijs pu-
blicis locis, tum maxime in templis omni tumultu, illicitis conuentionibus
59 & conclamationibus abſtinere iubent Imp. in l. 3. l. 5. C. d. tit. † Omnia ſcili-
cet, ne pia templis debita, & cumprimis in eiſdem requiſita deuotio offenda-
tur aut laxetur: quo nomine ſemper magiſtratus præcauere debet, ne vel ſub
concionibus ſacris, ſub celebratione ſacramentorum, omnib. denique Chri-
ſtianis ritibus, quid ſcandaloſi fiat: quod veteres etiam Ethnici in omnibus
60 religionibus receptis vel permiſſis obſeruarunt: † qualiter & Octauianus
Auguſt. & Norban. Proconſul. Epheſiorum magiſtratus interdicto vetuit, Iu-
dæorum cœtus & collegia (quod ſcilicet ſub publicam Imperij fidem ac tute-
lam recepti eſſent) perturbare, aut quo minus religionis cauſa coirent pro-
hibere. Phil. in O at. ad Calig. Bodin. 3. de Repub n. 332. ſed generalius idẽ af-
firmat Ioſeph. antiq. Iudaic. 19. c. 10. & lib. 15. c. 4. dicens Auguſt Imperatorẽ
edictis cauiſſe, concedendum eſſe Iudæis vt proprijs ritibus moribus atque le-
gibus vterentur, ac in fanis ſuis ius aſyli integrum retinerent: & meminit
Hiſt. eccleſ. cent. 1. lib. 2. c. 14. in pr.

61 † Denique omnes Eccleſiarum, rerumque ſacrarum inuaſiones, ſpo-
lia, & direptiones hic prohibentur, & ſi quid fiat, reſtitutiones iniunguntur,
per l. iubemus. 14. C. de ſact. Eccleſ. vulg. c. redintegranda, & tot. tit. C. de
62 reſtit. ſpol at. l. ſi quis in tantam C. vnde vi. † Et hiſtorias relegentibus ingens
teſte Lactantio de Orig. erroris 2. c. 8 & quæſtio dubiumque fuit, quod inter
cætera Ethnicorum ſacrorum & falſorum Deorum miracula & ſacrilegi nu-
merentur, quorum præſentibus pœnis iniuriam ſuam dij vindicaſſe creduntur d. c. 8. fol. 129.

63 † Et Lactantius quidem in c. ſeq. 9. omnes iſtas ſimulati numinis præ-
ſtigias, vt verba ipſius ſonant, reuelat, pauloque altius repetit: ſicuti etiam ex
D. Paulo in Epiſt. ad Rom. ad eadem & ſimilia, luculentiſſime poteſt reſpon-
64 deri: † Sed & illud ſtatim apparet, quanquã numina quidẽ iſta, eorumq́ ſacra
falſiſſima, & proinde, in ſcholis veræ Eccleſiæ edoctis & nulla & vaniſſima

fuerint,

Digitized by Google

fuerint, nec proinde vllatenus iſta ſpoliatione temerari potuiſſe videntur:
Tamen & ſacrilegorum iſtorum mentem, præſertim quod ſacra iſta eſſe pu-
tarint, nihilo meliorem fuiſſe: † Vt non mirum, ſi eorundem ſacrorũ auctor, 65
vtrobique per Dei conceſſionem efficax fuerit. At vero cum iſtis tutandis
ſacris, falſiſſimi Dei vel potius † dæmonis tanta extiterit potẽtia: An vero Deo 66
in ſuis ſacris tutandis, vindictam & iram deeſſe putamus, præſertim in ſacrile-
ga mente & voluntate ſpoliatorum? Hoc † enim Heliodori & Balthaſaris 67
Babyloniorum regis aliorumque hiſtoriæ ſatis docent. Vbi † ſemper longe 68
alia extitit ratio eorum, qui legitimis ex cauſis, & non ſine pietate aliqua, de
rebus ſacris temporalibus diſpoſuerunt. Vt † enim ſuperſtitio magnopere 69
non curanda, ita etiam ipſa iura docent, quod legitimo magiſtratui, in ſacris
iſtis & temporalibus prædiis boniſque, non omnis adeo poteſtas prærepta ſit;
vt quantum ſine vllo ſcelere, & ſine magno Eccleſiæ incommodo eius fieri
poteſt, nullũ diſpoſitionis arbitrium relictum ſit: Quippe † quod non tantũ 70
in templis, & ædiculis, & monaſteriis, ſed etiam in orphanotrophiis, geronto-
comiis, ptochotrophiis & ſimilibus piis conſortiis, collegiis, ac inſtitutis, tum
omnium maxime, in ſcholis, & gymnaſiis, res ſacræ conſiſtant, adeo vt parem
& æqualem, ſed prauia vndique religione Chriſtiana, pietatis cauſam ratio-
nemque habeant, *per text. in l. 17. l. ſancimus, 22. & ſeq. C. de Sacroſ. Eccleſ. & No-
uell. 120. c. 1. & ſeq.* Atque † ita non tam legitimum pietatis arbitrium hic con 71
demnatur, quam ſacrilegium, quod ipſis ſemper ſpoliatoribus eorumque he-
redibus paratiſſimum, non lucrum, ſed diſpendium eſt, non profectus, ſed
defectus aucupium.

Hinc † etſi regulariter ſacra & arcana vaſa, veſtes, donaria & alia mobi- 72
lia (cum & veteres leges ea, quæ iuris diuini ſunt, humanis nexibus non illiga-
ri ſanxerunt) alienari, vel pignori & hypothecæ dari regulariter non poſſunt,
ſed omnino interdictum eſt; adeo vt ab his, qui ea ſuſcipere auſi fuerint, mo-
dis omnibus per Epiſcopos, tum œconomos vindicari poſſint: *l. ſancimus, C. de
Sacroſ. Eccleſ. cap. 1. & ſeq. 10. q. 2.* Tamen † non modo cauſa neceſſitatis & æris 73
alieni, quo forſitan Eccleſia tenetur, vel & famis, ſed redemptionis etiam ca-
ptiuorum, aut ſuſtentandorum pauperum gratia, alienatio permiſſa & com-
mendata eſt, text. d. l. iubemus 14. l. 17. d. l. ſancim. 21. C. de Sacroſ. Eccleſ. & v-
trobique Authenticæ ex Nou. 120. habet † enim aurum Eccleſia, non vt ſer- 74
uet, ſed vt neceſſitatibus ſubueniat, *c. ſacrorum c. 70. aurum 12. q. 2. cap. nullus 39.
17. q. 4.* Vbi † non raro caſus ille accidit, quod vel Abbas, vel monachus, vel 75
ſacerdos, calicẽ Eccleſiæ & ſimile quid oppignorarit: qualiter Prior ille Pari-
ſienſis, cum à ſorore ſua centum aureos ſcutatos mutuaſſet, & paulo poſt peſte
infectus decumberet, ſorori monenti de ſolutione calicem Eccleſiæ argente-
um inauratum pignori miſerat: Vbi quæſitum, An creditrix illa Abbati, no-

Digitized by Google

nomine Eccleſiæ, quam ſpoliatam aiebat, celerem reſtitutionem petenti reſtituere illico teneretur; idque ſine vlla mutui ſolutione? Et quamuis ex d. l. ſancimus 21. affirmandum videtur: Tamen Parlamentum Pariſienſe teſte Pap. lib. 1. Arreſt. tit. 1. num. 8. in pleno decidit, quod calix quidem reſtitui de-
76 beret, ſed ſoluto primum ære alieno. Ita † Abbas alicubi pedum Epiſcopale gemmis & auro, probe ornatum, pignori dederat, & poſtea moriebatur, ſucceſſor pedum repetebat: ſed & hic reſtitutio non aliter decreta, quam ſoluto
77 obligationis nexu, per text. expreſſ. c. 1. de pignorib. Vt † inde coniectari liceat, & colligere, in bonis quidem Eccleſiæ mobilibus eiuſmodi pignorationes, de conſuetudine nunc ſuſtineri, ſi qua alia fraus non interueniat: per rationem, quod illi qui oppignorant, procurationem iſtarum rerum habent, & forſan neceſſitatis aut valetudinis gratia, illud faciunt, aut propter æs alienum: Tum quod ſibi imputare debeat Capitulum, quod meliorem Abbatem vel præpoſitum non elegerit. Si tamen Abbas vel clericus vel Prælati s eiuſve heres de patrimonialibus ſuis reluere poſſint: ad id tenentur c. 3. d. tit.

78 Alia † autem & nonnihil grauior eſt ratio rerum Eccleſiæ immobilium; vt enim earum alienatio rata firmaque ſit, non modo legitimæ & releuantes cauſæ requiruntur, ſed etiam certæ ſolennitates per ea quæ d. Nouel. & c. nulli.
79 5 & ſequent. De rebus Eccleſ. non alien. & in 6. tit. eod. Et † cauſæ quidem ſeptem numerantur. 1. Si æs Eccleſiæ alienum, quod ex mobilibus diſſolui non poſſit, vel & alia neceſſitas propria vrgeat, *d. l. 14. l. 17. l. 21. iuncta auth. h. c iuo c. pen de reb. Eccleſ. non alien, c. 61. poſſeſſiones: ibi: neceſſitas: 16. q. 1.*

80 Secunda, † ſi fiat ob euidentem Eccleſiæ vtilitatem, veluti cum prædia melioribus commutantur, aut eorum loco alia emuntur, vel alias Eccleſiæ conditio melior redditur, *cap. 52. ſine exceptione, 12. q. 2. cap. tua de his, quæ fiunt à præl. d. l. 14. Auth ſed & permutare*, quod ipſum in prædiis æque bonis etiam admittit auth. item ſibi.

81 Tertio † ſi Terrula vel prædium ob ſui exiguitatem vel tenuitatem, vel incumbens onus, vel nimiam diſtantiam, non ſit admodum vtile & fructuoſum, *Auth. item prædium d. tit. de Sacroſ. Eccleſ. c. terrulas 53. d. q. 2.*

82 Quarto † ſi alienatio fiat intuitu ſingularis deuotionis; vt ſi prædium, vel decima, alienata, ad ſcholam vel Eccleſiam, vel aliam cauſam piam iterum circumferatur, *d. c. poſſeſſiones 73. ibi: aut monaſteriis religionis intuitu: text. c ſi Epiſcopus 72. & c. bona ſeq. 12. q. 2. d. l. 17. d. l. ſancimus 21.*

83 Quinto † ſi fiat intuitu alicuius pietatis, vti ob redemptionem captiuorum Chriſtianorum, aut ob conſtituendam alimentationem pauperum, per l. ſancimus & per c. ſacrorum, *c. autem 12. q. 2. Papon. d. lib. 1. tit. 13. num. 4 poſt princ.*

84 Sexto, † ſi fiat alienatio ob neceſſitatem loci, in quo Eccleſia eſt: vt ſi

ad

ad neceſſariam ciuitatis vel prouinciæ ampliationem aut munitionem, à mo-
naſterio aut Eccleſia aliquid mutuandum vel vendendum, &c. *d. c. poſſeſſio in
fin. Papon. & ibi Arreſt. Pariſ. d loc. n. 9.*
Septimo † ſi fiat alienatio ob ſingularia merita, bene merentium de 85
Eccleſia, quod variis modis fieri poteſt: vt propter fidele officium, aut obſe-
quium, meliorationem, patrocinium, conſilium, tuitionem, &c. *per text. d. cap.
poſſeſſiones cap. liberti, §. pro remuneratione & cap. ſeq. 12. quaſt. 2. text. & caſus in cap.
ad aures, 7. de rebus Eccleſ. non alien. vbi terra illi, qui eas exſtirpatis ſiluis arabiles fe-
cerat, ſub perpetuo cenſu attribuuntur, text. cap. ſi quis de ſeruis bene meritis 57. d.
quaſt. 2. Accurſ. d. l. iubemus 17. in princip. & ibid. Barth. num. 9. Alexand. conſ. 55.
num. 4 lib. 1. Cacheran. deciſ. 99. num. 32. Iaſon. Pariſ. Nat. & alii apud Tiraquel. in
l. ſi vnquam, num. 27. Cod. de reuocand. don. late etiam Erneſt. Cothman. reſponſ. 30. à
num. 17. vſque ad num. 60.* quæ † ſententia non modo ipſis iuribus, ſed ipſi 86
etiam rationi & verbo Dei adeo eſt conſentanea, vt ineptum ſit in ea hæſitare,
vel ex Arithmetico pondere, quantitate & æſtimatione meriti, ſtrictiſſimam
beneficii rationem inire: quemadmodum & ſpeciali omnium meritorum ex-
preſſione, hic non magis quam in aliis cauſis opus eſt, *Barth. Caſtrenſis, Iaſon,
Rip. Roland. d. reſp. num. 49.*
Solennitates † quod attinet, non tantum cum conſenſu Epiſcopi vel 87
Abbatis & Capituli, ſed etiam cum plena ac ſolenni præhabita conſidera-
tione & deliberatione alienationem fieri oportet, *cap. 1. & fin. de reb. Eccleſ. non
alien. & lib. 6. ac Clem. eod. cap. tua, de his quæ fiunt: c. placuit 51. d. c. ſine exceptione
ſeq. c. ſi Epiſcopus 12. q. 2. & paſſim Dd. & can. ad d. tit. Greg. Syntag. 25. c. 8.* Qua † 88
in re Dd. nonnulli extra omnem legum vel canonum ſcripturam, adeo ſunt
ſuperſtitioſi: vt iſtum capituli conuentum ac deliberationem ad præuium
campanæ ſonitum, & ſic cum ſtrepitu fieri oportere, dicant: quinimo accitis
etiam patronis & fundatoribus, Papon. d. tit. 13. nu. 3. Et † hoc poſtremum 89
ſane, ſi adhuc ſint patroni, & extra vſum deſtinatum res alienetur, non imme-
rito fit: cum in omnibus alienationibus illorum de quorum præiudicio agi-
tur, conſenſus requiratur: *per l. quod noſtrum. ff. de Reg. Iur.* ſed † in cæteris ſtre- 90
pera illa ſolennitas non obſeruatur; cum ſufficiat legitimum conſenſum in-
teruenisse: qui & in modicis & exiguis alienationibus, à quibus ſingulare da-
mnum Eccleſia non ſentiat, non requiritur, *d. c. terrulas, d. c. ſi quis de ſeruis & c.
ſeq. & d. c. bona.* Tum in magnis Epiſcopis. qui iura non tantum Eccleſiæ, ſed
& territorii poſſident, de conſuetudine ſufficit, & pro conſenſu habetur, ſi ca-
pitulum † alienationem futuram vel factam eſſe cognoſcat, & quod fortaſſe 91
non magni præiudicii, aut perpetua non eſt, non contradicat, per *l. qui tacet. de
R. I. Innocent. c. innotuit in pr. ibi:* alii tamen non contradixerunt. *De eo qui furt.
ord. recepe. Et in terminis Iaſon. conſ. 54. num. 1. in fin. lib. 1. Weſemb. conſ. 59. num. 23.
D. Cothman d. reſp. 30. n. 113.*

Siquidem

92 Siquidem † enim capitulum perſentiat alienationem Eccleſiæ admo-
dum damnoſam eſſe, contra Epiſcopum vel Prælatum illegitime alienantem,
ex hoc ipſo tit. mandata tam reſtitutoria quam inhibitoria poterit obtinere,
per *text. d. l. ſancimus 21. ibi: ad reſtitutionem modis omnibus arctari, & per alia,
quæ ſup.*

93 Porro † & aliæ ad hunc locum res ſanctæ pertinent: quales ſunt magi-
ſtratus, lex, iudicium & legati; *per vulg.* Hinc notoriam magiſtratui iniuriam
præſertim vero in loco iudicii inferens ſiſti & mulctari poteſt ab ipſo iudice
94 vel magiſtratu, *per ea quæ* Gail. *lib. 1. obſ.* 109. Quod † intelligi de iniuria vera &
formata, non ficta aut præſumpta, vel quæ ad neceſſariam fiat defenſionem
iuris ſui: vt ſi grauatus & proinde appellans dicat ſententiam eſſe nullam vel
ſaltem iniuſtam & iniquam, &c. quod & ſimilia ſemper cum præfatione ho-
noris facienda ſunt, præſertim coram iudice, qui ob dignitatem & præcellen-
95 tiam offendi & nocere grauiterque vindicare poſſet. Leges † ſimiliter ſanctæ
96 eſſe dicuntur, quod ſanciant ea, quæ facienda ſunt, vel omittenda. Hinc †
notorie peccanti in legem, ſine magno ſtrepitu vel proceſſu pœna legis imp o-
nitur. Sic iudicium ſanctum eſt: vtpote quod non hominum, ſed Dei eſſe d.-
citur & reuera eſt, & in quo ipſius Dei præſentia pertimeſcenda & colenda
per *l. properandum*, *C. de iudic.* Vnde hoc ipſo nomine aduocati & procurato-
res ab omnibus in eo calumniis & maledicentiis & inſectationibus abſtinere,
97 & id ſaltem, quod res eſt, agere iubentur, *l. quiſquis, Cod. de poſtul.* Ita † legati,
quod iure gentium inuiolabiles ſint, contra omnium vim & iniurias, interdi-
ctis ac mandatis pœnalibus defendi æquum eſt. Quo etiam referenda eſſet
l. 2. hoc tit. Ne quid in loc. ſac. & l. fin. ff. de rer. diuiſ. ſed quoniam d. l. 2. am-
pliorem reſpectu loci publici conſiderationem habet, idcirco iſthæc ad ſeq.
tit. De loc. pub. referemus.

98 Denique ad hunc tit. ſpectat. & ex eodem deſumpta eſt aurea iſta omni-
que † tam obſeruantia quam laude proſequenda Auth. Habita C. Ne fil. pro
pat.

Vti enim ſtudiorum hoc eſt optimarum liberaliumque artium ac lingua-
rum & diſciplinarum, & in iis diuinarum cumprimis & ſacrarum legum cau-
ſa, res ſacra eſt; vtpote ſine qua, neque Dei in hoc mundo gloria, neque homi-
99 num ſalus propagari defendi poteſt: Ita † etiam in ſacris eiuſmodi ſtudiis do-
cendo diſcendoque verſantes aut peregrinantes, in rebus lociſque ſacris
100 verſari certum eſt. Quin † & ipſi (ſi modo digne & recte verſentur) ſacri & in-
uiolabiles habendi tuendique ſunt: præſertim quod non vnius vel
alterius principis quantumuis Romani, ſed totius mundi,
quinimo ipſius Dei legatione fungan-
tur.

De

De Religioſis & ſumptibus funerum. Item de mortuo inferendo: & ſepulchro ædificando.

Tit. II.

Svmmaria.

1 Trium generum interdicta Author hic perſequitur: de mortuo inferendo. De ſepulchro ædificando: & de Religioſis.

2 Non quod iſta de rebus religioſis non ſint: ſed quod ſint ſpecialiora, omnes caſus religioſos neutiquam comprehendentia.

3 Prætor de Religioſis non interdictum, ſed nudam actionem & iudicium proponit.

4 Non infrequens eſt, vt Prætor in caſibus propriis interdictum tacite præbeat atque det, etiamſi vel formulam plane omittat, vel iudicium ſe daturum promittat.

5 Sic & in aliis interdictorum cauſis actio in factum, vel quæ alia admittitur: ſi videlicet res quæ petitur, quo ad Reum conuentum adeo liquida necdum ſit, vt ab interdicto inchoari liceat.

6 Tunc enim & cauſa debiti & perſona debentis adhuc dubiis, actioni potius locum eſſe arguit Prætor: Interdicto vel extraordinaria executione facile proceſſurus ſi contra ſe res habeat.

7 Iniquiſſimum ac priuilegio funerario contrarium foret, etiam pro impenſis liquidis & ſoluendis ad ordinarias actiones pares remittere.

8 Priuilegium funerarium non tantum illud continet, quod funeris cauſa ſemper ex hæreditate deducitur: quæ etiam omne creditum ſolet præcedere, cum bona ſoluendo non ſunt.

9 Prætor paratiſſima in eos habet interdicta, qui crediti cuiuſcunque nomine, non impenſas funebres fieri, ſed omnia ſtatim ſibi habere volunt.

10 Illud quoque priuilegio funerario ineſt, quod ſtrictam procedendi rationem non magnopere curamus: quæ neutiquam in ambiguis religionum quæſtionibus omitti ſolet.

11 Titulus de mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando, à tit. de religioſ. & ſumptib. funer. male eſt ſeparatus: cum ſint eiuſdem argumenti.

12 De mortuo inferendo & ſepulchro ædificando, Prætor interdictum propoſuit inhibitorium & quidem duplex.

13 Primum interdictum eſt de mortuo inferendo, quo vetat Prætor, ne cui mor-

Digitized by Google

tuum ibi, vbi dominium vel ius inferendi habet, inferre volenti vis fiat.

14 *Alterum interdictum de ſepulchro ædificando propoſitum eſt, quia religionis intereſt monumenta extrui & exornari.*

15 *Cum in ſuo quantumcitra alterius iniuriam fiat, cui facere licet quod vult: id omnium maxime ſine impedimento licere debet eo in caſu, quem ipſa natura, & omnibus impendens mortalitas religioſum fecit.*

16 *Nec in rebus ſacris & religioſis cum alterius iniuria quid faciendum eſt.*

17 *Si tale quid fiat, æquiſſimum eſt Prætorem ſine vlla cunctatione interloqui, admiſſo etiam celeriter expediendo nunciationis noui operis interdicto: Vel ſi amplius res non ſit integra, interdicto: Quod vi aut clam.*

18 *Sepulchra quoque & monumenta collabi & ſubſidere poſſunt: cuius reficiendi & reſtituendi gratia vis fieri prohibetur.*

19 *De ipſis monumentis non raro quæſtiones mouentur, quod vel loco mota, aut ſuffoſſa aut quid ſimile paſſa ſint: vbi præſentaneum eſſe conuenit Prætoris auxilium: idque omnium maxime, cum de mortuo ſepeliendo agitur.*

20 *Interdicta hæc non ocioſe vel extra vſum propoſita eſſe quotidiana docet experientia: cum de mortuis efferendis & ſepeliendis adhuc hodie non raro oriantur rixæ & contentiones.*

21 *Communis omnibus hominibus mortalitatis ſors eſt.*

22 *Propter publicam vtilitatem ne inſepulta cadauera iacerent, hoc interdictum propoſitum eſt. Rationes huius vide num 23. & 24.*

25 *Hodie furibus & latronibus maxima pœna & grauiſſimi exempli loco ſepultura denegatur.*

26 *Corpora vel cadauera defunctorum ſorte debitorum nulla ratione debent vel poſſunt ſiſti vel impediri, quo minus funerentur.*

27 *In Nouell. Vt defuncti ſeu fun. eor. &c. barbaries iſthæc deſiſtendis mortuorum cadaueribus adeo prohibetur, vt creditor arreſtans debitum amittere, & aliud tantundem hæredibus ſoluere, inſuperque tertiæ partis bonorum confiſcatione, cum infamia mulctari iubeatur.*

28 *In Nouel. Vt cum de appellatio. §. meminerimus, Imperator non modo ipſa defunctorum corpora, eorumq; ſepulturas impedire vetat, ſed etiam grauiſſime taxat eius creditoris crudelitatem, qui cuiuſdam mortui genitorem, à ſepultura ſui filii redeuntem, nomine debiti detinuerit.*

29 *Addit*

29 *Addit porro Imperator, in d.§ meminerimus hanc piiſſimam ſanctionem, Nulli nimirum eſſe licentiam parentes, liberos, cognatos & affines, aut alios heredes & fideiuſſores demortuorum debitorum, ante nouem dierum ſpacium, conueniendi, aut quocunque modo inquietandi, ſiue debiti gratia quod à defuncto deſcendit, ſiue alterius cuiuſcunque cauſa gratia.*

30 *Falſum eſſe Angeli dictum in d. Nouell. 60. Ut defuncti ſeu funera eorum. 1. exiſtimantis, quod ſtante ſtatuto, vt inſtrumenta confeſſionata paratam habeant executionem, poſſine corpora defunctorum, mediante miniſterio Iudicis impediri donec ſatisfiat.*

31 *In Praxi erit obſeruandum ſæpe accidere ſolere, quod hæredes obærati debitoris ſatis profuſe, omnia adhuc reliqua impendant funus amplius facturi, quam pro conditione neceſſum foret.*

32 *Quo in caſu non culpandus omnino creditur, qui æris ſui rationem habens, non tam pietatem & religionem, quam luxum impedire cupit: cui etiam ex æquo & bono ſubueniendum eſt.*

33 *Ille porro caſus Prætoris interdictum deſiderare ſolet, cum vel ob paupertatem defuncti, vel ob contagionis aut peſtis periculum: vel dubiam impenſæ, cuinam illa ferenda ſit, rationem: nemo fere eſt, qui funus facere & procurare velit.*

34 *Interdum tanta atrocitas dominorum exiſtit, vt famulos ſuos, pro ſorte humana ægrotantes, aut morientes, omni ope deſtitutos, inhumaniſſime deſerant eiiciant, perire & contabeſcere ſinant: quod omne ad Prætoris religionem pertinuit, & adhuc pertinet.*

35 *Communiter eum funus facere oportet, quem decedens elegit: ſed ſi ille non fecit, nulla eſt huius rei pœna, niſi aliquod pro hoc emolumentum ei relictum eſt; tunc enim ſi non paruerit voluntati defuncti, ob hoc repellitur.*

Si autem de hoc defunctus non cauit, nec vlli id delegatum munus eſt: ſcriptos hæredes ea res contingit: Si nemo ſcriptus eſt, legitimos vel cognatos, quiſque ſuo ordine quo ſuccedunt.

36 *Si cui funeris ſui curam teſtator mandauerit, & ille accepta pecunia funus non duxerit, de dolo malo in eum danda eſt actio: vel & extra ordinem à Prætore compellendus eſt funus ducere.*

37 *Famulis ſicut & officialibus, in ſeruitio vel officio ægrotantibus, non ſecus ac ſeruientibus alimenta debentur, cum nihilominus ſeruire intelligantur.*

38 *Sicut famuli impiiſſimum facinus futurum eſſet ſi dominum forte ægrotantem ſubito deſerat ope deſtitutum: cum & alias intra curſum ſui famulitii à dominis temere diſcedere prohibeantur.*

39 *Ita ob mutuam mutui officii religionem, non minus impium eſt famulos ob ſuperuenientem ægritudinem ſtatim eiicere: vel ſi hoc contagio ſuadeat, ſaltem prorſus deſerere, & ſic negatis quaſi alimentis necare.*

40 *Quiſnam famulo in officio decedente, impenſas funerarias præſtet atque ferat, dominuſne an hæres?*

De ſuo, quatenus eſt, mortuos funerari oportet: lucrari enim heredem iniquum eſt: ibid.

Si nihil reliquit defunctus, pietatis officium domino incumbit: vtili actione iuuando, ſi opus ſit & grauior impenſa facta, aduerſus defuncti parentes, ſi qui ſint: ibidem.

41 *Extra talem & ſimilem obligationis cauſam, eo in caſu Magiſtratus officio incumbit ſuum procurare.*

42 *Magiſtratus etiam officio continetur, tempore peſtis prouidere, vt Medici & Curatores ægrotis etiam pauperrimis non deſint: & ne corpora diutius inſepulta iaceant.*

43 *Prætor vel Magiſtratus municipalis ad funus ſumptus decernere debet: ſi quidem pecunia eſt in hæreditate, ex pecunia: Si non eſt diſtrahere debet ea quæ tempore peritura ſunt. Si minus ſi quid auri argentique fuerit, diſtrahi aut pignorari iubebit, vt pecunia expediatur: vel à debitoribus ſi facile exigi poſſit.*

44 *Pluribus de impenſa facienda certantibus: aut vtriſque ſiue omnibus ex æquo iniungendum eſt, vt impenſas conferant, ſi liquidum ſit, ex æquo omnes teneri: vel ſi minus liquidum, alter expediet: qui poſtmodum funeraria actione in correum, ſi quis ſit, celeriter erit iuuandus.*

45 *Funeraria quoque actio breuiter & ferme ex mero officio, & omnium celerrime & breuiſſime expediebatur.*

46 *Ex ſententia Oldendorpii interdictum à ſimplici & mero Iudicis officio (quo ſcilicet extraordinarie miſſis viatoribus exequebatur) nihil differt, niſi conceptione quadam verborum, hoc eſt, formula mandati ſeu interdicti.*

47 *Plures tam compulſorialium quam prohibitorum caſus obſeruandi ſunt ex l. ſi quis 12. ff. de religioſ.*

Primo ſi quis ſepulchrum habeat, viam autem non habeat, vicinus qui prohibere vult cogi poteſt, non tam actione ciuili quam extra ordinem, vt aut petenti precario iter concedat, aut iuſto precio iter præſtet: ita tamen vt Iudex de oportunitate loci proſpiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum: ibidem.

48 *Mirum alicui videri poſſet, cur Author haſce formulas hic perſequatur: cum longe alia iam ſit ratio ſepulturarum, quam olim: cum hodie certa ſint cœmiteria, vel & templa & porticus, ad qua via vndiquaque publica, citra vllius impedimentum funus duci poteſt.*

49 *Multa accidere poſſe, reſpondet Author, quibus vel ob inundationem, vel hoſtilitatem, vel quam aliam grauem ob cauſam, via publica vti non poſſimus, cũ ex caſtris, ex pagis &c. ad locum ſepulturæ nonnullo ſæpe itinere funera deducenda:*

50 *Sicut & alias extra religionis cauſam ſæpe per agros aut prata vicinorum neceſſario tranſeundum, & eorum, ſæpius admodum moroſorum: & ſicut experientia docet gladiis & ſclopetis iter prohibentium: quibus in cauſis hoc ipſo Interdicto nihil ſalubrius eſt.*

51 *Si quis vitæ humanæ ſocietatem & neceſſitatem ſecum perpendat: experietur multis quæ in iudicio ſæpe mouentur quæſtiones, regia Interdictorum auctoritate obuiam iri poſſe.*

52 *Vlpianus in l.12.§.1. ff. de religioſ. ait Senatuſconſulto caueri, ne vſus Sepulchrorum permutationibus polluatur, id eſt (eodem explicante) aliæ conuerſationis vſum accipiat.*

53 *Quæ explicatio admodum declarat id, quod Imperatores dicunt, monumentum ſiue ſepulchrum, neque venire, neque obligari à quopiam prohibente religione poſſe l. 2. C. eod. neque eo nomine vindicari l. 4. eod.*

54 *Hoc vero non tam de translatione & vendicatione iuris ſepeliendi, quam ne in profanos vſus conuertatur accipiendum eſt.*

55 *Quæſtio aliquoties in Camera Imperiali mota eſt, an iſthuc loci vbi Cœmiteria vel ſepulturæ olim fuerunt inædificata, ſuffodere, cellas vel cauernas ſubterraneas, vinarias forte vel promptuarias facere liceat, oſſibus mortuorum extractis?*

56 *Et regulariter non fieri poteſt, niſi neceſſitas, aut ipſa rerum locique ratio ita requirat: quo tamen caſu non profane ſed religioſe res agenda.*

57 *Vti loca ſacra euocatione ſacrorum, vel ſi per coemptionem à ſacris liberentur, profana fieri poſſunt.*

58 *Sicuti & loca ſacra profana fiunt, cum ab hoſtibus capiuntur.*

59 *Ita loca Religioſa in alios neceſſarios vſus transferri poſſunt, ſed euocatione rei religioſæ, hoc eſt, vt oſſa alibi loco aque religioſo iterum condantur: qualiter & ipſa arca cum corpore hominis mortui de loco in locũ transferri poteſt.*

60 *Si religioſæ res, de quibus hic agitur, contra Prætoris, ipſiuſque Senatuſconſulti edictum irreligioſe, inhumaniter & barbare tractari nar-*

 rentur:

rentur: vti olim, ita adhuc hodie interdicta & mandata, tam reſtitutoria quam inhibitoria redduntur: quod multis Cameræ Imperialis, Rotarum & Parlamentorum præiudiciis eſt confirmatum.

61 *Nec oſſa mortuorum vexanda & inquietanda: vnde & oſſaria paſſim in Cœmeteriis habentur: & Diui Fratres Edicto admonuerunt, ne iuſta ſepulturæ traditum, id eſt terra conditum corpus inquietetur.*

62 *Terra autem conditum videtur, etſi in arcula hoc animo conditum ſit, vt non alibi transferatur: Sed arculam ipſam, ſi res exigat, in locum commodiorem licere transferre, non eſt denegandum.*

63 *Si quis eo animo corpus intulerit, quod cogitaret inde alio poſtea transferre, manebit locus profanus.*

64 *Qualiter ſepultura non iuſta ſit accipienda & intelligenda, definit Prætor in l. 1. §. 2 ff. eod.*

65 *Quæritur an oſſa vel corpus, quod vel quæ in locum non ſuum illata ſunt, liceat domino loco effodere, vel eruere ſine decreto Pontificum, ſed iuſſu Principis.*

66 *Is qui intulit mortuum in alienum locum aut tollere id quod intulit, aut loci pretium præſtare cogitur, per in factum actionem, quæ tam hæredi quam in hæredem competit.*

67 *Verba Prætoris in d. l. 12. §. 2. ſunt: Quod funeris cauſa ſumptus factus erit, eius recuperandi nomine in eum, ad quem ea res pertinet, iudicium dabo.*

68 *Etſi hic ratione ſumptuum Prætor iudicium ſaltem polliceri videtur: tamẽ eo ipſo ſi debitum in perſona rei liquidum ſit, interdictum recuperatoriũ non excludit, ſed potius tacite promittit.*

69 *Interdictum de funeris impenſa ex cauſa propoſitum eſt, vt qui funerauit, perſequatur id quod impendit. Sic enim fit ne inſepulta corpora iaceant, neue quis de alieno funeretur.*

70 *Etſi in hæreditate aliquid eſt vel fuit, vnde expenſa ſoluantur, tanto æquiſſima eſt executio Prætoris: quod qui aliquid propter funus impendit, cum defuncto contrahere credatur, non cum hærede.*

71 *Funeris cauſa ſumptus factus videtur is demum, qui ideo fit, vt funus ducatur, ſine quo funus duci non poſſit, vt ſi quid eſt impenſum in delationem funeris: aut ſi quid in locum fuerit erogatum in quem mortuus inferretur.*

72 *Erant etiam alia de Religioſis interdicta, idque ratione ipſius loci, quo oſſa corporaue conderentur: neq; enim in omnibus indiſtincte locis, loca religioſa fieri oportebat, ſed grauiter prohibebatur.*

73 *Primo in Eccleſiis: Deinde in ciuitatibus ipſis,*

74 Si

74 Si in locum publicis vſibus deſtinatum intulerit quis mortuum, Prætor in eum iudicium dat ſi dolo fecerit: & erit extra ordinem plectendus, modica tamen coercitione: ſed ſi ſine dolo, abſoluendus eſt.

75 Quod tamen iam non obſeruatur, cum de conſuetudine corpora ſepeliantur, & ſepultura habeantur non tantum in ciuitatibus: ſed etiam templis & Eccleſiis

76 Olim ergo ſicut & adhuc hodie in nonnullis fit locis, omnia funera extra vrbem deducebantur: vti & apud gentes quaſdam.

77 Vbi & requirebatur vt quis ratione dominii vel ſeruitutis ius inferendi mortui, & faciendi locum religioſum habeat.

78 Hinc ab vſufructuario, vel illo qui ſeruitutem habebat, religioſus fieri non poterat.

De Religioſis & ſumptibus funerum. Item de mortuo inferendo: & ſepulchro ædificando.

Tit. II.

Explicato & ad vſum accommodato de locis rebuſque ſacris interdicto: de ijs interdictis hic agemus, quæ pro locis rebuſque religioſis competunt, qualia interdicta & remedia Tribon. ad lib. ff. vndecimum, male, & ordine non ſatis apto retulit, cum huc ad lib. 43. referre debuiſſet: ideo veniam, vti ſpes eſt, gratiamque merebimur, ſi & illis Interdictis ſuum hic locum proprium aſſignemus.

Trium † igitur generum interdicta hic exequemur: De mort. 1
inferendo: De ſepulchro ædificando & De religioſis. Non † quod iſta et- 2
iam religioſa, vel de rebus religioſis non ſint: ſed quod iſta ſint ſpecialiora, omnes caſus religioſos neutiquam comprehendentia, qui proinde ex d. tit. de
relig. plenius ſunt proponendi. † Neque nos mouere debet, quod Præ- 3
tor de Religioſis non interdictum ſed nudam actionem & iudicium proponit l. 1. §. 2. & l. ſi quis 12. §. 2. d. tit. † Hoc enim non eſt inſequens, vt Præ- 4
tor in caſibus proprijs interdictum tacite præbeat atque det, etiamſi vel formulam plane omittat, vel iudicium ſe daturum promittat, lib. 1. l. 2. Ne quid in loco ſacro. l. 1. Ne quid in loco & itin. publ. l. 1. de via publ. quemadmodum in l. 1. ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. iudicium pollicetur, cum tamen paratiſſimum inde competat interdictum.

Nam

5 † Nam & in alijs interdictorum cauſis, actio in factum, vel quæ alia ad-
mittitur: ſi videlicet res, quæ petitur: vt in caſu præſenti, funebris impenſa,
quoad reum conuentum adeo liquida necdum ſit, vt ab interdicto inchoari
6 liceat: † Tunc enim & cauſa debiti, & perſona debentis adhuc dubijs, actio-
ni potius locum eſſe arguit Prætor: Interdicto vel extraordinaria executione
facile proceſſurus, ſi contra ſe res habeat; *tex. expreſſ. l. oſſa* §. *fin. ibi; in factum*
actio competit & interdictum. *& l. etſi*, 14. §. 2. ſi cui funeris ſui curam teſtator
mandauerit & ille accepta pecunia funus non duxerit; de dolo actionem in
eum dandam Mela ſcripſit: credo tamen, ait Vlpian. & extraordinem eum à
Prætore compellendum funus ducere. Et ibid. §. 7. in fin. quod ſi Iudici li-
7 queat, non debet eum qui conuenitur abſoluere. tit. de relig. † Accedit
quod non modo impenſæ funebres, & alij caſus moræ impatientiſſimi, ſub
tit de religioſ. referantur, vt l. 38. & ſequentib. ſed quod etiam iniquiſſimum
ac priuilegio funerario contrarium foret, etiam pro impenſis liquidis & ſol-
uendis ad ordinarias actiones partes remittere per l. fin. in fin. de relig. &
8 ſumpt. fun. † Continet enim priuilegium funerarium, non tantum illud
quod funeris impenſa ſemper ex hereditate deducitur, quæ etiam omne cre-
ditum ſolet præcedere, cum bona ſoluendo non ſint, l. impenſa. 45. Eodem.
9 † Vbi & quinto paratiſſima Prætor interdicta habet in eos, qui crediti cuiuſ-
cunque nomine non impenſas funebres fieri, ſed omnia ſibi ſtatim habere
volunt, per ead.

10 † Sed illud quoque priuilegio funerario ineſt, quod ſtrictam proce-
dendi rationem inſuper habemus: quæ neutiquam in ambiguis religionum
quæſtionibus omitti ſolet: cum ſumma ſit ratio quæ pro religione facit, vt
Papin. ſcite & grauiter loquitur d. l. 43. in fin. inſuper enim habemus quod
non magnopere curamus ſed citius vilipendimus vel negligimus: Et idem
Papin. in l. 17. hæredem qui ſciens defuncti vindictam inſuper habuit, fructus
omnes reſtituere cogendum, ff. de his quæ vt indig. & Cuiac. 11. obſ. 11. vbi in
Baſilicis haberi ait, παρορᾶται τὸ ἀκριβές.

11 † Titulus ergo de mort. inferend. & ſepulchro ædificando à titul. de
religioſ. & ſumpt. funer. male eſt ſeparatus, cum ſint eiuſdem argumenti; pro
vt videbimus.

12 † De mortuo igitur inferendo, & ſepulchro ædificando, interdum,
quod primo aggrediemur Prætor propoſuit inhibitorium, & quidem duplex:
Primo ait Prætor: Quo quaue illi mortuum inferre, inuito te, ius eſt, quo
minus illi eo eaue mortuum inferre, & ibi ſepelire liceat, vim fieri veto. Alte-
ro ait Prætor: Quo illi ius eſt inuito te mortuum inferre, quo minus illi in
eo loco ſepulchrum ſine dolo malo ædificare liceat, vim fieri veto l. 1. in. pr. &
§. 5. ff. de mort. infer.

Digitized by Google

† Primum igitur interdictum eſt de mortuo inferendo, quo vetat Præ- 13
tor: Ne cui mortuum ibi, vbi dominium vel ius inferendi habet, inferre volenti vis fiat: hoc eſt, ne vlla ratione moleſtetur, via vel & itinere arceatur, vel qua alia ſeruitute vti prohibeatur.

† Alterum de ſepulchro ædificando, propoſitum eſt, quia religionis 14
intereſt, monumenta extrui & exornari. Et tenetur Interdicto, qui prohibet non modo ædificare ſed etiam reficere, eamue materiam conuehi, quæ ædificio neceſſaria ſit, vel & operarios venire, aut machinam in ſuo alligare: Quemadmodum & is tenetur, qui agit vt labatur ſepulchrum d. l. 1. per tot.
† Cum enim in ſuo quantũ citra alterius iniuriam fiat, cuiq; facere licet quod 15
vult per vulg. id omnium maxime tutum ſanctumq; eſſe, & ſine impedimento licere debet, eo in caſu, quem ipſa natura, & omnibus impendens mortalitas religioſum fecit, pieque conſiderandum poſtulat. † Sicuti nec in rebus 16
ſacris & religioſis, cum iniuria quid faciendum, vt puta ſepulchro faciendo alterius paries vel vicinum monumentũ atteratur, ſuffodiatur: † Si ergo quid 17
fiat, & hic æquiſſimum eſt, Prætorem miſſo veſpillone vel quo alio, ſine vlla cunctatione interloqui, admiſſo etiã celeriter expediendo nunciationis noui operis interdicto: vel ſi res non amplius integra, interdicto quod vi aut clam l. ſi propius 3 hoc tit. † Similiter ſepulchra quoque & monumenta collabi 18
& ſubſidere poſſunt: cuius reficiendi & reſtituendi gratia vis fieri prohibetur. l. fin. Eod. † Ita de ipſis monumentis non raro quæſtiones mouentur, quod 19
vel loco mota, aut ſuffoſſa, aut quid ſimile paſſa ſint: vbi præſentaneum eſſe conuenit Prætoris auxilium; idque omnium maxime cum de mortuo ſepeliendo agitur: vnde & liberum eſt ei, qui prohibetur mortuum, oſſaue mortui inferre, aut ſtatim interdicto vti, quo prohibetur ei vis fieri: aut alio inferre, & poſtea in factum agere: per quam conſequitur actor, quanti eius intereſſe fuerit, prohibitum non eſſe, l. oſſa 8. §. fin. l. liberum 9. de religioſ.

† Et interdicta hæc, non ocioſe, vel extra vſum aut perfunctorie ſal- 20
tem propoſita eſſe, quotidiana docet experientia: cum de mortuis efferendis & ſepeliendis, adhuc hodie non raro oriantur rixæ & contentiones: quæ in communi humanæ fragilitatis ſorte neutiquam ſunt tolerandæ: † Hic enim 21
valent illa antiqua: hodie mihi, cras tibi: & omnibus accidere poſſe, quod vni accidit: Et terram communem omnium matrẽ nemini inuidendam: Et communem omnibus calamitatem religioſe ferendam. † Accedit quod 22
propter publicam vtilitatem, ne inſepulta cadauera iacerent, hoc interdictum ſit propoſitum l. ſunt perſonæ 43. ff. de relig.

† Tum quod contaminata religio defunctorum, habeat pœnam ſa- 23
crilegij l. 5. C. de ſepul. viol. † Tum quod iniuria ſit inſepultum relinqui 24
l. 28. in fin. de relig. Vnde & proditores patriæ inſepulti proijciebantur:

Digitized by Google

25 Xenoph. 1. *Hellen.* Thucyd. 1. † ſicuti hodie furibus & latronibus maximæ
pœnæ & grauiſſimi exempli loco ſepultura denegatur. quod ipſis alias hoſtib.
fieri non ſolet, quorum corpora humare ipſis hoſtibus vt omnium primo
Herculi, eſt laud ductum, Ælian. 12. variar. Gothofr. ad d. l. 28.

26 Tertium † hic Interdictum, cum ex tit. de Relig. tum aliunde repe-
tendum: quod corpora vel cadauera defunctorum forte debitorum, nulla
ratione debeant vel poſſint ſiſti, vel impediri, quominus funerentur. Vnde
& Vlpian. Ne corpora aut oſſa mortuorum detinerentur aut vexarentur,
neue prohiberentur, quo minus via publica transferrentur, aut quo minus
ſepelirentur, Præſidis prouinciæ officium *l. ne corpora 38. de relig. l. fin. C. de ſe-
pulch. viol. l. pen. C. quæ ſent. ſin. appell. reſc. l. in ſententiis. §. fin. ff. de re Iud. text No-
uell. vt cum de appell. 115. cap. 5. §. meminerimus. Nouell. vt defuncti ſeu fun. cor.*
27 *non iniur.* 60. † Vbi iſthæc de ſiſtendis mortuorum cadaueribus barba-
ries, adeo prohibetur, vt creditor arreſtans debitum amittere & aliud tantun-
dem heredibus ſoluere, inſuperque tertiæ partis bonorum confiſcatione cum
infamia mulctari iubeatur. Qui enim, inquit Imp. hominis naturam non
erubuit, dignus eſt & pecunia & gloria aliiſque rebus mulctari.

28 Quarto † & illud huc ex d. §. meminerimus, transferendum eſt:
quod ibi, non modo ipſa defunctorum corpora, eorumque ſepulturas im-
pedire vetet Imperat. ſed quod etiam grauiſſime taxet illius creditoris crude-
litatem, qui cuiuſdam mortui genitorem, à ſepultura ſui filij redeuntem, no-
29 mine debiti detinuerit: Addita † hac piiſſima ſanctione: Nulli peni-
tus eſſe licentiam parentes, liberos, agnatos vel cognatos & affines, aut alios
heredes, & fideiuſſores demortuorum debitorum, ante nouem dierum ſpa-
cium, in quibus videntur lugere, conueniendi, aut quocunque modo in-
quietandi, aut aliquam admonitionem ijs offerendi, aut in iudicium vocan-
di, ſiue debiti gratia, quod à defuncto deſcendit, ſiue alterius cuiuſcunque
30 cauſæ gratia, &c. d. nou. 115. † Ex quibus patet, falſiſſimum eſſe Angeli di-
ctum, (quod etiam ab Hippol. probatur in ſing. 199.) exiſtimantis in dict.
Nou. 60. num. 1. quod, ſtante ſtatuto, vt inſtrumenta confeſſionata paratam
habeant executionem, poſſint corpora defunctorum, mediante miniſterio
iudicis impediri donec ſatisfiat; prout rectiſſime eidem reprehendunt *Gram
mat. deciſ. 82. num. 4. Matth. Coler. de proceſſ. 2. cap. 3. num. 431. & ibid. Franciſ.
Aret.*

31 † In his tamen & illud in praxi obſeruandum, quod ſæpe fiat, vt hæ-
redes obærati debitoris, ſatis profuſe, omnia adhuc reliqua impendant, fu-
32 nus amplius facturi, quam pro conditione neceſſum foret: † Eo igitur caſu
non culpandus omnino creditor, qui æris ſui rationem habens, non tam pie-
tatem

Digitized by Google

tatem & religionem, quam luxum impedire cupit, cui etiam ex æquo & bo-
no ſubueniendum, per l. 14. §. 6. §. 8. & 10. d. tit.

Quarto † autem & ille caſus, Prætoris interdictum deſiderare ſolet, 33
cum vel ob paupertatem defuncti, vel ob contagionis aut peſtis periculum,
vel ob offenſam, vel dubiam impenſæ cuinam illa ferenda ſit, rationem, ne-
mo fere eſt, qui funus facere, & procurare velit: † quibus & illa interdum 34
atrocitas dominorum quorundam accedit, vt famulos, pro ſorte humana
ægrotantes, aut morientes, omni ope deſtitutos, inhumaniſſime deſerant, e-
ijciant, perire & contabeſcere ſinant: Nam & hoc omne cum ad rei ipſius,
tum Prætoris religionem pertinuit, & adhuc pertinet.

Et † communiter funus eum facere oportet, quem decedens elegit, 35
ſed ſi non ille fecit, nullam eſſe huius rei pœnam, niſi aliquid pro hoc emolu-
mentum ei relictum eſt: tunc enim ſi non paruerit voluntati defuncti, ab hoc
repellitur: ſin autem de hac re defunctus non cauit, nec illi delegatum id
munus eſt: ſcriptos heredes ea res contingit: ſi nemo ſcriptus eſt, legitimos,
vel cognatos, quoſque ſuo ordine, quo ſuccedunt, text. in d. l. 12. §. 4. de
religioſ.

Et † ſi cui funeris ſui curam teſtator mandauerit: & ille accepta pecu- 36
nia, funus non duxerit: de dolo in eum danda actio; vel & extra ordinem
à Prætore compellendus eſt funus ducere. text. in d. l. 14. §. 2. ff. d. tit.

Quo † ad caſum ſeruorum vel famulorum, iuris eſt nouiſſimi, quod 37
famulis ſicut & officialibus, in ſeruitio vel officio ægrotantibus, non ſecus ac
ſeruientibus, alimenta debeantur, cum nihilominus ſeruire intelligantur
*l. ſed addes. 22. §. fin. l. qui operas 41. ff. locat. l. 4. §. Stychus ff. de ſtatu liberis l. In
rebus commodatis §. poſſunt ff. Commod. cap. fin. de Cler. ægrot. cap. ſcripſit c. quam-
nis 7. quæſt. 1.* † Vnde efficitur, quod ſicut famuli impijſſimum facinus fu- 38
turum eſſet, ſi dominum forte ægrotantem ſubito deſerat. ope deſtitutũ: arg.
eorund. quippe quod & alias intra curſum ſui famulitij à dominis temere di-
ſcedere prohibentur, Conſtit. Imperij de ano 1548. † Ita ob mutuam mu- 39
tui officij religionem, non minus impium eſt famulos ob superuenientem æ-
gritudinem ſtatim eijcere, vel ſi hoc contagio ſuadeat ſaltem prorſus deſerere,
& ſic negatis quaſi alimentis necare, l. necare ff. De agnoſc. lib. & ea quæ dixi
de mand. cap. 54 † vbi quæſitum, quisnam famulo in officio decedente, 40
impenſas funerarias præſtet atque ferat, dominuſne, an hæres? Et de ſuo,
quatenus aliquid eſt, mortuos funerari oportere Vlpian. ait, lucrari enim
hæredem iniquum eſſe, C. 14. §. 13. & ſeqq. & l. fin. de relig.

Si ergo nihil ſuum habuit vel reliquit defunctus, pietatis officium
domino incumbet, vtili actione iuuando, ſi opus ſit, & grauier impenſa facta,

Rrr 2 aduer-

aduerſus defuncti parentes ſi qui ſint, per text. l. ſi quis, 12. l. 31. ibidem. Paul.
41 1. ſentent. §. fin. Extra † talem & ſimilem obligationis cauſam eo in caſu ma-
giſtratus officio continebitur, funus procurare, per l. 1. §. 4. ff. de poſtul, l. 1. §.
42 pen. & fin. ff. de Extraord. cogn. ſicuti † etiam in tempore peſtis prouidere, vt
medici & curatores ægrotis etiam pauperrimis non deſint, & ne corpora diu-
43 tius inſepulta iaceant per ead. Vnde † & Prætor vel magiſtratus municipa-
lis, ad funus, ſumptus decernere debet, ſiquidem eſt pecunia in hæreditate, ex
pecunia: ſi non eſt, diſtrahere debet ea, quæ tempore peritura ſunt, quorum
retentio onerat hæreditatem: ſi minus: ſi quid auri argentique fuerit, diſtrahi
aut pignorari iubebit, vt pecunia expediatur; Vel à debitoribus, ſi facile exigi
poſſit, text. in l. 12. §. fin. & l. ſeq. 13. l. 14. in pr. & §. 1. ff. eod.

44 Ita † pluribus de impenſa facienda certantibus, aut vtriſque ſiue omni-
bus ex æquo iniungendum eſt, vt impenſas conferant, ſi liquidum ſit, ex æ-
quo omnes: vel ſi minus liquidum, alter expediet, ſimiliter poſtmodum fune-
raria actione, in correum, ſi quis ſit, celeriter iuuandus per l. 14. & ſeqq. l. ſic pro
45 rata, 27. & ſeqq. d. tit. quod † omne alterius eſt loci: cum hic de interdicto ſal-
tem agamus, non de actione: quamuis vt dixi & hæc actio breuiter & ferme
extraordinarie, ſed interdictum ex mero officio, & omnium celerrime & bre-
uiſſime expediebatur; quod recte Iohan. Oldendorp. 2. act. 9. h. tit. in fin. di-
46 cens, quod † interdictũ à ſimplici & mero iudicis officio (quo ſcilicet extra-
ordinarie miſſis viatoribus exequebatur) nihil diſtiterit, niſi conceptione
quadam verborum, hoc eſt formula mandati ſeu interdicti.

47 Quinto † plures hic interdictorum tam compulſorialium quam prohi-
bitoriorum caſus obſeruandi ſunt, ex l. ſi quis 12. d. tit. de relig.

Primo ſi quis ſepulchrum habeat, viam autem non habeat, vicinus, qui
prohibere vult, cogi poteſt, non tam actione ciuili, quam extra ordinem, vt
aut petenti precario iter concedat, aut iuſto pretio iter præſtet: ita tamen, vt
iudex de oportunitate loci proſpiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimen-
tum ibid. in pr.

48 Vbi † quis miretur, qui haſce formulas hic perſequamur, cum longe
alia iam ſit ratio ſepulturarum, quam olim, per ea quæ poſt dicemus, cum ho-
die certa ſint Cœmiteria, vel & templa & porticus, ad quæ, via vndiquaque
publica, citra vllius impedimentum funus duci poteſt!

49 Sed † hoc aliquis non verus practicus obiecerit: quaſi enim non
multa accidere poſſint, quibus vel ob mundationem, vel hoſtilitatem,
vel quam aliam grauem ob cauſam, via publica vti non poſſimus: Cum ex
caſtris, ex pagis, &c. ad locum ſepulturæ, nonnullo ſæpe itinere funera de-

ducenda;

Digitized by Google

ducenda. Quomodo † & alias, extra religionis cauſam, ſæpe per agros, aut 50
prata vicinorum neceſſario tranſeundum, & eorum forſan admodum moro-
ſorum, & ſicut experientia docet, gladiis & ſclopetis iter prohibendum: quid
hic talibus quæſo in cauſis hoc ipſo interdicto ſalubrius? Conſidera † enim 51
vitæ humanæ ſocietatem, ac neceſſitatem; & multis, quæ in iudicio ſæpe mo-
uentur quæſtionibus, regia interdictorum auctoritate obuiabis.

Sexto † ait Vlp. d. l. 12. §. 1. Senatuſconſulto caueri, ne vſus ſepulchro- 52
rum permutationibus polluatur, id eſt (eodem explicatore) ne ſepulchrum
aliæ conuerſationis vſum accipiat, quæ explicatio admodũ declarat id, quod
Impp. † dicunt, monumentum ſiue ſepulchrum, neque venire neque obli- 53
gari à quopiam, prohibente religione poſſe, l. 2. in fin. C. eod. neque eo nomi-
ne vindicari, l. 4. ibid.

Hoc † enim non tam de translatione & venditione iuris ſepeliendi, 54
quam ne in profanos vſus conuertatur accipiendum eſt, d. §. 1. & l. 14. Cod. de
legat. vbi non monumentum, ſed ius inferendi mortuum legari poteſt. Vbi
† illa aliquoties in Camera Imperiali quæſtio mota, an iſthuc loci, vbi Cœme-
teria, vel ſepulturæ olim fuerunt, inædificare, ſuffodere, cellas vel caueas ſub- 55
terraneas, vinarias forte, vel promptuarias, facere liceat, oſſibus mortuorum
extractis? Et regulariter non poſſe ſciendum eſt: niſi † neceſſitas aut ipſa re- 56
rum locique ratio ita requirat: quo tamen caſu non profane, ſed religioſe res
agenda: cum & tua & ſua quilibet oſſa religioſe tractari & recondi velitis,
quin & religio ſuadeat.

Vti † igitur loca ſacra euocatione ſacrorum, vel ſi per coemptionem à 57
ſacris liberentur, profana fieri poſſunt, *l. ſacra, §. 1. de rer. diuiſ. Cic. pro Muren. &
Macrob. lib. 3. cap. 8. Pet. Gregor. Syntag. 1. c. 14. n. 4.* ſicuti † & loca ſacra profana 58
fiunt, cum ab hoſtibus capiuntur, *l. 36. de relig.* ita † & loca religioſa in alios ne- 59
ceſſarios vſus transferri poſſunt, ſed euocatione rei religioſæ, hoc eſt, vt oſſa
alibi loco æque religioſo iterum condantur: qualiter & ipſa arca cum corpo-
re hominis mortui de loco in locum transferri poterit.

Qualiter integra etiam monaſteria & templa de loco in locum tranſ-
ferri ſolita. Siquidem † ergo religioſæ res, de quibus hic agitur, contra Præ- 60
toris ipſiuſque Senatuſconſulti Edictum irreligioſe, inhumaniter atque bar-
bare tractari narrentur; vti olim, ita adhuc hodie interdicta & mandata tam
reſtitutoria quam prohibitoria redduntur, quod multis Cameræ Imperialis
rotarum & Parlamentorum, &c. præiudiciis eſt confirmatum.

Quin † ſeptimo nec oſſa mortuorum vexanda & inquietenda; vnde & 61
oſſaria paſſim in Cœmiteriis habentur, & Diui fratres Edicto admonuerunt,
ne iuſtæ ſepulturæ traditum, id eſt, terra conditum corpus inquietetur.

Videtur † autem terra conditum, & ſi in arcula, hoc animo conditum 62

Digitized by Google

ſit, vt non alibi transferatur, ſed arculam ipſam, ſi res exigat, in locum com-
modiorem licere transferre, non eſt denegandum, l.39 ff. de relig.

63 Si † quis enim eo animo corpus intulerit, quod cogitaret inde alio po-
ſtea transferre, magiſque temporis gratia deponere, quam quod ibi ſepeliret
mortuum, & quaſi æterna ſede dare deſtinauerit: manebit locus profanus,
text. in l.40. ff. eod.

64 Siquidem † vero iuſta ſepultura non ſit; in eum caſum Prætor in l.1.§.
65 2. rem definit. Vbi † quæſitum eſt, An oſſa vel corpus, quod vel quæ in lo-
cum non ſuum illata ſunt, liceat domino loci effodere, vel eruere ſine decreto
Pontificum, ſeu iuſſu Principis? Et ait Labeo, expectandum vel permiſſum
pontificale, ſeu iuſſionem Principis: alioquin iniuriarum actionem fore ad-
66 uerſus eum, qui eiecit, l. oſſa, 8. in pr. ff. ibid. Is † enim, qui intulit mortuum in
alienum locum, aut tollere quod intulit, aut loci pretium præſtare cogitur,
per in factum actionem, quæ tam heredi quam in heredem competit, & per-
petua eſt, l.7. ff. d. tit.

67 Octauo † ait Prætor d.l.12.§.2. Quod funeris cauſa ſumptus factus erit,
eius recuperandi nomine in eum, ad quem ea res pertinet, iudicium dabo. Et-
68 ſi † enim hic ratione ſumptuum Prætor iudicium ſaltem polliceri videtur:
tamen eo ipſo, ſi debitum in perſona rei liquidum ſit, hoc eſt, ſi liquido con-
ſtet, eum funeris impenſas præſtare debuiſſe, interdictum recuperatorium
non excludit, ſed potius tacite promittit: quod non modo arguit verb. perſe-
quatur; ſed & text. in d.l. oſſa 8.§. fin. ibi: actio competit & interdictum: nam
& hoc edictum vel interdictũ de recuperanda funeris impenſa, ex cauſa pro-
69 poſitum eſt: vt, qui † funerauit perſequatur id quod impendit: ſic enim fieri ne
inſepulta corpora iacerent, neue quis de alieno funeretur, d.l.12.§.3.

70 Et † ſi quidem in hereditate aliquid eſt, vel fuit, vnde impenſæ ſoluan-
tur, tanto æquiſſima eſt executio Prætoris; quod qui aliquid propter funus
impendit, cum defuncto contrahere credatur, non cum herede, l.1. Et quod
impenſum hoc, ante omnia, & primo loco deducitur, l. pen. eod.

71 Funeris † autem cauſa ſumptus factus videtur is demum, qui ideo fit,
vt funus ducatur, ſine quo funus duci non poſſit: vt puta, ſi quid impenſum
eſt in delationem funeris; ſed & ſi quid in locum fuerit erogatum in quem
mortuus inferetur, funeris cauſa videri impenſum, Labeo ſcribit: quia neceſ-
ſario locus paratur, in quo corpus conditur, text. in l. 14. §. 3. Digeſt. hoc
tit.

72 Erant † autem & alia de religioſis interdicta: idque ratione ipſius loci, quo
oſſa corporaue conderentur: Neque enim in omnibus indiſtincte locis, loca
religioſa fieri oportebat: ſed grauiter prohibebatur, vt primo in Eccleſiis, l.
73 C. de Sacroſ. Eccleſ. &c. deinde † in ciuitatibus ipſis: vnde Sulpit. ad Cicer.
ab Athe-

Digitized by Google

ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra vrbem, vt darent, impetrare non potui.

Idque apud Romanos, ne ſcilicet ſacra ciuitatis funeſtarentur tantopere cautum erat, vt locus in quo quis ſepulchrum in ciuitate ædificaſſet publicaretur, l. Prætor ait, §. Diuus, Digeſt. de ſepulchr. viol. l. 2. tot. tit. Cod. de relig.

Vnde † ſi in locum publicis vſibus deſtinatum intulerit quis mortuum: 74
Prætor in eum iudicium dat, ſi dolo fecerit: & erit extra ordinem plectendus, modica tamen coercitione, ſed ſi ſine dolo, abſoluendus eſt, l. oſſa, §. 2. ff. de relig.

Quod † tamen iam non obſeruatur, cum de conſuetudine corpora ſepeliantur & ſepulturæ habeantur non tantum in ciuitatibus, ſed in ipſis etiam 75
templis & Eccleſiis. Quod omnibus eſt notiſſ. Clar. in prax. Crim. q. 79. verſ. locus.

Olim † ergo, vti adhuc hodie in nonnullis fit locis, omnia funera extra 76
vrbem deducebantur, vti, & apud gentes quaſdam, primo concrematis corporibus, cineres recondebantur; Vbi † & requirebatur, vt quis ratione domi- 77
nii, vel ſeruitutis, ius inferendi mortui & faciendi locum religioſum habeat: Eatenus igitur in agris atque prædiis extra vrbem liberum cuique erat, deſtinare ſibi locum, in quo vellet ſua vel alterius oſſa corpuſue ſepeliri ac funerari text. in l. ſcriptis 4. in fin. de relig.

Hinc † ab vſufructuario, vel illo qui ſeruitutem habebat, religioſus locus 78
fieri non poterat, l. 2. & l. ſeq. Quemadmodum etiam in Cœmiteriis & aliis publicis ſepulturarum locis, legitima deſtinationis & vſus ratio eſt habenda.

Et ratione dictæ deſtinationis, ſepulchra quædam familiaria dicebantur, quædam hereditaria: illa quæ quis ſibi familiæque ſuæ: hæc quæ quis ſibi heredibuſque ſuis conſtituit, l. familiaria, 5. vel iure hereditario acquiſiuit l. ſeq. d. tit. An vero & quatenus aliis conſortibus non conſentientibus in talibus ſepulchris ſepelire liceat, bene explicatur, l. 6. l. 41. & 43. eod.

De

De locis & itineribus publicis: Et ne quid in loco publico vel itinere fiat.

Tit. III.

Svmmaria.

1 *Loci publici appellatio & hoc interdictum ad areas, & inſulas, & ad agros, & ad vias, ſeu loca extra ciuitatem publica pertinet: Non vero ad vias locaue vrbica: harum enim cura ad Magiſtratus pertinet.*

2 *Loca hic, quemadmodum & bona publica proprie accipiuntur, quæ non ſunt ciuitatis: illa enim abuſiue publica dicuntur: ſed quæ ſunt Populi Romani.*

3 *Qui tituli & leges, loca publica concernant, & de iis principaliter tractent.*

4 *Viarum quædam publicæ ſunt: quædam vicinales, & quædam priuatæ. Et quæ ſint publica via.*

5 *Quæ ſint viæ vicinales.*

6 *Vicinales viæ quatenus ex publicis, vel & collatis priuatorum agris factæ ſunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero ſunt.*

7 *Vlpianus admodum notanter diſtinguit, inter vias vicinales, quæ ex collatione priuatorum iter conſtituunt: & illas, quæ ex collatione priuatorū reficiuntur. Illæ plerumque priuatæ ſunt, niſi vltra memoriam, vel alias legitima conſtitutione publicum plane vſum induerunt.*

8 *Hæc vero via, quæ ex collatione reficitur, non vtique ob id ſtatim priuata eſt. Refectio enim idcirco de communi ſit, quia vſum vtilitatemque communem habet.*

9 *Priuata via dupliciter accipi poſſunt, vel hæ, quæ ſunt in agris, quibus impoſita eſt Seruitus, vt ad agrum alterius ducant: vel hæ, quæ ad agros ducunt, per quas omnibus permeare licet, in quas exitur de via conſulari.*

10 *Vias has, quæ poſt conſularem in villas, vel in alias colonias ducunt, arbitratur Author publicas quoque eſſe.*

11 *Sæpe accidit in ciuitatibus aut etiam agris, vt illi, qui pro ſingulari ſuo vſu ad refectionem viæ, fontis, aquæductus conferunt: ipſam rei proprietatem ac dominium ſibi arrogent: quod non ſemper conſequitur.*

12 *Viæ publicæ, militares dictæ: regiæ quoque & prætoriæ: nobis vero Imperatoria*

Digitized by Google

toria Käyſerliche freye Heer oder Landſtraſſen: etſi ſub Principum, Comitum, vel ciuitatum territorio habeantur: iiſdem etiam vectigalia à tranſeuntibus pendantur, quo nomine illi ſanctas tutaſque vias præſtare tenentur. Tamen ſupremum dominii ac regalium ius ad Imperium Romanum ſpectat: quod in fluminibus quoque notandum erit.

13 Quæritur, An interdictum etiam ad illa loca pertineat quæ ſunt in patrimonio fiſci vel Principis.

14 Emendatio leg. 2. §. hoc interdictum 4. ff. Ne quid in loco publico.

15 Hic de iis rebus locisque agitur, quæ ſunt extra vrbem, in quibus & Imperatores certos ſuos vel Præſides vel Procuratores habebant, ad quorum curam pertinebat, ſi quid in præiudicium locorum fiſcalium, vel ad principis patrimonium pertinentium ageretur.

16 Quamuis Vlpianus ratione talium locorum fiſcalium interdictum nō competere ait: hoc tamen de directo ſaltem & populari interdicto eſt accipiendum: non vero de vtili.

17 Si Princeps ipſe eiuſue Procuratores, etiam circa eiuſmodi loca, vel alienando, vel aliud quid admittendo agerent, aut fieri permitterent, quod in publicum regni aut prouinciæ damnum vergeret: eo ſane nomine ſi non cuique de populo, ſaltem maiori parti, aut ſtatibus Imperii atque regni, ſi non interdictis, ſaltem inſtar eorum licitum eſt intercedere.

18 Cuilibet Magiſtratui rerum publicarum adminiſtratio conceſſa eſt non diſſipatio.

19 Ad ea loca hoc interdictum pertinet, quæ publico extra vrbem vſui deſtinata ſunt: vt ſi quid in illis fiat, quod priuato noceret, Prætor interdicto ſuo intercederet.

20 Romæ viarum intra vrbem cura quatuorviris incumbebat.

21 Ruſticarum vero vel extra vrbem viarum cura Duumuiris demandata erat.

22 Quæſtoribus quoque viarum ſeruandarum ac muniendarum cura demandata erat.

23 Quin & cenſorum etiam antea ea functio fuit, vt in vrbe vias ſternendas ſilice, glarea: extra vrbem ſubſtruendas marginandaſque locarent.

24 Ipſe etiam Auguſtus Imp. eandem curam non dedignatus eſt, ſed cum viarum curator conſtitutus eſſet: etiam viros prætorios viis reficiendis deſignauit, quos binis lictoribus vti voluit.

25 Interdictum de loco publico, ſub quatuor diſtinctis capitibus, quadruplex proponitur in tit. Ne quid in loco publico.

26 Primo ait Prætor, Ne quid in loco publico facias, inue eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur: præterquam quod lege, Senatuſconſulto, edicto, decretoue principum tibi conceſſum eſt.

Digitized by Google

27 *Secundo ait Prætor, in via publica, itinereue publico, facere, immittere quid, quo ea via, idue iter deterius ſit, fiat, veto.*

28 *Tertio ait Prætor. Quod in via publica, itinereue publico factum, immiſſum habes, quo ea via, idue iter deterius ſit, fiat, reſtituas.*

29 *Quarto ait Prætor. Quo minus illi via publica, itinereue publico ire, agere liceat, vim fieri veto.*

30 *Interdicta hæc, quod eundem finem reſpiciant, merito coniungenda ſunt.*

31 *Deteriorem viam fieri accipiendum eſt, ſi vſus eius ad commeandum corrumpatur, hoc eſt, ad eundum vel agendum.*

32 *Non intereſt ſiue ſtatim via deterior fiat, ſiue poſtea: ad hoc enim pertinent verba illa, ſit fiat.*

33 *Interdicta hæc ſunt non tantum prohibitoria reſpectu futuri: ſed etiam reſtitutoria reſpectu eius quod iam factum eſt. Vel etiam compulſorialia.*

34 *Cum id ſaltem Prætor prohibeat, quo locus iterue publicum deterius, vel cui quid damni fiat: Hinc interdicto illud non venit, quod etiam priuatus aliquis reficienda & integranda viæ gratia fecerit.*

35 *An priuato liceat mutare viam publicam ſui forſitan commodi gratia & transferre?*

36 *In quibus caſibus interdictum hoc locum obtineat: Et primo dari, ſi ædificium vel quid ſimile in publico paretur, quod publicæ vtilitati, vel & priuato qualitercunque noceat: vt ſi cui proſpectus ſi cui aditus fiat deterior, aut anguſtior: vel vt minus luminis inſula habeat.*

37 *Mirum alicui videri poſſe, qua ratione alicui inſulæ lumina obſcurari poſſint. Et reſponſio diſſolutioque authoris.*

38 *Si quis à Principe ſimpliciter impetrauerit, vt in publico loco ædificet: non eſt credendus ſic ædificare, vt cum incommodo alicuius id fiat, neque ſic conceditur, niſi forte hoc quis impetrauerit.*

39 *Damnum & intereſſe formati iuris eſſe oportet, vt alicui hoc interdictum detur.*

40 *Qui nemine prohibente in publico ædificauerit, non eſt cogendus tollere, ne ruinis vrbs deformetur: & quia prohibitorium eſt interdictum non reſtitutorium.*

41 *Si tamen id ædificium publico vſui obſtet, vtique is, qui publicis operibus procurat, debebit id deponere: aut ſi non obſtet ſolarium ei imponere.*

42 *Vectigal hoc hic appellatur Solarium ex eo, quod pro ſolo pendatur.*

43 *Si quis quod in publico loco poſitum habuit reficere velit, hoc interdicto locum eſſe Ariſto ait: & prohibendum eum reficere: quod intellige, ſi tale quid poſitum inueniatur, quod publice vel priuatim noceat.*

44 *Aduerſus eum qui molem in mare proiecit interdictum vtile competit ei,*

cuius

cui forte haeres nocitura ſit: ſi autem nemo damnum ſentit, tuendus eſt is, qui in littore ædificat, vel molem in mare iacit.

45 *Quod Vlpianus in l. 2. §. 9. ff* Ne quid in loco public. *ait, Si quis in mari piſcari aut nauigare prohibeatur, non habebit interdictum, quemadmedum nec is, qui in campo publico ludere, vel in publico balneo lauare, aut in theatro ſpectare arceatur: ſed in omnibus his caſibus iniuriarũ actione vtendum eſſe, id omne de directo ſaltem, non vtili interdicto accipiendum eſt.*

46 *Et id quidem reſpectu ſaltem trium priorum capitum interdicti: ex eo enim quod illa de facto aliquo vel immiſſo loquuntur, quod in ſola prohibitione verificari non poteſt: inde directum ſcilicet interdictum hic dari negat ICtus, quod vtile non excludit.*

47 *Si quis foſſam in fundo ſuo fecerit, vt ibi aqua collecta in viam decurrat, hoc interdicto tenebitur: immiſſum enim & hic habere videtur.*

48 *Hoc interdictum pertinet etiam ad ea, quæ paſcuntur in via publica, itinereue publico, & deteriorem faciunt viam. Et hic caſus vtiliſſimus eſt, quo non tantum ſues & alia pecora noxia vias publicas ſubuertere & corrumpere: vel etiam arctare: & ſtabulando occupare prohibentur.*

49 *Transfertur etiam interdictum vtiliter ad ſiluas vel alia prædia publica, & fruticeta, in quæ oues, capræ, boues clanculum, aut vetito more ſolent immitti: quorum pecorum arroſienibus arbores præſertim Nouella & frutices decorticari, truncari & corrumpi ſolent.*

50 *Quo ſane nomine non tantum interdicta competunt, ſed & alia extraordinaria executionum remedia. Quin etiam vtilia ipſis priuatis reddi conuenit, ſi ex paſcuis, locisque publicis in priuatorum agros, atq; prædia, pecudes iſta à paſtoribus immittantur vel euagari permittantur.*

51 *Foſſas quoque & ſpecus, & pontes, per viam publicam, quibus deterior fiat, non fieri interdicto cauetur.*

52 *Huic affine eſt, Si itinera publica, aſſiduo forte vecturarum attritu vel pluuiarum aut inundationum eluuione bient, excauentur, rumpantur: vt vel nullam vel difficilem euntibus, agentibus tranſitum præbeant: nam & hic interdictis compulſorialibus locus eſt, contra eos, quos vias ſarctas tectaſque tenere & conſeruare decebat.*

53 *Quatenus quis teneatur interdicto, ſi ex arbore, quæ ex fundo tuo in via publica ſic ceciderit, vt itineri ſit impedimento?*

Et intereſt, an pro derelicto habeas, ſiue non, hic teneberis, illic vero non: ſi modo actorem ſua impenſa tollere arborem non prohibeas. Ibidem.

54 *Quid a. ſi plus ſumptuum & laboris collocandum in arbore tollenda, quã ve quis tollere eam cupiat? Et quidẽ ſi aliqua tua culpa interceſſit, quod annoſã forte arborẽ tempeſtiue non ſucciderts, vtili ſaltẽ interdicto te teneri verum eſt.*

 55 *Quod*

55 *Quod etiam in ædibus obtinet, quæ ruina collapſa viam publicam occupant: alias ſi extra magnam culpam tale quid accidat: & arborem vel rudera pro derelicto habeas, tunc in deciſione leg. 2. § ſi ex fundo 40. ff. Ne quid in loco pub. acquieſcendum erit.*

56 *Quæritur quidnam Vlpianus in l. 2. § 25. ff. Ne quid in loco publ. per via publica exemptum cõmeatum intelligat? Et commeatum quidem ſextuplici ſignificatu vſurpari affirmat author.*

Et primo quidem notat ipſam itionem, vel eundi actum, vnde commeatus, remeatus, commeare, remeare. Ibidem.

57 *Secundo videtur ſignificare ipſam viam atque ſemitam, qua meari ſolet. Et ita videri poſſet Vlpianum loqui ac intelligendum eſſe, dum ait ſi commeatus, hoc eſt facultas commeandi via publica eximatur.*

58 *Tertio Commeatus pro negociatione vſurpatur.*

59 *Quarto frequentiore & notiſſimo vſu, pro publica commeandi ſecuritate vſurpatur, quod nos ſaluum conductum, & ſecuritatis teſſeram vocamus, de quo ibi latius author.*

60 *Quinto ſignificat veniam publicam, qua vel militibus, vel aliis abeſſe licebat, de quo ibi plura author.*

61 *Sexto ſignificat commeatus Viaticum, & quaſcunque res expẽditorias, vt in militia ſolet fieri, quo ſignificatu aliquoties vtitur Cæſar in commentariis.*

62 *Quod Donatus in Terent. commeatum ait eſſe diſceſſum ex temporali commoratione, ineptum eſt.*

63 *Vlpianus in l. 2. § 25. ff. Ne quid in loco public. non de vna vel altera ſaltem vocabuli poteſtate: ſed ſicut generaliter loquitur: ita de omni & ſextuplici ſignificatione accipiendum eſſe, ipſum interdictum, & quadruplex eiuſdem forma ſuggerit.*

64 *Prohibet enim in ea Prætor vim vel aliud quodcunque fieri, quo minus cui via itinere publico ire agere commode liceat.*

65 *Eximit enim commeatum non modo qui ſemitas, pontes, viaſque ſubducit vel obſtruit.*

66 *Sed & qui commeare prohibet, vel publicam ſecuritatis teſſeram, aut ſaluum conductum aut publicum eundi, agendi, negociandi etiam ius infringit, aut quacunque ratione remoratur: qui merces, equos vel currus, ipſumque commeatum ſiſtunt, deque via eximunt.*

67 *Ineptiſſimum & puerile eſſe, ex ſolis illis viarum rupturis, aut arboribus, quæ in illas ex fundo proximo ceciderunt, ſummam huius interdicti poteſtatem, vtilitatem, tum mentem etiam Prætoris æſtimari & metiri.*

68 Prætor

68 *Prætor etiam hoc interdicto omnes magiſtratus, & eos quibus iſta res incumbit, non tantum itinera, ſemitas, & vias publicas ſartas planaſque, vel ſaltem meabiles, taleſque præſtare iubet, vt ſine damno & incommodo per eaſdem ire agere liceat.*

Sed eaſdem etiam omnium maxime tutas & ſecuras reddere & conſeruare: quinimo à malis præſertim hominibus totam prouinciam purgare mandat ibidem.

69 *Imperator mandat fines Imperij diligenter cuſtodire: qui etiam diſpoſitos milites ſtationarios habere ad tuendam popularium quietem, & ad referendum ſibi quid vbique agatur, debet.*

70 *Niſi Dominus territorij, vias præſertim publicas ſaluas & ſecuras præſtet, direptis & ſpoliatis in iiſdem omne damnum, omniaque ablata reſarcire ac reſtituere tenetur, & compelli quoq; poteſt.*

71 *Cum in Imperio paſſim receptum ſit, vt ciuitatibus earumue legatis, ad ordinarias ac ſolennes nundinas, vel ſtatibus Imperij, ad Comitia Imperialia euntibus, ſalui conductus dentur. Si hoc requirentibus denegetur: vel euntes eorumue legati, vllum inde damnum patiantur, à mandatis & interdictis eo nomine recta proceditur.*

72 *Eadem ratione cum palantes milites, validi mendicantes, & fictitij illi Ægyptii, quos vocant, & ſimilis farina latrunculi, publicam viarum locorumque & diuerſoriorum ſecuritatem, non rare minus tutam faciant, eamque longe magis infeſtent, quam ſi via rupta vel quod aliud in ea obſtaculi poſitum ſit.*

73 *Hinc vltra iuris communis ſanctiones, publicis Imperii conſtitutionibus, non tantum ab interdictis & monitoriis: ſed etiam ab ipſa executione, ſi quid periculoſius immineat, nec acquieſcere illi, vel ex territorio emigrare velint, contra eos procedere, permiſſum, iuſſumque eſt.*

74 *Et ita quidem vt palantes & vagabundi iſti, primo, ſi nihil vltra commiſiſſe adhuc deprehendantur, monitoriis: deinde etiam minis abſterreantur: Sin vero diſcedere noluerint, vel reſiſtere conabuntur, vel etiam vim inferre, ſpoliare, furari attentent, & miſeros ruſticos concutere præſumpſerint, vt vinciantur, diguiſque ſuppliciis afficiantur: vel perſecutione toto territorio exigantur.*

75 *Quo in caſu Interdicta non tantum in ipſos vagabundos fundata ſunt: ſed in municipia etiam, & communitates, pagoſque ſubditos: vt einſmodi vagabundis receptum vel ſtipem non præbeant, ſed potius reſiſtant, viribus etiam ſi opus ſit coadunatis.*

76 *Ad hoc interdictum quoqite pertinet, Ne iniuſſu Principis arma moueantur: quod ipſum etiam pro ſecuritate Imperii, locorumque in eo publi-*

Digitized by Google

corum, non tantum iure Codic. per tit. Vt armorum vſu &c. Sed etiam publicis Imperij conſtitutionibus diligentiſſime cautum & ſancitum eſt.

77 *Extra controuerſiam eſt magnam commeatus exemptionem & illam eſſe: ſi via locaque publica inſolitis vectigalibus quaſi arctentur, iiſque ipſi commeatus, negociationes & vectura onerentur per tit. C. Vectigal. non inſtit. de quo author ſub tit. de loc. pub. fouend. latius tractat.*

78 *Commeatus viarum, locorumque publicorum eximuntur & arctantur contra ſenſum atque mentem huius Interdicti: ſi negociationum, vecturarum, ac commerciorum iura, omnium gentium moribus atque legibus libera & permiſſa, de facto prohibeantur, impediantur, ſiſtantur: quod etiam maximopere Prætoris interdictum & auxilium admittit & expoſtulat.*

De locis & itineribus publicis: Et ne quid in loco publico vel itinere fiat.

Tit. III.

1 SVB † hoc capite, de locis & itineribus publicis, tum de interdictis eorum
nomine competentibus acturi, duo monenda eſſe ducimus: primo quod
hic loci publici appellatio, & hoc interdictum, ad areas, & inſulas, & ad agros,
& ad vias, ſeu loca extra ciuitatem publica pertineat: non vero ad vias, locaue
vrbica, harum enim cura ad magiſtratus pertinet, deque ijs cap. ſeq. dice-
2 mus. l. 2. §. publici 3. & §. hoc Interdict. 24. Ne quid in loc. pub. † Ita vt
loca hic quemadmodum & bona, publica, proprie accipiantur, quæ non ſunt
ciuitatis: illa enim abuſiue publica dicuntur: ſed quæ ſunt populi Romani. l.
bona ii. l. 16. & l. ſeq. de verb. ſig. qualia ſunt etiam littora maris l. 3. & l. 4.
ibid. quantumuis etiam de vijs & operibus ciuitatum ſub hoc ipſo titulo ali-
3 quid intermiſceatur vt d. l. 2. §. 6. 12. 17. † Deinde monendum quod duos
titulos hic coniunctim exequemur, non vſque adeo probe a Triboniano ſe-
paratos. Titulus enim de locis & itin. pub. generaliſſimus eſt, titulum ſeq.
Ne quid in loc. pub. vel itin. fiat comprehendens. Quemadmodum & l. 1. ad
tit. de loc. pub. ad quartum, & l. Neminem 2. ad primum caput interdicti Ne
quid in loc pub. pertinet: ſicut etiam l. viæ 3. nihil aliud, quam generalem viarum
publicarum expoſitionem continet: quæ & in l. 2. §. viam 21. & ſeq. d.
tit. Ne quid in loc. ab eodem Vlpiano, referente eodem Triboniano proponitur.
d. §. 21.

Viarum † igitur quædam publicæ, quædam vicinales, quædam priua- 4
tæ. publicas vias dicimus, quas Græci (βασιλικὰς id eſt regias) noſtri prætorias, alij Conſulares, alii militares vias appellitant, quæ exitum ad mare, aut in vrbes, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent: † Vicina- 5
les ſunt viæ, quæ in vicinis ſunt, & vel in vicos ducunt, vel in militares vias exitum habent, vel & ſine vllo exitu intermoriuntur. † Et quatenus ex pu 6
blicis vel & collatis priuatorum agris factæ ſunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero ſunt, d. l. viæ 3. & d. l. 2 §. viarum 22. † Vbi 7
Vlpian. admodum notanter diſtinguit, inter vias vicinales, quæ ex collatione priuatorum iter conſtituunt, & illas, quæ ex collatione priuatorum reficiuntur: Illæ plerunque priuatæ ſunt: niſi vltra memoriam vel alias legitima conſtitutione publicum plane vſum induxerunt, ſic enim conciliandæ ſunt d. l. 3. in prin. & d. §. 22. † Hæc vero via quæ ex collatione priuatorum reficiatur, 8
non vtique ob id ſtatim priuata eſt: Refectio enim idcirco de communi fit, quia vſum vtilitatemque communem habet, ibid. † Priuatæ viæ duplici- 9
ter accipi poſſunt, vel hæ quæ ſunt in agris, quibus impoſita eſt ſeruitus, vt ad agrum alterius ducant: vel hæ quæ ad agros ducunt, per quas omnibus permeare liceat, in quas exitur de via conſulari: & ſic poſt illam excipit via, vel iter, vel actus ad villam ducens. † Has ergo quæ poſt conſularem excipiunt 10
in villas vel in alias colonias ducentes, putem etiam publicas eſſe, d. l. 2. §. 23. Quod † propterea notandum eſt, cum ſæpe accidat in ciuitatibus, aut etiam 11
in agris, vt illi, qui pro ſingulari ſuo vſu ad refectionem viæ, fontis, aquæductus conferunt, ipſam rei proprietatem ac dominium ſibi arrogent: quod non ſemper conſequitur: † Quemadmodum & viæ publicæ, militares dictæ 12
propterea, & regiæ ac prætoriæ, nobis vero Imperatoriæ Keyſerliche freye heer ſtr. Landſtraſſe inſigniuntur: quod etſi, ſub principum, comitum, vel ciuitatum territorio habeantur, ijdem etiam vectigalia à tranſeuntibus pendantur, quo nomine & ſanctas illi tutaſque vias præſtare tenentur: tamen ſupremum dominij ac regalium Ius ad Imperatorem & Imperium Romanum ſpectat: quod in fluminibus etiam notandum, ac perpetua mente tenendum eſt.

Et † cum de loco publico hic agatur, quæſitum fuit: An interdictum 13
etiam ad illa loca pertineat, quæ ſunt in patrimonio fiſci vel principis? Et Vlpian. non pertinere putat: In his enim neque facere quicquam, neque prohibere priuatus poteſt: res enim fiſcales quaſi propriæ & priuatæ principis ſunt: igitur ſi quis in his aliquid faciat, nequaquam hoc Interdictum locum habebit, ſed ſi forte de his ſit controuerſia, præfecti eorum Iudices ſunt. d. l. 2. §. 4. Et † quamuis ibidem in fine alij legendum putant præfecti æra- 14
rij: tamen hoc erroneum eſſe inde liquet, quod præfecti ærarij reditus

& pe-

Digitized by Google

& pecuniæ fiſci &c. pot ſſimum curæ erant, in ipſa vrbe, per l. Arianus 42. ff.
15 de iur. fiſc. & ibi per tot. Hic † autem de ijs rebus locisque agitur, quæ ſunt
extra vrbem in quibus & Imperatores certos ſuos vel præſides, vel procura-
tores habebant, ad quorum curam pertinebat, ſi quid in præiudicium loco-
16 rum fiſcalium, vel ad principis patrimonium pertinentium ageretur. † Et
quamuis etiam Vlpianus ratione talium locorum fiſcalium Interdictum non
competere ait: tamen hoc de directo ſaltem & populari interdicto eſt acci-
17 piendum: non autem de vtili. † Siquidem enim vel princeps ipſe, eiuſue
Procuratores, etiam circa eiuſmodi loca, vel alienando, vel quid aliud ad-
mittendo agerent fieriue permitterent, quod in publicum Imperij, aut regni,
aut prouinciæ damnum vergeret: eo ſane nomine, ſi non cuique de populo,
ſaltem maiori parti, aut ſtatibus Imperij atque regni, ſi non Interdictis, ſaltem
18 inſtar eorum licitum eſt intercedere. † Quemadmodum & cuilibet ma-
giſtratui rerum publicarum adminiſtratio conceſſa eſt, non diſſipatio l. pro-
hibere 3. §. plane 4. ff. Quod vi aut clam.
19 Ad † ea igitur loca hoc interdictum pertinet, quæ publico extra vr-
bem vſui deſtinata ſunt: vt ſi quid in illis fiat, quod priuato noceret, prætor
intercederet interdicto ſuo d. l. 2. §. 5. Quemadmodum & alias viarum cura
& antiquis ſancta & religioſa eſt habita, adeo vt pro more gentili certa vijs
numina præeſſe dixerint, quæ Dij vij θεοὶ ἐνόδιοι dicebantur, & à Plauto Lares
viales appellantur. ſicuti & Apollo ap. Pauſan. ἀγυιεὺς præſes viarũ nuncupa-
tur. 2. in Corint. & 8. in Arcad. Deæq; vibiliæ ſacrificatum eſſe Arnob. teſtatur
lib. 4. quod ab erroribus viarum mortales liberaret. † Et in flagrantiſſimo im-
perij Romani ſtatu viarum publicarum curam certis magiſtratibus ſemper de-
mandatam fuiſſe legimus, qui ob id Viocuri dicebantur, Var. 4. de ling. lat. vel
20 viarum curatores l. vn. ff. de via pub. & ſi quid. Paul. 6. ſent. §. 2. † Quali-
ter viarum vrbicarum vel intra vrbem cura quatuor viris incumbebat teſte
Pompon. l. 2. §. 30. de orig. iur. Et Dione lib. 58. τέσσαρες τῶν ἐν ἄστει ὁδῶν ἐπι-
μελούμενοι. Feneſtel lib. 2. c. 23. Pomp. Læt. 1. c. 24. Deinde etiam ædilibus l.
lectos 12. ff. de peric. & com. rei vend. l. 1. l. 2. ff. de Loc. & itin. pub. l. 2. §. tra-
ctat. ff. Ne quid in loc. pub. text. d. l. 1. in princ. ff. de via pub. & ſi quid in ea
21 fact. Sueton. in Veſpaſ. c. 5. † Ruſticarum vero vel extra vrbem viarum cu-
ra, duumuiris incumbebat, teſte Dione lib. 54. pag. 331. ibi: οἱ γὰρ δὴ δύο οἱ
τὰς ἔξω τοῦ τείχους ὁδοὺς ἐγχειριζόμενοι, id eſt; duo enim qui extra murum, hoc
22 eſt, vrbem, vias curabant. † Quemadmodum & quæſtoribus viarum ſer-
uandarum ac muniendarum curam demandatam fuiſſe, in Suetonij Claudio
legimus cap. 24. Eberlin. ad tit. de Orig. Iur. c. 25. n. 5.
23 † Quin antea & cenſorum ea functio fuit, vt in vrbe vias ſternendas
24 ſilice, glarea extra vrbem ſubſtruendas marginandaſq; locarent Liui. lib. 41. †
Ipſe

Ipſe etiam Auguſtus Imp. eandem curam non dedignatus eſt: ſed cum viarũ curator conſtitutus fuiſſet, etiam viros prætorios vijs reficiendis deſignauit, quos binis lictoribus vti voluit Dion. lib. 58. poſtea etiam itinera publica refici mandauit partim publicis, partim ſuis, partim ſenatorum quorũdam ſumptibus Dion. lib. 53. Suet. in Aug. cap. 27. ſic etiam Imp. Antonius iſtis viarum curatoribus coercitionis poteſtatem conceſſit, vt punirent, quos videretur, aut certe puniendos ad præfectum vrbi remitterent, Capitol. in M. Ant. Phil. & Plin. lib. 5. epiſt. 15. Cornutum Tertul. commendat, quod ei conſulati demandata eſſet cura viæ Æmiliæ. adeo vt opus regium, & cura principe digniſſima ſit, vt ſubditi, tum quilibet peregrini commode & tuto commeare poſſint l. 1. §. ſumma ff. De his qui deiec. & iſta eadem eleganter complexus eſt Annæ. Robert. in doctiſſimo rer. iudicat. tractatu lib. 2. cap. 3. & tangit etiam quædam D. Gothofred. ad tit. hic.

Quibus † pro explicatione dicti tit. de loc. & itin. pub. generaliter 25
præmiſſis, ad ipſum de loco publico interdictum accedamus: quod ſub qua-
tuor diſtinctis capitibus quadruplex proponitur in d. tit. Ne quid in loc. pub.
† Primo ait prætor: Ne quid in loco publico facias, inue eum locum immit- 26
tas, qua ex re quid illi damni detur: præterquam quod lege, Senatusconſulto,
edicto, decretoue principum tibi conceſſum eſt, de eo quod factum erit, in-
terdictum non dabo, d. l. 2. in princ.

† Deinde ait Prætor: In via publica itinereue publico facere, immittere 27
quid, quo ea via, idue iter deterius ſit, fiat veto. ibid. §. 20.

Tertio † ait prætor: Quod in via publica, itinereue publico factum, 28
immiſſum habes, quo ea via idue iter deterius ſit, fiat, reſtituas. §. 35. ibid.

† Quarto ait Prætor, quo minus illi via publica, itinereue publico ire, 29
agere liceat, vim fieri veto, in §. fin.

Qualia † Interdicta omnia, quod eundem finem reſpiciant, hic meri- 30
to coniungimus: quemadmodum & damnum pati vel ipſam viam iterue de-
terius fieri, promiſcue vſurpatur. Vt enim damnum pati videtur, qui com-
modum amittit, quod ex publico conſequebatur quale quale ſit d. l. 2. §. 11.
Sic † deteriorem fieri viam accipiendum eſt, ſi vſus eius ad commeandum 31
corrumpatur: hoc eſt, ad eundum vel agendum: vt cum plana fuerit, cliuoſa
fiat, vel ex molli aſpera, aut anguſtior ex latiore, aut paluſtris ex ſicca ibid. §.
32. † Neque intereſt ſiue ſtatim via deterior fiat, ſiue poſtea, ad hoc enim 32
pertinent hæc verba, ſit, fiat. etenim quædam ſunt talia, vt ſtatim facto ſuo
noceant: quædam talia, vt in præſentiarum quidem nihil noceant, in futurum
autem nocere debeant ibid. §. 31. † Qualiter & interdicta hæc, reſpectu pu- 33
blicæ vtilitatis & intereſſe, non annua ſiue temporaria, ſed perpetua ſunt &
popularia, condemnatione etiam ex ijs facienda, quanti actoris intereſt ibid.

§.34. & §.pennl. ſuntque non tantum prohibitoria reſpectu futuri ſed etiam
reſtitutoria reſpectu eius quod iam factum eſt §.1.& §.36.ibid. vel & compul-
34 ſorialia per ead.& per text. ibid. §.8 & §.17. ibi: ſi tamen obſtet. † Et cum
id ſaltem prætor prohibeat, quo locus iterum publicum deterius, vel cui quid
damni fiat, hinc illud interdicto non venire palam eſt, quod etiam priuatus
aliquis reficiendæ & integrandæ viæ gratia fecerit per tot. tit. ibid. *& l. 1. de via*
35 *pub. addit. 2. ad Roman. ſing.* 817. *Honded. 2. Conſ.* 100. *n.* 56. An † vero & mu-
tare priuato liceat viam publicam ſui forſan commodi gratia & transferre? Et
ſi vel minimum publicæ vtilitati noceat, priuata autoritate non licere, ipſum
Interdictum ſuggerit: quin etiamſi tam publice quam priuatim translatio
profutura vel melior futura ſit, tamen & hic publicam autoritatem intercede-
re æquum eſt.
36 De † caſibus autem videndum quibus Interdictum hoc detur: Et pri-
mo datur, ſi ædificium vel quid ſimile in publico §.15. præſertim quod publi-
cæ vtilitati vel & priuato qualitercunque noceat: vtpote ſi cui proſpectus, ſi
cui aditus fiat deterior aut anguſtior, §.12. vel vt minus luminis inſula tua &c.
37 habeat §.14. Vbi † quis miretur qua ratione alicui inſulæ lumina obſcurari
poſſint? Et ſciendum eſt non de inſula Angliæ, vel Cypri &c. hic Iureconſul-
tum loqui, ſed de ædificio quod proprio ambitu conſtat: Feſt. in verb Inſula.
Vnde res pretioſiſſimæ in ijs non reponebantur l. 3 §.2. ff. de offic. præf. vigil.
& Alfen. in l. ſi vendita inſula combuſta eſſet. 11. ff. De petic. & Com. rei vend.
& talis Inſulæ cuſtos inſularius dicitur l. 16. §. 1. ff. de vſu. l. 5. §. 1. ff. De inſtitu-
tor. & quod Inſulæ plærunque ab ipſis ædibus proxime aberant, hinc ap-
pellatione domus & Inſulam quoq; iniunctam domui ſimul legatam videri,
& venire ait Papin. ſi vno pretio cum domu fuiſſet comparata, & vtriuſque
penſiones ſimiliter accepto latas rationibus oſtenderetur l. prædijs 91. §. fin. de
38 leg. 3. Si † quis etiam à principe ſimpliciter impetrauerit, vt in publico loco
ædificet, non eſt credendus ſic ædificare, vt cum incommodo alicuius id fiat,
neq; ſic conceditur, niſi forte quis hoc impetrauerit, §.16. d. tit. Nam quoties-
cunque aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, vt ſine iniu-
ria cuiuſquã fiat, & ita ſolet princeps, quotiens aliquid noui operis inſtituen-
39 dum petitur, permittere ib d. §.10. Sed † damnum & intereſſe formati iuris
eſſe oportet vt cui hoc interdictum detur: Si quid enim in loco publico ædi-
ficauero, vt ea quæ ex meo, ad te, nullo iure defluebant, deſinant fluere, inter-
dicto me non teneri Labeo putat, ibid. §. 13. quod intellige, ſi permittente
præſide vel magiſtratu in publico ædificem: Si enim ſecus fiat, etiamſi re-
ſpectu priuati alicuius damni vel intereſſe plene formati non datur Interdi-
ctũ, dabitur tamen reſpectu popularitatis, & publici ſi quod vertatur præiudi-
cii per l. 6. l. fin. ibi: ex voluntate populi, totoque tit. ff. de operib. pub. Dein-
de ſi

Digitized by Google

de ſi non directum, ſaltem vtile Interdictum dabitur. Et ſi † enim qui nemi- 40
ne prohibente in publico ædificauerit, nõ eſt cogendus tollere, ne ruinis vrbs
deformetur: & quia prohibitorium eſt Interdictũ non reſtitutorium. Si † ta- 41
men obſtet id ædificium publico vſui, vtique is qui operibus publicis procu-
rat, debebit id deponere: aut ſi non obſtet, ſolarium ei imponere. † Vectigal 42
enim hoc, hic appellatur ſolarium, ex eo, quod pro ſolo pendatur. §. 17. d. tit.

Ita † tertio: Si quis quod in publico loco poſitum habuit, reficere ve- 43
lit hoc Interdicto locum eſſe Auſto ait, & prohibendum eum reficere. §.7.
quod intellige, ſi tale quid poſitum habeatur, quod publice vel priuatim no-
ceat: Quarto † aduerſus eum qui molem in mare proiecit, interdictum vtile 44
competit ei, cui forte hæc res nocitura ſit, ſi autem nemo damnum ſentit, tu-
endus eſt is, qui in littore ædificat, vel molem in mare iacit ibid. §.8. qui caſus
rectius ad Interdictum de fluminibus referendus eſſet.

Quod † autem Vlp. in §. ſeq. 9. ait: Si quis in mari piſcari aut nauigare 45
prohibeatur, non habebit Interdictum, quemadmodum nec is qui in campo
publico ludere, vel in publico balneo lauare, aut in theatro ſpectare arceatur,
ſed in omnibus his caſibus iniuriarum actione vtendum eſt ibid. § 9. Id omne
de directo ſaltem, non vtili interdicto accipiendum eſt: Et † id quidem re- 46
ſpectu ſaltem trium priorũ capitum interdicti: ex eo enim quod illa de facto
aliquo vel immiſſo loquuntur, quod in ſola prohibitione verificari nõ poteſt,
Inde directum ſcilicet Interdictum hic dari negat Ictus, quod vtile non ex-
cludit d. §.8. & §. 39. & ſingulariter per vim ac intellectum d. §. fin. & poſte-
rioris Interdicti. Quinto ſi quis Cloacam in viam publicam immitteret,
exque ea re minus habilis via fiat, teneri eum Labeo ſcribit: immiſiſſe e-
nim eum videri §.26. Idem ait ſi odore ſolo locus peſtilentioſus fiat non eſſe
abs re de ea interdicto vti ibid. §. 29. Et quamuis hic caſus ad Interdictum
de via publica proprius pertineat; tamen & extra vrbes in locis finitimis pu-
blicis & publice patentibus cloacæ fieri, morticinia pecudum & cadauerum
non raro comportari ſolent, vnde fœtidiſſimus tam aſpectus, quam halitus o-
dorque cauſetur.

Proinde † & Sexto ſi quis foſſam in fundo ſuo fecerit, vt ibi aqua col- 47
lecta in viam decurrat, hoc interdicto tenebitur: immiſſum enim habere et-
iam hunc videri; ibid. §. 27. & late §. ſeq. quem de reſtagnatione aquæ loquen-
tem in ſequentibus meliore loco explicabimus.

Septimo † hoc interdictum etiam ad ea, quæ paſcuntur in via publica, 48
itinereue publico, & deteriorem faciunt viam, pertinet ibid. § 30. qui & ipſe
caſus vtiliſſimus eſt: quo non tantum ſues & alia pecora noxia, vias publicas
ſubuertere ac corrumpere, vel etiam arctare & ſtabulando occupare prohi-
bentur: † Sed transfertur etiam Interdictum vtiliter ad ſiluas, vel alia prædia 49

publica, & fruticeta, in quæ Oues, Capræ, Boues, clanculum, aut vetito more ſolent immitti: quorum pecorum arroſionibus, cum ſoleant arbores, præſertim nouellæ & frutices decorticari, truncari, & corrumpi: iſto ſane nomine, non tantum Interdicta competunt, ſed & alia extraordinaria executionũ re-
50 media. Quin † vtilia etiã interdicta ipſis priuatis reddi conuenit, ſi ex paſcuis locíſque publicis, in priuatorum agros, atque prædia pecudes iſtæ, à paſtorib. immittantur, vel euagari permittantur: quod non raro paſſim, magna cũ priuatorum iactura fieri ſolet. Vti enim ex priuatis locis, in publica eorumque incommoda non eſt excurrendum: ita nec è contra fieri oportet.

51 † Octauo foſſas quoque ſpecus & pontes, per viam publicam, quibus deterior fiat, non fieri Interdicto cauetur d. l. 2. §. 33. quemadmodum ſimiliter non raro fit, vt nullo habito itineris, viæque publicæ reſpectu, arg illa, terraque fodiatur: Vnde foſſæ & profunditates prætereuntib. non modo terribiles, ſed vel aquarum reſtagnatione vel niuium oppletione hyberna, aut obſcuritate noctis, etiam periculoſiſſimæ ſolent produci, quod non eſt ferendũ.
52 Cui † nono vicinum eſt, ſi itinera publica, aſſiduo forte vecturarum attritu, vel pluuiarum aut inundationum eluuione hient, excauentur, rumpantur, vt vel nullum, vel difficilem euntib. agentibus, tranſitum præbeant: nam & hic ſane Interdictis compulſorialibus locus eſt, contra eos, quos vias ſartas tectaſque tenere & conſeruare decebat: præſertim ſi & vectigal eo nomine percipiant: per text. ibid. §. 25. vbi ait Vlp. Si viæ publicæ exemptus commeatus ſit, vel via coarctata, interueniunt magiſtratus: quod gloſſ. explicat. ſi via ad commeandum deterior ſit facta, vel ædificijs coarctata: Quod an & quate-
53 nus conſtet paulo poſt dicemus. † Viſo hic primum pro decimo quatenus ex arbore, quæ ex fundo tuo in via publica ſic ceciderit, vt itineri ſit impedimento, tenearis interdicto? Et intereſt, an pro derelicto habeas, ſiue non: hic, teneberis, illic vero non, ſi modo actorem ſua impenſa tollere arborem non prohibeas ibid. §. 40.

54 Quid † ſi autem plus ſumptuum & laboris collocandum in arbore tollenda, quã vt quis tollere eam cupiat? Et ſiquidem culpa aliqua tua interceſſit, quod annoſam forte arborem tempeſtiue non ſucciderit, vtili ſaltẽ in-
55 terdicto te teneri verius eſt, per ead. & per tit. de damn. infect. &c. † Quod etiã in ædibus obtinet, quæ ruina collapſæ, viam publicam occupant: alias ſi extra magnam culpam, tale quid accidat & arborem, vel rudera, pro derelictis ha-
56 beas, in deciſione d. §. 40. acquieſcendum. † Vbi nunc vndecimo conſiderabimus, quidnam Vlp. in d. §. 25. per viæ publicæ exemptum commeatum intelligat? Et commeatus quidẽ ſextuplici ſignificatu vſurpatur; primo enim notat ipſam itionem, vel eundi actum, vnde commeatus, remeatus, com-
57 meare, remeare: † Secundo ſignificare videtur, ipſam viam, atq; ſemitam,

qua

quia meari ſolet : qualiter & via, & iter, tam actum eundi, quam ipſum tra-
ctum, vel locum quo itur, eadem ratione notant. Et † ita videri poſſet Vlp. 58
loqui, ac intelligendum eſſe, dum ait, ſi commeatus, hoc eſt facultas com-
meandi viæ publicæ eximatur. Tertio commeatus pro negotiatione vſurpa-
tur: vt apud Aurel. Victor. in Anc. Martio, quem præter alia, ad Oſtiam, Co-
loniam, maritimis commeatibus opportunam, in oſtia Tiberis deduxiſſe ait:
Quarto † frequentiore & notiſſimo vſu, pro publica commeandi ſecuritate 59
vſurpatur, quod nos ſaluum iam conductum & ſecuritatis teſſeram vocamus:
vnde Marcian. Nemo poteſt commeatum, remeatumve dare exuli, niſi Im-
perator ex aliqua cauſa l. relegati 4. in fin. ff. de Pœn. l. 31. eod.

Quemadmodum peregrinos, vel prouinciales, ſtudiorum, vel alterius rei gratia Romæ vel & in Italia ſine commeatu, hoc eſt ſine ſingulari conceſſionis formula, commorari non potuiſſe, probat d. l. 2. §. 6. & l. 8. in fin. ff. de iudic.

Quinto † ſignificat veniam publicam qua vel militibus vel aliis abeſſe 60
licebat: Vlp. l. 2. §. 6. Is qui vltra commeatum abeſt, vel vltra formam commeatui datam, ad munera vocari poteſt, ff. ad Municip. Et text. ſing. in l. vn. C. in quib. cauſ. militantes fori præſcript. vti non poſſ. vbi milites vltra annum abeſſe non debere reſcribitur, & niſi commeatum, ad rem propriam componendam, vnius anni inducias oſtenderint ſe accepiſſe, vbi pro ipſa venia & conceſſi commeatus formula vſurpatur. Sic apud Vellei. Pater. lib. 2. Caius Mæuius effeciſſe dicitur, vt commeatu petito, domum venerit, conſulque factus fuerit. Et poſt de C. Nerone, quod & ille, diſſimulata cauſa conſilii ſui, commeatum ab ſocero, atque eodem vitrico, acquieſcendi à continuatione laborum petierit.

Sexto † ſignificat commeatus viaticum, & res quaſcunque expedita- 61
rias, vt in militia ſolet fieri; quo ſignificatu aliquoties vtitur Cæſar in Comm. vt, commeatum ſupportare: Prouiandt zuführen / Neque de frumentis reliquiſque commeatibus erat prouiſum. Et alibi: commeatibus Italicis deſperans. Item: Commeatibus noſtros intercludere inſtituunt: id eſt, frumentum, cibaria, pabula, &c. prohibent.

Quod † autem Donat. in Terent. Commeatum eſſe ait diſceſſum ex 62
temporali commoratione, ineptum eſt. Iam † ſi iſtos ſignificatus conſidere- 63
mus, Vlpian. in d. §. 25. non de vna, vel altera ſaltem vocabuli poteſtate, ſed ſicut generaliter loquitur, ita de omni & ſextuplici ſignificatu accipiendum eſſe, ipſum interdictum, & quadruplex eiuſdem formula ſuggerit. Quo
prætor † prohibet vim vel aliud quodcunque fieri, quo minus cui via itinere- 64
ue publico ire, agere, commode liceat. Eximit enim commeatum, non mo-
do qui ſemitas, pontes, viaſque ſubducit vel obſtruit: Sed † qui & cõmeare 65

Digitized by Google

prohibet, vel publicam ſecuritatis teſſeram, aut ſaluum conductum, aut publicum eundi, agendi, negotiandi etiam ius infringit, aut quacunque ratione
66 remoratur; qui † merces, equos vel currus ipſumque commeatum ſiſtunt, de-
67 que via eximunt, &c. ita † vt ineptiſſimum & puerile ſit, ex ſolis illis viarum rupturis, aut arboribus, quæ in illas ex fundo proximo ceciderint, ſummam huius interdicti poteſtatem, vtilitatem, tum mentem etiam Prætoris æſtimare ac metiri.

68 Duodecimo † igitur hoc interdicto, Prætor, omnes magiſtratus, & eos, quibus iſta res incumbit, non tantum itinera, ſemitas, & vias publicas factas planaſque, vel ſaltem meabiles, taleſque præſtare iubet, vt ſine damno & incommodo per eaſdem ire agereque liceat; ſed eaſdem etiam omnium maxime tutas & ſecuras reddere & conſeruare, quinimo à malis præſertim hominibus totam prouinciam purgare, l. 3. l. congruit, Digeſt. de offic. Præſ. l. in no-
69 mine domini, Cod. de offic. præf. Prætor. vbi † Imperator mandat fines imperii diligenter cuſtodire, & text. l. 1. §. penult, Digeſt. de offic. Præf. vrb. dum ait: & ſane debet etiam diſpoſitos milites ſtationarios habere, ad tuendam popularium quietem, & ad referendum ſibi quid vbique agatur, text. ſing. l. lege Iul. 4. §. 2. Mandatis cauetur, vt præſides ſacrilegos latrones plagiarios conquirant, & prout deliquerint in eos animaduertant, Digeſt. ad l. Iul. Peculat.

70 Adeo † vt niſi dominus territorii, vias præſertim publicas, ſaluas & ſecuras præſtet, direptis & ſpoliatis in eiſdem, omne damnum, omniaque ablata reſarcire ac reſtituere teneatur, & recte compelli poſſit; *per ead. & Barth. l. Ne quid, & ibid. Angel. Peruſin. ff. De incend. & per alia quæ Dn. Schenck Baro in Virid. concluſ. 112. Gail. 2. obſ. 24. Mynſ. 5. obſ. 70. Cuiac. 19. obſ. 11. Wurmſer. tit. fin. obſ 6 & paßim ac com. DD.*

71 Hinc † cum decimotertio, in imperio, paſſim receptum ſit, vt Ciuitatibus earumve legatis, ad ordinarias ac ſolennes nundinas, vel ſtatibus imperii, ad Comitia imperialia euntibus, ſalui conductus dentur: ſi hoc requirentibus denegetur. Vel euntes eorumve legati, vllum inde damnum patiantur, à mandatis & interdictis eo nomine recta proceditur: idque in Camera
72 Imperiali obſeruatur. Eadem † ratione, cum palantes milites, & validi mendicantes, & fictitii illi Tartari, ſeu Ægyptii, quos vocant, & ſimilis farinæ ſtriges & latrunculi, publicam viarum, locorumque & diuerſoriorum publicorum ſecuritatem, non raro minus tutam faciunt, eamque longe magis infe-
73 ſtant, quam ſi via rupta, vel quod aliud in ea obſtaculi poſitum ſit: Hinc † vltra Iuris Communis ſanctiones, publicis imperii conſtitutionibus, non tantum ab interdictis monitoriis, ſed etiam ab ipſa executione, ſi quid periculoſius immineat, nec acquieſcere illi, vel ex territorio emigrare velint, contra eos procedere permiſſum, iuſſumque eſt.

Et

Et ita quidem; vt † palantes & vagabundi iſti, primo, ſi nihil vltra com- 74
miſiſſe adhuc deprehendantur, monitoriis, deinde etiam minis abſterreantur, ſin vero diſcedere noluerint, vel reſiſtere conabuntur, vel etiam vim inferre, ſpoliare, furari attentent, & miſeros ruſticos concutere præſumpſerint, vt vinciantur, digniſque ſuppliciis afficiantur, vel perſecutione toto territorio
exigantur. Vbi † interdicta non tantum in ipſos vagabundos fundata ſunt, 75
ſed in municipia etiam, & communitates, pagoſque ſubditos, vt eiuſmodi vagabundis receptum vel & ſtipem non præbeant, ſed potius reſiſtant, viribus etiam, ſi opus ſit, coadunatis: Conſtitut. Imperii de annis 1442. & 1522. & 48. &c.

Decimo quarto † ad hoc idem interdictum pertinet. Ne iniuſſu Prin- 76
cipis arma moueantur: quod ipſum etiam, pro ſecuritate imperii, locorumque in eodem publicorum, non tantum tit. C. Vt armor. vſus inſcio principe interdictus ſit, 46. lib. 11. Nulli prorſus inquiunt ibi Impp. nobis inſciis atque inconſultis quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur: *Sed* itidem publicis imperii conſtitutionibus diligentiſſime cautum & ſancitum eſt, per ea quæ in ſeq. ad Conſtit. pacis publicæ dicemus.*

Decimoquinto † magnam commeatus exceptionem & illam eſſe ne- 77
mo dubitat, ſi viæ locaque publica, inſolitis vectigalibus quaſi arctentur iiſque ipſi commeatus, negotiationes, & vecturæ onerentur, per tit. C. Vectig. nou. inſtit. non poſſe: & dicemus infra ſub tit. de loc. pub. fiu.

Decimoſexto † commeatus viarum locorumque publicorum eximun- 78
tur & arctantur, contra ſenſum atque mentem huius interdicti, ſi negotiationum, vecturarum, ac commerciorum iura, omnium Gentium moribus atque legibus libera, & permiſſa, de facto prohibeantur, impediantur, ſiſtantur, ſi aditus exportandi & importandi præcludantur; hoc enim non modo aquæ & ignis, ſed alimoniæ etiam, & victus interdictionem ſapit, & propter præſentiſſimum moræ periculum, & intollerabilem facti atrocitatem, eiuſdem generis, hoc eſt facti defenſionem, & proin longe magis paratiſſimum Prætoris interdictum & auxilium admittit & expoſtulat.

Do

De via publica: item, locis rebuſque publicis.

Tit. IV.

Svmmaria.

1 *Author Tribonianum ratione peruerſi ordinis taxat.*

2 *Vt in ſuperiori interdicto de locis & itineribus extra vrbem publicis actum eſt: Ita hic non tantum de viis, ſed etiam de locis publicis fuiſſet agendum.*

3 *Veram huius interdicti cauſam rationemque, primum in locis publicis: deinde in viis publicis: tertio in aliis rebus ad rempublicam pertinentibus conſiſtere, promptum eſſe colligere.*

4 *Primo ex locis publicis vrbicis, illa hic perſtringenda, quæ quod ſanctione quadam præ aliis exempta ſint, ſancta dicuntur, & in l. 2. & ſeq. fin. ſub tit. Ne quid in loco ſacro, &c. relata ſunt.*

5 *Etſi enim iſta cum locis, quæ ita in iure dicuntur ſacris, magnam vicinitatem habeant: tamen quod ſacrorum ratio Authori paulo altius repetita ſit: tum locorum ſanctorum qualitas, non in re alia quam publici iuris ſanctione conſiſtat, idcirco d. l. 2. & ſeq. commodiſſime hic referenda erit.*

6 *In muris itemque portis, & aliis ſanctis locis, aliquid facere, ex quo damnum & incommodum irrogetur, non permittitur, vt ait Hermog. in d. l. 2.*

Ex ſententia Pauli in d. l. fin. Neque muri neque portæ habitari ſine permiſſu Principis, propter fortuita incendia poſſunt. ibidem.

Vlpiano teſte in l. ſacra. §. 4. ff. de rer. diuiſ. Muros municipales nec reficere licet, ſine Principis aut Præſidis auctoritate, nec aliquid eis coniungere aut ſuperponere. ibidem.

7 *Si quis violauerit Muros capite punitur; ſi quis tranſcendat ſcalis admotis, vel alia qualibet ratione.*

8 *Vnde varios hinc caſus interdicendi, tam prohibitorios quam reſtitutorios, peti certum eſt: quemadmodum & illud, an & quatenus iſta adhuc ſint in vſu.*

9 *Nouiſſima eſt veterum Municipiorum ratio: & quod non tantum omne in illis imperium & iuriſdictio: ſed etiam iura ſoli & mœniorum, non ad municipales, ſed ad principem pertinuerint.*

10 *Quem-*

10 Quemadmodum etiam tam exilis tenuiſque erat Municipalium & Curiarum conditio, vt præter notionem cauſarum, & figuratum quendam decurionatus honorem, nihil ferè haberent.

11 Vnde & vix haberi poterant, qui Curiis vacare vellent: quo nomine & per oblationem Curiæ legitimatio introducta.

12 E contra hodie municipalium ciuitatum non tantum imperialium, ſed etiam ducalium, Epiſcopalium prouincialium & ſimilium, vtpote quibus pleriſque iuriſdictio: merum mixtumque imperium competit: longe alia eſt ratio.

13 Vnde apparet, ea quæ de poteſtate, prohibitione, & imperio Principis, in muros municipales dicuntur: nunc ita in pleriſque non obtinere.

14 Niſi quatenus Principes veteris ſtius iuris veſtigia atque iura, in hiſce vel oppidis & communitatibus ſibi reſeruarunt: Quemadmodum & Magiſtratus quilibet ſuperior, in pagis villiſque non priuilegiatis iura iſta adhuc retinet.

15 Quæritur, An muri ciuitatum adeo adhuc ſancti ſint, vt nihil tale in iiſdem fieri poßit: tum an pœna capitis adhuc violatores maneat?

16 Affirmatiua conſtituitur opinio.

17 Priuato ne perforare quidem murum licet, neque quicquam ad illum apponere.

18 Ex placito Burdegalenſi, lex ciuilis irrogans pœnam capitis violanti vel tranſcendenti muros, hodie ſaltem locum habet in ciuitatibus, & temporibus præſidiorum ac belli, alias pœna eſt extraordinaria & arbitraria.

19 Idemque in foßis & omnibus munitionibus obtinet.

20 Si tamen ſub pœna capitis interdicatur ne quis alia quam per portas, aut legitime introeat, vel exeat: & quid contra fiat, pœna ordinaria locum habet.

21 Quemadmodum & tunc ſi dolus aut ſcandalum, aut alia circumſtantia tranſcenſionis delictum augeant.

22 Alia quoque loca publica eiuſdem iuris ſunt, vt Principum vel ciuitatum Theatra, Baſilica, Curia, Balnea, Aquaductus, opera publica & ſimilia. Nam & in his incommodi vel ſcandali quid fieri omnino prohibitum: & ſi quid fiat interdicto ſubiacet.

23 Prohibetur priuato opus nouum facere circa theatrum vel Amphitheatrum: vel & alias quemcunque ſumptum publicum, citra Principis vel Reipub. conſenſum per text. in l. opus nouum ff. de operib. public.

24 Quemadmodum & publice inſcribi nomen alterius, quam Principis vel eius cuius pecunia factum ſit, non licet, adeo vt ne Præſidis quidem nomen liceat ſuperſcribere.

25 *Niſi quatenus quis opus vel publicum, vel ab alio factum marmoribus adornare, vel vtiliter aut neceſſario ſuis ſumptibus legitime reparauerit: ſic enim relictis aliis titulis antiquis, ſuos cum expreſſione ſumma collata inſcribere poteſt.*

26 *Alias ſi nomina vel titulos aliorum, quorum liberalitate opus aliquod publicum factum eſt quis eradere præſumpſerit, Præſes ſeſe interponet: neq; factum, præſertim vero ad inſtantiam eius cui iniuria cenſetur illata, inultum ſinet.*

27 *Quod ipſum etiam in priuatis ædificiis fieri iniurioſum reputatur, & magni ſæpe mali occaſionem præbuit, vt ſi cuius nomen vel titulus ex feneſtris ex picturis, vel ſculpturis iniurioſe excutiatur, deleatur, &c.*

28 *Quod omne Prætor adeo improbat, vt reſtitutionem quoque petenti læſo non ſit denegaturus contra eum, qui rem illicitam & materiam ſeditionis molitus eſt.*

29 *Tranſitum facit Author ad tit. Ad tit. de via publica: qui ampliſſimas & varias interdicendi materias complectitur, non modo ad inhibendum, ſed & reſtituendum, & compellendum.*

Verba edicti ita ſe habent. Ædiles Curules ſtudeant, vt, quæ ſecundum ciuitates ſunt viæ, vbique adæquentur, & effluxiones non noceant domibus.

30 *Studeant autem, vt proprii parietes, & aliorum aliquid, quæ circa domos, quæ ad viam publicam ducunt, non labilia ſint, quatenus vt oportet emundent domini domorum, & conſtruant. Si autem non emundauerint, neque conſtruxerint, mulctent eo quoad illabilia faciant.*

31 *Curent autem, vt nullus effodiat vias, neque ſubruat, neque conſtruat in viis aliquid, &c.*

32 *Conſtruat autem vnuſquiſque vias publicas ſecundum propriam domum: & aquaductus purget, quæ ſub dio ſunt, id eſt cælo libero: & conſtruat ita, vt non prohibeatur vehiculum tranſire.*

33 *Quicunque autem mercede habitant, ſi non conſtruat dominus, ipſi conſtruentes, computent diſpendium in mercedem.*

34 *Studeant autem vt ante Ergaſteria nihil proiectum ſit vel propoſitum: præterquam ſi fullo veſtimenta ſiccet, aut tector trochos exterius ponat. Ponant autem & hi, vt non prohibeant vehiculum ire.*

35 *Non permittant autem rixari in viis, neque ſtercora proiicere: neque morticinia, neque coria iacere.*

36 *Ex omnibus his verbis ſatis colligitur, quod etiam pro viis publicis vrbicis, quatuor illa interdicta, vel interdicti capita, pro ruſticis viis ſuperius relata, rectiſſime vſurpentur, & vſurpata ſint.*

37 Pri-

37 *Primum caput, Ne quid in via vrbica fiat ex quo aliquid damni cui detur, ſatis eſt manifeſtum in verbis, Ne noceant domibus, ne quod labile vel male protectum habeantur.*

38 *Alterum caput, Ne via vrbica deterior fiat, proponitur in verbis, Nullus effodiat vias, neque ſubruat, neque conſtruat in viis aliquid, &c.*

39 *His tertium caput, in quo via deterior facta fuerit, reſtituatur, tollatur, ſubiungatur, ibi, Quod factum eſt diſſoluant, &c.*

40 *Quibus deinde & quartum caput additur, Ne quis via publica ire agere prohibeatur: Vbi quamuis ſolius vehiculi mentio fiat, ne id ire tranſire impediatur: tamen & multo magis eunti agenti conſulit, ne modo qua vis cui fiat, ſed vt ne rixari quidem in viis patiatur.*

41 *His omnibus tandem quintum caput accedit, interdictum videlicet compulſoriale, quo vias publicas ante ſuam quiſque domum ſartas, ſtratas, & purgatas habere iubetur.*

42 *Promittitur quoque his omnibus caput ſingulare, quo ipſi Ædiles & Magiſtratus vias publicas ſternere, reparare & curare iubentur iſthic locis: vbi nulla ſingularis eſt commodi aut iuris ratio, qua priuatus aliquis ad eam rem compellatur: ſed quicquid eſt oneris, ex publico ferendum eſt.*

43 *Ita fora, aliaque loca publica, item vicorum publicorum platea, vti & itinera & pontes, publicis ſumptibus parantur, reparantur, ſternuntur, & verruntur: ſed ita tamen, vt ærario ſatis non ſufficiente, omnes ciues & incolæ conferre teneantur.*

44 *Idque nullo Eccleſiæ vel alterius alias exempti priuilegio attento.*

45 *Cæterum ad pontium itinerumque reparationes refertur etiam munitorium, vt ita nominetur, vel foſſatitum & vallenſe* Burgwall vnnd Grabengeldt/*collecta pro reparandis mænibus, aggeribus, valliſque, item foſſis & munitionibus ciuitatis.*

46 *Iure enim naturæ æquum eſt, vt, qui munitione, eiuſque pace & commodo fruitur, & neceſſario eiuſdem onere participet, ſine quo munitio haberi non poteſt.*

47 *Vnde minus diſcrete aut dextre, ſed male faciunt paſſim Canonici, qui etſi omnibus ciuitatis, totiuſque loci commoditatibus & exemptionibus fruuntur.*

48 *Tamen ad grauiſſimas pontium, itinerum, murorum & munitionum, rerumque ſimilium reparationes, ne de communi quidem Eccleſiæ vel collegii: nedum de propriis bonis conferre ſuſtinent: quaſi priuilegiis & exemptionibus ſuis hoc admodum ſit contrarium.*

49 In quo ipſi contra iura, æquitatem, & pietatem agunt: à qua ipſemet Imperator in locis etiam alias ſibi ſubiectis, Auguſtas domos non eximit.

50 Quæſitum aliquando. An Ciues vel incolæ cogi poſſint ad contribuendum reparationi moeniorum & foſſarum: non obſtante, quod illi de ſumma pace, & periculi vacuitate excipiunt? Et Affirmatiuæ opinioni accedit Author.

51 Tempore pacis & ſecuritatis omnium maxime curandum eſt, quomodo bellorum, & aduerſa tempora ſuſtinere queamus.

52 Eadem ratione & vigilum cuſtodumque ſalaria ordinaria, quatenus ex ciuium contributione conficiuntur, paratam celeremque habent executionem: quia ſimiliter publicæ cum neceſſitatis, tum ſecuritatis cauſam continent.

53 Cum Papinianus in d.l.1.ff.de via public. & ſi quid in ea factum, & c.prædicta, de ipſorum ædilium cura mouiſſet: tandem ad ipſa interdicti capita tranſit, quæ veram interdicti mentem ac poteſtatem arguunt.

54 Et id quidem iuxta ſupra relatam capitum diſtributionem, ita clare ac dilucide, vt magna explicatione non ſit opus. Niſi quod caſus practici huic doctrinæ ſint applicandi.

55 Nemini autem ignotum eſt, quam ſæpe à ciuibus & incolis in præiudicium viæ publicæ, vel & vrbis deformitatem quid fiat.

56 Quo in caſu Papinianus primo omnium illum caſum attingit, cum domorum parietes, frontiſpicia aut faſtigia, &c. labilia ſunt, vel & ruderibus oppleta, aut nimia vaſtitate: vel eo quod non ſatis ſarta tectaue ſint, inhabitabilia ſunt.

57 Hiſce caſibus tam ex mente interdicti, quam de conſuetudine, & ciuitatum vel rerum publicarum bene diſpoſitarum ſtatutis, ſingulariter cautum eſt, vt domini domorum, extruere & reparare eas, vel ad reparandum aliis vendere, cedereue iubeantur, aſtringantur.

58 Idque vel ſub certa mulcta, vel ſub pœna, quod alias Magiſtratus ipſe ſibi eas vindicabit & reparabit: per rationem manifeſtiſſimam, quod Reipublicæ intereſit, ne vrbs ædificiis deformetur aut vaſtetur, ſed vt potius augeatur & colatur.

59 Quod Ædiles ſtudere monentur, vt domus & ædificia ab ipſis Dominis mundentur, exemplo, magnaque & certa rei vtilitate non caret: Sunt enim ſæpe Domini in expurgandis ædibus, earumque lacunis & cloacis adeo negligentes, vt non ſolum domui, ſed toti plateæ, omnibuſque vicinis, odor teterrimus ſit tædio moleſtiæve præſentiſſimæ.

60 Eademque eſt ratio ſi porcorum boumque haræ, caulæque ad vicinorum parietes, citra vllam vel rariſſimam electionem, mundationemque perpetuum & intollerabilem ſuffitum faciant.

Digitized by Google

61 *Quæ & ſimili de cauſa, porcos vrbe Pariſiorum publico aliquando decreto exactos eſſe, memoratur.*

62 *Quod tempore peſtis maximopere eſt vtile & neceſſarium: cum poſſint eiuſmodi ſordidiora animalia foris extra vrbem haberi & teneri, præſertim de æſtate, cum præſentius eſt infectionis periculum.*

63 *Non tantum quo ad homines ſed etiam quoad ipſa iſta animalia, ob nimias ſordes, infectionibus, earumque propagationi admodum obnoxia.*

64 *Quod in §. 2, curare Ædiles iubentur vt nullus effodiat vias, neque ſubruat, neq; conſtruat in viis aliquid: illud non abs re eſt, propter nimiam hominum importunitatem: qua ſub publicis etiam plateis, cauea ſubterraneas protendere: vel gradus earundem in medias plateas porrigere: aut etiam cœnaculum, vel etiam integrum frontiſpicium ita verſus publicum proiicere & exponere ſatagunt: vt plateæ commoditas & aſpectus, detrimentum inde accipiat: & publicum proinde ac priuatum quoq; vicinorum intereſſe vertatur.*

65 *Sequens §. 3. bimembris eſt. iubens vt quiſque non modo viam quantumuis publicam ſecundum propriam domum conſternat: ad quod mandatis & interdictis cogi poteſt.*

66 *Sed vt etiam canales & aquæductus purget, & ita denique viam habeat, quo non modo pedes quis ire, ſed & vehiculum tranſire poſſit.*

67 *Sed nec conductor vel inquilinus hic audietur, ſi de conſtruenda vel reparanda via monitus, ſe ædium dominum eſſe perneget: ſiquidem enim dominus non conſtruat, ipſe ad hoc tenetur: diſpendium vel impenſam in mercedem aut locarium computaturus.*

68 *Eluſorium foret tam interdictum, quam ipſum vias publicas ſtruendi reparandi, & purgandi ſtudium, niſi & contraria vis prohibeatur.*

69 *Et ideo ſingulare Edictum hoc nomine Prætor propoſuit, quod ſubiit. De via & itiner. public. refic. ita ſe habet. Quo minus, ait Prætor, illi viam publicam, iterue publicum aperire, reficere liceat, dum ne ea via, idue iter deterius fiat. vim fieri veto.*

70 *Hoc interdictum inhibitorium eſt, ei competens, cui vis vel inquietatio ſit, iter publicum reficienti.*

71 *Etſi autem hoc Interdictum mere prohibitorium eſſe videtur, nullatenus reſtitutorium: cum nimirum ſi quid damni, ſpecie refectionis in fundum forte vicini, vel in viam publicam proiiciendo detur, pro irrogata iniuria legis Aquiliæ actio competat: quod & in ripa reficienda obtinet.*

72 *Hoc tamen ratione vicinorum potius obtinet, quorum fundo iniuria irrogata eſt.*

73 *Cæterum ſi via ipſa publica deterior fiat Interdicto vtique & quidem reſtitutorio locus erit; per verba: Dum ne ea via, idúdue iter deterius fiat.*

74 *Quin & compulſoriali locus erit Mandato: ſi quis enim viam publicam exarauerit, &c. ad munitionem eius ſolus compelletur.*

75 *Interdictum hoc non tantum ad vias ruſticas vt vult Cuiacius: vel ad vrbicas ſolum pertinet, ſed ad vtraſq;.*

76 *In incepto de via publica Interdicto pergit Author, inquiens Prætorem in §. 2. vetare, ne officinarum purgamenta, vt ſartorum ſutorumq; veteramenta, & ſimilia: & morticinia, aut mactatorum proluuies ac ſtercora, in publicum aut plateas proijciantur.*

77 *Quo ipſo & de purgatione id continetur, ne vltra modum lutoſa linquantur plateæ: eiuſque ratio adducitur ibidem.*

78 *Ratio fauorque politiæ, & commeandi neceſſitas publica exquirit, ipſeque Prætor hoc interdicto iubet, vt ante ſuam quiſque domum plateas cum publicas tum priuatas mundas & purgatas teneat.*

79 *Ad quod etiam à Magiſtratu ſub mulcta compelli poteſt nullo obſtante priuilegio, appellationis vel prouocationis ſuſpenſione nullatenus admiſſa.*

80 *Tito Veſpaſiano iuſſu Caligulæ, pallium, luto aliquando oppletum & conſperſum fuit, quod ædilis exiſtens, vias mundari non iuſſiſſet.*

81 *Negligentes hac in re ciues, ad purgandas plateas, ſub mulctis & pœnis compelli poſſunt.*

82 *Eadem ratione nec lectos olim in via poſitos habere licebat, quos alias ædiles concidiſſe leguntur.*

83 *Nec animalia noxia in viis, quibus vulgo iter fit, haberi debent.*

84 *Romani Magiſtratus, ipſique Ædiles & Prætores adeo ad omnem honeſtatem intenti fuerunt, vt iuxta deciſionem §. fin. hoc in tit. ne rixari quidem in viis permiſerint.*

85 *Et id quidem haud immerito: Cum rixari in viis non modo ſcandaloſum, & res mali exempli ſit: & per ſe turpe ac inſanum: ſed etiam quod ſeditionis, & tumultus faciendi materiam contineat.*

86 *Ex leg. 2. Digeſt. Ne quid in loco public. vel itin. fiat, & illi caſus ad hunc titulum vtiliter referuntur: quibus quacunque ratione in publico aliquid ponitur, quod non modo viæ officiat, ſed etiam qua alia ratione, vel publice, vel etiam priuatim cui incommodatur.*

57 *Vt ſi cui aſpectus vel aditus deterior, aut anguſtior fiat, ſi lumina obſcurentur.*

88 *Prætor publici loci cauſam, vt ex §. 6. animaduertere licet, etiam reſpectu*

ipſius

Digitized by Google

ipſius aeris atque luminis conſiderauit, eoque nomine ſingulare edictum propoſuit: cuius ex Vlpiano quidem ibi mentio ſit, ſed à Triboniano nec plene neque oportune relatum eſt.

89 *Cum quidam vt inquit Vlpianus velum in Mœniano immiſſum haberet, quo vicini luminibus efficiebat, vtile interdictum competit, Ne quid in loco publico immittas, qua ex re luminibus Caij Seij officias: & ini-bi vide pertinentia ad hoc iura.*

90 *Cum ex ſuperiore Interdicto Prætoris & omnis Magiſtratus cura, in locis viiſque extra vrbem publicis ſingularis fuiſſet, vt commeatus vndiquaque facilis, tutus & ſecurus eſſet.*

91 *Hinc ſane in hoc ipſo quoque Interdicto, in viis vrbicis tutis ſartiſque præſtandis, ſi non maior, certe nec minor Magiſtratus & Prætoris in hoc cura fuit, & eſſe quoque debet.*

92 *Et equidem primo omnia omnino crimina Præfectus vrbis ſibi vindicare, hoc eſt, proceſſibus pœnalibus reprimere, retundere, & præcauere iubetur.*

93 *Secundo etiam ſeruorum & patronorum indigentiis cauſis celeri remedio ſuccurrere, vt ſcilicet his alimenta non deſint, & ægretis poſſint exhiberi: Illi vero ab omni nimia dominorum ſæuitia, duricie aut fame qua ſe premi queruntur, liberentur: & ne mancipia proſtituantur.*

94 *Tertio non modo ex Interdictis, Quod vi aut clam, aut vnde vi, procedere debet præſes in caſibus propriis: ſed poteſt etiam ſuo Imperio recta intercedere, ſi in tutelarum cauſis, euidenti fraude vel periculoſe quid geri intellexerit.*

95 *Qua ratione, & tutori de malis pupilli moribus, aut effrena contumacia, aut prodigalitate conquerenti, præſentiſſimum eſſe conuenit, Prætoris aut Præfecti auxilium.*

96 *Quarto cum Patronus vel Dominus: aut pater materue familias contemni ſe à liberto, vel famulis, vel grauem contumeliam, aut conuitium ab iis paſſos ſe dixerint: Præfectus vrbis adiri ſolet, & pro modo querelæ corrigere: aut pro modo delicti, vlterius procedere, cum pœna eius poteſt.*

97 *Sexto curare debet Præfectus vrbi, vt nummularij, item Aurifabri, monetarii: quin & alii omnes, qui verſuram aut fabricam quamcunque exercent, & fraudem materiarum committere poſſunt, vt probe ſe agant circa omne negocium ſuum, & temperent ab his quæ ſunt prohibita.*

98 *Septimo cura etiam omnis carnis, vt iuſto pretio præbeatur: ad curam Præfecturæ pertinet: & ideo forum ſuarium ſub ipſius cura eſt: ſed & cætero-*

Digitized by Google

[illegible] ſtellaas.

99 [illegible]

100 In quam [illegible]

101 [illegible] quam [illegible]

102 Ubi [illegible] fraudulentos, pœnam pecuniariam eamque dignam non deeſſe oportere, hoc ipſa Lex arguit, & [illegible] Senatus [illegible] ſæpius decretum eſt : adeo ut [illegible] non [illegible] mulcta, ſed exilio [illegible], tanquam Regni [illegible] dignum.

103 Et quamuis precium vini frumenti, carnium, pannorum rerumque ſimilium propter momentaneas temporum varietates, certum ac definitum conſtitui non poteſt.

104 Tamen curare & prouidere poteſt, quinimo debet Magiſtratus, ne annona nimium flagelletur : & cenſuatores, qui prouentum facere non poſſunt, plane exhauriantur.

105 Cui malo obuiari poteſt, ſi Magiſtratus dignam ſolicitudinem adhibeat, ut domos frumentarias, cellaſque vinarias ita inſtructas habeat, ut annonæ difficultas ex iis ſuſtineri poſſit.

106 Cum in viis publicis rixari Prætor prohibeat : multo magis illa prohibet, quibus popularium quies & Republ. tranquillitas vllatenus poſſit turbari.

107 Hæc enim diſciplina ſingulariter Præfecti vrbis incumbit adeo vt etiam milites ſtationarios (vel vigiles ſaltem & cuſtodes) habere eum deceat, ad tuendam popularium quietem : & ad referendam ſibi quod vbique agatur.

108 Ut ne qua conſpiratio, ne quod collegium illicitum : ne denique vllus tumultus, vel ſeditio, vel publicæ & priuatæ paci fiat offenſio.

109 Denique quicquid intra vrbem : vel etiam extra fines & pomœria admittitur, ad fidem, curam & inſpectionem Præfecti, & Magiſtratus vrbici, pro ratione competentis Iuriſdictionis pertinet.

DE

De via publica: item, locis rebuſque publicis.

TIT. IV.

ET hoc ipſo capite, duos titulos, ſimiliter male à Triboniano ſeparatos, coniungemus & explicabimus: Titulus enim de via pub. & ſi quid in eo factum eſſe dicatur, ſub tit. ſeq. de via pub. & itin. pub. vel econtra comprehendendus fuiſſet. † Sed & in eo male Tribon. quod ipſas Interdictorum 1 formulas atque capita, qualia in ſuperiore interdicto diligentius eſt perſecutus plane omiſit vel ſaltem confuſe proponit, & ſolam Interdicti de via reficienda formulam perſtringit: & quod de vijs ſolummodo publicis agit, reliqua loca reſque publicas omiſit.

Vt † enim in ſuperiore Interdicto, de locis & Itineribus extra vrbem 2 publicis egit: Ita hic, non tantum de vijs, ſed etiam locis publicis agere debuiſſet. Quippe, † quod veram huius Interdicti cauſam rationemque, 3 primū in locis publicis, deinde in vijs publicis, tertio in alijs rebus ad rempub. pertinentibus, conſiſtere, promptiſſimum ſit colligere, cum ex d. titulis, tum aliunde.

Primo † igitur ex locis publicis vrbicis, illa hic perſtringenda, quæ, 4 quod ſanctione quadam, præ alijs exempta ſint, ſancta dicuntur, & in l. 1. & ſeq. fin. ſub tit. Ne quid in loco ſacro fiat, relata ſunt. Etſi † enim iſta, 5 cum locis, quæ ita in iure dicuntur ſacris, magnam vicinitatem habent: tamen quod ſacrorum ratio nobis paulo altius repetita ſit, per ea quæ ſup. tum quod locorum ſanctorum qualitas, non in re alia, quam public. Iuris ſanctione conſiſtat: iccirco d. l. 2. & ſeq. huc commodiſſime referentur.

Ait † igitur Hermogen. d. l. 2. In muris itemque portis & alijs ſanctis 6 locis aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irrogetur non permittitur. Et Paul. d. l. fin. Neque muri neque portæ habitari ſine permiſſu principis, propter fortuita incendia, poſſunt. Quin teſte Vlpian. Muros municipales nec reficere licet, ſine principis aut præſidis autoritate, nec aliquid eis coniungere aut ſuperponere, l. ſacra 4. § 4. ff. de rer. diuiſ. In municipijs enim muros eſſe ſanctos reſponſum eſt, prohibetique oportere, ne quid in his immitteretur. l. 1. in pr. l. 3. §. fin. eod.

Et † ibidem Pomponius ſi quis, ait, violauerit muros, capite punitur: 7 ſi quis tranſcendat ſcalis admotis, vel alia qualibet ratione: Nam ciues Romanos, alia quam per portas egredi non licet: cum illud hoſtile & abominandum ſit: Nam & Romuli frater Remus occiſus traditur ob id quod

Xxx murum

Digitized by Google

murum tranſcendere voluerit dict. loc. eoque nomine nec executionem ob
debitum, etiam ciuitatis, in muris, eo quod ſancti ſint, fieri poſſe arbitran-
8 tur *per l. fin. ff. Vt in poſſeſſ. legat. Capic. deciſ. 27. num. 43.* Vnde † varij ca-
ſus interdicendi, tum prohibitorij tum reſtitutorij petuntur: quod adeo
clarum eſt, vt explicatione non egeat, quemadmodum nec illud an & qua-
9 tenus iſta adhuc ſint in vſu. † Quippe quod notiſſima ſit veterum munici-
piorum ratio, & quod non tantum, omne, in illis Imperium, & Iuriſdictio,
ſed etiam iura ſoli, & mæniorum, non ad municipales, ſed ad principem per-
10 tinuerint: † Quemadmodum etiam tam exilis tenuiſque erat municipali-
um & curiatum conditio, vt præter notionem cauſarum, & figuratum quen-
11 dam decurionatus honorem, nihil ferè haberent. Vnde † & vix haberi po-
terant, qui curijs vacare vellent: quo nomine & per oblationem curiæ legiti-
12 matio introducta, per vulg. Vbi † è contra, municipalium hodie ciuitatum,
non tantum imperialium, ſed etiam ducalium, Epiſcopalium, prouincialium,
& ſimilium, vtpote quibus plæriſque Iuriſdictio merum mixtumque Impe-
rium competit, vel priuilegijs vel exemptionibus & conſuetudinibus vel &
pactis, item contractibus aut benemeritis acquiſitum, longe alia eſt conditio.
13 Vnde † ſtatim apparet, ea quæ de poteſtate, prohibitione, & imperio princi-
14 pis, in muros municipales dicuntur, nunc ita in plæriſq; non obtinere. Niſi †
quatenus principes veteris iſtius Iuris veſtigia, atque iura, in hiſce vel illis op-
pidis & communitatibus, ſibi reſeruarunt: quemadmodum & magiſtratus
quilibet ſuperior, in pagis villiſque non priuilegiatis iura iſta adhuc retinet.
15 Vbi † nunc illud tamen quæri ſolet: An muri ciuitatum adeo adhuc ſancti
ſint, vt nihil tale in iiſdem fieri poſſit, tum an pœna capitis adhuc violatores
16 maneat? Et † illud omnino affirmatur, cum ciuitates Iuriſdictionem, me-
rum mixtumque Imperium habentes, ius principis habeant, quo ad ipſa et-
iam mœnia, eo vt tales magiſtratus, rectiſſime & hoc caſu interdicant, quo-
tieſcunque quid ſine illorum ſcitu, aut ſingulari conceſſione, in muris fiat,
17 per ead. † adeo vt priuato ne perforare quidem murum liceat, neque quid-
quam ad illum apponere per l. qui perforauerit ff. ad l. Iul. pecul. & per ead.
18 quæ ſup. † Cum hoc omne ſolius magiſtratus, vel totius populi conſenſu
ſaltem fieri liceat *gloſ. in d. l. 4. §. muros per text. in l. omnes 2. C. de oper. pub. Papon.
lib 6. tit. 1. n. 15.*
19 Vbi † ex placito Burdegallenſe recte reſpondetur etiam ad alteram
quæſtionem, quod lex ciuilis irrogans pœnam capitis, violanti vel tranſcen-
denti muros hodie locum ſaltem habeat, in ciuitatibus, & temporibus præ-
ſidiorum, ac belli: alias pœnam eſſe extraordinariam & arbitrariam, per
not. in l. deſertorem §. in bello, verſ. nec non ff. de re milit. Barth. d. l. fin.
num. 2.

Idem-

Digitized by Google

Idemque in foſſis & omnibus munitionibus obtinet *Iul. Clar. §. fin. q.* 68. *verſ. muros & ibi Roland.* 2. *Conſ.* 84. *num.* 25. *Boer. deciſ.* 232. † Si tamen 20
ſub pœna capitis interdicatur ne quis alia quam per portas aut legitime introeat vel exeat, & ſi quid contra fiat, pœnam ordinariam locum habere conſequitur per d. l. deſert. &c.

Quemadmodum † & tunc ſi dolus, aut ſcandalum aut aliæ circum- 21
ſtantiæ tranſcenſionis delictum augeant, *per ea quæ Alberic. d. l. fin. num.* 1. *Clar. d. loc.* licet Roland. d. num. 25. pœnam capitis in ſola vrbe Roma obtinere putat, quod aliter probatum eſt per d. l. ſacra 4. §. 4. Cum quælibet ciuitas & Reſpublica ſibi Roma ſit, & quilibet magiſtratus ſibi princeps ſit, quo ad iura communia in ſuos ſuaque ſibi competentia.

Sed † & alia loca publica eiuſdem iuris ſunt: vt principum vel ciuita- 22
tum theatra, Baſilicæ, curiæ, Balineæ, aquæductus, operæ publicæ & ſimilia: Nam & in his incommodi vel ſcandali quid fieri omnino, prohibitum, & ſi quid fiat, Interdicto ſubiacet: per ead. & quæ ſup. Quo † facit text. l. opus 23
nouum 3. ff. de oper. pub. quo prohibetur priuato opus nouum facere circa theatrum vel amphitheatrum: vel & alias quemcunque ſumptum publicum, citra principis vel reip. conſenſum: Quemadmodum † & publico in 24
ſcribi nomen alterius, quam principis, vel eius, cuius pecunia factum ſit, non licet: ibid. adeo vt ne præſidis quidem nomen liceat ſuperſcribere l. 4. eod. Niſi † quatenus quis opus vel publicũ vel ab alio factum marmoribus ador- 25
nare, vel vtiliter aut neceſſario ſuis ſumptibus legitime reparauerit, ſic enim relictis alijs titulis antiquis, & ſuos cum expreſſione ſummæ collatæ inſcribere poteſt l. fin. d. tit.

Alias † ſi nomina vel titulos aliorum, quorũ liberalitate opus aliquod 26
publicum factum eſt, quis eradere præſumpſerit, præſes ſeſe interponet: neque factum præſertim vero ad inſtantiam eius cui Iniuria cenſetur illata, inultum ſinet, per text. l. 2. in fin. ibid. Quod † ipſum etiam, in priuatis ædi- 27
ficijs fieri iniurioſum reputatur, & magni ſæpe mali occaſionem præbuit: vt ſi cuius nomen, vel titulus, ex feneſtris, ex picturis vel ſculpturis iniurioſe excutiatur, deleatur &c. Quod omne prætor adeo improbat, vt reſtitutio- 28
nem quoque petenti læſo non ſit denegaturus, contra eum, qui rem illicitam, & materiam ſeditionis molitus eſt, per ead. & d. l. 4. ibi: materiam ſeditionis.

Quibus † præmiſſis ad dict. tit. de via publica, & ſi quid in ea factum, 29
accedemus: qui ampliſſimas & varias interdicendi materias continens, non modo ad inhibendum, ſed & reſtituendum, compellendum, ita habet: Æ-diles inquit Curules ſtudeant, vt quæ ſecundum ciuitates ſunt viæ, vt vbique adæquentur, & effluxiones non noceant domibus: & pontem faciant, vbicunque oportet,

Digitized by Google

30 Studeant † autem vt proprij parietes, & aliorum aliquid, quæ circa
domos, quæ ad viam publicam ducuntur, non labilia ſint, quatenus vt opor-
tet, emundent Domini domorum, & conſtruant. Si autem non emunda-
uerint neque conſtruxerint: mulctent eos, quod illabilia faciant. Curent
31 † autem, vt nullus effodiat vias, neque ſubruat, neque conſtruat in vijs ali-
quid: Si autem ſeruus quidem fuerit, ab obuiante fuſtigetur: Si liber, de-
monſtretur ædilibus: ædiles autem damnificent, ſecundum legem: &, quod
factum eſt, diſſoluant.

32 Conſtruat † autem vias publicas vnuſquiſque ſecundum propriam
domum: & aquæductus purget, qui ſub dio ſunt, id eſt, cœlo libero, & con-
33 ſtruat ita, vt non prohibeatur vehiculum tranſire. Quicunque † autem
mercede habitant: ſi non conſtruat Dominus, ipſi conſtruentes, compu-
34 tent diſpendium in mercedem. Studeant † autem, vt ante ergaſteria nihil
proiectum ſit, vel propoſitum: præterquam ſi fullo veſtimenta ſiccet, aut
tecton trochos exterius ponat. Ponant autem & hi, vt non prohibeant vehi-
culum ire.

35 Non † permittant autem rixari in vijs, neque ſtercora proijcere: ne-
36 que morticina, neque coria iacere. Ex † quibus verbis ſatis colligitur, quod
etiam pro vijs publicis vrbicis, quatuor illa interdicta vel interdicti capita,
pro ruſticis vijs ſupra relata, rectiſſime vſurpentur, & vſurpata ſint: Primum
37 † enim caput, Ne quid in via vrbica fiat, ex quo aliquid damni cui detur, ſa-
tis eſt manifeſtum, in verbis, Ne noceant domibus, ne quod labile, vel male
38 proiectum habeatur. Alterum † caput, Ne via vrbica deterior fiat, pro-
ponitur in verbis, Nullus effodiat vias, neque ſubruat: neque conſtruat in
39 vijs aliquid &c. Quibus † tertium caput, vt quo via deterior facta fuerit
reſtituatur tollatur, ſtatim ſubiungitur: ibi: Quod factum eſt diſſoluant &c.
40 †Quibus deinde & quartum caput additur: Ne quis via publica ire agere
prohibeatur: Vbi quamuis ſolius vehiculi mentio fiat, ne id ire tranſire im-
pediatur: tamen & multo magis eunti agenti conſulit: ne modo qua vis
cui fiat, ſed vt ne rixari quidem in vijs patiatur.

41 Quibus † omnibus præterea & quintum caput accedit: Interdictum
videlicet, compulſoriale, quo vias publicas ante ſuam quiſque domum ſar-
42 tas, ſtratas, & purgatas habere iubetur: præmiſſo † iſtis omnibus capite ſin-
gulari, quo ipſi ædiles, & magiſtratus vias publicas ſternere, reparare, & cu-
rare iubentur, iſthic loci, vbi nulla ſingularis eſt commodi aut iuris ratio,
qua priuatus aliquis ad rem eam compellatur. Hoc ergo quicquid eſt oneris,
ex publico ferendum eſt:

43 Ita † fora aliaque loca publica, item vicorum publicorum platea, vti
& itinera, & pontes, publicis ſumptibus parantur, reparantur, ſternuntur, &

vetrun-

Digitized by Google

vertuntur: ſed ita tamen, vt ærario ſ.tis non ſufficiente, omnes ciues & inco-
læ conferre teneantur: idque † nullo eccleſiæ vel alterius alias exempti pri- 44
vilegio attento, text. l. ad inſtructiones itinerum pontiumque inquit Imp.
etiam diuinas domos & venerabiles eccleſias, tam laudabili titulo diligenter
aſcripſimus, quia non eſt inter ſordida munera numerandum, C. de Sacroſ.
Eccleſ. eademque conſtitutio repetitur & ad domos Auguſtas extenditur in
l. abſit, Cod. de priuil. domus Aug. lib. 11. Anna. Robert. Rer. iudic. 2. cap. 3. ſub fin.
Cæterum † ad pontium itinerumq; reparationes, referrur etiam munitorium 45
vt ita dicam, vel foſſaritum, & vallenſe, Burgwall vnd Grabengeldt/collecta
pro reparandis mænibus, aggeribus, valliſque, item foſſis & munitionibus ci-
uitatis: Cum † iure naturæ æquum ſit, vt qui munitione, eiuſq; pace & com- 46
modo fruitur, & neceſſario eiuſdem onere participet, ſine quo munitio habe-
ri non poteſt, per l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur. &c. Vnde † minus de- 47
xtre aut diſcrete, ſed male faciunt paſſim Canonici, qui etſi omnibus ciuitatis
totiuſque loci cõmoditatibus & exemptionibus fruuntur: tamen † ad grauiſ- 48
ſimas pontium, itinerum, murorum & munitionum rerumque ſimilium repa-
rationes ne de communi quidem eccleſiæ vel collegii nedum de propriis bo-
nis conferre ſuſtinent, quaſi priuilegiis & exemptionibus ſuis hoc admodum
ſit contrarium: In † quo ipſi contra iura, æquitatem ac pietatem agunt: à 49
qua ipſemet Imp. in locis etiam alias ſibi ſubiectis Auguſtas domos non exi-
mit, d. l. abſit, vt nos inſtructiones viæ publicæ, & pontium ſtratorumque ope-
ra, inter ſordida munera numeremus, &c.

Vbi aliquando quæſitum, an cogi etiam poſſint ciues & incolæ, ad con- 50
tribuendum reparationi mæniorum & foſſarum, non obſtante quod illi de
ſumma pace & periculi vacuitate excipiunt: Et omnino cogi poſſe, arreſto
Pariſienſi recte decretum eſt, contra incolas Aurelianenſes, referente Pap. d.
tit. num. 3.

Tempore † enim pacis & ſecuritatis omnium maxime curandum eſt, 51
quomodo bellorum, & aduerſa tempora ſuſtinere queamus, arg. illius Teren-
tiani: cum res ſecundæ ſunt maxime, &c. Eadem † ratione & vigilum cu- 52
ſtodumque ſalaria ordinaria, quatenus ex ciuium intributione conficiuntur,
paratam celeremque habent exſecutionem: quia ſimiliter publicæ cum ne-
ceſſitatis tum ſecuritatis cauſam continent.

Cum † igitur iſta de ipſorum ædilium cura mouiſſet Pap. & ex eo Trib. 53
d. l. 1. in princ. de via pub. & ſi quid in ea fact. ad ipſa interdicti capita tranſit,
quæ tumultuarie quidem proponuntur, ſed tamen veram interdicti mentem
ac poteſtatem arguunt.

Et † id quidem, iuxta relatam ſupra noſtram capitum diſtributionem, 54
ita clare ac dilucide, vt magna explicatione non ſit opus: Niſi quod caſus

Digitized by Google

55 practicos applicare lubeat: Quis † enim ignorat, quã ſæpe à ciuibus & incolis,
56 in præiudicium viæ publicæ, vel & vrbis deformitatem quid fiat: Vbi † primo
omnium, illum caſum attingit Papin. cum domorum parietes, frontiſpicia,
aut faſtigia, &c. labilia ſunt, vel & ruderibus oppleta, aut nimia vaſtitate, vel
57 eo, quod non ſatis ſarta tectaue ſint, inhabitabilia ſunt: Hiſce † enim caſibus,
tam ex mente interdicti, quam de conſuetudine, & ciuitatum vel rerũpubli-
carum bene diſpoſitarum ſtatutis, ſingulariter cautum eſt, vt domini domo-
rum, extruere, & reparare eas, vel ad reparandum aliis vendere cedereue iu-
58 beantur, aſtringantur, idque † vel ſub certa mulcta, vel ſub pœna, quod alias
magiſtratus ipſe ſibi eas vindicabit & reparabit, text. & deciſio in l. Ad curato-
ris 46. ff. de dam. infect. vbi Paul. Ad curatoris Reip. officium ſpectare ait, vt,
dirutæ domus, extruantur: alioqui ſumptu publico extructam, ſi dominus ad
tempus pecuniam impenſam cum vſuris reſtituere noluerit, iure à Rep. diſtra-
hi, fac. l. 52 §. 10. ff. pro ſoc. l. 2. C. in quibus cauſ. pig. l. fin. in med. Cod. de iur.
dom. text. clariſ. l. 7. præſes prouinciæ inſpectis ædificiis dominos eorum, cau-
ſa cognita reficere ea compellat: & aduerſus detrectantem competenti reme-
dio deformitati auxilium ferat, ff. de offic. præſid. per rationem manifeſtiſſi-
mam, quod reip. interſit, ne vrbs ædificiis deformetur aut vaſtetur, ſed vt po-
tius augeatur & colatur.

Quemadmodum & ſæpe viſum, vt vel parietes vel frontiſpicia ædium
vetuſtate corruerint, ſummo tranſeuntium cum diſcrimine. Et † illud quod
59 ſtudere ædiles monentur, vt domus & ædificia, ab ipſis dominis mundentur,
exemplo, magnaque & certa rei vtilitate non caret: ſunt enim ſæpe domini
in expurgandis ædibus, earumque lacunis, cloacis, & colliquiis, adeo negli-
gentes, vt non ſoli domui, ſed toti plateæ, omnibuſque vicinis ſqualor teterri-
mus, odorque funeſtiſſimus & peſtilentialis, ſit tædio moleſtiæue præſentiſ-
ſimæ.

Eademque † eſt ratio, ſi porcorum, boumque haræ, caulæque, ad vici-
60 norum parietes appoſitæ, citra vllam vel rariſſimam elotionem, mundatio-
nemque, perpetuum & intollerabilem ſuffitum faciant, quem magno ære,
Sabæi cum thuris odore, velis mutare; & *ſunt text. in l. 2. §. 26. & 29. in ſuperio-*
61 *re cap. relati ex tit. Ne quid in loc. pub.* Qua † & ſimili de cauſa, porcos vrbe Pa-
riſiorum aliquando decreto exactos eſſe, memorat Pap. d. tit. n. 10.

62 Quod † tempore peſtis maximopere eſt vtile & neceſſarium; cum poſ-
ſint eiuſmodi ſordidiora animalia foris, extra vrbẽ haberi & teneri, præſertim
63 de æſtate, cum præſentius eſt infectionis periculum non † tantum quoad ho-
mines, ſatis alioqui per ſe cauſæ interdicto præbentes, ſed etiam quoad ipſa
iſta animalia, ob nimias ſordes, infectionibus, earumque propagationi admo-
dum obnoxia.

Quod

Quod † autem §.2. curare ædiles iubentur, vt nullus effodiat vias, neque ſubruat, neque conſtruat in viis aliquid: & illud non abs re eſt: propter nimiam hominum importunitatem; qua ſub publicis etiam plateis, caueas ſubterraneas protendere, vel gradus earundem in medias plateas porrigere, aut etiam cænaculum, hypocauſtum, vel podium, aut mænianum, vel etiam integrum frontiſpicium, ita verſus publicum proiicere & exponere ſatagant, vt plateæ commoditas, & aſpectus detrimentum inde accipiat, & publicum proinde ac priuatum quoque vicinorum intereſſe vertatur. 64

Sequens † vero §.3. bimembris eſt, iubens vt quiſque non modo viam quantumuis publicam ſecundum propriam domum conſternat: ad quod interdictis & mandatis, cogi quem poſſe, text. etiam eſt, in l. fin. §. 15. vbi compellat eos, qui iuxta viam publicam poſſident, viam ſternere, ff. de mun. & honor. 65

Sed † vt etiam canales & aquæductus purget, & ita denique viam habeat, quo non modo pedes quis ire, ſed & vehiculum tranſire poſſit: quippe quod & iter & actum in ſe quoque via contineat l. 1. ff. de ſeruit. præd. ruſtic. 66
Sed † nec conductor vel inquilinus hic audietur, ſi de conſtruenda vel reparanda via monitus, ſe dominum eſſe ædium perneget: ſiquidem enim dominus non conſtruat, ipſe ad id tenetur, diſpendium vel impenſam in mercedem aut locarium computaturus, & factum l. dominus 55. §. 1. ff. locat. 67

Quia † autem & eluſorium foret, tam interdictum, quam ipſum vias publicas ſtruendi reparandi & purgandi ſtudium, niſi & contraria vis prohibeatur: Iccirco † & hoc nomine, ſingulare interdictum prætor propoſuit: quod ſub tit. ſeq. De via pub. & itin. pub. refic. ita habet: Quo minus, inquit Prætor, illi viam publicam iterue publicum aperire, reficere liceat, dum ne ea via idue iter deterius fiat, vim fieri veto, quod † interdictum inhibitorium eſt, ei competens cui vis vel inquietatio fit, iter publicum reficienti: Et reficere, vel aperire viam dicitur, qui ad veterem altitudinem latitudinemque, & formam, quæ antea fuit, vel lapide ſtrata, &c. reſtituit, vel & purgat: Si quis enim in ſpecie refectionis deteriorem viam faciat, impune vim patietur, l. 1. hoc tit. 68 69 70

Etſi † autem interdictum hoc mere prohibitorium eſſe videtur, nullatenus reſtitutorium: quod, ſi quid damni, ſpecie refectionis detur, in fundum forte vicini, viam publicam eiuſue lutum reiiciendo, pro irrogata fundo iniuria, legis Aquiliæ actio competat l. 3. in princ. eod. vti etiam & in ripa reficienda obtinet, l. vn. §. pen. ff. de Rip. mun. Cuiac. hoc tit. 71

Hoc † tamen, ratione vicinorum potius obtinet, quorum fundo iniuria irrogata per ead. Cæterum † ſi via ipſa publica deterior fiat, interdicto vtique & quidé reſtitutorio locus erit: per verba: dum ne ea via illudue iter deterius 72 73

73 *Cæterum ſi via ipſa publica deterior fiat Interdicto vtique & quidem re-ſtitutorio locus erit: per verba: Dum ne ea via, idúdue iter deterius fiat.*

74 *Quin & compulſoriali locus erit Mandato: ſi quis enim viam publicam ex-arauerit, &c. ad munitionem eius ſolus compelletur.*

75 *Interdictum hoc non tantum ad vias ruſticas vt vult Cuiacius: vel ad vr-bicas ſolum pertinet. ſed ad vtraſq;*

76 *In incepto de via publica Interdicto pergit Author, inquiens Prætorem in §. 2. vetare, ne officinarum purgamenta, vt ſartorum ſutorumq; ve-teramenta, & ſimilia: & morticinia, aut mactatorum proluuies ac ſtercora, in publicum aut plateas projiciantur.*

77 *Quo ipſo & de purgatione id continetur, ne vltra modum lutoſa linquantur plateæ: eiuſque ratio adducitur ibidem.*

78 *Ratio fauorque politiæ, & commeandi neceſſitas publica exquirit, ipſeque Prætor hoc interdicto iubet, vt ante ſuam quiſque domum plateas cum publicas tum priuatas mundas & purgatas teneat.*

79 *Ad quod etiam à Magiſtratu ſub mulcta compelli poteſt nullo obſtante priuilegio, appellationis vel prouocationis ſuſpenſione nullatenus ad-miſſa.*

80 *Tito Veſpaſiano iuſſu Caligulæ, pallium, luto aliquando oppletum & con-ſperſum fuit, quod ædilis exiſtens, vias mundari non iuſſiſſet.*

81 *Negligentes hac in re ciues, ad purgandas plateas, ſub mulctis & pœnis com-pelli poſſunt.*

82 *Eadem ratione nec lectos olim in via poſitos habere licebat, quos alias ædiles concidiſſe leguntur.*

83 *Nec animalia noxia in viis, quibus vulgo iter fit, haberi debent.*

84 *Romani Magiſtratus, ipſique Ædiles & Prætores adeo ad omnem hone-ſtatem intenti fuerunt, vt iuxta deciſionem §. fin. hoc in tit. ne ri-xari quidem in viis permiſerint.*

85 *Et id quidem haud immerito: Cum rixari in viis non modo ſcandaloſum, & res mali exempli ſit: & per ſe turpe ac infamum: ſed etiam quod ſe-ditionis, & tumultus faciendi materiam contineat.*

86 *Ex leg. 2. Digeſt. Ne quid in loco public. vel itin. fiat, & illi caſus ad hunc titulum vtiliter referuntur: quibus quacunque ratione in publico ali-quid ponitur, quod non modo via officiat, ſed etiam qua alia ratione, vel publice, vel etiam priuatim cui incommodatur.*

87 *Vt ſi cui aſpectus vel aditus deterior, aut anguſtior fiat, ſi lumina obſcu-rentur.*

88 *Prætor publici loci cauſam, vt ex §. 6. animaduertere licet, etiam reſpectu ipſius*

Digitized by Google

ipſius aeris atque luminis conſiderauit, eoque nomine ſingulare edictum propoſuit: cuius ex Vlpiano quidem ibi mentio fit, ſed à Triboniano nec plene neque oportune relatum eſt.

89 *Cum quidam vt inquit Vlpianus velum in Mœniano immiſſum haberet, quo vicini luminibus officiebat, vtile interdictum competit, Ne quid in loco publico immittas, qua ex re luminibus Caij Seij officias: & inibi vide pertinentia ad hoc iura.*

90 *Cum ex ſuperiore Interdicto Prætoris & omnis Magiſtratus cura, in locis viiſque extra vrbem publicis ſingularis fuiſſet vt commeatus vndiquaque facilis, tutus & ſecurus eſſet.*

91 *Hinc ſane in hoc ipſo quoque Interdicto, in viis vrbicis tutis ſartiſque præſtandis, ſi non maior, certe nec minor Magiſtratus & Prætoris in hoc cura fuit, & eſſe quoque debet.*

92 *Et equidem primo omnia omnino crimina Præfectus vrbis ſibi vindicare, hoc eſt, proceſſibus pœnalibus reprimere, retundere, & præcauere iubetur.*

93 *Secundo etiam ſeruorum & patronorum indigentiis cauſis celeri remedio ſuccurrere, vt ſcilicet his alimenta non deſint, & ægrotis poſſint exhiberi: Illi vero ab omni nimia dominorum ſæuitia, duricie aut fame qua ſe premi queruntur, liberentur: & ne mancipia proſtituantur.*

94 *Tertio non modo ex Interdictis, Quod vi aut clam aut vnde vi, procedere debet præſes in caſibus propriis: ſed poteſt etiam ſuo Imperio recta intercedere, ſi in tutelarum cauſis, euidenti fraude vel periculoſe quid geri intellexerit.*

95 *Qua ratione, & tutori de malis pupilli moribus, aut effrena contumacia, aut prodigalitate conquerenti, præſentiſſimum eſſe conuenit, Prætoris aut Præfecti auxilium.*

96 *Quarto cum Patronus vel Dominus: aut pater materue familias contemni ſe à liberto, vel ſamulis, vel grauem contumeliam, aut conuitium ab iis paſſos ſe dixerint: Præfectus vrbis adiri ſolet, & pro modo querelæ corrigere: aut pro modo delicti, vlterius procedere, cum pœna eius poteſt.*

97 *Sexto curare debet Præfectus vrbi, vt nummularij, item Aurifabri, monetarii: quin & alii omnes, qui verſuram aut fabricam quamcunque exercent, & fraudem materiarum committere poſſunt, vt probe ſe agant circa omne negocium ſuum, & temperent ab his quæ ſunt prohibita.*

98 *Septimo cura etiam omnis carnis, vt iuſto pretio præbeatur:. ad curam Præfecturæ pertinet: & ideo forum ſuarium ſub ipſius cura eſt: ſed & cætero-*

cæterorum pecorum ſiue armentorum, quæ ad huiuſmodi prohibitionem ſpectant.

99 *Quinimo omnis huc annona pertinet, omniſque adeo materia, in qua fraus & deceptio facilis eſt: quo reſpectu & monetarum adulterationes, arroſiones, pannorumque extenſiones, vulſiones, publicis Imperij receſſibus prohibita ſunt.*

100 *In quam fraudem in Rebuſpub. bene conſtitutis, non minus quam in carnis, vel etiam panis preſſigationem habetur inſpectio.*

101 *Quæ etiam in piſtores aliquos ſæpe admodum eſt neceſſaria: circumitionibus interdum faciendis ipſiſq; domi ciſtis capſiſq; panariis ſpeculandis: an etiam panis domi ponderis minoris habeatur, & vendatur, quam foris proſtituatur.*

102 *Vbi ſane in fraudulentos, pœnam pecuniariam eamque dignam non deeſſe oportere, hæc ipſa Lex arguit, & prudentum Senatuſconſultis ſæpius decretum eſt: adeo vt denuo in fraude iſta repertum, non vlteriore mulcta, ſed exilio puniendum reſponderint, tanquam Repub. minus dignum.*

103 *Et quamuis precium vini, frumenti, carnium, pannorum rerumq; ſimilium propter momentaneas temporum varietates, certum ac definitum conſtitui non poteſt.*

104 *Tamen curare & prouidere poteſt, quinimo debet Magiſtratus, ne annona nimium flagelletur: & tenuiores, qui prouentum facere non poſſunt, plane exhauriantur.*

105 *Cui malo obuiari poteſt, ſi Magiſtratus dignam ſollicitudinem adhibeat, vt domos frumentarias, cellaſque vinarias ita inſtructas habeat, vt annonæ difficultas ex iis ſuſtineri poſſit.*

106 *Cum in viis vbi cuis rixari Prætor prohibeat: multo magis illa prohibet, quibus popularium quies & Reipubli. tranquillitas vllatenus poſſit turbari.*

107 *Hæc enim diſciplina ſingulariter Præfecti vrbis incumbit adeo vt etiam milites ſtationarios (vel vigiles ſaltem & cuſtodes) habere eum deceat, ad tuendam popularium quietem: & ad referendum ſibi quid vbique agatur.*

108 *Vt ne qua conſpiratio, ne quod collegium illicitum: ne denique vllus tumultus, vel ſeditio, vel publicæ & priuatæ pacis fiat offenſio.*

109 *Denique quicquid intra vrbem: vel etiam extra fines & pomœria admittitur, ad fidem, curam & inſpectionem Præfecti, & Magiſtratus vrbici, pro ratione competentis Iuriſdictionis pertinet.*

DE

Digitized by Google

De via publica: item, locis rebuſque publicis.

Tit. IV.

ET hoc ipſo capite, duos titulos, ſimiliter male à Triboniano ſeparatos,
coniungemus & explicabimus: Titulus enim de via pub. & ſi quid in eo
factum eſſe dicatur, ſub tit. ſeq. de via pub. & itin. pub. vel econtra compre-
hendendus fuiſſet. † Sed & in eo male Tribon. quod ipſas Interdictorum 1
formulas atque capita, qualia in ſuperiore interdicto diligentius eſt perſecu-
tus plane omiſit vel ſaltem confuſe proponit, & ſolam Interdicti de via refi-
cienda formulam perſtringit: & quod de vijs ſolummodo publicis agit, reli-
qua loca reſque publicas omiſit.

Vt † enim in ſuperiore Interdicto, de locis & Itineribus extra vrbem 2
publicis egit: Ita hic, non tantum de vijs, ſed etiam locis publicis agere de-
buiſſet. Quippe, † quod veram huius Interdicti cauſam rationemque, 3
primũ in locis publicis, deinde in vijs publicis, tertio in alijs rebus ad rempub.
pertinentibus, conſiſtere, promptiſſimum ſit colligere, cum ex d. titulis, tum
aliunde.

Primo † igitur ex locis publicis vrbicis, illa hic perſtringenda, quæ, 4
quod ſanctione quadam, præ alijs exempta ſint, ſancta dicuntur, & in l. 2. &
ſeq. fin. ſub tit. Ne quid in loco ſacro fiat, relata ſunt. Etſi † enim iſta, 5
cum locis, quæ ita in iure dicuntur ſacris, magnam vicinitatem habent: ta-
men quod ſacrorum ratio nobis paulo altius repetita ſit, per ea quæ ſup. tum
quod locorum ſanctorum qualitas, non in realis, quam public. Iuris ſanctio-
ne conſiſtat: iccirco d. l. 2. & ſeq. huc commodiſſime referentur.

Ait † igitur Hermogen. d. l. 2. In muris itemque portis & alijs ſanctis 6
locis aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irregetur non per-
mittitur. Et Paul. d. l. fin. Neque muri neque portæ habitari ſine permiſſu
principis, propter fortuita incendia, poſſunt. Quin teſte Vlpian. Muros
municipales nec reficere licet, ſine principis aut præſidis autoritate, nec ali-
quid eis coniungere aut ſuperponere, l. ſacra 4. § 4. ff. de rer. diuiſ. In muni-
cipijs enim muros eſſe ſanctos reſponſum eſt, prohiberique oportere, ne quid
in his immitteretur, l. 1. in pr. l. 3. §. fin. eod.

Et † ibidem Pomponius ſi quis, ait, violauerit muros, capite punitur: 7
ſi quis tranſcendat ſcalis admotis, vel alia qualibet ratione: Nam ciues Ro-
manos, alia quam per portas egredi non licet: cum illud hoſtile & abomi-
nandum ſit: Nam & Romuli frater Remus occiſus traditur ob id quod

murum tranſcendere voluerit dict. loc. eoque nomine nec executionem ob debitum, etiam ciuitatis, in muris, eo quod ſancti ſint, fieri poſſe arbitran-
8 tur *per l. fin. ff. Vt in poſſeſſ. legat. Capic. deciſ. 27. num. 43.* Vnde † varij caſus interdicendi, tum prohibitorij tum reſtitutorij petuntur: quod adeo clarum eſt, vt explicatione non egeat, quemadmodum nec illud an & qua-
9 tenus iſta adhuc ſint in vſu. † Quippe quod notiſſima ſit veterum municipiorum ratio, & quod non tantum, omne, in illis Imperium, & Iuriſdictio, ſed etiam iura ſoli, & mæniorum, non ad municipales, ſed ad principem per-
10 tinuerint: † Quemadmodum etiam tam exilis tenuiſque erat municipalium & curiarum conditio, vt præter notionem cauſarum, & figuratum quen-
11 dam decurionatus honorem, nihil ferè haberent. Vnde † & vix haberi poterant, qui curijs vacare vellent: quo nomine & per oblationem curiæ legiti-
12 matio introducta, per vulg. Vbi † è contra, municipalium hodie ciuitarum, non tantum imperialium, ſed etiam ducalium, Epiſcopalium, prouincialium, & ſimilium, vtpote quibus plæriſque Iuriſdictio merum mixtumque Imperium competit, vel priuilegijs vel exemptionibus & conſuetudinibus vel & pactis, item contractibus aut benemeritis acquiſitum, longe alia eſt conditio.
13 Vnde † ſtatim apparet, ea quæ de poteſtate, prohibitione, & imperio princi-
14 pis, in muros municipales dicuntur, nunc ita in plæriſq; non obtinere. Niſi † quatenus principes veteris iſtius Iuris veſtigia, atque iura, in hiſce vel illis oppidis & communitatibus, ſibi reſeruarunt: quemadmodum & magiſtratus quilibet ſuperior, in pagis villiſque non priuilegiatis iura iſta adhuc retinet.
15 Vbi † nunc illud tamen quæri ſolet: An muri ciuitatum adeo adhuc ſancti ſint, vt nihil tale in iiſdem fieri poſſit, tum an pœna capitis adhuc violatores
16 maneat? Et † illud omnino affirmatur, cum ciuitates Iuriſdictionem, merum mixtumque Imperium habentes, ius principis habeant, quo ad ipſa etiam mœnia, eo vt tales magiſtratus, rectiſſime & hoc caſu interdicant, quotieſcunque quid ſine illorum ſcitu, aut ſingulari conceſſione, in muris fiat,
17 per ead. † adeo vt priuato ne perforare quidem murum liceat, neque quidquam ad illum apponere per l. qui perforauerit ff. ad l. Iul. pecul. & per ead.
18 quæ ſup. † Cum hoc omne ſolius magiſtratus, vel totius populi conſenſu ſaltem fieri liceat *gloſ. in d. l. 4. §. muros per text. in l. omnes 2. C. de oper. pub. Papon. lib 6 tit. 1. n. 15.*
19 Vbi † ex placito Burdegallenſe recte reſponderur etiam ad alteram quæſtionem, quod lex ciuitis irrogans pœnam capitis, violanti vel tranſcendenti muros hodie locum ſaltem habeat, in ciuitatibus, & temporibus præſidiorum, ac belli: alias pœnam eſſe extraordinariam & arbitrariam, per not. in l. deſertorem §. in bello, verſ. nec non ff. de re milit. Barth. d. l. fin. num. 2.

Idem-

Idemque in foſſis & omnibus munitionibus obtinet *Iul. Clar. §. fin. q.*
68. *verſ. muros & ibi Roland. 2. Conſ.* 84. *num.* 25. *Boer. deciſ.* 232. † Si tamen 20
ſub pœna capitis interdicatur ne quis alia quam per portas aut legitime intro-
eat vel exeat, & ſi quid contra fiat, pœnam ordinariam locum habere conſe-
quitur per d. l. deſert. &c.

Quemadmodum † & tunc ſi dolus, aut ſcandalum aut aliæ circum- 21
ſtantiæ tranſcenſionis delictum augeant, *per ea quæ Alberic. d. l. fin. num.* 1. *Clar.
d. loc.* licet Roland. d. num. 25. pœnam capitis in ſola vrbe Roma obtinere
putat, quod aliter probatum eſt per d. l. ſacra 4. §. 4. Cum quælibet ciuitas &
Reſpublica ſibi Roma ſit, & quilibet magiſtratus ſibi princeps ſit, quo ad
iura communia in ſuos ſuaque ſibi competentia.

Sed † & alia loca publica eiuſdem iuris ſunt: vt principum vel ciuita- 22
tum theatra, Baſilicæ, curiæ, Balineæ, aquæductus, operæ publicæ & ſimilia:
Nam & in his incommodi vel ſcandali quid fieri omnino, prohibitum, & ſi
quid fiat, Interdicto ſubiacet: per ead. & quæ ſup. Quo † facit text. l. opus 23
nouum 3. ff. de oper. pub. quo prohibetur priuato opus nouum facere circa
theatrum vel amphitheatrum: vel & alias quemcunque ſumptum publi-
cum, citra principis vel reip. conſenſum: Quemadmodum † & publico in 24
ſcribi nomen alterius, quam principis, vel eius, cuius pecunia factum ſit, non
licet: ibid. adeo vt ne præſidis quidem nomen liceat ſuperſcribere l. 4. eod.
Niſi † quatenus quis opus vel publicũ vel ab alio factum marmoribus ador- 25
nare, vel vtiliter aut neceſſario ſuis ſumptibus legitime reparauerit, ſic enim
relictis alijs titulis antiquis, & ſuos cum expreſſione ſummæ collatæ inſcribe-
re poteſt l. fin. d. tit.

Alias † ſi nomina vel titulos aliorum, quorũ liberalitate opus aliquod 26
publicum factum eſt, quis eradere præſumpſerit, præſes ſeſe interponet: ne-
que factum præſertim vero ad inſtantiam eius cui Iniuria cenſetur illata, inul-
tum ſinet, per text. l. 2. in fin. ibid. Quod † ipſum etiam, in priuatis ædi- 27
ficijs fieri iniurioſum reputatur, & magni ſæpe mali occaſionem præbuit: vt ſi
cuius nomen, vel titulus, ex feneſtris, ex picturis vel ſculpturis iniurioſe ex-
cutiatur, deleatur &c. Quod omne prætor adeo improbat, vt reſtitutio- 28
nem quoque petenti læſo non ſit denegaturus, contra eum, qui rem illici-
tam, & materiam ſeditionis molitus eſt, per ead. & d. l. 4. ibi: materiam ſe-
ditionis.

Quibus † præmiſſis ad dict. tit. de via publica, & ſi quid in ea factum, 29
accedemus: qui ampliſſimas & varias interdicendi materias continens, non
modo ad inhibendum, ſed & reſtituendum, compellendum, ita habet: Æ-
diles inquit Curules ſtudeant, vt quæ ſecundum ciuitates ſunt viæ, vt vbique
adæquentur, & effluxiones non noceant domibus: & pontem faciant, vbi-
cunque oportet,

Digitized by Google

30 Studeant † autem vt proprij parietes, & aliorum aliquid, quæ circa domos, quæ ad vſam publicam decurrunt, non labilia ſint, quatenus vt oportet, emundent Domini domorum, & conſtruant. Si autem non emundauerint neque conſtruxerint: mulctent eos, quod illabilia faciant. Curent
31 † autem, vt nullus effodiat vias, neque ſubruat, neque conſtruat in vijs aliquid: Si autem ſeruus quidem fuerit, ab obuiante faſtigetur: Si liber, demonſtretur ædilibus: ædiles autem damnificent, ſecundum legem: &, quod factum eſt, diſſoluant.

32 Conſtruat † autem vias publicas vnuſquiſque ſecundum propriam domum: & aquæductus purget, qui ſub dio ſunt, id eſt, cœlo libero, & con-
33 ſtruat ita, vt non prohibeatur vehiculum tranſire. Quicunque † autem mercede habitant: ſi non conſtruat Dominus, ipſi conſtruentes, compu-
34 tent diſpendium in mercedem. Studeant † autem, vt ante ergaſteria nihil proiectum ſit, vel propoſitum: præterquam ſi fullo veſtimenta ſiccet, aut tecton trochos exterius ponat. Ponant autem & hi, vt non prohibeant vehiculum ire.

35 Non † permittant autem rixari in vijs, neque ſtercora proijcere: ne-
36 que morticina, neque coria iacere. Ex † quibus verbis ſatis colligitur, quod etiam pro vijs publicis vrbicis, quatuor illa interdicta vel interdicti capita, pro ruſticis vijs ſupra relata, rectiſſime vſurpentur, & vſurpata ſint: Primum
37 † enim caput, Ne quid in via vrbica fiat, ex quo aliquid damni cui detur, ſatis eſt manifeſtum, in verbis, Ne noceant domibus, ne quod labile, vel male
38 proiectum habeatur. Alterum † caput, Ne via vrbica deterior fiat, ponitur in verbis, Nullus effodiat vias, neque ſubruat: neque conſtruat in
39 vijs aliquid &c. Quibus † tertium caput, vt quo via deterior facta fuerit reſtituatur tollatur, ſtatim ſubiungitur: ibi: Quod factum eſt diſſoluant &c.
40 †Quibus deinde & quartum caput additur: Ne quis via publica ire agere prohibeatur: Vbi quamuis ſolius vehiculi mentio fiat, ne id ire tranſire impediatur: tamen & multo magis eunti agenti conſulit: ne modo qua vis cui fiat, ſed vt ne rixari quidem in vijs patiatur.

41 Quibus † omnibus præterea & quintum caput accedit: Interdictum videlicet, compulſoriale, quo vias publicas ante ſuam quiſque domum far-
42 tas, ſtratas, & purgatas habere iubetur: præmiſſo † iſtis omnibus capite ſingulari, quo ipſi ædiles, & magiſtratus vias publicas ſternere, reparare, & curare iubentur, iſthic loci, vbi nulla ſingularis eſt commodi aut iuris ratio, qua priuatus aliquis ad rem eam compellatur. Hoc ergo quicquid eſt oneris, ex publico ferendum eſt:

43 Ita † fora aliaque loca publica, item vicorum publicorum plateæ, vti & itinera, & pontes, publicis ſumptibus parantur, reparantur, ſternuntur, & verrun-

vertuntur: ſed ita tamen, vt ærario ſatis non ſufficiente, omnes ciues & inco-
læ conferre teneantur: idque † nullo eccleſiæ vel alterius alias exempti pri- 44
uilegio attento, text. l. ad inſtructiones itinerum pontiumque inquit Imp.
etiam diuinas domos & venerabiles eccleſias, tam laudabili titulo diligenter
aſcripſimus, quia non eſt inter ſordida munera numerandum, C. de Sacroſ.
Eccleſ. eademque conſtitutio repetitur & ad domos Auguſtas extenditur in
l. abſit, Cod. de priuil. domus Aug. lib. 11. *Anna. Robert. Rer. iudic.* 2. *cap.* 3. *ſub fin.*
Cæterum † ad pontium itinerumq; reparationes, refertur etiam munitorium 45
vt ita dicam, vel foſſaticum, & vallenſe, Burgwall vnd Grabengeldt/collecta
pro reparandis mænibus, aggeribus, valliſque, item foſſis & munitionibus ci-
uitatis: Cum † iure naturæ æquum ſit, vt qui munitione, eiuſq; pace & com-
modo fruitur, & neceſſario eiuſdem onere participet, ſine quo munitio habe- 46
ri non poteſt, per l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur. &c. Vnde † minus de- 47
xtre aut diſcrete, ſed male faciunt paſſim Canonici, qui etſi omnibus ciuitatis
totiuſque loci cõmoditatibus & exemptionibus fruuntur: tamen † ad grauiſ- 48
ſimas pontium, itinerum, murorum & munitionum rerumque ſimilium repa-
rationes ne de communi quidem eccleſiæ vel collegii nedum de propriis bo-
nis conferre ſuſtinent, quaſi priuilegiis & exemptionibus ſuis hoc admodum
ſit contrarium: In † quo ipſi contra iura, æquitatem ac pietatem agunt: à 49
qua ipſemet Imp. in locis etiam alias ſibi ſubiectis Auguſtas domos non exi-
mit, d. l. abſit, vt nos inſtructiones viæ publicæ, & pontium ſtratorumque ope-
ra, inter ſordida munera numeremus, &c.

Vbi aliquando quæſitum, an cogi etiam poſſint ciues & incolæ, ad con- 50
tribuendum reparationi mæniorum & foſſarum, non obſtante quod illi de
ſumma pace & periculi vacuitate excipiunt: Et omnino cogi poſſe, arreſto
Pariſienſi recte decretum eſt, contra incolas Aurelianenſes, referente Pap. d.
tit. num. 5.

Tempore † enim pacis & ſecuritatis omnium maxime curandum eſt, 51
quomodo bellorum, & aduerſa tempora ſuſtinere queamus, arg. illius Teren-
tiani: cum res ſecundæ ſunt maxime, &c. Eadem † ratione & vigilum cu- 52
ſtodumque ſalaria ordinaria, quatenus ex ciuium intributione conficiuntur,
paratam celeremque habent exſecutionem: quia ſimiliter publicæ cum ne-
ceſſitatis tum ſecuritatis cauſam continent.

Cum † igitur iſta de ipſorum ædilium cura mouiſſet Pap. & ex eo Trib. 53
d. l. 1. in princ. de via pub. & ſi quid in ea fact. ad ipſa interdicti capita tranſit,
quæ tumultuarie quidem proponuntur, ſed tamen veram interdicti mentem
ac poteſtatem arguunt.

Et † id quidem, iuxta relatam ſupra noſtram capitum diſtributionem, 54
ita clare ac dilucide, vt magna explicatione non ſit opus: Niſi quod caſus

Digitized by Google

55 practicos applicare iubeat: Quis † enim ignorat, quã ſæpe à ciuibus & incolis,
56 in præiudicium viæ publicæ, vel & vrbis deformitatem quid fiat: Vbi † primo
omnium, illum caſum attingit Papin. cum domorum parietes, frontiſpicia,
aut faſtigia, &c. labilia ſunt, vel & ruderibus oppleta, aut nimia vaſtitate, vel
eo, quod non ſatis ſarta tectaue ſint, inhabitabilia ſunt: H ſce † enim caſibus,
57 tam ex mente interdicti, quam de conſuetudine, & ciuitatum vel rerũpubli-
carum bene diſpoſitarum ſtatutis, ſingulariter cautum eſt, vt domini domo-
rum, exſtruere, & reparare eas, vel ad reparandum aliis vendere cedereue iu-
58 beantur, aſtringantur, idque † vel ſub certa mulcta, vel ſub pœna, quod alias
magiſtratus ipſe ſibi eas vindicabit & reparabit, text. & deciſio in l. Ad curato-
ris 46. ff. de dam. infect. vbi Paul. Ad curatoris Reip. officium ſpectare ait, vt,
dirutæ domus, extruantur: alioqui ſumptu publico exſtructam, ſi dominus ad
tempus pecuniam impenſam cum vſuris reſtituere noluerit, iure à Rep. diſtra-
hi, fac. l. 52 §. 10. ff. pro ſoc. l. 2. C. in quibus cauſ. pig. l. fin. in med. Cod. de iur.
dom. text. clariſ. l. 7. præſes prouinciæ inſpectis ædificiis dominos eorum, cau-
ſa cognita reficere ea compellat: & aduerſus detrectantem competenti reme-
dio deformitati auxilium ferat, ff. de offic. præſid. per rationem manifeſtiſſi-
mam, quod reip. interſit, ne vrbs ædificiis deformetur aut vaſtetur, ſed vt po-
tius augeatur & colatur.

Quemadmodum & ſæpe viſum, vt vel parietes vel frontiſpicia ædium
vetuſtate corruerint, ſummo tranſeuntium cum diſcrimine. Et † illud quod
59 ſtudere ædiles monentur, vt domus & ædificia, ab ipſis dominis mundentur,
exemplo, magnaque & certa rei vtilitate non caret: ſunt enim ſæpe domini
in expurgandis ædibus, earumque lacunis, cloacis, & colliquiis, adeo negli-
gentes, vt non ſoli domui, ſed toti plateæ, omnibuſque vicinis ſqualor teterri-
mus, odorque funeſtiſſimus & peſtilentialis, ſit tædio moleſtiæue præſentiſ-
ſimæ.

Eademque † eſt ratio, ſi porcorum, boumque haræ, caulæque, ad vici-
60 norum parietes appoſitæ, citra vllam vel rariſſimam elotionem, mundatio-
nemque, perpetuum & intollerabilem ſuffitum faciant; quem magno ære,
Sabæi cum thuris odore, velis mutare; & *ſunt text. in l. 2. §. 26. & 29. in ſuperio-*
61 *re cap. relati ex tit. Ne quid in loc. pub.* Qua † & ſimili de cauſa, porcos vrbe Pa-
riſiorum aliquando decreto exactos eſſe, memorat Pap. d. tit. n. 10.

62 Quod † tempore peſtis maximopere eſt vtile & neceſſarium; cum poſ-
ſint eiuſmodi ſordidiora animalia foris, extra vrbẽ haberi & teneri, præſertim
63 de æſtate, cum præſentius eſt infectionis periculum non † tantum quoad ho-
mines, ſatis alioqui per ſe cauſæ interdicto præbentes, ſed etiam quoad ipſa
iſta animália, ob nimias ſordes, infectionibus, earumque propagationi admo-
dum obnoxia.

Quod

Digitized by Google

Quod † autem §.2. curare ædiles iubentur, vt nullus effodiat vias, ne- 64
que ſubruat, neque conſtruat in viis aliquid: & illud non abs re eſt: propter
nimiam hominum importunitatem; qua ſub publicis etiam plateis, caueas
ſubterraneas protendere, vel gradus earundem in medias plateas porrigere,
aut etiam cænaculum, hypocauſtum, vel podium, aut mænianum, vel etiam
integrum frontiſpicium, ita verſus publicum proiicere & exponere ſatagunt,
vt plateæ commoditas, & aſpectus detrimentum inde accipiat, & publicum
proinde ac priuatum quoque vicinorum intereſſe vertatur.

Sequens † vero §.3. bimembris eſt, iubens vt quiſque non modo viam 65
quantumuis publicam ſecundum propriam domum conſternat: ad quod in-
terdictis & mandatis, cogi quem poſſe, text. etiam eſt, in l. fin. §. 15. vbi com-
pellat eos, qui iuxta viam publicam poſſident, viam ſternere, ff. de mun. &
honor.

Sed † vt etiam canales & aquæductus purget, & ita denique viam ha- 66
beat, quo non modo pedes quis ire, ſed & vehiculum tranſire poſſit: quippe
quod & iter & actum in ſe quoque via contineat l. 1. ff. de ſeruit. præd. ruſtic.
Sed † nec conductor vel inquilinus hic audietur, ſi de conſtruenda vel repa- 67
randa via monitus, ſe dominum eſſe ædium pernegет: ſiquidem enim domi-
nus non conſtruat, ipſe ad id tenetur, diſpendium vel impenſam in mercedem
aut locarium computaturus, & factum l. dominus 55. §. 1. ff. locat.

Quia † autem & eluſorium foret, tam interdictum, quam ipſum vias 68
publicas ſtruendi reparandi & purgandi ſtudium, niſi & contraria vis prohi-
beatur: Iccirco † & hoc nomine, ſingulare interdictum prætor propoſuit: 69
quod ſub tit. ſeq. De via pub. & itin. pub. refic. ita habet: Quo minus, inquit
Prætor, illi viam publicam iterue publicum aperire, reficere liceat, dum ne
ea via idue iter deterius fiat, vim fieri veto, quod † interdictum inhibitorium 70
eſt, ei competens cui vis vel inquietatio fit, iter publicum reficienti: Et refice-
re, vel aperire viam dicitur, qui ad veterem altitudinem latitudinemque, &
formam, quæ antea fuit, vel lapide ſtrata, &c. reſtituit, vel & purgat: Si quis
enim in ſpecie refectionis deteriorem viam faciat, impune vim patietur, l. 1.
hoc tit.

Etſi † autem interdictum hoc mere prohibitorium eſſe videtur, nulla- 71
tenus reſtitutorium: quod, ſi quid damni, ſpecie refectionis detur, in fun-
dum forte vicini, viam publicam eiuſue lutum reiiciendo, pro irrogata fundo
iniuria, legis Aquiliæ actio competat l. 3. in princ. eod. vti etiam & in ripa refi-
cienda obtinet, l. vn. §. pen. ff. de Rip. mun. Cuiac. hoc tit.

Hoc † tamen, ratione vicinorum potius obtinet, quorum fundo iniu- 72
ria irrogata per ead. Cæterum † ſi via ipſa publica deterior fiat, interdicto vti- 73
que & quidē reſtitutorio locus erit: per verba: dum ne ea via illadue iter de-
terius

Digitized by Google

74 terius fiat: quin † & compulſoriali locus erit mandato; Si quis enim viam pu-
blicam exarauerit, &c. ad munitionem eius ſolus compelletur. text. l. fin. hoc
tit. eod.

75 Interdictum † etiam hoc non tantum ad vias ruſticas, vt vult Cuiac. vel
ad vrbicas ſolum pertinere, ſed ad vtraſque verum eſt: vnde & præcedenti-
bus titulis. Ne quid in loc. pub. & Ne quid in via publ. ſubiungitur.

76 Et † hoc ipſo iam tit. obiter inſerto, in incepto de via pub. interdicto
nunc pergendum eſt: vbi in §. 4. Et officinarum purgamenta, vt ſartorum,
ſutorumq; veteramenta, rerumq; & materiarum fabrilium excrementa, vel &
quiſquilias, & morticina, hoc eſt mortua animalia, aut mactatorũ proluuiem,
ac ſtercora, fimeta & ſterquilinia, in publicum, aut in plateas proiicere vetat
77 Prætor. quo † ipſo, & de purgatione id continetur, ne vltra modum lutoſæ
linquantur plateæ, cum fœtidiſſimum ac turpe ſit & ſcandaloſum, ſi ad talos
78 vſque, per cænum lutumque tranſire neceſſe ſit: Vnde † & ratio fauorque po-
litiæ, & commeandi neceſſitas publica, exquirit, ipſeque proinde prætor hoc
ipſo interdicto iubet, vt ante ſuam quiſque domum plateas cum publicas tum
79 priuatas mundas & purgatas teneat: ad † quod etiam à magiſtratu ſub mul-
cta compelli poteſt, nullo obſtante priuilegio, appellationis vel prouocatio-
nis ſuſpenſione, nullatenus admiſſa *Pap. d. tit. De Choſe publiq. num. 8. & ſeq. per
d. §. conſtruat 3. hic & l. 1. § fin. d. tit. ſeq. ibi:* Interdictum hoc perpetuo dabitur,
80 & omnibus & in omnes. Eamq; † ob cauſam Tito Veſpaſiano, iuſſu Caligu-
læ, pallium luto aliquando oppletum & conſperſum memorat Sueton. quod
81 Ædilis exiſtens, vias mundari non iuſſiſſet. Cum † negligentes hac in re ci-
ues, ad purgandas plateas, ſub mulctis & pœnis compelli poſſint. Atque vti-
nam, quiſque ſuas ante ædes, non modo plateas à luto, ſed & vitam moreſq;
à vitiis, & linguam à contumeliis bene purgatam mundamque ſeruaret! ah
82 quam bene ſtarent res humanæ? Eadem † ratione, nec lectos in via poſitos
habere licebat, quos alias ædiles concidiſſe leguntur, *l. 12. ff. de peric. & com. rei*
83 *vend. Paul. 5. ſent. 6.* §. 2. Item † nec animalia noxia in viis, quibus iter vulgo
fieret, haberi l. 4. 2. ff. de Ædil. edict.

84 Sed † & illud omnino notandum, Quod in §. fin. Ne rixari quidem in
viis permittitur: adeo Romani magiſtratus, ipſique Ædiles & Prætores ad
85 omnem honeſtatem intenti fuerunt; & merito: Cum † rixari in viis, non
modo ſit ſcandaloſum, res mali exempli, & per ſe turpe, ac inſanum: ſed quod
etiam ſeditionis & tumultus faciendi materiem contineat, de qua paulo poſt
86 dicemus; Eo † hic primũ obſeruando, quod ex l. 2. ſup. Ne quid in loc. pub.
vel itin. fiat, & illi caſus ad hunc tit. vtiliter referantur, quibus quacunque ra-
tione, in publico aliquid ponitur, quod non modo viæ officiat, ſed etiam qua
87 alia ratione, vel publice, vel & priuatim cui incõmodatur; vt † ſi cui aſpectus,

vel

Digitized by Google

vel aditus deterior, aut anguſtior fiat, ſi lumina obſcurentur, §. 14. & ſeq. d. tit. vbi † ex §. 6 animaduuertere licet, quod præter publici loci cauſam, re- 88
ſpectu etiam ipſius aeris atque luminis conſiderauit, eoque nomine ſingulare interdictum propoſuerit, cuius ex Vlp. quidem mentio ibidem fit, ſed abs Tribon. nec plene neque opportune relatum eſt: Cum † quidam, inquit Vlp. 89
velum in mæniano immiſſum haberet, quo vicini luminibus officiebat, vtile interdictum competit. Ne quid in publico immittas, qua ex re luminibus Gai Sei officias: quo pertinent etiam §. 7. 13. 14. 16. & ſeqq. in cap. ſuperiore relati.

Deinde † cum ex ſuperiore interdicto, Prætoris & omnis magiſtratus cu- 90
ram, in locis viiſque extra vrbem publicis ſingularem fuiſſe conſtet, & commeatus vndiquoque facilis, tutus, etiam & ſecurus eſſet, per ea quæ ibid. diximus: Hinc † ſine, in hoc ipſo quoque interdicto, in viis Vrbicis, tutis, ſartiſ- 91
que præſtandis, ſi non maiorem, certe non leuiorem magiſtratus ac prætoris curam fuiſſe, & eſſe adhuc oportere clariſſimum eſt: per text. admodum ſingularem, in l. 1. ff. de offi . præf. vrbi. Vbi † primo omnia omnino crimina 92
præfectus vrbis ſibi vindicare, hoc eſt proceſſibus pœnalibus reprimere, retundere & præcauere iubetur: Secundo † etiam ſeruorum & patronorum 93
indigentium cauſis celeri remedio ſuccurrere, vt ſcilicet his alimenta non deſint, & ægrotis poſſint exhiberi; illi vero, ab omni nimia dominorum ſæuitia, duricia, aut fame, qua ſe premi, vel obſcenitate, in quam ſe compelli, verecunde expoſtulant, liberentur, & ne mancipia proſtituantur, §. 1. & 8. Tertio † 94
non modo ex interdicto, Quod vi aut clam, aut vnde vi procedere debet, præſes in caſibus propriis, §. 6 ſed poteſt etiam ſuo imperio recta intercedere, ſi in tutelarũ cauſis, euidenti fraude vel periculoſe quid geri intellexerit, §. 7. Qua eadẽ † ratione, & tutori, de malis pupilli moribus, aut effrena contuma- 95
cia, aut prodigalitate conquerenti præſentiſſimum eſſe conuenit Prætoris aut Præfecti auxilium.

Quemadmodum † & quarto, cum Patronus vel dominus, aut pater, 96
materve familias, contemni ſe à liberto, vel famulis, vel grauem contumeliam, aut conuitium ab iis paſſus ſe dixerit, Præfectus vrbis adiri ſolet, & pro modo querelæ corrigere eum, aut comminari, hoc eſt pænalibus monitoriis interdicere, aut fuſtibus caſtigare, aut pro modo delicti, vlterius procedere, cum pæna eius poteſt, §. 11. Præterea † & ſexto curare debet Præfectus vrbi, 97
vt numularii, item aurifabri, monetarii, quin & alii omnes, qui verſuram aut fabricam quamcunque exercent, & fraudem materiatum committere poſſunt, vt probe ſe agant, circa omne negotium ſuum, & temperent ab his, quæ ſunt prohibita, § 9.

Quin † ſeptimo cura etiam carnis omnis, vt iuſto pretio præbeatur, 98
ad curam præfecturæ pertinet: & ideo forum ſuarium ſub ipſius cura eſt, ſed

Yyy & cæte-

Digitized by Google

& cæterorum pecorum ſiue armentorum, quæ ad huiuſmodi præbitionem
99 ſpectant, §. 11. Quin † imo omnis huc annona pertinet, omniſq; adeo ma-
teria, in qua fraus & deceptio facilis eſt: quo reſpectu & monetarum adulte-
rationes, arroſiones, pannorumque extenſiones, vulſiones, publicis imperii
100 receſſibus prohibitæ. In † quam fraudem in rebuſpub. bene conſtitutis, non
minor quam in carnis, vel etiam panis profligationem, habetur inſpectio:
101 Quæ † etiam in piſtores aliquos ſæpe admodum eſt neceſſaria: Circumitio-
nibus interdum faciendis, ipſiſque domi ciſtis capſiſque panariis ſpeculandis:
an etiam panis, domi, ponderis minoris habeatur & vendatur, quam foris
102 proſtituatur: Vbi † ſane in fraudulentos, pœnam pecuniariam eamque di-
gnam non deeſſe oportere, hæc ipſa lex arguit, & prudentum Senatuſcon-
ſultis ſæpius decretum eſt; adeo vt denuo in fraude iſta repertũ, non vlteriore
mulcta, ſed exilio puniendum reſponderint, tanquam Reipub. minus dignũ;
*decret. Pariſ. apud Pap. 6. tit. 1. de Republ. n. 7. per text. in l. 1. ibi: auctoritas tua nouam
vſurpationẽ congrua auctoritate repellat, & not. in l. 2. C. de Excoct. & translat. milit.
103 anno. lib. 12. Et not. in l. iubemus, Cod. de Erogat. milit. annon. lib. 12.* Et † quamuis
pretium vini, frumenti, carnium, pannorum, rerumque ſimilium, propter
momentaneas temporum varietates, certum ac definitum conſtitui non po-
104 teſt: Tamen † curare & prouidere poteſt, quinimo debet magiſtratus, ne an-
nona nimium flagelletur, & tenuiores, qui de die in diem viuere, nec prouen-
105 tum facere poſſunt, plane exhauriantur: Cui † malo dignam magiſtratus ſo-
licitudinem adhibebit, ſi domos frumentarias, cellaſque vinarias, ita inſtru-
106 ctas habeat, vt annonæ difficultas ex iis ſuſtineri poſſit. Sed † cum in viis vr-
bicis & rixari Prætor prohibeat: multo magis illa prohibet, quibus popula-
rium quies & Reipubl. tranquillitas vllatenus poſſet turbari: quippe quod &
107 hæc diſciplina ſingulariter ad Præfectos vrbi pertineat: Adeo, † vt diſpoſi-
tos etiam milites ſtationarios (vel vigiles ſaltem ac cuſtodes) habere deceat,
ad tuendam popularium quietem, & ad referendum ſibi quid vbique agatur,
108 d. l. 1. §. 12. Vt † ne qua conſpiratio, ne quod collegium illicitum, ne denique
vllus tumultus, vel ſeditio, vel publicæ & priuatæ pacis fiat offenſio, §. 10. in
109 fin. & §. fin. ibid. Denique † quicquid intra vrbem, vel etiam extra inter fi-
nes & pomeria admittitur, ad fidem, curam, & inſpectionem Præfecti
& magiſtratus vrbici, pro ratione competentis iuriſdictionis
pertinet, §. 4. d. l. 1. & l. fin. de Præf.
vrb.

De

Digitized by Google

De loco publico fruendo.

TIT. V.

SVMMARIA.

1 *Verba ſunt Pratoris. Quo minus loco publico, quem is cui locandi ius fuit, fruendum alicui locauit: et qui conduxit, ſocioue eius, ex lege locationis frui liceat, vim fieri veto.*

2 *Huius interdicti vſus longe inſignior ampliorque eſt, quam ab interpretibus paſſim animaduerſum: continet enim non modo vectigalium, ſed ob rei & argumenti ſimilitudinem omnium publicorum tum redituum, tum etiam officiorum cauſam.*

3 *Tuetur enim vectigalia & ſimilia tributa, & officia publica: dum prohibetur quis vim vel & moram, aut quodcunque impedimentum facere ei, qui id conduxit.*

4 *Et cum eum tueatur Prator, qui vectigal vel publicani officium conduxit; quanto magis illum tuebitur, qui ſuo iure id habet atque exigit.*

5 *Si ſimul veniant ad interdictum mouendum ipſe, qui conduxit, & ſocius eius: magis eſt vt ipſe conductor praferatur.*

6 *Prator ait: quo minus è lege locationis frui liceat: & merito: vltra enim vel contra legem non debet audiri, qui frui deſiderat.*

7 *Author haud magnam rationem videt cur Tribonianus leg. 2. qua concedi ſolet, vt imagines & ſtatua, qua ornamenta Reipub. ſunt futura, in publicum ponantur: ad hunc titulum referre voluerit: cum ea lex potius ad tit. de via publica referenda eſſet. Et eius ratio traditur ibidem.*

8 *Interdictum primo loquitur de vectigalibus, qualia publicanis olim certa mercede vel penſione locari ſolebant.*

9 *Non quod plena vectigalium tractatio huius ſit loci: cum ad Regalia pertineat: aliamque in diſpoſitione iuris vniuerſi ſedem habeat.*

10 *Sed quod illi hic caſus delibandi veniant, quibus interdictum paratiſſimamque eius executionem prator pollicetur, quales ſunt ſequentes.*

11 *Et primo equidem, Quod vectigal legitime conſtitutum, ſit recta & ſine fraude pendendum ab iis, qui certo priuilegio exempti non ſunt: multo minus vt vim vllam facere liceat.*

12 *Adeo vt legitima vectigalia fraudans, Deo delinquat & mundo.*

13 *Et vt pro vectigali ſoluendo non tantum ſiſtere, & arreſtare, vel pignorare liceat.*

Digitized by Google

14 *Sed vt pro fraudato vectigali, res ipſa etiam cadat in commiſſum: illudque ſtatim deſinat eſſe eius, qui crimen contraxit.*

15 *Niſi commiſſi loco alia pœna, vt quadruplum vectigalis de iure, veluti Saxonic. ſit conſtituta.*

16 *Quin ſi quis fraudato vectigali elabitur: ſtatim reuerſus ſiſti poteſt & exigi: vel etiam per magiſtratum facta telonii imploratione cogi, vt ſoluat.*

17 *Attamen commiſſo, & ipſum vectigal ineſt: ita vt hoc exigi non poſſit, ſi commiſſi fiat executio.*

18 *Quæſtio incidit. An commiſſi cauſa in celerem executionem veniat?*

19 *Secundo huc refertur & is caſus, Quod Aurigæ, aut Viatores, & Naucleri, præſertim cum mercibus vectigal debentibus, tenentur ſequi viam publicam: qua communiter reliqui omnes vtuntur, vectigalque dependere tenentur.*

20 *Nec per aliam viam eundi quiſquam habet facultatem, niſi per quam curſus publicus ſtare dignoſcitur.*

21 *Neque hoc ſolum ſi fiat in fraudationem vectigalis, vbi commiſſi periculum eſt: ſed etiam ſi vectigal ſoluatur: ea tamen diuerticuli aut noua via ſit ratio, vt vectigali fraudem creare poſſit.*

22 *Niſi ob inundationes, aut ſimiles iuſtas cauſas ſolita via teneri nequeat.*

23 *Quæritur, An per exciſam forte ſiluam, noua & commodiore via inuenta, hanc ſequi & veterem dimittere quis poſſit?*

24 *Secundo ad celerem hanc vectigalis executionem quoque pertinet: Quod non ſolutis vectigalium penſionibus, pellere conductores, nedum etiam tempore non finito: vel ab his vſuras ex mora exigere permittitur.*

25 *Quantus legitimorum vectigalium fauor eſt, tantum econtra odium eſt eorum, quæ non legitime conſtituta ſunt.*

26 *Vectigalia enim ſine Imperatorum præcepto, vel iniuſſu Principis, neque Præſidi, neque curatori, neque Curiæ conſtituere, nec præcedentia reformare: & his vel addere, cauet Imper. loquitur profligare licet.*

27 *Quamuis legitima præſcriptionis & conſuetudinis eadem eſt ratio: cum & ſic vectigal tacite conſtitutum à Principe videatur.*

28 *Ad explicationem leg. Vectigalia 10. ff. de publican. & commiſſ.*

29 *Publicani illi vere dicti ſunt, qui vectigalia publica, id eſt, populi Romani, ſiue Principis, vel fiſci, certa penſione conducta habent.*

30 *Sunt vero & alii publicani, quos improprie, vel quaſi publicanos vocare poſſumus, iique quadruplices.*

31 *Primo ii, qui vectigalia non populi Romani, & vere publica: ſed Reipub. cuiuſdam aut Municipii conducta habent.*

32 *Se-*

32 *Secundo qui non vectigalia telonij, ſed ſalinas, picarias, cretifodinas, metallorum, rerumque ſimilium reditus, fiſco vel Reipub. debitos conduxerunt.*

33 *Tertio qui agros populi Romani, vel & municipii vectigales, hoc eſt, emphyteuticarios, vel quo alio canone obligatos habent conductos.*

34 *Quarto publicanorum loco habentur, qui quæcunq; alia tributa vel populi Romani, vel Reipub. conducta habent.*

35 *Hinc cognoſcere licet, quod pro varietate ipſorum publicanorum, ipſum quoq; vectigal aliter atq; aliter accipiatur.*

36 *Quemadmodum & litium, rerumque aliarum: quinimo & dotis Vectigal conſtitutum fuiſſe legimus.*

37 *Quorum omnium vectigal, eadem qua publicanorum proprie ſic dictorum ratione, interdicto hoc tenetur: ita vt Magiſtratus non modo eiuſmodi publicanorum, ſed & ipſorum vectigalium quorumcunq; cauſam publicam interdicto tueatur.*

38 *Neque obſtat quod l. 1. in fin. ff. ſi ager vectig. conductoribus agri vectigalis in rem actionem dat aduerſus quemuis poſſeſſorem: quia hoc non de cauſa ipſius domini vel Magiſtratus, quatenus iam per ſe ſatis liquida & probata eſt: ſed de dubia vel pari poſſeſſionis cauſa ipſorũ conductorum accipiendum eſt: quatenus per in rem actionem probandum primo & deducendum eſt, agrum vectigalem recte peti.*

39 *Alias Publicani qualeſcunque, in liquida conductionis cauſa, etiam aduerſus tertium, iniquius moleſtantem aut turbantem, interdictum habent.*

40 *Sexto omnes fiſcales vel publicæ exactiones & contributiones, item cenſus, & collecta quatenus in matriculam recepta: vel & alias certa, aut legitime conſtituta, & receptæ ſunt, celerem interdicti proceſſum, non tantum admittunt, ſed & poſtulant.*

41 *Cenſus & monumenta publica potiora teſtibus eſſe ſenatus cenſuit.*

42 *Etiam contra clericos, tributum ſoluere ceſſantes, ſummariter procedendum erit.*

43 *Multi textus clariſſimi, paratam executionem liquido, & diuerſimode ferentes, recenſentur.*

44 *Alius apprehenſionis modus proponitur in l. miſſi C. de exactoribus tributor.*

45 *In Imperio ſub mandatis pœnalibus, & pœnis quidem pecuniariis, vel certis, vel dupli &c. ſolutio collectarum imperari ſolet.*

46 *Atque ita in eiuſmodi contributionum & collectarum cauſis ſummariiſſime & ſine magno ſtrepitu, ad emiſſum Interdicti vel præcepti monitorium procedi, omnium eſt communis ſententia.*

Tt 3 47 *Quod*

Digitized by Google

47 *Quod omne intelligendum eſt, ſi liquida & deſinita ſit collecta aut contributionis cauſa & quantitas: Alias enim defenſio admittitur, & iuris ordine ac cognitione opus eſt.*

48 *Quamuis etiam in dubio, etſi manifeſta non adſit præſumptio contra collectantem propter publicam & fauorabilem Reipub. cauſam ac neceſſitatem, cum proteſtatione potius ſoluendum, & deinde agendum.*

49 *Ita vt appareat magnũ eſſe fiſci Reiq; publicæ in maturanda Executione fauorem, ſed eatenus, ſi quæ in omnibus aliis paratarum executionum cauſis requiritur, liquida vel matriculæ, vel ſtatuti vel geſtorum &c. ſit probatio.*

50 *Septimo, præmiſſis & illa vectigalia ſunt annumeranda, quæ ratione quâ alia certa ac recepta exiguntur: vt Daria & Acciſia quas vocamus: quæ ratione rerum venalium ab emptoribus exſoluuntur. Item protectorium quod* Schuggeldt *&* Vorſchos *nominamus. Item intributio, ratione ipſius patrimonii, quæ variam pro varietate locorum habet æſtimationem.*

51 *Octauo eſt vectigal emigrationis, quod aliquibus in locis penditur eo in caſu, cum quis vna cum bonis ſuis, alio ſe confert vel hereditatem iure ſucceſſionis auocat & exportat. Et dicitur Germanis diuerſimode* Abſchoß/ Nachſteuer/ Abzins/ Abgifft. *Eſt & alibi centeſima: alibi quinquageſima: alibi vel triceſima, alibi viceſima, alibi decima: alibi quod duriſſimum eſt quarta.*

De loco publico fruendo.

Tit. V.

1 PRætor † ait: Quo minus loco publico, quem is cui locandi Ius fuerit, fruendum alicui locauit: ei qui conduxit, ſocioue eius, lege locationis
2 frui liceat, vim fieri veto l. 1, in pr. Sed † & huius Interdicti vſus longe inſignior ampliorque eſt, quam ab interpretibus paſſim animaduerſum: continet enim non modo vectigalium, ſed ob rei & argumenti ſimilitudinem, omnium publicorum tum redituum tum etiam officiorum cauſam.

3 Tuetur † enim vectigalia & ſimilia, tributa & officia publica: dum prohibetur quis vim vel & moram aut quodcunque impedimentum facere ei qui id (vectigal vel tributum) conduxit, ita Vlp. l. 1. §. 1. h. tit. cauſam interdi-
4 cti recta exponit. Sed † cum cum tueatur prætor qui vectigal vel publicum officium conduxit, quanto magis illum tuebitur, qui ſuo id iure habet atque exigit, per vulg. & §. ſeq.

Si

Si † ſimul veniant ad interdictum mouendum ipſe, qui conduxit, & 5
ſocius eius: magis eſt, vt ipſe conductor præferatur. † Ait autem prætor: Quo 6
minus è lege locationis frui liceat: & merito: vltra legem enim vel contra le-
gem non debet audiri, qui frui deſiderat ibid. §. fin. l. 2. ff. ſi ager vect g.

Quod † autẽ Tribon. l. 2. qua concedi ſolet, vt imagines & ſtatuæ quæ 7
ornamenta reipublicæ ſunt futura, in publicum ponantur: ad hunc tit. referre
volui, magnam rationem non video: cum ea l. potius, ad Tit. De via pub. re-
ferenda eſſet, quod ſcilicet ſtatuæ & imagines, quatenus ornamento eſſe poſ-
ſunt, in ea cauſa non ſint vt loco publico obeſſe videantur, ſicut nec id quod
in loco ſacro commodi fit, ad eius loci Interdictum pertinet.

Vt vero ad vſum & praxin ipſam accedamus, † primo loquitur Interdi- 8
ctum de vectigalibus, qualia publicanis olim certa mercede vel penſione lo-
cari ſolebant: vnde tit. ff. de publican. Vectigalib. & Commiſ. & tit. C. de Ve-
ctigal. & commiſ. Non quod † plena vectigaliũ tractatio huius ſit loci: cum 9
ad regalia pertineat: per text. 2. feud. tit. 56. aliamque in diſpoſitione iuris
vniuerſi ſedem habeat. Sed † quod illi hic caſus del bandi veniant, quibus 10
Interdictum, paratiſſimamque eius executionem prætor pollicetur: quales
ſunt primo: † Quod vectigal legitime conſtitutum, ſit recta & recte & ſine 11
fraude pendendum, ab ijs, qui certo priuilegio exempti non ſunt, multo mi-
nus vt vim vllam facere liceat, d. l. 1. in pr. de loc. pub. † Adeo vt legitima ve- 12
ctigalia fraudans, Deo delinquat & mundo, *Barth. l. 10. in pr. C. de vectig. &*
com. Bald. l. 2. n. 2. eod. & l. veluti 2. n. 4. ff. de Iuſt. & iur. & c. 1. n. 2. Quæ ſint reg. &
ibi Affl. cl. Math. Coler. de proceſ. execut. 1. c. 3 n. 80. † Et vt vectigali ſoluendo non 13
tantum ſiſtere & arreſtare vel pignorare liceat: *Coler. d. c. 3. n. 74.* † Sed vt pro 14
fraudato vectigali res ipſa etiam cadat in commiſſum *l. 8. l. commiſſa 14. l. fin.*
per tot. de publican. Illudque ſtatim definat eſſe eius, qui crimen contraxit,
hoc eſt telonium fraudauit, dominiumq; rei vectigali acquiratur: competẽte
commiſſi perſecutione, etiam ab herede aduerſus quemlibet heredem & poſ-
ſeſſorem d. l. 14. † N. ſi commiſſi loco alia pœna, vt quadruplum vectigalis de 15
Iure Sax. ſit conſtituta, Coler. ibid. n. 74. † Quin ſi quis fraudato vectigali e- 16
labatur ſtatim, vel eo reuerſus ſiſti poteſt, & exigi per ead. & quæ Bald. Conſ.
328. vol. 2. vel etiam per magiſtratum facta telonij imploratione cogi vt ſol-
uat.

Quamuis † cõmiſſo, & vectigal inſit: ita vt hoc exigi non poſſit, ſi cõ- 17
miſſi fiat exſecutio *arg. §. ſed & legis Aquil. Inſt. de act. Coler. d. c. 3. n. 79.* † Sed 18
an & commiſſi cauſa in celerem exſecutionem veniat? Et perſecutionem dat
d. l. 14. quæ tamen vindicationis iudicium admitteret, vt cognoſcatur an et-
iam quid fraudulenter admiſſum: præſertim quod ſententia etiam declarato-
ria hoc caſu opus ſit, admiſſis etiam iuſtis ac legitimis excuſationibus, de qui-
bus in l. fin. vbi Com. DD. de publica.

Secun-

19 Secundo † huc refertur & ille caſus, quod aurigæ, aut viatores &
naucleri, præſertim cum mercibus vect gal debentibus, teneantur ſequi viam
publicam, qua communiter vel qui omnes vtuntur, vectigalque dependere
20 tenentur per l. præſidibus 2. §. † Sed nec per aliam viam eundi quiſquam
habet facultatem niſi per quam curſus publicus ſtare dinoſcatur, C. *de cauſ.*
21 *pub. lib. 12. l. qui fiſcales 7. ibi ſi deuia ſectatus C. de nauic. lib.* 11. Neque † hoc ſo-
lum, ſi fiat in fraudationem vectigalis, vbi commiſſi periculum eſt: ſed etiamſi
vectigal ſoluatur, ea tamen diuerticuli, aut nouæ viæ ſit ratio, vt vectigali frau-
dem creare poſſit.
22 Niſi † ob inundationes aut ſimiles iuſtas cauſas ſolita via teneri ne-
queat *per l. 2. §. ſi quis caution. Bertachin. de gabel. part. 9. de fraud. n.* 18. *Coler. d. c.* 3.
23 *num.* 83. Vbi † quæſitum, An per exciſam forte ſiluam, vel in mari, vt nu-
per Anglitrans Helleſpontum Danicum, noua & commodiore via inuenta,
hanc ſequi, & veterem dimittere queant? Et rem arbitrio eius, qui iuriſdi-
ctionem ac imperium eo loci habet, ſtare conſequens eſt.
24 Tertio † ad celerem hanc vectigalis executionem quoque pertinet;
Quod non ſolutis vectigalium penſionibus, pellere conductores, nedum et-
iam tempore finito, vel ab his vſuras ex mora exigere permittitut, l. vectigalia
10. de public. vectig.
25 Quantus † autem legitimorum vectigalium fauor eſt: tantum è con-
26 tra odium eſt eorum, quæ non legitime conſtituta ſunt: † Vectigalia enim
ſine Imperatorum præcepto, vel iniuſſu principis, neque præſidi, neque cura-
tori, neque curiæ conſtituere, nec præcedentia reformare & his vel addere
eaue vt Imp. loquitur profligare licet d. l. vectigalia l. 2. & tot. tit. C. Vectig.
27 nou. inſtit. non poſ. Quamuis † legitimæ præſcriptionis & conſuetudi-
nis eadem eſt ratio, cum & ſic vectigal tacite conſtitutum à principe videatur:
28 per l. Si publicanus 4. §. fin. de publica. Vbi † aliquis quærat, qui fiat quod
d. l. 10. de vectigalibus quidem aliquid deminuere prohibeat: Cum tamen
hoc interdictum non recte venire, & quemlibet de ſuo iure remittere poſſe
videatur? Et hoc reſpectu conductoris & publicani adiecit Hermogen. ille
enim, ſicuti quilibet inquilinus & vſuarius aut fructuarius, non poteſt deterio-
rem facere cauſam domini ſui, per notiſ. Hic ergo ſi quid inique exigatur,
non tantum inhibitiones, ſed & reſtitutiones, competunt: quod multis Ca-
meræ Imperialis monitorijs probatum receptumque eſt: etiamſi & fauorabi-
les vel alieniores nouis vectigalibus, tituli aſſignarentur: quaſi non vectigal
ein Zoll eſſet, ſed protectoriũ, Schutzgeldt/ Viatorium Weggeldt/ ponticula-
tum, Brückengeldt/ &c.
29 Atque iſta obiter nouiſſe ſufficiat de publicanis, † vere ſic dictis, qui
vectigalia publica id eſt populi Romani ſiue principis vel fiſci certa penſione
conducta habent, l. 1. §. 1. l. quattæ 12. §. fin. de publican. l. inter publica 17. §.
publica

Digitized by Google

publica vectigalia, ibi fiſcus capi ff. de verb. ſig. † Sunt vero & alij publica- 30
ni, quos improprie vel quaſi publicanos vocare poſſumus: ijque quadrupli-
ces: † Primo Qui vect galia non populi Romani & vere publica, ſed reipu- 31
blicæ cuiuſdam aut municipij conducta habent: † Secundo qui non vecti- 32
galia telonij, ſed ſalinas, picarias, cretiſodinas, metallorum, rerumque ſimiliū
reditus fiſco vel reip. debitos conduxerunt *d. l. 13. in princ. & §. 1. l. Cæſar. 15. d. tit. d. l. intra publica 17. d. l. eum qui 18. de verb. ſig. d. tit. Quæ ſint regalia 56. ibi: argentaria: & ibi ſaliuarum.*

Tertio † qui agros populi Romani, vel & municipij vectigales hoc eſt 33
emphyteuticarios, vel quo alio canone obligatos habent conductos, text. *l. 1. & 2. ff. Si ager vectig. vel & lacum, flumium aut ſtagnum, l. 1. §. 7. Vt in flum. pub. nauig.*

Quarto † publicanorum loco habentur, qui quæcunque alia tributa 34
vel populi Romani vel & Reip. conducta habent. *d. l. 1. ibi: vel tributum, de publican. Cuiac. 7. obſ.* 4. † Vnde facile eſt percipere, quod pro varietate ipſo- 35
rum publicanorum, ipſum quoq; vectigal, aliter atque aliter accipiatur. quē-
admodum & litium, rerumque aliarum, † quinimo & dotis vectigal conſti- 36
tutum fuiſſe legimus, de quo Cuac. 6. obſ. 28. Goddæ d. l. inter publica 17.
n. 8. Item hereditatis per tit. C. de edict diu. Adri. † Quorum omnium ve- 37
ctigal, eadem qua publicanorum proprie ſic dictorum ratione, Interdicto hoc
tenetur; ita vt Magiſtratus non modo eiuſmodi publicanorum, ſed & ipſorū
vectigalium quorumcunque cauſam publicam interdicto tueatur, *l. 2. C. de fund. rei priu. &* per ead. quæ ſup. & quæ ſeq. † Neque obſtat quod d. l. 1. in 38
fin. ff. ſi ager vectig. conductoribus agri vect galis, in rem actionem dat ad-
uerſus quemuis poſſeſſorem: quia hoc non de cauſa ipſius domini vel magi-
ſtratus, quatenus iam per ſe ſatis liquida ac probata eſt, ſed de dubia vel pari
poſſeſſionis cauſa, ipſorum conductorum accipiendum eſt: quatenus per in
rem actionem probandū primo & deducendum eſt, agrum vectigalem recte
peti: † Alias publicani, qualeſcunque, in liquida conductionis cauſa, etiam 39
aduerſus tertium, iniquius moleſtantem aut turbantem interdictum habent,
text. d. l. 1. §. 7. vt in flum. pub. Vbi publicano qui locum vel ſtagnum condu-
xit ſi piſcari prohibeatur vtile interdictum competit: Et quamuis à munici-
pibus conductum habeat, æquiſſimum erit ob Vectigalis fauorem interdicto
eum tueri.

Sexto † omnes fiſcales, vel publicæ exactiones, & cōtributiones, item 40
cenſus, & collectæ, quatenus in matriculam receptæ, vel & alias certæ aut le-
gitime conſtitutæ & receptæ ſunt, celerem Interdicti proceſſum, non tantum
admittunt, ſed & poſtulant, per ead. & per l. 10. † cenſus & monumenta pu- 41
blica potiora teſtibus eſſe ſenatus cenſuit, ff. de probat, l. 4. ibi: inſpectio ra-
tionum fiſcalium fidem demonſtrat C. de fid. Inſtrum. text. l. pen. Hi qui fiſco

Zzz man-

manſuetudinis noſtræ obnoxij ſunt, omiſſa fruſtratione teneantur, & co-
gantur exſoluere, reſeruatis, & cum compleuerint, allegationibus proprijs,
ſi quos aduerſus quoſcunq; ex ſuis contractibus debitores competere ſibi tra-
diderint, C. *de conuen. fiſ. debit. text. ſing. Nouel.* 8. *c.* 10. §. *oportet. Et Nouel.* 17. *c.*
coges, & tot. tit. C. *de exact. trib. l. cum quidam* §. *fiſcus ff. de vſur.* Thomat. de col-
42 lect. §. videndum nunc eſt, per tot. & n. 11. † Vbi etiam contra clericos, tri-
butum ſoluere ceſſantes, ſummarijſſime procedendum & exequendum eſſe
43 ait, fol. 258. & latius §. Retenta, n. 30. Et † ſunt textus clariſſimi, paratã exe-
cutionem impenſiſſime, & quidem diuerſimode ferentes, in l. cum poſſeſſor.
5. §. fin. pro pecunia tributi, quod ſua die non eſt redditum, quo minus præ-
dium iure pignoris diſtrahatur, oblata cautio non admittitur, ff. de cenſib. l.
pen. ſi impoſitas reipub. functiones non agnouerint, omnib. modis poſſeſſio-
nes eorum publico vindicentur. C. *de exact. trib. lib.* 10. *l.* 1. C. *ſi propt. pub. penſit.*
l. edicto C. *ſi aduerſ. fiſc. vbi* prædia ex primo decreto occupantur, dato ad ſoluẽ-
dum termino, quo elapſo irreuocabiles fiant alienationes, *tot. tit.* C. *de capien-*
dis & diſtrah. pig. trib. cauſ. lib. 10. *tit.* 21. qui modus pignorandi admodum eſt
44 vſitatus, † ſed & alius videlicet appræhenſionis proponitur in l. miſſi C. de
45 exact. trib. † In Imperio ſub mandatis pœnalibus, & pœnis quidem pecuni-
rijs, vel certis vel dupli &c, ſolutio collectarũ imperari ſolet &c. ſingularis et-
iam textus l. 1. C. de offic. præfect. Auguſt. vbi in Tributis ſoluendis audaces,
hoc eſt moroſos, primum exigendos, deinde ſi opus ſit per militare etiam au-
xilium, ad ſolutionem compellendos eſſe, reſcribitur, ſiue ij qui debent, mili-
46 tares ſint, ſiue non militares. † Atq; ita in eiuſmodi contributionum & col-
lectarum cauſis, ſummarijſſime ac ſine magno ſtrepitu, ad emiſſum Interdicti
vel præcepti monitorium procedi, omnium eſt communis ſententia & tradi-
tio *Bald. Conſ.* 434. *lib.* 3. *Marant. part.* 6. *de cit. n.* 6. *And. Gail.* 1. *obſ.* 20. *n.* 5. *Matth.*
Coler. de proceſ. execut. 1. *c.* 2. *n.* 170. *& c.* 3. *n.* 86.

47 Quod † omne intelligendum eſt, ſi liquida & definita ſit collectæ aut
contributionis cauſa, & quantitas, per ea quæ dixi de mand. c. 87. alias enim
defenſio admittitur. & iuris ordine ac cognitione opus eſt, per tex. expreſſum
in l. prohibitum, *l. defenſioni* C. *de iure fiſc. text. l.* 3. *rationalis noſter Iuris ordinem*
ſequetur C. *de conuen. fiſc. debit L. vn.* C. *de conduct. & proc. lib.* 11. *& vtrobique*
DD. Gail. d. obſ. 20. *num.* 8. *& ex eo Col, d. cap.* 3. *num.* 86. *& dixi d. c.* 86. *num.* 3.
in fin.

48 Quamuis † etiam in dubio, & ſi manifeſta non adſit præſumptio, con-
tra collectantem, propter publicam & fauorabilem reipub. cauſam, ac neceſ-
ſitatem, cum proteſtatione potius ſoluendum, & deinde agendum, per text.
d. l. pen. C. de conuen. fiſc debit.

49 Ita † vt appareat magnum eſſe fiſci reique publicæ in maturanda exe-
cutione fauorem, ſed eatenus, ſi &, quæ in omnibus alijs paratarum execu-
tionum

Digitized by Google

tionum cauſis requiritur, liquida vel matriculæ vel ſtatuti vel geſtorum &c ſit probatio: Vnde & ſi cus, quoad cetera, iure priuatorum vtitur, tam in agendo, quam defendendo.

Præmiſſis vero & illa Septimo † vect g lia ſunt annumeranda quæ ratione qua alia certa ac recepta exiguntur: vt Datiæ & acciſiæ quas vocamus, quæ ratione rerum venalium ab emptoribus ex oluuntur: Item protectorium quod Schutzgeldt & Vorſchoß nominamus, Item intributio, ratione ipſius patrimonij, quæ variam pro varietate locorum habet æſtimationem: alibi enim pro arbitrio, & æſtimatione magiſtratus, quatenus videlicet ciuis, vel ſubditi facultates ille æſtimat, alibi ad trecenteſimam, ducenteſimam, vel centeſimam, patrimonij partem annua intributio vel cenſus der Schoß exigitur & imperatur. vbi pro ratione aut conſuetudine recepta, parata datur exſecutio. 50

Eſt † octauo & vectigal emigrationis quod aliquibus in locis penditur eo in caſu, cum quis vna cum bonis ſuis, alio ſeſe conferre vult, vel hereditatem iure ſucceſſionis auocat, & exportat. Et dicitur Germanis diuerſimode, Abſchoß, Nachſteur/ abzinß/ abgifft. Et eſt alibi centeſima, alibi vero quinquageſima, alibi vel triceſima, alibi viceſima, alibi decima, vt apud Lubecenſes, Roſtochienſes &c. alibi quod duriſſimum, eſt quarta, † Et cum hac de materia haud inelegans Authoris conſilium in promptu ſit: ob prolixitatem equidem (quæ huic loco haud conuenit) ad calcem huius operis illud repoſuimus. 51

De fluminibus, Ne quid in flum pub. ripaue eius fiat quo peius nauigetur, & trib. tit. ſeq.

SVMMARIA.

TIT. VI.

1 *Vti in ſuperioribus, titulos aliquot ob materiæ coherentiam Author coniunxit; ita ſub hoc capite titulos 12. 13. 14. & ſeq. ſub Interdictorum libro ſeorſim propoſitos, eandem ob cauſam coniunget.*

2 *Primo igitur in d. tit. de fluminibus 12. ait Prætor. Ne quid in flumine publico, neue in ripa eius quid fiat. Item Ne quid in flumine publico, neue in ripa eius immittatur, quo ſtatio iterue nauigio deterior ſit, fiat, & hoc in l. 1. in prin. dict. tit. de fluminib.*

3 *Si in mari aliquid fiat, ex ſententia Labeonis competit Interdictum, Ne quid in mari, in ue littore quid fiat, quo portus ſtatio, iterue nauigio deterius fiat d. tit. 12. n. 12.*

4 *Deinde præcipue Prætor, vt id quod in flumine publico ripaue eius fiat: ſiue quid in id flumen, ripamue eius immiſſum habetur, quo ſtatio, iterue nauigio deterior ſit, fiat, reſtituatur ſub §. 19. dict. tit. 12. de flumin.*

5 *Porro in tit. ſeq. Ne quid in flum. public. &c. ita ait Prætor, In flumine publico, inue ripa eius facere: aut in id flumen ripamue eius immittere, quo aliter aqua fluat, quam priori æſtate fluxit, veto, in princ. dict. titul.*

6 *Deinde ait Prætor, quod in flumine publico, ripaue eius factum: ſiue quid in flumen ripamue eius immiſſum habes: ſi ob id aliter aqua fluit, atque vti priori æſtate fluxit, reſtituas in §. 11. dict. tit. Ne quid in flum. pub.*

7 *In tit. 14. vero, Vt in flumine pub. nauig. &c. Prætor vim fieri vetat, quo minus in flumine publico nauem ratem agere: & per ripam onerare, & exonerare liceat. Item vt per lacum, foſſam, ſtagnum publicum nauinauigare liceat interdicis.*

8 *Denique in tit. 15. de ripa munienda, Prætor vim fieri prohibet quo minus in flumine publico ripaue eius opus tuendi cauſa facere liceat: dummodo in annos decem arbitratu boni viri cautum fuerit, ne ob id gatio deterior fiat.*

9 *Antequam ad ipſam Interdictorum explicationem tranſeat Vlpianus; primo omnium de quibuſnam fluminibus hic agatur exponit: idq tribus tit. ſequentib. præmittit.*

10 *Loquuntur igitur illa Interdicta omnia, non de priuatis ſed publicis fluminibus, eorumue ripis.*

11 *Illa hic differentia obſeruanda, quod Interdictum de Fluminib. in d. tit. 12. ad ea tantum flumina publica pertineat, quæ nauigabilia ſunt.*

12 *Quamuis rectiſſime Labeo & poſt eum Vlpianus non eſſe iniquum ſcribit, etiamſi quid in eo flumine quod nauigabile non ſit, fiat: vt forſan exareſcat, vel aqua curſus impediatur, vtile interdictum competere.*

13 *Quemadmodum & alia Interdicta non minus quam pleræque actiones ob extenſiuam Iuris poteſtatem hoc intuitu in directa & vtilia diuiduntur.*

14 *Quamuis ex d. tit. 13. Ne quid in flum. pub. fiat &c. & directum pro fluminibus non nauigabilibus interdictum detur.*

15 *Vbi fluminum non nauigabilium mutuus & publicus eſſe vſus ſolet, vtpote in appellendo pecore, in piſcando, in irrigando, in ducendo ligna trabesq, & ſimilia; Ita & multa in præiudiciũ eiuſmodi fluminũ fieri poſſunt: quod*

Digitized by Google

quod non modo vtiliter ex d.tit.12. Sed etiam directe ex d.tit.13. accommodato interdicto pracaueri ſolet.

16 *Quin ex d.tit.12. non modo magnis triremibus & nauibus in mari peregrinantibus & negociantibus directum interdictum pollicetur Prator, ſed etiam ipſis ratibus, & qualibuſcunque nauigiis.*

17 *Flumina quadam ſunt publica: quadam Priuata: quadam nauigabilia, quadam non.*

18 *Qualiter publicum flumen vulgo definiatur.*

19 *Quid ſit lacus.*

20 *Quid ſit ſtagnum.*

21 *Quod pro vera interdicti ſententia, publicum flumen appelletur: nimirum cuius vſus ſit publicus.*

22 *Quamuis & flumen quoddam publicum ſit, cuius tamen vſus publicus non ſit, ſed ſolius fiſci aut Principis.*

23 *Priuatum flumen definitur, cuius priuatus ſit vſus.*

24 *Sed non flumina modo, verum etiam lacus & riui, & amnes & torrentes in ea cauſa ſunt, vt in hanc diuiſionem cadant, & vel publico vel priuato iure habeantur & reputentur.*

25 *Aqua finitore Ariſtotele, eſt elementum humidum, quod proprio termino contineri nequit.*

26 *Ripa definitur, qua pleniſſimum & naturalem eius curſum ac rigorem continet.*

27 *Nam ſi quando vel imbribus, vel mari, vel qua alia ratione ad tempus excreuerit, ripas non mutat, niſi naturaliter creuerit, & alueum mutarit.*

28 *Littus definitur, quo mare continetur, & fluxus eius hybernus maximus excurrit, quod ex l.1.§.ripa autem 5.de fluminib. latius explicatur.*

29 *Alueus eſt ipſius fluminis vel aquarum cumulus atque rigor ripis contentus.*

30 *Vnde dicatur Statio.*

31 *Primo explicat Vlpianus, quare dicat Prator, Ne quid in flumine publico, ripaue eius fiat.*

32 *Non omne quod in flumine publico ripaue fit, coercetur: Sed hoc ſingulariter coercet Prator, ſi quid fiat quo deterior Statio aut Nauigatio fiat: quod variis, qui hic recenſentur, modis fieri poteſt.*

33 *Deterior Statio, itemque iter nauigio fieri videtur, ſi vſus eius corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor vel rarior: aut ſi in totum auferatur.*

34 *Explicatio eius quod Vlpianus in l.1.§.14 ff de fluminib. dicit, ſi pedeſtre iter impediatur, non ideo minus iter nauigio deterius fieri.*

Digitized by Google

35 *In Stationibus & illud competens magiſtratus ſuis interdictis præcauere ſolet & vtique tenetur: vt non tantum ſtatio aperta ſit maneatque: ſed ne qua etiam nauis fragroſa aut pertuſa in ipſo portu ſubſideat, vel demerſa ad offendiculum relinquatur; ſed vt potius extrahatur, ſtatioque libera fiat.*

36 *Hic aliquoties quæſitum cuius ſumptibus id fieri oporteat, præſertim ſi dominus nauem pro derelicto habeat: & eo caſu mandatis pœnalibus aſtringi poſſit vt tollat? Quod diſtinctione hic reſoluitur.*

37 *Non poſtrema ratio habenda eſt Pharorum, & lampadum nauticarum: vt ſcilicet temporibus & horis conſtitutis ac receptis, lumina illa certa & integra, & ſine fraude habeantur: ne Meſonautæ tenebricoſis aut illunibus noctibus deficiente lumine omni itineris remedio, iudicio deſtituantur, & naufragi allidant.*

38 *Eoque nomine prohibetur, vetitumque eſt piſcatoribus, ne nocte luminibus piſcentur, & fallant nauigantes quaſi, vt portum aliquem delaturos, eoq; modo in periculum deducant.*

39 *Nauigationem porro tollit & difficiliorem reddit maxime piratarum prædonumque infeſtatio: quos, Principes & ciuitates Regalium & vectigalium iura habentes præſentiſſimis executionibus, & perſecutionum mediis cohibere, ſaluumque & tritum iter mari terraque in flumine & in littore præſtare tenentur.*

40 *Quin & accolentium maritimarum ciuitatum, locorumque regalia iſta alias non habentium curæ eſt (ab aliis quod fieri interdum ſolet, nec cauillanda, nec ſiniſtrius interpretanda, multo minus vindicanda) ſi in eiuſmodi Harpyias, vultureſque marinos perſecutionis iure vtantur.*

41 *Huc etiam naufragiorum iura pertinent, ex quibus accolis fluminum interdicitur, Ne bona ex naufragiis ad littora appulſa ſtatim diripiant, ſubtrahant & expilent.*

42 *Tum ne Magiſtratus prætextu commiſſi ſtatim vindicet: barbaraque contraria conſuetudo, quæ alibi inualuerat, omnino interdicta, & Imperatoris Caroli conſtitutione ſublata eſt.*

43 *Cum res naufragio amiſſæ, vel in illud iactæ non pro derelicto habeantur, ſed domini maneant.*

44 *Hinc doloſe ſubtrahens furti aſtringitur, & ad reſtitutionem tenetur.*

45 *Iactu neceſſario ad communem totius nauis, rerumque in ea exiſtentium conſeruationem facto, omnes contribuere tenentur, quorum interfuit.*

46 *Publicarum riparum, litorumque iure gentium ac naturali communi vſus publicus ſtabilitur, ſancitur aduerſus omnem accolarum iniuriam per l. 3. C. de nauicular. lib. 11.*

47 *Sæpe accidit vt accolæ & vicini, merces, ligna, trabes & ſimilia in ripis & littori-*

Digitized by Google

littoribus onerari & exonerari nolint ac prohibeant : contra expreſſum text.in l. 1. Vt in flum.pub.nauig. & ſimilia iura.

48 *Grauatis igitur contra iura hæc, interdictis & mandatis prætoriis ſubueniendum eſt : quod & in Camera Imperiali obſeruatur.*

49 *Si in fraudationem telonii & vectigalis : vel inſolitis & inconſuetis in locis illicite fiat appulſio & expoſitio : hoc ipſum interdicto magis prohibetur, quam approbatur.*

50 *Perverſa conſuetudo taxatur, quæ recepta ac cum ipſis hominibus nata, & neceſſaria negociationes alicubi ita impediuntur, vt liber cum mercibus, publico etiam in flumine, viaque non ſit commeatus : quaſi nihil iſt hac libere in publico mari aut flumine importare vel exportare liceat, niſi ipſis qui hanc ſibi licentiam arrogant.*

51 *Quæſtio, an is qui in vtraque ripa fluminis publici, domus habeat : pontem priuati iuris facere poſſit.*

52 *Explicatio leg. 2. ff. de fluminib.*

53 *Iure naturali gentiumque publicus eſt aquarum vſus : quo ſi quis, extra prohibitionis caſus, arceatur in ducendo & hauriendo ad vſus neceſſarios, non modo actionem iniuriarum habet : ſed etiam paratiſſimum prætoris interdictum.*

54 *Idemque ius non modo in mari & ſimilibus aquis iure gentium communibus, ſed etiam in qualibuſcunque aquis publicis, ſiue populi ſint Romani, ſiue vniuerſitatis & communitatis alicuius.*

55 *Vnde & publicorum aquaductuum publicus vſus ad cauſam horum interdictorum, præſertim vero ad tit. Ne quid in flum. pub fiat, &c pertinet.*

56 *Execrabile videtur in liberis & bene conſtitutis Rebuſpub. aquam habere venalem : niſi forte pro loci qualitate, & ſiccitate magna ſit aquæ penuria.*

57 *Quemadmodum & canon aquaticus, vel collecta indici poteſt. ſi neceſſaria aquarum copia, & aquaductuum reparatio & conſeruatio ex aliis publicis vectigalibus exhiberi nequeat.*

58 *Si cui vis fiat quo minus pecus ad flumen publicum ripamue fluminis publici appellatur, interdictum ei competit. Sed ſi quis velit interdictũ mouere, vt locus deprimatur pecoris appellendi gratia, non debet audiri.*

59 *Quæritur an ſicuti pro nauigiis & ſimilibus aquarũ publicarũ vſibus, interdicta hæc de fluminibus : Et de viis ac itineribus publicis ; præcedentia de locis publicis interdicta redduntur : Ita etiam aliis in cauſis reddantur, vt in piſcationum, lotionum, &c. ambulationum, venationum, conuerſationum, reddantur?*

60 *Reſpectu iuris priuati etiam in piſcationum venationumque & ſimilibus cauſis interdicta redduntur Vti poſſidetis : & etiam vnde vi : Sed reſpectu iuris publici actiones tantum iniuriarum competunt, ſi quis in mari locoue publico piſcari, venari, ambulare prohibeatur.* 61 *In-*

Digitized by Google

61 *Interdicta de fluminibus, & vt in flumin. public. nauig. &c. etiam ad cauſas piſcationum, lotionumque legitimarum referuntur: ſi non directo, ſaltem vtiliter. Idque non tantum in publicanis & conductoribus fluminum publicorum: ſed etiam in aliis priuatis, modo non ſint priuatorum.*

62 *Caſus ipſo iure vetitus omnino interdictorum proprius eſt: quod tamen eatenus intelligendum, niſi iuxta Pomponii limitationes in l. 2. ff. de fluminib. princeps vel Magiſtratus, publici iuris, & intereſſe gratia, publicum priuatorum vſum inhibuerit: vel vſus iſte publicus, quo ad priuatos praſcriptus, aut alia ratione legitime ſit immutatus.*

63 *Quaritur, An in mari aut flumine publico molendina vel ædificia ponere cui liceat.*

64 *Quamuis Prætor illa tantum coercet, quibus deterior via, ſtatio, nauigatio fiat: Tamen extructa vel ædificata in via, flumine publico, habere non licet ſine Principis vel Magiſtratus permiſſu.*

65 *Si quid tamen extructum ſit, quod ferri non poſſit, non ſtatim dirui, ſed potius vectigal aut ſolarium imponi debet: quod tamen arbitrii potius quam neceſſitatis eſt.*

66 *Ad explicationem & intellectum, §. littorum inſtit. de rer. diuiſio.*

67 *Quomodo accipiendus Prætor ſit, Quod in flumine publico fieri quid prohibet, quo aliter aqua fluat, quam priore æſtate fluxit.*

68 *Secunda quæſtio eſt. Si Titius integro anno vel biennio, Molendinum aut aliud opus, flumini impoſitum habuerit: & Sempronius poſtmodum.*

69 *Quod Bartolus & alii Doctores ad praſcribendam ſeruitutem diſcontinuam tempore cuius initii non ſit memoria, opus eſſe aiunt: id leg. fin. C. de long. tempor. praſcript. generaliter ad longum tempus reſtrictum eſt: differentiis illis antiquis de continua & diſcontinua ſeruitute exploſis.*

70 *Quæſtio, An & quatenus citra firmam praſcriptionis cauſam, interdictum, Ne quid in flumine publ. detur ei qui molendinum, vel quid ſimile per annum aut circiter in flumine habuit, contra eum, qui curſum aquæ ad molendinum iſtud alio forte quo opere alias licito impedire conatur.*

71 *Etſi quis molendinum in flumine publico conſtruxerit ſolo iure vſus publici: poteſt tamen ſuperior vicinus eodem publici vſus iure ſimiliter molendinum aliquod ſuperius ponere nullo habito reſpectu, quod inferiori molendino iſti curſus aquæ præripiatur vel damnum afferatur.*

72 *Communis eſt ſententia, quod ædificans in parte ſuperiori, auferens vſum aquæ*

aque quo inferior vtebatur. non dicitur illi damnum dare, nec iniuriam facere quod vtatur iure ſuo.

73 *Si grande damnum flumen alicui dare ſolitum ſit, vel aliàs periculum ſit, vt prædia flumen depopuletur: aggeres vel quam aliam munitionem ad defenſionem ſui agri adhiberi licebit: quamuis ea res curſum fluminis ad alios agros deuaſtandos immutet.*

74 *Quæritur autem, an idem procedat, ſi per iſtam munitionem maius ab aqua damnum vicinis inferatur, quam is qui auertit, paſſus fuiſſet, ſi ſine obſtaculo per ſuos agros tranſire permiſiſſet? Et anne vicini hoc caſu inhibere poſſint, ne ſuperior ad auertendum flumen aggeres ponat?*

75 *Quæritur, ſi duo vel plures molendina in flumine habeant, alterum altero ſuperius: an dominus molendini ſuperioris, tempore ſiccitatis, vel aquarum penuria, recollectam aqua licitè poſſit facere priuato, inuito domino molendini inferioris.*

76 *Quæritur porro, An cum flumine publico priuatum forte fundum ingreſſo, pro libitu diſponere liceat, puta molendinum imponere, vel quid aliud inædificare: vel aquam continere, aut ad irrigandos agros vel alio deriuare?*

77 *Vti prohibitoriis interdictis cauet Prætor atque proſpicit, Ne quid fiat: Ita reſtitutoriis cauet, iubet & coercet, vt omnia contra interdictum facta, immiſſaue reſtituantur.*

78 *Quamuis interdictum, Vt in flum. public. nauig. lic. prohibitorium ſolummodo eſſe tam ex formula quam interpretatione videatur: Tamen & reſtitutorium eſt, non quidem tantopere ſi quid in flumine publico fiat, vel immittatur, quo nauigatio deterior fiat. Sed ſi vel piratæ & prædones flumen publicum obſideant aut infeſtent; tunc enim tam reſtitutoriis vel compulſorialibus & auocatoriis quam inhibitoriis interdictis eſt locus.*

79 *Qualiter libellus hac in materia concipiatur.*

80 *Alia forma libelli.*

De fluminibus, Ne quid in flum. pub. ripaue eius fiat quo peius nauigetur, & trib. tit. ſeq.

Tit. VI.

VTi in ſuperioribus † titulos aliquot, ob materiæ cohærentiam coniunximus: idque, vt credimus, ſine peccato aut delicti obligatione: ita ſub 1

hoc capite titulos 12.13.14. & ſeq. ſub interd ctorum libro ſeorſim propoſitos 2 eandem ob cauſam coniungimus: Primo † igitur d.tit. De fluminib.12. Ait prætor: Ne quid in flumine publico, ripaue eius facias; Ne quid in flumine publico, neue in ripa eius immittas; quo ſtatio, iterue nauigio deterior ſit fiat, 3 l.1.in princ. d.tit. Si † in mari aliquid fiat: Labeo ait, competere tale interdictum: Ne quid in mari, inue litore; quo portus, ſtatio, iterue nauigio deterius fiat, §.17.

4 Deinde † ait Prætor; Quod in fl mine publico ripaue eius fiat, ſiue quid in id flumen, ripamue eius immiſſum habes; quo ſtatio, iterue nauigio deterior ſit, fiet: reſtituas, §.19.

5 Tit. † autem ſeq.13. Ne quid in flum.pub.fiat quo aliter aq. fluat, &c. ita ait prætor: In flumine publico, inue ripa eius facere, aut in id flumen ripãue eius immittere, quo aliter aqua fluat, quam priore æſtate fluxit, veto, in pr.

6 Deinde † ait Prætor: Quod in flumine publico, ripaue eius factum; ſiue quid in flumen ripamue eius immiſſum habes: ſi ob id aliter aqua fluit, atque vti priore æſtate fluxit; reſtituas, §.11.

7 Cæterũ † Tit.14. Vt in flumine publico nauigare liceat, ita Prætor ait: Quo minus illi in flumine publico nauem, ratẽ agere; quoue minus per ripã onerare, exonerare liceat: vim fieri veto, Item; vt per lacum, foſſam, ſtagnum publicum nauigare liceat; interdicam, in pr. Hoc interdicto proſpicitur, ne quis flumine publico nauigare prohibeatur, ſicuti enim ei, qui via publica vti prohibeatur, interdictum ſupra propoſitum eſt: ita hoc quoque proponendum prætor putauit, § 1.

8 Denique Tit.15. de † ripa munienda, ait prætor; Quo minus illi in flumine publico, ripaue eius opus facere, ripæ agriue, qui circa ripam eſt, tuendi cauſa, liceat: dum ne ob id nauigatio deterior fiat: ſi tibi damni infecti in annos decem, viri boni arbitratu, vel cautum vel ſatiſdatum eſt; aut per illum non ſtat, quo minus viri boni arbitratu caueatur vel ſatiſdetur vim fieri veto, in pr.

9 Antequam † vero ad ipſam interdictorum explicationem tranſeat Vlp. & ex eo Tribon. primo omnium de quibuſnam fluminibus hic agatur exponit idque trib. tit. ſequentibus præmittit.

10 Loquuntur igitur † & concepta ſunt illa interdicta omnia non de priuatis, ſed publicis fluminibus eorumque ripis: prout ex ipſis cum titulis tum textibus videre eſt.

11 Illa tamen hic differentia obſeruanda, † quod interdictum de Flumin. ex d.tit.12. ad ea tantum flumina publica pertineat, quæ nauigabilia ſunt: ad cætera non pertineat: quamuis rectiſſime Labeo, & poſt eum Vlp. non eſſe 12 iniquum † ſcribit etiamſi quid in eo flumine quod nauigabile non ſit, fiat: vt forſan exareſcat vel aquæ curſus impediatur, vtile interdictum competere: ibid.

ibid. §. 12. & 18. quemadmodum † & alia interdicta non minus, quam plæ- 13
ræque actiones ob directam tum extenſiuam ſui poteſtatem hoc intuitu in directa & vtilia diuiduntur, per ea quæ ſub d. uiſ. interdictorum diximus.

Quamuis † ex d. tit. 13. Ne quid in flum. pub. fiat quo aliter aq. fluat. &c. 14
& directum pro fluminibus non nauigabilib. interdictum datur, §. 1. §. 2. ibidem.

Vbi enim † & fluminum non nauigabilium multus & publicus eſſe v- 15
ſus ſolet: vtpote in appellendo pecore, in piſcando, in irrigando, in ducendo, qualiter ligna trabeſque, item merces, & alia iis impoſita, mira commoditate deuehi poſſunt: Ita & multa in præiudicium eiuſmodi fluminum fieri poſſunt: quod ipſum non modo vtiliter ex d. tit. 12. ſed etiam directe ex d. tit. 13. accommodato interdicto præcaueri poterit: Quin † ex d. tit. 12. non modo 16
magnis triremibus & nauibus inſtar domorum atque turrium in mari peregrinantibus & negotiantibus directum interdictum pollicetur prætor: ſed ipſis etiam ratibus & qualibuſcunque nauigiis: cum in nauigii appellatione etiam rates contineantur: quia plærumq; & ratium vſus neceſſarius eſt, §. 14. ſicuti & ſcaphatum accymbarum & Synedriarum, &c.

Sunt igitur † fluminum quædam publica: quædam non, ſeu priuata: 17
quædam nauigabilia, quædam non.

Publicum † flumen definiunt quod perenne ſit & ſemper ac perenne 18
fluat: licet æſtate interdum alicubi exareſcat, l. 1. §. 2. & ſeq. d. tit. quæ definitio ſi perpetua eſt omnia pene flumina publica faciet ipſoſque etiam riuos per l. 4. in fin. ff. de rer. diuiſ. nihilque publicum flumen à priuato differet: cum omne, & proinde etiam priuatum flumen plærumque ſemper fluat, nec alias proprie flumen dici mereatur: cum & riuus, à quo tamen, flumen, magnitudine vel accolentium exiſtimatione diſcernitur, ſæpe ſit perennis, d. l. 1. §. 1.

Sic & † lacus eſt, qui citra certum fluxus rigorem perpetuam aquam ha- 19
bet, l. 1. §. 3. Vt in flum. pub. nauig.

Stagnum eſt † quod temporalem contineat aquam ibidem ſtagnan- 20
tem, quæ quidem aqua plærumque hieme cogitur ibid. §. 4. quod pro ratione ſoli ibidem vel publicum vel priuatum eſſe poteſt.

Publicum † igitur flumen pro vera huius interdicti ſententia eſt, cuius 21
publicus eſt vſus: quemadmodum & ripæ, ob id, ex publico vſu definiuntur, §. riparum, §. littorum Inſt. de rer. diuiſ. & dixi antea in tract. de Mand. c. 36, n. 4. quamuis † & flumen quoddam publicum ſit, cuius tamen vſus publicus 22
non ſit, ſed ſolius fiſci aut principis l. quo minus 2. d. tit. 12. l. 1 § publicano 7. vt in flum. pub. nau.

Priuatum † flumen è contra definitur, cuius priuatus eſt vſus. Sed † non 23
flumina modo verũ etiam lacus & riui & amnes & torrentes in ea cauſa ſunt, 24

vt in hanc diuiſionem cadant, & vel publico vel priuato iure habeantur & re-
putentur, per ea quæ titulis ſuper oribus de locis & viis tam publicis quam
priuatis dicta ſunt: quemadmodum & omnia eiuſmodi, larga fluminum po-
teſtate veniunt, tribuſque propriis adiunctis conſtant, aqua, alueo, ripis, aut
25 littore, & quarto in nauigabilibus, ſtatione & portu. Aqua † finitore Ariſt. eſt
26 elementum humidum quod proprio termino contineri nequit: Vnde † ri-
pa definitur quæ pleniſſimum & naturalem eius curſum ac rigorem continet
27 d.l.1.§.5.l.pen.§.1. Nam † ſi quando vel imbribus vel mari, vel qua alia ra-
tione ad tempus excreuerit, ripas non mutat niſi naturaliter creuerit, vt per-
petuum incrementum nactus ſit, & ſic alueum mutarit, d.l.1.§.5.d.tit.12.
28 Sicut † littus definitur, quo mare continetur & fluxus eius hybernus maximus
excurrit, §.tit.Inſt.de rer.diuiſ.qui ex d.§.5.explicandus eſt: quod ſcilicet non
ab omni maximo maris effluxu littora ſtatim reputentur, ſed ab eo, qui plæ-
rumque vel omni vel ſtato tempore fieri ſolet: niſi ita erumpat vt nouum
profundum nouumque littus conſtituat.
29 Alueus † eſt ipſius fluminis vel aquarum cumulus atque rigor, ripis con-
tentus: d.§.5. quem in mari, ipſum altum ac profundum vocari exiſtimo.
30 Stationem † dicimus, à ſtatuendo, locum, quo naues tuto ſtare poſſunt,
§.13.

Nunc ad ipſius interdicti caſus progrediendo primo illud explicat Vl-
31 pian. quare dicat prætor, Ne † quid in flumine publico ripaue eius fiat: Quia
ſcilicet in flum. pub. factum accipere debemus, quidquid in aqua fiat, nam ſi
quid extra factum ſit, non eſt in flumine factum, & quod in ripa fiat, non vi-
32 detur in flumine factum, §.11. Non † autem omne quod in flumine publico
ripaue fit coercet prætor: qualiter & in locis ſacris religioſis aliiſque publicis
ea quæ legitimi ornatus aut commodi gratia fiunt ſuperioribus interdictis
neutiquam prohiberi ſubaudimus: ſed hoc ſingulariter coercet prætor. Si
quid fiat quo deterior ſtatio aut nauigatio fiat, quod variis fieri modis ſolet,
atque poteſt, vti, nimiis ac illicitis deriuationibus, deductionibus, obſtru-
ctionibus, Saximentis, quæ ſæpe in medio alueo, vel ſaltem iſthic qua ad ſta-
tionem incurrendum & flectendum, priuatarum piſcationum, aut molendi-
norum nauiculariorum, & ſic priuati commodi gratia, ſine magna diſcretio-
ne, & paſſim ponuntur ac deſignuntur, vt magna ſæpiſſime pericula inde exo-
riantur, quod fieri non debet, & pro prætoriis interdictis coercendum eſt, per ea
33 quæ d.l.1.§.15. Deterior † ſtatio, itemque iter nauigio fieri videtur, ſi vſus e-
ius corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor, vel rarior, aut ſi in totum aufe-
ratur. Proinde ſiue deriuetur aqua; vt exiguior facta, minus ſit nauigabilis:
vel ſi dilatetur; aut diffuſa, breuem aquam faciat; vel contra ſic coanguſtetur,
vt rapidius flumen faciat: vel ſi quid aliud fiat quod nauigationem incommo-
det, difficiliorem faciat, vel prorſus impediat; interdicto locus erit, d.tit.12.

Vbi

Digitized by Google

Vbi ſecundo mirari † liceat quiſ in præcedente §. 14. in fin. dicat Vlp. 34
Si pedeſtre iter impediatur non ideo minus iter nauigio deterius fieri. Quia
ſc. omnium fluminũ ea eſt ratio, vt (longe ſecus quã in mari fiat, quod velanient:b. & in ſeſe refluentibus agitatur fluct:b. cæliq; vel atris ventis ac tempeſtatibus regitur) ſecundũ rectumq; curſum habeant, quo delabantur & decurrant iuxta ſui rigorem : vbi ſecundo quod aiunt flumine nauigare plærumque facile eſt : ſed aduerſo è contra flumine aſcendere rateſque agere non ita promptum : quamuis non minor huius aduerſæ quam ipſius ſecundæ nauigationis ſit vſus : Ergo pedeſtri ſæpiſſime itinere hic vtendum eſt & quaſi ventus quidam faciendus quo alligatis ad nauem funibus, ſecundum ripas nauigium promoueat : trahentib. ac ducentibus vel equis vel bobus vel ipſis nautis aut alijs ad id conductis. hoc igitur & ſimile pedeſtre iter pars quædam nauigationis eſſe intelligitur : ad eamque omnino pertinet vt planum ac meabile ſeruetur relinquatur adeo vt ſi, quod interdum tentari ſolet, accolentium ruſticorum aut colonorum auaritia vel fraude iter exteratur vel ſæpibus nimium aſtringatur arctetur, prætoris auxilium & interdictũ laborioſiſſimis nautis, omnibuſque intereſſe habentibus, non ſit defuturum, ſi proprio, quod pro rei neceſſitate, non denegatum eſt, facto, id quod iniuſte in publicæ nauigationis præiudicium factum eſt, tollere, demoliri reſtituere non poſſunt: per text. d. §. 12.

Tertio † in ſtationibus & illud competens magiſtratus ſuis hic interdi- 35
ctis præcauere ſolet & vtique tenetur : vt non tantum ſtatio aperta ſit maneatque : ſed ne qua etiam nauis fragoſa aut pertuſa in ipſo portu ſubſidat vel demerſa ad offendiculum relinquatur : ſed vt potius extrahatur ſtatioque libera fiat : † vbi aliquoties quæſitum cuius id ſumptibus fieri oporteat, præ- 36
ſertim ſi dominus nauem pro derelicto habeat, & eo caſu mandatis pœnalibus aſtringi poſſit vt tollat ? Etſi quidem pro derelicto habeat ſuis ſumptibus tollere cogi non poteſt, ſed debet fieri impenſa magiſtratus, qui ripæ litorũque &c. vectigal capit vel ſaltem Iuriſdictionem habet, vel eius qui pro nauicula ſibi acquirenda tollere paratus eſt : Ceterum ſi dominus ipſe pro derelicto nõ habeat, interdicto vtiq; teneatur per tex. expreſ. l. 2. §. Si ex fundo 40. ff. Ne quid in loc. pub. quod idem obtinere puto, ſi pro derelicto quidem habeat, ſed ſua tamẽ culpa ſubmerſio facta ſit, & per facultates tollere poſſit.

Vbi quarto & Pharorum † & Lampadum nauticarum non poſtrema 37
eſt ratio habenda : vt ſcilicet temporibus & horis conſtitutis ac receptis lumina illa certa & integra & ſine fraude habeantur, ne nautæ tenebricoſis aut illunibus & intempeſtis noctibus deficiente lumine omni itineris remedio iudicio deſtituantur & naufragi allidant. Quale periculum & tunc præſens eſt ſi lumen quidem ſuſpendatur ac monſtretur ſed non ex pharo vel ſpecula ordinaria : Quomodo Nauplum vt iniuſtam filij Palamedis necem vlciſceretur

lucem oſten-
obſcura nocte redeuntibus Græcis, ex Caphareo promontorio
diſſe ſcribunt, ex qua illi portum proximum arbitrati impegerunt in ſcopulos
naufragium paſſi.
Eoque nomine † & hoc quinto hic prohibetur, vetitumque eſt piſca-
38 toribus ne nocte luminibus piſcentur, & ſic oſtenſo lumine fallant nauti-
gantes quaſi portum aliquem appulſuros eoque modo deductis in periculum
nauibus rebuſque & hominibus exſecrandam ſibi prædam quærant L. Ne pi-
ſcatores 10. ff. de Incend, ruin. naufr.
Incommodat † autem Septimo nauigationem eamq; vel tollit & diffi-
39 ciliorem facit, non modo aquarum deriuatio, mutatio luminisue ſubtracto,
ſed omnium maxime piratarum prædonumque infeſtatio, quos reges, prin-
cipes & ciuitates regalium & vectigalium iura habentes præſentiſſimis exe-
cutionum & perſecutionum medijs cohibere, ſaluumque & tutum iter mari
terraque in flumine & in littore atque ripis præſtare tenentur l. his qui in nau-
cleros prædones egerunt per ea quæ de loc. pub. diximus.
Quin & accolentium † maritimarum ciuitatum locorumque regalia
40 iſta alias non habentium, cura erit, ab alijs, quod fieri interdum ſolet, nec ca-
uillanda nec ſiniſtrius interpretanda multominus vindicanda ſi in eiuſmodi
Harpyias vultureſque marinos perſecutionis iure vtantur, per l. & ea quæ N.
Quo pertinent etiam ea quæ de prohibita vectigalium exactione & negotia-
tionum flagellatione diximus ſup. & quamuis in ipſos reges ſuperiorem non
recognoſcentes ſuamq; hic pro lege voluntatem ſequentes prætoris interdi-
ctum ceſſet; cum ſibi ipſis ſint prætores, ius ſuum non ſibi ſed alijs dicentes:
tamen æquitatem ſemper ante oculos habere conuenit, neq; alijs imponere
quod ſibi ſuiſque ab alijs imponi nollent: præſertim quod & alijs magiſtratib.
maiorib. ius talionis ſtringere, & ita vectigal vectigali profligare & anſa detur
& iuris factiq; ſimilitudine facultas non deſit per tit. Quod quiſque iur.
Octauo † huc etiam naufragiorum iura pertinent: ex quibus accolis
41 fluminum interdicitur Ne bona ex naufragijs ad littora ripaſque appulſa, ſta-
tim diripiant, ſubtrahant & expilent, tum ne magiſtratus ſub prætextu com-
42 miſſi ſtatim † vindicet, quod enim ius habet fiſcus cum aliena calamitate vt
de re tam luctuoſa compendium ſectetur? l. 1. & tot. tit. C. de Naufrag. lib. vn-
decimo; idq; barbarum quod alicubi inualuerat conſuetudine, omnino pro-
hibitum: & in ord. crim. Carol. V. Imp. repetitum eſt art. 218.
Quia † enim res naufragio amiſſæ vel in illud iactæ non pro derelicto
43 habentur ſed domini manent l. 2. §. fin. l. qui leuandæ 8. ff. ad l. Rhod. de iact.
§. pen. vbi DD. Inſt. de rer. diuiſ. hinc apparet dolo ſe ſubtrahentem furti a-
ſtringi & ad reſtitutionem teneri per ead. Quemadmodum quarto & alias ad
44 publicam vtilitatem nauigiorum ſunt iura admodum executoria; veluti quod
accolis in ſeruandis eiuſmodi bonis vtilem operam, nauantibus ſeruitem &
mercis

merces quam ſeruatorium vocant debeatur. Item † Quod iactu neceſſario 45
ad communem totius nauis rerumque in ea exiſtentium conſeruationem fa-
cto, omnes contribuere tenentur, quorum interfuit, per & iuxta ea, quæ in l.
1. & ſequentib. ff. d. tit. Ad l. Rhod.

Nono † publicatum riparum, littorumque iure gentium ac naturali 46
communi vſus publicus hic ſtabilitur ſancitur, aduerſus omnem accolarum
iniuriam per vulg. & text. ſing. l. 3. Nullam vim oportet naucleros ſuſtinere
nec concuſſionem perpeti &c. C. de Nauicular. quemadmodum † ſæpe ac- 47
cidit vt accolæ & vicini merces ligna trabes & ſimilia in ripis & littoribus one-
rari & exonerari nolint ac prohibeant: contra text. expreſ. d. l. 1. Vt in flum.
pub. nau. l. riparum l. 5. ff. de rer. diuiſ. §. 1. §. 8. §. fluminum & ſeq. Inſt. eod.
† grauatis igitur contra iura hæc communiſſima interdictis & mandatis præ- 48
torijs ſubueniendum eſt: quod & in Camera imperiali obſeruatur præſertim
ſi ius appellendi exponendi terraque vlterius auehendi ſit & allegetur, citra-
que accolentium iniuriam & legitime id omne fiat. † Siquidem enim in 49
fraudationem telonij & vectigalis vel inſolitis & inconſuetis in locis illicite
fiat appulſio & expoſitio, hoc ipſum Interdicto magis prohibetur quam ap-
probatur: Sicuti nec accolentium cum iniuria atque damno, iniquius quid
fieri vult prætor: quippe quod ſecundum ripas fluminum, loca non omnia
ſint publica, cum ripæ cedant, ex quo primum à plano vergere incipiunt vſq;
ad aquas l. pen. d. tit. 12.

Vbi † decimo peruerſa & iuribus contraria præſumptio potius, quã cõ- 50
ſuetudo taxanda, qua moribus omnium gentium non inſtitutæ ſed receptæ,
ac cum ipſis hominibus natæ & neceſſariæ negotiationes alicubi ita impedi-
untur, vt liber cum mercibus, publico etiam in flumine viaque non ſit com-
meatus: quaſi nihil iſthac libere in publico mari aut flumine importare vel ex-
portare liceat, niſi ipſis qui hanc ſibi licentiam arrogant: quam prætenſæ
præſcriptionis aut conſuetudinis prætextu aſtrui & firmari æquiſſima iuris ra-
tio non patitur, per rationem quod illicitam monopolij ſpeciem ſapiat; quod
iuri gentium, quinimo & publicis totius imperij atque regni, nedum vnius
prouinciæ aut vicinarum ciuitatum vtilitatibus atque commodis aduerſatur:
tum quod æquiſſimam talionis & retorſionis legem admittat, quæ interdum
ad arma & tumultus erumpit.

Vndecimo † quæſitum eſt an is qui in vtraq; ripa fluminis publici, do- 51
mus habeat pontẽ priuati iuris facere poſſit? Et non poſſe reſponſum eſt l. fin.
d. tit. de fluminib. &c. † Vbi duodecimo & l. 2. ibid. ne bis explicanda eſt, quã 52
Pompon. ita ait: Quo minus ex publico flumine ducatur aqua nihil impedit;
niſi Imperator aut Senatus vetet: ſi modo ea aqua in vſu publico non erit:
ſed ſi aut nauigabile eſt, aut ex eo aliud nauigabile fit, non permittitur id fa-
cere. Hic enim ea quæ ſupra de prohibitis aquarum deriuationibus dicta

ſunt

ſunt ita explicat Pompon. vt neceſſarias aquarum ductiones ex publicis fluminibus generaliter admittat & ſtabiliat, niſi Imperator aut Senatus, ratione vtilitatis publicæ vel fiſci eiuſq; patrimonij vetet: vel niſi aqua illa in eiuſmodi publico vſu non ſit: vel niſi ſit nauigabile, aut ex eo aliud nauigabile fiat. Cæteroqui enim extra & præter hoſce caſus aquas ex publicis fluminibus ducere omnino licet, etiamſi etiam nauigabilia ſint, ſi modo nauigationis ratio per id neutiquam deterior fiat: cum hoc ſolo reſpectu interdictum loquatur:
ſtante hic Iuris regula: Quod ſub conditione prohibita, extra eandem per-
53 miſſa cenſeantur: præſertim vero, quod iure naturali † gentiumque publicus alias aquarum ſit vſus: quo ſi quis extra d. prohibitionis caſus arceatur in ducendo & hauriendo ad vſus neceſſarios, non modo actionem Iniuriarum habet per l. Iniuriarum 13. ff. de iniur. ſed etiam paratiſſimum prætoris Interdictum per text. expreſ. §. 1. & §. litorum 5. Inſt. de rer. diuiſ. l. 2. & ſequentibus ff. eod. Vnde & Latona apud Ouid. 6. Metam. ad ruſticos aquas prohibentes:

Quid prohibetis aquas? vſus communis aquarum eſt Nec ſolem proprium natura nec aera fecit. Nec tenues vndas &c. vt enim † aer, aqua, ignis æthereus & terra communi elementorum nomine veniant: ita & communiſſimum ſui vſum omnibus præbent: vt tam necare videatur qui aquam aufert, quam qui aerem, terram, calorem, aut ipſa alimenta text. L. Mela 14. § 3. Quidam libertis ſuis vt alimenta, ita aquam quoque per fideicommiſſum reli-
54 querat ff. de alim. vel cibar. leg. † Idemque ius non modo in mari & ſimilibus aquis iure gentium communibus, ſed etiam in profluentibus, & fluuijs, & riuis, & qualibuſcunque aquis publicis, ſiue populi ſint Romani ſiue vni-
55 uerſitatis & communitatis alicuius: vnde & † publicorum aquæductuum publicus vſus ad cauſam horum Interdictorum præſertim vero ad d. tit. Ne quid in flum. pub. fiat quo aliter &c. pertinet, quo omnis magiſtratus in quantum fieri eius poteſt commonetur vt ciuibus atq; ſubditis de neceſſarijs aquis prouideat: vt ſine inuidia & moleſtia, & ſine etiam ſumptibus haberi poſſit:
56 cum † execrabile videatur in liberis & bene conſtitutis rebuſpublicis, aquam venalem habere, text. expreſ. l. ad reparationem 7. in fin. C. de aquæduct. lib. 11. Niſi forte pro loci qualitate & extrema ſiccitate magna ſit aquæ penuria d.
57 l. Mela: quemadmodum † & Canon aquaticus vel collecta indici poteſt ſi neceſſaria aquarum copia & aquæductuum reparatio & conſeruatio ex alijs publicis vectigalibus exhiberi nequeat: per ead. Quatenus vero aquæductus quantumuis publici ad ſeparatum ac priuatum vſum deriuari & haberi eoque nomine Interdicta competere ſolent, infra explicabitur, ſub tit. de aq. quot. & æſt. Hæc enim Interdicta in vſu prorſus publico conſumuntur: vbi tantum quis iuris habet ad obtinendum quantũ alius ad prohibendum, prout eleganter de locis publicis ait Vlp. l. 2. §. 2. ſup. Ne quid in loc. pub.

Decimo

Decimotertio † ſi cui vi, fiat quo minus pecus ad flumen publicum ri- 58
pamue fluminis publici appellatur interdictum competere Mela rectiſſime
ſcripſit: ſed ſi quis velit Interdictum mouere vt locus deprimatur pecoris
appellendi gratia non debere eum audiri d. l. vn. in fin. Vt in flum. pub.
nauig.

Decimoquarto nunc ea quæſtio examinanda venit † An ſicuti pro na- 59
uigijs & ſimilibus aquarum, publicarum, vſibus, Interdicta hæc de flumini-
bus &c. Et de viis ac itineribus publicis præcedentia de locis publicis Inter-
dicta redduntur: ita etiam in alijs cauſis reddantur vt piſcationum, lotio-
num &c. ambulationum venationum conuerſationum? Et eleganter poſt
alios Vlpian. Si quis me prohibeat in mari piſcari vel euerriculum aut ſage-
nam σαγήνην ducere, ſunt qui putent Iniuriarum me poſſe agere, eique ſimi-
lem eſſe eum qui in publicum lauare vel in cauea publica ſedere, vel in quo
alio loco agere, ſedere, conuerſari non patiatur: aut ſi quis re mea vti me non
permittat, nam & hic Iniuriarum conueniri poteſt &c, l. Iniuriarum 13. §. fin. ff.
de Iniur. Et Paul. l. ſeq. 14. ſane, inquit, ſi maris proprium ius ad aliquem
pertineat vti poſſideris interdictum ei competit, ſi prohibeatur ius ſuum ex-
ercere: quoniam ad priuatam iam cauſam pertinet, non ad publicam hæc
res: vtpote cum de fruendo agatur quo ex priuata cauſa contingat, non ex
publica; ad priuatas enim cauſas accommodata Interdicta ſunt, non ad pu-
blicas d. l. ſane 14. ex quibus apparet quod reſpectu † iuris priuati etiam in 60
piſcationum venationumq; & ſimilib. cauſis Interdicta reddantur vti poſſid.
& proinde, etiam vnde vi; ſicut & ſingularia de Itin. actuq. priu. de acquir.
&c, Interdictum prodita ſunt; ſed reſpectu Iuris publici actiones tantum In-
iuriarum competant, ſi quis in mari flumine locoue publico piſcari venari am-
bulare prohibeatur. Sed hiſce non obſtantibus: & ipſa † de fluminibus & 61
vt in flum. pub. nauig. liceat Interdicta, ad cauſas piſcationum lotionumque
legitimarum pertinent ac referuntur; ſi non directo ſaltem vtiliter: Idque †
non tantum in publicanis & conductoribus fluminum publicorum quibus in
ipſis hiſce caſibus Interdicta veteres dederunt text. expreſ. d. l. Iniuriarum §.
fin. ibi; conductori autem. & text. d. l. 1. §. 7. publicano plane qui lacum ſta-
gnum conduxit ſi piſcari prohibeatur vtile Interdictum competere Sabinus
conſentit, & ita Labeo Vt in flum. public. nauig. hic. ſed etiam alijs priuatis,
modo non ſunt priuatorum, ſic enim iniuriarum actionem rectius vtentur,
ſed publico iure & Intereſſe experiuntur: ſic enim vtiliter & hæc ipſa In-
terdicta habebunt, per rationes certiſſimas quod cuilibet de populo po-
pularia de publicis locis Interdicta reddantur, & quod quilibet tantum poſ-
ſit in obtinendo quantum alius in prohibendo. Item quod publicus vſus in
ſui applicatione & priuatim conferat & ſic quodammodo priuati Iuris tam
cõmoda quam onera admittat, Item quod in mari aut publico flumine piſcari

aut in balneo publico lauare aut in publico loco venari ambulare neminem
62 prohibere vel prohiberi oporteat. Vbi caſus † ipſo iure vetitus, omnino Interdictorum proprius eſt, per ea quæ ſuo loco diximus, quod omne eatenus intelligendum eſt niſi iuxta Pomponij limitationes in d. l. 2. de flum. princeps vel magiſtratus publici iuris & Intereſſe gratia publicum priuatorum vſum inhibuerit vel vſus iſte publicus quo ad priuatos præſcriptus aut qua alia ratione legitime ſit immutatus per ea quæ dixi de mandat. c. 36. ſub fin.

63 Decimoquinto † quæſitum fuit, an in mari aut in flumine publico mo-
64 lendina vel ædificia ponere cui liceat? Et quamuis † prætor illa tantũ coercet, quibus deterior via, ſtatio, nauigatio fiat l. 1. §. non autem omne 12. de fluminibns. & tot. d. tit. Ne quid in flum. pub. tamen extrũcta vel ædificata in via, flumineue publico habere non licet ſine principis vel magiſtratus permiſſu *l. 1. l. prætor 2. in princ. & §. merito Ne quid in loc. pub. l. quod principis ff. de*
65 *aq. quot. & æſtiu.* ſi quid tamen † exſtructum ſit, quod ferri poſſit non ſtatim dirui, ſed potius vectigal aut ſolarium imponi debet *d. l. 1. §. Si quis 17. Ne quid in loc. pub.* quod tamen arbitrij potius quam neceſſitatis eſt: cùm princeps vel magiſtratus ad ſolam vectigalis oblationem, ſe clam, aut etiam vi ædificata tolerare non cogatur, per l. in re mandata C. mand. cum ſimilibus.
66 Neq; † obſtat, quod in littore aut mari cuilibet alias ædificare permitti dicitur §. littorum 5. Inſtit. de rer. diuiſ. &c. Vnde & Cuiac. in patat. Vt in flum. pub. nauig. vtile Interdictum illi competere ait, qui in mari vel littore ædificare prohibeatur: Quia ſcilicet magna eſt differentia ædificiorum, & aliud eſt retia ſiccare caſamq; vel domunculam in littore exſtruere neceſſarij eiuſque publici vſus gratia d. §. littorum; aliud eſt ad peculiare commodum ædificare, & molendina ponere vel & arces ac fortalitia vel quid ſimile moliri: quod ſine permiſſu eorum qui in mari & fluminibus dominatum & terrendi ius habent, non licet.

67 Decimoſexto † non abs re quæritur Quomodo accipiendus prætor ſit, Quod in flumine publico fieri quid prohibet quo aliter aqua fluat quam priore æſtate fluxit d. tit. Ne quid in flum. in princ. & §. 3. 6. 8. 11. hic enim duo conſideranda, quomodo & quare æſtas hic concipiatur, deinde an lapſu æſtatis, non modo naturalis, ſed etiam artificialis, vel quo opere facto, aut exſtructo deflexus aquæ curſus per interdictum ſuſtineatur & defendatur? Et iccirco aiunt prætorem æſtatem comprehendiſſe, quia ſemper certior eſt naturalis curſus fluminum æſtate, potius quam hieme. Nec ad inſtantẽ æſtatem, ſed ad priorem, Interdictum hoc refertur: quia illius æſtatis fluxus indubitatior eſt. Æſtas ad æquinoctium autumnale refertur. Et ſi forte æſtate interdicitur, proxima ſuperior æſtas erit intuenda. ſi vero hieme; tunc non proxima hiemi æſtas, ſed ſuperior erit inſpicienda. §. 8. d. tit. Vnde apparet non vnius ſemeſtris ſed totius anni ſpacium fluxumque hic conſiderari.

Sed

Sed † altera quæſtio difficilior: Quid ſi enim Titius integro forſan an- 68
no vel & biennio molendinum, vel opus quod aliud flumini taliter qualiter
impoſitum habuerit, & Sempronius poſtmodum antiquum & naturalem
curſum per id immutatum ſolitamque aquæ commoditatem præpeditam
ſentiat, An huic interdicenti rectè opponat Titius excipiendo non aliter nunc
aquam fluere quam priore æſtate fluxit, & ſic interdictum ceſſare? Vel an i-
dem obtineat ſi Sempronius quoque ſimile opus vel molendinum ſtruere ve-
lit? Et ita videri poteſt cum ex d. tit. tum ex Barth. in l. 2. de fluminibus n. 9.
Vbi, † quærit quo iure agam contra illum qui ædificiat ſupra vel infra meum 69
molendinum ita quod illud impediat. Et reſpondit. Aut ego habeo molen-
dinum cum iſto curſu aquæ tanto tempore, quod tranſierit prior æſtas, & poſ-
ſum intentare interdictum ne quid in flum. pub. cum aduerſarius faciat quod
aliter aqua fluat quam priore æſtate fluxit. Aut non habui molendinum tan-
to tempore & poteſt agi Interdicto vtili l. 1. §. non autem omne 12. de flumin.
vel negatoria generali ius tibi non eſſe ita ædificare l. 1. §. Item ſciendum ff. de
aqua pluu. arcend. non quidem quod dominus ſim loci, iuxta l. 2. §. 1. ff. ſi
ſeruit. vend. ſed quod dominus molendini arg. d. §. Item ſciendum. Aut poſ-
ſum nouum opus nunciare aut agere ex eo quod vi aut clam: quæ omnia vt cũ
venia admodum generaliter & lubrice dicuntur: Non eo tantum quod cum
ſupra tum à Barth. ead. l. 2. n. 4. probatum ſit ædificia vel molendina in flu-
mine publico non licite haberi niſi ex magiſtratus vel principis reſcripto vel
ex conſuetudine aut præſcriptione: Sed quod etiam d. §. non autem, non in
quæſtione propoſita, ſed in flumine ſaltem non nauigabili vtile de flumini-
bus Interdictum polliceatur, quemadmodum etiam negatoria aut noui ope-
ris nunciatio ius aliquod præſupponunt, quod in caſu propoſito tanto minus
conſiſtere poteſt, quod ne huic Interdicto quidem ſufficiat. Vt enim de eo
nihil dicamus quanto tempore in publicis locis priuatus contra priuatum ra-
tione ſeruitutis aut poſſeſſionis præſcribat, vbi poſt prohibitionem ſufficiunt
anni 10. vel 20. l. 2. l. 13. l. 14. C. de ſeruit. & aq. l. fin. in fin. C. de long. temp.
præſcrip. Quod † enim Barth. d. l. 2. num. 4. & alij DD. ad præſcribendam
ſeruitutem diſcontinuam, tempore cuius initij non ſit memoria opus eſſe a-
iunt per *l. foramen* 28. *ff. de ſeruit. vrb. præd. l. hoc iure §. ductus aquæ de aq. pluu.*
Id d. l. fin. generaliter ad longum tempus reſtrictum eſt Weſenb. parat. de ſeruit. Vide
Socin. reg. 373. *differentiis illis antiquis de continua & diſcontinua ſeruitute exploſis*
dict. l. ſicut 13. *C. de ſeruit.*

Illud ſaltem hic in quæſtione eſt an † & quatenus citra firmam præſcri- 70
ptionis cauſam interdictum Ne quid in flum. pub. detur ei qui molendinum
vel quid ſimile per annum aut circiter in flumine habuit, contra eum, qui
curſum aquæ ad molendinum iſtud alio forte quo opere alias licito impedire
conatur? Et hic forſan d. Bartholi ſententia & explicatio quæ in curia forſan

Digitized by Google

emanuenſis ſcriptoris ad caſum molendini vel operis nedum annui perperã relata eſt ad hunc caſum applicando quo molendinum iam per annum ſtetit tantoq; eodem tempore curſum aquæ habuit: ſic enim annuo ſpacio præſcriptum eſſe Interdicto videtur, ſaluis alijs iſtis remedijs, quibus tunc ſolis vtendum ſit: Sed quid ſi igitur opus illud, quod per annum iam ſtetit curſumq; ita habuit, poſt annum inueniatur nauigationi vel publico vſui incommodare: an & Interdicti ſit ratio, vt domino illud detur ad tuendũ opus annuũ quantumuis iniquum atq; noxium etiam contra eos, qui pro publici iuris vſu quid faciunt, & tale forſan aliquid quod naturalem aquæ curſum reſtituat? Et hoc dubitationem habet quod regulariter, interdicta annua eſſe alib: probauimus & hoc expreſſe ſolo anno definitum eſt.

Vnde hic caute diſtinguendum eſt: an Interdicto agatur in vim præcepti executiui, vel actionis in factum aut negatoriæ &c. illud poſt annũ ceſſabit, hoc vero minus. Deinde diſtinguendum eſt inter ius publicum & priuatum, vel an iure publico aut priuato quid fiat: Etſi moueatur interdictum ratione publici præiudicij & quis non ſolum per vnum, ſed plures annos, etiam ſine interpellatione, ad ſuum pone molendinum vel alium quem vſum directam aquam habuerit, alios ad ſuam neceſſitatem eadem aqua vti volentes remouere non poteſt niſi præcedente prohibitione præſcriptio obſtet per ea quæ ſup. Ea hic notanda regula: Quod is qui molendinum vel quid aliud illicite conſtructum habet non poſſit prohibere alium ædificantem licet ei nocenti *text. & ibi Barth. in l. 1. §. Idem 15. Ne quid in loc. pub. & facit d. l. 1. §. hoc interd. §. Ne quis in flum.*

71 Decimoſeptimo † igitur etſi quis molendinum in flumine publico cõſtruxerit ſolo iure vſus publici: poteſt tamen ſuperior vicinus eodem publici vſus iure ſimiliter molendinũ aliquod ſuperius ponere nullo habito reſpectu quod inferiori molendino iſti curſus aquæ præripiatur vel damnum afferatur *Barth. d. l. quo minus in 1. quaeſt. de flum. & ibi Iaſ. num.* 21. & Ripa num. 25. vbi
72 communem eſſe ſententiam hanc † Quod ædificans in parte ſuperiori, auferens vſum aquæ, quo inferior vtebatur non dicatur illi damnum dare nec iniuriam facere quod vtatur iure ſuo *per l. Proculus l. flumen §. fin. ff. dam. inf.* Quo iure & molendina ventalia in loco publico poni & ædificari poſſunt, nõ obſtante quod alijs dominis qui prius ædificarunt lucrum decedat: modo tamen magiſtratus ratione ſoli, & prout moris eſt recognoſcatur per d. l. 2. de flumin.

73 Decimooctauo † ſi grande damnum flumen alicui date ſolitum ſit, vel alias periculum ſit, vt prædia flumen depopuletur, aggeres vel quam aliam munitionem ad defenſionem tui agri adhiberi licebit, quamuis ea res curſum fluminis ad alios agros deuaſtandos immutet per eadem cum hic tutela & vtilitas facientis ſpectetur: qua ratione pleroſque Vlpianus

ait,

ait, prorſus flumina auertiſſe, alueoſque mutaſſe, vt prædiis ſuis conſulerent, d.l.vn. §. Sed etſi 7. Ne quid in flum.pub.

Verũ † an idẽ procedat, ſi per illã munitionẽ maius ab aqua damnum vicinis inferatur, quã is qui auertit paſſus fuiſſet, ſi ſine obſtaculo per ſuos agros tranſire permiſiſſet? & anne vicini hoc caſu inhibere poſſint, ne ſuperior ad auertendũ flumen aggeres ponat? Si cautio idonea, ab illis de omni damno ſarciendo fiat inhiberi omnino non poterit per tit.de dam.infecto. Si v.non caueatur, ſui potius quam alterius ratio habenda, d.§.ſed etſi & §.præced.6. 74

Decimonono, Quid † ſi duo vel plures molendina in flumine habeant, alterum altero ſuperius, an dominus molendini ſuperioris tempore ſiccitatis vel aquarum penuriæ, recollectam aquæ licite poſſit facere inuito domino molendini inferioris? Barth.d.l.2.nu.25.ex l.1.Ne quid in flum.pub.generaliter id fieri poſſe negat: niſi aliter pacto vel conſuetudine ſit obtentum: vel niſi ſuperior prius altero, ſuum molendinum ædificauerit & ad vſum ſuum, neceſſitatis non nocendi gratia aquam recolligat: vel niſi vterque ſuperior & inferior in pari ſint cauſa, tunc enim potior eſt conditio conuenti, l.ſi ſeruum §.ſequitur, ff.de verb.oblig.cap.in pari de reg.iur.in 6. Sed etiamſi molendinum ſuperius primo ædificatum ſit: tamen ſi aliud non adſit priuilegium, eadem nihilominus & par ratio fuerit, cum vterque dominus iure publico vtatur, per præced.deinde in propoſita quæſtione ſingulariter videndum, ne quid ad æmulationem vel doloſe prohibeatur, aut etiam admittatur per l.1.§.denique, ff.de aq.pluui.arc.quid ſi enim inferioris conditio plane fiat deterior, aut etiam ſi recollecta non fieret, molere tamen non poſſet, & primo caſu poteſt, altero non poteſt ſuperiorem recolligentem aquas impedire, per rationem quod magnum vel ſingulare aliquod intereſſe non adſit & ſic actio deficiat, & quod faciles eſſe debeamus in concedendo eo quod alteri prodeſt nobis nihil nocet & facit d.§.non autem omne, & d.tit.ne quid in flum.pub. Eadem eſt ratio, ſi inferior aquam reſtagnet: id enim libertime poteſt, ſi ſuperiori vel aliis non officiat Barth.d.l.2.n.8. 75

Vigeſimo † quæſitum an cum flumine publico priuatum forte fundum ingreſſo pro libitu diſponere liceat, puta molendinum imponere vel quid aliud inædificare, vel aquam continere, aut ad irrigandos agros vel alio deriuare? Et generaliter niſi vicinis publici fluminis curſu viaue publica quocunque modo præpedita noceatur, licebit text.l.2.§.Idem Labeo 28.ff.Ne quid in loc. pub. & §.merito 10.ead. vbi damnum dicitur videri eum pati qui commodum amittit quod ex publico concedebatur, qualequale ſit & §.41.ibid. & l.1.§.8.de flumin. neque his obſtat d.l.flumen d.l.Proculus, quia illæ leges in cauſa plane priuata loquuntur præter vllam fluminis publici conſiderationem. 76

77 Vigeſimoprimo † iis omnibus obiter explicatis & reſtitutoria horum interdictorum capita explicatu facillima ſunt: Vt enim † prohibitoriis cauet prætor atque proſpicit ne quid fiat, ita reſtitutoriis cauet, iubet & coercet, vt omnia contra interdictum facta immiſſaue reſtituantur, d.l.1, §.19. & ſeq. de flum. d.l.vn. §. deinde 11. Ne quid in flum. pub.

78 Et † quamuis interdictum vt in flum. pub. nauig. li. prohibitorium ſolummodo eſſe tam ex formula quã interpretatione videri poteſt: Tamen & reſtitutorium eſt, non quidem tantopere ſi quid in flumine publico fiat vel immittatur quo nauigatio deterior fiat, huc enim caſum, ad interdictum de fluminib & ne quid in iis fiat pertinere, prætor vel potius Tribon. voluit; ſed ſi vel piratæ, prædoneſue, vel milites, flumen publicum obſideant, aut infeſtent; ibi enim tam reſtitutoriis vel compulſorialibus & auocatoriis quam inhibitoriis interdictis eſt locus, per ea quæ ſup. & alibi diximus.

79 Libellum † autem ita concipiendum volunt; Conqueritur Caius à Sempronio turbari atque impediri ducere aquam ex flumine illo priuato, vel ab illo fonte, per fundum ipſius Sempronii; Cum eam aquam Caius ducat nunc, vt duxit hoc anno vel ſuperiore æſtate, &c. non vi, non clam, non precario.

Quare petit ipſe Caius, per actionem ex interdicto, de aq. quot. & æſtiua, vel per actionem in factum, ipſum Sempronium cogi & compelli, vt à turbatione illa, ac moleſtia deſiſtat; petitque condemnari ad intereſſe, ob præteritam turbationem.

Ita poſt Rofied. Cæpol. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 4. num. 100. & 106. & ex eo Menoch. hoc remed. 7. num. 158.

Verum nec terminorum accommodatio ſatis apta; Et in eo ſibi non conſtat libellus, quod ex ſolo flumine priuato, aquæductum haberi poſſe annuit, cum tamen & fluminis publici, aquæductus priuatus eſſe queat: Vnde Pompon. l.3. §.2.

Si aquam ex flumine publico duxeris hoc erit. quemadmodum non vllam ad cauſam principalem vel ordinariam prouocationem habet: Quare ita libellandum: Domine iudex conqueritur Caius, ſe à Sempronio turbari in poſſeſſione vel q. aquæductus, quem per ſuum fundum, ex flumine vel fonte illo, legitime habet, atque tenet: Et quandoquidem Caius modum competentem & ius ducendi aquam non excedit, ſed ita & non aliter eam ducit, quam etiam hoc eodem anno: vel (ſi de æſtiua agatur) ſuperiore æſtate duxit: non vi clam nec precario. Quo caſu interdicti de aq. quot. & æſtiua remedium ſalubertime introductum; iccirco ex eodem rogat atque petit, d.

Sempro-

Sempronio ſeueriter mandari atque præcipi, vt ab huiuſmodi moleſtatione abſtineat, donec competenter & ſufficienter in iure docuerit & obtinuerit ius ei ita ducendi aquam non eſſe, ſimulque condemnari & compelli ad reſtitutionem damni & intereſſe, quod ob præteritam & illatam inquietationem Caius fecit atque pertulit.

Vel mutatis †mutandis etiam hoc modo concipi libellus poteſt, quem 80 ad cauſam itineris actuſque priuati accommodare placet: Domine Iudex, Caius Quintilius humiliter conquerendo oſtendit, quanquam omni iure, ſalubertime & grauiter cautum ne quis extra iudicis & iudicii autoritatem ſibi ipſi ius dicere, aliumve in poſſeſſione ſua vel quaſi legitima moleſtare, aut vllo modo turbare auſus ſit: Quanquam etiam ipſe Caius in legitima poſſeſſione, vel quaſi itineris actuſque priuati per fundum Sempronianum eſt, & ab aliquot annis 10. 20. &c. fuit, & merito citra vllius inquietationem eſſe & manere debet: His tamen non attentis licentiam ſibi ſumpſit Sempronius Caium in prædicta ſua poſſeſſione vel quaſi turbandi, moleſtandi, omneque impedimenti genus præſtandi: Quia autem Caius ius modumque competentis ſeruitutis nullatenus tranſgreditur, neque aliter eo vtitur quam ab omni tempore quo conſtituta ſeruitus fuit, & ſingulariter quam & hoc anno vel triginta diebus vſus eſt, non vi clam nec precario: In quem caſum vtiliſſimum de itinere actuque priuato interdictum ſupplicanti, omnibuſque in ſimili cauſa inquietatis præſentiſſimum auxilium præbet & pollicetur.

Ad illud ipſum igitur conuolando humiliter rogat, vt veſtra Excellentia d. Sempronio ſub graui pœna ſeueriter atq; ſerio interdicere velit, quo ab huiuſmodi illicitis proprii facti & furoris inquietationibus abſtineat, Caiumque prædicta ſua ſeruitute, donec aliud iure decidatur, tranquille vti frui permittat, idque cum refuſione damni, intereſſe & expenſarum præteritarum & præſentium, de futuris præſtando æquiſſimum & honorabile veſtrum iudicis officium meliore qua fieri poteſt vel debet forma implorando.

De

De interdicto vti poſſidetis.

Tit. VII.

Svmmaria.

1 *Inter ea quæ ad rem familiarem pertinent interdicta: vtiliſsimum atque ſaluberrimum eſt interdictum vti poſſidetis, circa res ſoli comparatum,*

Verba Edicti Prætoris.

2 *Tria quærenda & examinanda ſunt. Primo cui & contra quem detur interdictum. Secundo quibus caſibus detur; Tertio quidnam eo petendum veniat: & quando ſit inſtituendum.*

3 *Interdictum hoc retinendæ poſſeſsionis & prohibitorium eſt, de ſoli poſſeſſore ſcriptum, quem potiorem Prætor in ſoli vel rei immobilis poſſeſsione habet, huiuſque rei cauſa redditur, Ne vis fiat ei, qui poſsidet.*

4 *In curia Romana Mandatum de manutenendo vocatur hoc interdictum: Sed latinius mandatum de non turbanda poſſeſsione vocari poſſet. Vel, ſimpliciter Mandatum de non turbando, aut non moleſtando poſſeſſorem in poſſeſsione ſua,*

5 *Tam generale interdictum eſt, vt non modo competat cum periculum eſt, retinendæ vel amittendæ poſſeſsionis: Sed quandocunque vel turbatio, inquietatio, vel moleſtia poſſeſſori in ſua poſſeſſione fiat.*

6 *Adeo vt competat interdictum quocunque reſpectu moleſtatio fiat per verba generaliſsima Prætoris quibus indiſtincte poſſeſſoribus vim fieri vetat.*

7 *Datur interdictum contra eum, qui vim non ſaltem publicam vel priuatam, ſed quantulamcunque quocunque reſpectu facit, quo minus quiete poſſeſsionem rei immobilis vel retineat, vel habeat, ſiue continuet.*

8 *Datur interdictum, eoque vincit, qui poſsidet tempore litis conteſtatæ ſiue interdicti.*

9 *Is ſaltem poſſeſſor hoc interdicto vti atque vincere poteſt: qui non alteri, ſed ſibi: non alieno, ſed ſuo nomine poſsidet.*

10 *Cæteroqui, An iuſte vel iniuſte, vel quomodocunque quis poſsideat, in hoc interdicto nihil refert: qualiſcunque enim poſſeſſor, hoc ipſo quod poſſeſſor eſt, plus iuris habet, quam ille, qui non poſsidet: dummodo non vi, clam vel precario, ſiue iniuſte ab aduerſario ſuo poſsideat.*

11 *Quæritur, ſi duo rem eandem poßideant, alter iuſte, alter iniuſte, quid dicendum ſit.*

12 *Quando alteruter magis ſe poßidere præ altero nec affirmare nec dicere poteſt: tunc æquum eſt, vt vterque poſſeſſor ad interdictum remittatur: & ſic vtrunque Prætor ex interdicto tuetur, ne quis alteri vim faciat, donec iure alter decidatur.*

Si vero hoc in caſu, de iniuſta alterius poſſeßione appareat: merito is obtinebit, qui ſe magis & iuſte poßidere affirmauerit: ibidem.

13 *Concurrente iuſta vtriuſque poſſeßionis caſu, is ſemper magis poßidere, ac proinde ſuperior eſſe videtur, qui iura antiquiora potiora, vel titulum poſſeſſionis præ altero docet & allegat.*

14 *Duobus præſcriptionem vel poſſeßionem æqualis temporis probantibus, is vincit, qui titulum docere poteſt.*

15 *Iura antiquiora & potiora intelliguntur ratione temporis, item melioris, efficacioris & dignioris probationis.*

16 *Difficile eſt ex retinenda interdicto recte pronunciare, cum vtriuſque tam actoris quam rei & contra, æquales videntur eſſe probationes. Ideo diſtinctione in his erit vtendum.*

17 *Si eiuſdem iuris reſpectu contendatur, ſemper antiquior poſſeſſor, licet etiam nullum titulum habeat, præfertur iuniori, quamuis titulum habenti: per rationem quod ſecunda poſſeßio præſumatur clandeſtina.*

18 *Niſi forte probetur antiquiorem poſſeſſorem ſciuiſſe vel conceſſiſſe ſecundum poſſeſſorem poßidere: hoc enim caſu prior poſſeßio præſumitur interrupta.*

19 *Etiam in beneficialibus iunior poſſeſſor cum titulo, præfertur antiquiori titulum non habenti.*

20 *Si de iuſta poſſeßione agatur diuerſo reſpectu, vtpote quod alter fortaßis eſt dominus, alter fructuarius, emphyteuta vel vaſallus: vtrumque Prætor condemnare vel abſoluere poteſt: & vtrunque in ſua quam habet poſſeßione, diuerſo nimirum reſpectu manutenere.*

21 *Cum tanta eſt poſſeſſionis & allegationum æqualitas, vt alter alteri in cauſa interdicti nequeat præferri: tunc aut vterque eſt in poſſeßione manutenendus contra vim mutuam: Vel ſi hoc ſine ſcandalo armis aut duello fieri nequit, aliis mediis vtendum eſt, quæ ad quatuor potiſſimum capita referri ſolent, ſequeſtrationis nimirum, inhibitionis, diuiſionis vel ſortis.*

22 *Quæritur, An is, qui à naturali ſua poſſeßione deiectus & ſpoliatus eſt: ex ciuili quam forte animo retinet, experiri hoc interdicto queat.*

23 *Authori hoc in caſu cum cæteris iuris interpretibus non conuenit.*

24 *Ex doctrina Cuiacii, Animo poſſidere, non eſt ſic animum inſtituere, vt quis fingat ſe poſſidere: ſed animo poſſidere, eſt ea mente & opinione eſſe, vt quis ſe ſolum putet poſſidere: atq; ideo qui vi deiectus eſt, fieri non poteſt, vt animo non deſierit poſſidere.*

25 *Vnde non tantum ex animo quo ſpoliatus poſſeſſionem ſibi ciuilem ſatis diu imaginari poſſet: ſed potiſſimum & ſimul ex facto aliquo corporali, huius interdicti poſſeſſio metienda erit.*

26 *In poſſeſſoriis interdictis non tam de iure quam de facto quæritur, an videlicet quis poſſideat, an itinere vel actu ſit vſus.*

27 *Factumq; hoc durare intelligitur, quamdiu durat poſſeſſionis exercitium, quod etiam in defendenda & proſequenda poſſeſſione conſiſtit.*

28 *Recte dicitur, quod etiam deiecto vel turbato, eunti ad iudicem interdictum hoc detur, ſi modo iſthoc animo ſit, quod nolit vel nequeat repellere, ſed quod per iudicem velit manuteneri.*

29 *Quo caſu cumulatio admittitur, vt petatur & decernatur ſupplicantem ciuiliter vti vocant, hoc eſt animo poſſidentem non modo turbari, ſed etiam reſtitui.*

Authori vero potior hæc via videtur, vt petatur & decernatur mandatum de manutenendo, quo iubeatur aduerſarius, vt ſupplicantem non turbet, ab eiuſque poſſeſſione decedat. Ibidem.

30 *Veram naturalis & ciuilis definitionem, pauciſſimi recte tradiderunt, pleriqne omnes obſcurarunt.*

31 *Ciuilis poſſeſſio nihil aliud eſt, quam poſſeſſio iuris qua quis iuri incumbit. Naturalis vero nihil aliud quam poſſeſſio facti, qua quis ipſi corpori vel vſui alicuius rei inſiſtit.*

32 *Is qui tantum ciuiliter nudi dominii vel alterius iuris reſpectu poſſidet, pro naturali ſua, quam alii conceſſit poſſeſſione, ſi eam in ſuum præiudicium periclitari videat, interponere ſeſe poteſt: quod exemplis hic declaratur.*

33 *Ne enim dominus ſpolietur ſua poſſeſſione culpa vel negligentia fructuarii aut Vaſalli, &c. dandum eſt ei hoc interdictum, quia turbari videtur in ſua poſſeſſione ciuili quam habet.*

34 *Eadem ratione ciuiliter tantum poſſidenti datur interdictum aduerſus eum, qui emit ab aliquo, qui nec ciuiliter nec naturaliter poſſidebat.*

35 *Quemadmodum etiam turbatus in ſua ciuili, ab eo, qui habet naturalem, contra eum intendere interdictum poteſt, vt deſiſtat moleſtare, vel vt naturalem plane reſtituat.*

36 *Quæritur an heredibus defuncti poſſeſſoris interdictum detur, antequam hereditatem adierint, eamque vere poſſideant?*

37 *Et primo hoc in caſu interdictum datur, quando extat ſtatutum vti in Gallia & mul-*

& multis partibus Italiæ, quod poſſeſsio defuncti continuetur in hæredem ſine apprehenſione.

38 *Secundo datur, cum iacente hæreditate ſit, vel facta eſt turbatio: tunc enim ipſa hæreditas loco domini & poſſeſſoris habetur.*

39 *Tertio ſi mota iam lite defunctus deceſſerit, tunc enim hæres interdictum continuare poteſt.*

40 *Quarto datur interdictum, etſi lis nondum mota ſit: tamen ſi hæres ex facta authori ſuo turbatione, & ſibi metuat, petere interdictum poteſt.*

41 *Quinto hoc interdictum præſtatur, non tantum pro futura turbatione, ſed etiam pro conſequendo intereſſe, omnique cauſa, reſpectu illius turbationis, quæ facta eſt defuncto, ſi vel occiſus, vel alias morte præuentus agere interdicto nequiuerit.*

De interdicto Vti poſſidetis.

Tit. VII.

INter † ea quæ ad rem familiarem pertinent interdicta, vtiliſſimum atq; ſaluberrimum eſt interdictum Vti poſſidetis, circa res ſoli comparatum, quo ait Prætor: vti eas ædes quibus de agitur nec vi nec clam nec precario, alter ab altero poſſidetis, quo minus ita poſſideatis vim fieri veto: de cloacis hoc interdictum non dabo, neque pluris quam quanti ea res erit intra annum, quo primum experiundi poteſtas fuerit agere permittam, l. 1. in princ. ff. Vti poſſid. 1

Vbi † tria quærenda & examinanda: primo cui & contra quem: dein de quibus caſibus hoc interdictum detur, tertio quidnam eo petendum veniat & quando ſit inſtituendum. 2

Primum † quod attinet hoc interdictum retinendæ poſſeſſionis & prohibitorium eſt, de ſoli poſſeſſore ſcriptum, quem potiorem prætor in ſoli vel rei immobilis poſſeſſione habet, huiuſque rei cauſa redditur, ne vis fiat ei, qui poſſidet, *d. l. 1. §. 1. & §. 4.* ſiue quis totum fundum poſſidere ſe dicat ſiue pro certa parte, ſiue pro indiuiſo poſſideat; adeo vt interdictum in omnibus poſſeſſionibus, quæ ſunt ſoli ſine dubio totum habeat, §. 7. ibid. Vnde & mandatum in Curia Romana vocatur de manutenendo, poſſeſſorem ſcilicet, in poſſeſſione rei in qua exiſtit, *Virgin. de Boccat. c. 2. in princ. hoc tit.* 3

Sed † latinius, interdictum retinendæ, vel mandatum de non turbanda poſſeſſione vocabimus: vel ſimpliciter mandatum de non turbando aut non moleſtando, poſſeſſore puta in poſſeſſione ſua. 4

5 Tam † enim generale interdictum eſt, vt non modo competat, cum periculũ eſt retinendæ vel amittendæ poſſeſſionis: quod plærunq; fit, quoties inter litigatores controuerſia eſt vel proprietatis, vel & poſſeſſionis, vter nimirum poſſideat vel magis poſſideat, *d.l.1.§.inter litigatores 3.* Sed quandocunque vel turbatio inquietatio vel moleſtatio poſſeſſori in ſua poſſeſſione fit. Vnde Vlpian. hoc interdictum, inquit, tuetur, ne amittatur poſſeſſio: denique Prætor vim fieri vetat, §.eſt igitur 4. ibidem, quaſi dicat interdictum hoc quod vulgo vti poſſidetis vocatur, non tantum competit in caſu quo periculum eſt ne deiiciaris poſſeſſione, ſed etiam ſi quacunque ratione vis tibi vel moleſtatio in eadem fiat: id quod multis accidere modis poteſt: vt ſi ædificare in tuo vel quid aliud agere prohibearis, *l.ſi duo 3.§.2.& ſeq.hoc tit.* &c. idque etiam in ædibus vel pariete communi, l.ſi ædes 12. ff. com. diuid.

6 Adeo, † vt competat interdictum quocunque reſpectu moleſtia fiat per ead. & per verba prætoris generaliſſima, quibus indiſtincte poſſeſſoribus vim fieri vetat. Id quod ad §.retinendæ 4. Inſtitut. de interdict. notandum eſt.

Etſi enim ibi Iuſtinian. huic interdicto locum ſaltem facere videtur, cum ab vtraque parte de proprietate alicuius rei controuerſia ſit, & ante quæratur, vter ex litigatoribus poſſidere, & vter petere debeat: vel cum de fundi vel ædium poſſeſſione contenditur.

Tamen de mente Imperatoris & Iureconſultorum ſufficit, quocunque reſpectu vim & turbationem fieri: Licet eum turbans de poſſeſſione controuerſiam non faciat ad eamve non prætendat; tamen quia controuerſiam facere videtur, eo quod moleſtet vimque faciat, & re mea vti me prohibeat, merito tenetur interdicto, *d.l.3 §.2.hoc tit.*

7 Datur † igitur interdictum contra eum, qui vim non ſaltem pub·icam vel priuatam, ſed quantulamcunque quocunq; reſpectu facit, quo minus placide & quiete poſſeſſionem rei immobilis vel retineas vel & habeas ſiue continues, per ead.

8 Et datur † interdictum eoque vincit, qui poſſidet tempore litis conteſtatæ ſiue interdicti, d. §. 4. verſ. Nam vti poſſidetis: Inſtitut. de interd. quod non eo intelligendum eſt, quaſi interdicta exhibitis libellis, vel magno cum ſufflamine argumentorum & proceſſus reddita ſint.

Hoc enim iudiciorum in actionibus diſcutiendis proprium eſt, atque fuit text. l. rem non nouam, C. de iudic. Sed quod olim vti iudicio, ita & interdicto, ſua & ſingularis erat litis conteſtatio: quandoquidem Iureconſultorum & Iuſtiniani Imp. adhuc tempore, interdicta plærunque non reddebantur niſi vtraque parte præſente, narratione & contradictione breuiſſimis & ſummariiſſime audita.

Neque

Neq; enim litis conteſtatio de qua tam profunda apud nonnullos iam diſputatio, aliud erat quam narratio & reſponſio actoris atque rei: Iam vero cum Interdicta ſeu mandata tam iuſtificatoria quam pura vel ſine clauſula ad veriſimiles ipſoque in iure fundatas actoris allegationes decernantur: ſaluis tamen rei exceptionibus ſi quas habere poteſt in termino paritionis proponendis: ſufficit vt ſine vllo litis conteſtatæ reſpectu tempore ſaltẽ interdicti adhuc in poſſeſſione ſit qui hoc retinendæ remedium implorat.

Qualis † autem poſſeſſor hoc interdicto vti atq; vincere poſſit viden- 9
dum eſt: Et eos ſaltem poſſe receptum atque probatum eſt, qui non alteri ſed ſibi non alieno ſed ſuo nomine poſſident: *d. l. ſi duo* 3. §. *Creditores* 8. *ff. hoc tit. & ibi DD.* ſiue quis totũ fundum ſe poſſidere dicat, ſiue pro certã parte, ſiue pro indiuiſo poſſideat *d. l.* 1. §. *hoc interdictum* 7. ſiue quis ipſe per ſe poſſideat ſiue per alium quemcunque colonum forte vel ſeruum vel depoſitarium &c. qui eius nomine in poſſeſſione ſit §. *poſſidere autem* 5. *Inſt. de Interdict.* quinam vero illi ſint qui ſibi ſuoque nomine vel aliter & alieno nomine poſſident dixi in tract. de materia poſſeſ. ad tit. ff. & C. de acq. vel amit. poſ. & notant aliquomodo DD. ad d. §. creditores.

Cæteroqui † an iuſte vel iniuſte vel quomodocunque quis poſſideat, 10
in hoc interdicto nihil refert: qualiſcunque enim poſſeſſor hoc ipſo quod poſſeſſor eſt plus iuris habet quam ille qui non poſſidet: dummodo non vi clam vel precario ſiue iniuſte ab aduerſario ſuo poſſideat text. *d.* §. 4. *verſ. Nam vti poſſidetis Inſt. de Interd. text. d. l.* 1. § *fin. & l.* 2. *hoc tit.*

Hinc † ſi duo rem eandem poſſideant, alter iuſte alter iniuſte quid di- 11
cendum? Et ſiquidem ego poſſideo ex iuſta cauſa, tu vi aut clam, hoc eſt iniuſte, ſi à me poſſides ſuperior ſum interdicto: Si vero non à me neuter noſtrum vincetur, Nam & tu poſſides & ego *ita Vlpian. d.* §. *fin. & l.* 3. *in prin. eod. & Imp. d. verſ. Nam vti poſſidetis.*

Sic † enim vtrumque prætor ex Interdicto tuetur, ne quis alter alteri 12
vim faciat, donec iure aliter decidatur: quod de vera Vlpiani ſententia tum demum valere dicendum eſt, quando alteruter magis ſe poſſidere, præ altero nec affirmare nec dicere poteſt: tunc enim æquum eſt vt vterque poſſeſſor ad interdictum remittatur *per ead. & d. l.* 1. §. *inter litigatores.* ſi enim iſthoc caſu de iniuſta alterius poſſeſſione appareat & doceatur, merito is obtinebit qui ſe magis & iuſte poſſidere affirmauerit, vt alter poſſeſſoris cõmodo, alter vero, licet etiam ab alio quam aduerſario poſſideat petitoris onere fungatur *d.* §. *inter litigatores.* idque citra omnem controuerſiam eſt, *Speculat. tit. de poſſeſ. & propriet. ad fin. DD. vt apud Menoch. hoc retin. remed.* 3. *n.* 715. *& n.* 717. hiſce enim caſibus nec iniuſto prætor tuetur ne contra leges faciat contra leges poſſidentem defendendo: text. *ſing. l. cum ſponſus* 12. §. *ſi res* 4 *de public. in rem act.* Vnde etiam iniuſt [illegible] non datur interdictũ *Menoch. ib. n.* 252. *& 5. ſeq. & n.* 301.

13 † Quemadmodum & concurrentis iuſtæ vtrinque poſſeſſionis caſu, is ſemper magis poſſidere, ac proin ſuperior eſſe videtur, qui iura antiquiora potiora vel titulum poſſeſſionis præ altero docet: & allegat *per text. d. §. Inter litigatores text. & deciſio pro hoc caſu expreſſiſſima in cap. licet cauſam 9. de probat. text. ſing. & ibi DD. d. §. retinendæ 4. verſ. Commodum Inſt. de Interdict.* Commodum autem poſſidendi in eo eſt, quod etiam ſi eius res non ſit qui poſſidet, ſi modo actor non potuerit ſuam eſſe probare, remanet in ſuo loco poſſeſſio, propter quam cauſam cum obſcura ſunt vtriuſque iura, contra petitorem iudicari ſolet, *& ita communiter tenent omnes DD. ad d. cap. licet cauſam Barth. d. l. ſi duo num. 4. ff. hoc tit. Ruin. Conſ. 28. num. 5. & Conſ. 92. num. 7. lib. 4. Afflict. decis. 363.*

14 Quæ † eadem ratio facit vt duobus præſcriptionem vel poſſeſſionem æqualis temporis probantibus, is vincat qui titulum docere poteſt *Barth. d. l. ſi duo. in princ. num. 4. DD. ad d. §. retinendæ & d. cap. licet cauſam. Et eſt communis per DD. vt ap. Menoch. hoc rem. num. 733. Et Alex. Conſ. 81. verſ. vnde & conſ. 99. vol. 5.* quia ille qui habet titulum, habet potiora iura *l. fin. C. de Edict. diu. Adrian. Barth. d. num 4.* quemadmodum etiam ex duobus titulum & poſſeſſionem probantibus, is vincit qui titulum oſtendit antiquiorem *per l. quoties C. de rei vind. & d. c. licet. Menoch. hoc rem. n. 736. & ſeq.* Vel qui maiores habet atteſtationes per vulg. quod in iure cumprimis Saxonico obtinet: Sprechen zween ein gut mit gleicher anſprach an/ wer die meiſte menning angezeugen hat/ der behalt das gut/ kan man aber keine beweiſung haben/ ſo mag man beide theile durch das Los entſcheiden: aber der kläger vnd auff den die klag gehet ſollen dazu

15 ſchweren. *lib. 3. art. 21.* † Vtra, conſtat quid titulus & cauſa poſſeſſionis item quæ iura antiquiora & potiora intelligantur, ratione nimirũ temporis, itẽ melioris efficacioris & dignioris probationis *text. & caſus d. c. licet cauſam & ibi notat.* quæ omnis ratio ex prævalentia maioreque fide cum teſtium, tum argumentorum, documentorumq; aliorum multifariam dependet, prout in conflictu probationum fieri conſueuit *per ea quæ DD. ap. Menoch. hoc rem. n. 718.*

16 Ita † ſane difficile eſt ex retinendæ interdicto recte pronunciare, cum vtriuſq; tam actoris quam rei & contra, æquales videntur eſſe probationes: aliquot igitur caſus hic ſunt diſtinguendi: Nam vel alter allegat quidem poſſeſſionem antiquiorem, ſed ſine titulo, alter iuniorem quidem ſed cum titulo: vel etiam in vtraq; poſſeſſione tam antiquiore quam iuniore titulus allegatur: vel omnimodo plane eſt poſſeſſionis æqualitas, ita vt vterq; vel nullum vel ſimile prorſus temporis aut tituli & probationis priuilegiũ oſtendant.

17 † Et primis duobus caſibus cõmunis eſt DD. ſententia, quod ſi eiuſdẽ iuris reſpectu contendatur, ſemper antiquior poſſeſſor, licet etiam nullum titulum habeat, præferatur Iuniori, quamuis titulum habenti: per rationem quod ſecunda poſſeſſio præſumatur clandeſtina, cũ duo in ſolidum poſſidere

non

non queant: *Ita Barth. ad d. l. ſi duo d. n. 4. per l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. vel amit. poſſeſ. & d. c. licet cauſam de probat. Et ibi Panorm. Caſtrenſ. vol. 2. Conſ. 445. Alexa. d. Conſ. 35. vol. 4. Corn. conſ. 130. vol. 1. Couar. pract. q. c. 17. ad fin. Menoch. hoc remed. n. 725. & ſequentib. latiſſime Maſcard. de probat. vol. 3. Poſſeſſio conclus. 1199. vbi regulam cum Exceptionibus quatenus videlicet antiquiorem poſſeſſionem habens interdicto vti poſſidetis vincat, omnino vide.*

† Niſi forte probetur antiquiorem poſſeſſorem ſciuiſſe vel conceſſiſſe, 18
ſecundum poſſeſſorem poſſidere; hoc enim caſu prior poſſeſſio præſumitur interrupta, *ita Alexand. ad Barth. d. l. ſi duo d. n. 4. lit. d. per l. Iam poſſidere §. qui ad nundinas ff. de acq. vel amit. poſſeſ. & not. Barth. in l. ſi de eo § ſi forte eod. Bald. in l. ſuper longi C. de præſcript. long. temp. & in l. præſes C. de ſentent. Menoch. hoc remed. n. 726.*

† Quemadmodum & in beneficialibus, Iunior poſſeſſor cum titulo, 19
præfertur antiquiori titulum non habenti *Oſaſc. deciſ. 55. num. 4. Baptiſt. Ferret. cauſ. 7. n. 3.* per rationẽ, quod beneficium ſine Canonica inſtitutione retineri nequeat *c. 1. de eo, qui mit. in poſſeſ. reiſer. in 6. c. 1. de reg. iur. eod. Menoch. vt ſup. n. 730. Vbi ſuperflue poſtea ſubiungit tertiam adhuc limitationem de antiquiore poſſeſſore qui amplius non poſſidet: Nemini enim niſi poſſidenti hoc interdictum datur.*

† Notanter autem ad reſolutionem duorum priorum caſuum dixi, ſi 20
eiuſdem iuris reſpectu contendatur: ſi quidem enim de iuſta poſſeſſione agatur diuerſo reſpectu, vtpote quod alter fortaſſis eſt dominus, alter fructuarius, emphyteuta vel Vaſallus, vtrumque prætor condemnare vel abſoluere poteſt, & vtrumque in ſua quam habet poſſeſſione diuerſo nimirum reſpectu manutenere *Barth. d. l. ſi duo d. num. 4.* per rationem quod diuerſo reſpectu plures eandem rem poſſidere queant per ea quæ dixi in tract. de mat. poſſeſſionis.

† Tertio vero caſu, cum tanta eſt poſſeſſionis & allegationum æqualitas, 21
vt alter alteri in cauſa interdicti nequeat præferri, tunc vterque eſt in poſſeſſione manutenendus contra vim mutuam *per d. l. 1. §. inter litigatores hoc tit.* Vel ſi hoc ſine ſcandalo armis aut alterio fieri nequit, alijs med. js vtendum eſt, quæ ad quatuor potiſſimum capita referri ſolent, ſequeſtrationis nimirum, Inhibitionis, diuiſionis vel ſortis, *per ea quæ communiter pro hoc caſu DD. item Menoch. hoc remed. n. 739.* de quibus paulo poſt ſub li. g. oſa poſſeſſione.

† Cæterum de eo adhuc vt l[illegible]ſſime quæritur, An is qui à naturali ſua 22
poſſeſſione deiectus, atque ſpoliatus eſt, ex ciuili quam forte adhuc animo retineat, experiri hoc interdicto queat? Et indiſtincte affirmant, cum per eam ſpoliationem turbari dicatur in ea ciuili quam habet: *ita Menoch. hoc remed. num. trigeſimo quinto per gloſ. in l. 1. in verb. Ne vi C. vti poſſid. & per l. 1. §. vi poſſidere & l. vim facit ff. de vi & vi arm. & l. ſi duo §. hoc interdictum & §. cum inquilinus & §. item videamus in fin. ff. quod vi aut clam.* Et ita generaliſſime

ſatiſ-

ſatiſque profuſe Weſemb. in parat. hoc tit. num. 5. vbi poſt cætera, Etſi inquit naturaliter amittit poſſeſſionem is qui deiectus reuerti timet, quoniam & corpore amiſit: tamen ciuiliter hoc eſt ciuili interpretatione, & quo ad ius agendi niſi velit, non amittit, quia ſpem certam habet ſe à magiſtratu in poſſeſſionem à qua iuſte deiectus eſt reſtitutum iri *per l. 17. Si quis vi de* poſſeſſione deiectus ſit, perinde haberi debet ac ſi poſſideret, cum interdicto de vi recuperandæ poſſeſſionis facultatem habeat ff. de acq. poſ. quibus aliquanto tamen parcius adſtipulari videntur ea quæ tradit Barth. *l. 1. num. 1. hoc titul. & Ferrar. in form. libelli pro turbat. poſſeſ. gloſ. hodie tenent & poſſident. n. 3. vbi inquiunt quod interdicturus, ſatis habeat, vt poſſideat ſiue ciuiliter ſiue naturaliter.*

23 At † vero præter id quod cum illis & plæriſque alijs mihi in definienda ciuili & naturali poſſeſſione non conueniat, iſthæc ego ita indiſtincte generaliter & indeterminate non puto extendenda vel intelligenda: Alias enim interdictum vnde vi non modo cum hoc retinendæ interdicto confundemus, ſed plane abrogabimus, caſſum atque friuolum faciemus: quod ciuilis poſſeſſio animi magis atque iuris ſit quam facti apparentis: & quod nemo vnquam ita deijciatur poſſeſſione, vt eam, ſi modo recuperare conetur, animo & ciuili interpretatione non retinuiſſe dicatur: Quemadmodũ & interdicto Vnde vi neminem recte puto experiri poſſe, niſi qui animo poſſeſſionem, à qua naturaliter in ſua vel coloni aut alterius perſona deiectus eſt, retineat.

24 Recte igitur pro materia huius interdicti Cuiac. ad l. 4. verb. vacuam poſſeſſionem ff. de vſucap. Animo inquit poſſidere non eſt ſic animum inſtituere vt quis fingat ſe poſſidere: ſed animo poſſidere eſt ea mente eaque opinione eſſe vt quis ſe ſolum putet poſſidere: atque ideo qui vi deiectus eſt fieri non poteſt, vt animo non deſierit poſſidere: Ita Cuiac. per l. clam 6. in fin. de acq. poſſeſ. & l. 1. §. 24. Siue autem corpore ſiue animo poſſidens quis deiectus eſt, palam eſt eum vi deiectum videri. Idcircoque ſi quis de agro ſuo vel de domo proceſſiſſet, nemine ſuorum relicto, mox reuertens prohibitus ſit ingredi ipſum prædium, vel ſi quis eum in medio itinere detinuerit, & ipſe poſſederit: vi deiectus videatur: ademiſti enim ei poſſeſſionem, quam animo retinebat, etſi non corpore ff. de vi & vi armat.

25 Vnde † non tantum ex animo, quo ſpoliatus poſſeſſionem ſibi ciuilem ſatis diu imaginari poſſet, ſed potiſſimum & ſimul ex facto aliquo corporali, huius interd. acti. poſſeſſionem metiemur: Etſi enim qui deijcitur, non ſtatim animo deſinit poſſidere: attamen deſinit, & poſſeſſionem amiſiſſe videtur, ſi vt Paulus ICtus exponit, vel nolit vel non poſſit in fundum vel ædes reuerti, quod vim maiorem vereatur *l. etſi nolit 7. de acq poſſeſ.* hoc eſt, vti ego ex l. ſeq. & eiuſdem Pauli ſententia arguo, ſi affectum & facultatem retinendæ poſſeſſionis amittat: quod inde manifeſtum fiet, ſi omne exercitium tam proſequendæ quam retinendæ poſſeſſionis ipſo facto deponat: Quemadmodum enim

enim nulla poſſeſſio acquiri niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur niſi in qua vtrumque in contrarium actum eſt text. d. l. ſeq. quemadmodum: facto enim & indicijs hic opus eſt, quibus animus, qui alias in occulto, declaretur.

† In poſſeſſorijs enim interdictis non tam de iure quã de facto quæritur, an videlicet quis poſſideat, an itinere vel actu ſit vſus *text. l. de ſeruitutibus 2. §. fin. & ibi not. ff. ſi ſeruit. vendic. Barth. l. ſolent. § fin. de offic. proconſ. Innocen. cap. quærebam in gloſſ. fin. de Elect. Hoſtienſ. in ſum. de cenſib. §. ſi quis cenſus verſ. & cenſus. Contard. ad l. vn C. ſi de mom. poſſeſ. limit. 2. rat. mixtur. n.* 14. 26

† Factumque hoc durare intelligitur, quandiu ipſum durat poſſeſſionis exercitium, quod etiam in defendenda & proſequenda poſſeſſione conſiſtit: Hinc ſerui fugitiui poſſeſſionem retinemus quandiu facilem eius recuperationem credimus, eumque perſequimur *l. Pomponius* 13. *in princ. de acq. poſ.* Et ita etiam intelligenda l. 1. §. per ſeruum 14. eod. vt ſerui fugitiui ab ab alio poſſeſſi tunc demum poſſeſſionem amiſiſſe videamur, ſi non facilis ſit eius recuperatio perſecutio. Et hinc Vlpian. Non denegatur ei interdictum vti poſſidetis, qui rem vindicauit, non enim videtur poſſeſſioni renunciaſſe, qui rem vindicauit l. naturaliter 12 d. tit. 27

† Hinc recte dicitur quod etiam deiecto vel turbato, eunti ad iudicem, interdictum hoc detur, ſi modo iſthoc animo ſit, quod nolit vel nequeat repelli, ſed quod per iudicem velit manuteneri: Eundo enim ad iudicem ſuam ille poſſeſſionem non amittit, ſed continuare & conſeruare cupit, vnde & merito manutenendus: *Afflictus deciſ.* 395. *num.* 7. *Put. deciſ.* 418. *lib.* 2. *Ruin. Conſ.* 58. *num.* 6. *lib.* 4. *Mandel. de Alba. conſ.* 78. *num.* 13. *Boccat. hoc tit. c.* 2. *n.* 20. *Menoch. hoc rem. n.* 22. *& ſequent.* 28

† Quo caſu cumulatio admittitur, vt petatur & decernatur ſupplicantem Ciuiliter vti vocant hoc eſt animo poſſidentem non modo turbari ſed etiam reſtitui *Calcan. Conſ.* 76. *num.* 3. *late Menoch. num.* 23. *& ſeq. ibid.* ſed potius ſatius atque rectius mihi videtur, vt petatur & decernatur mandatum de manutenendo, quo iubeatur aduerſarius, vt ſupplicantem non turbet, ab eiuſque poſſeſſione decedat: cum enim ſupplicans poſſeſſionem hoc caſu non modo ciuilem ſed & naturalem animo retineat, male poſſeſſionis, quã adhuc habere intelligitur, reſtitutionem petet. 29

† Pro quorum omnium vera intelligentia, vera poſſeſſionis naturalis & ciuilis definitio eſt intellgenda, quam pauciſſimi recte tradiderunt, plærique omnes obſcurarunt: quod ex meo de materia poſſeſſionis tractatu videre eſt. Neque enim Ciuilis poſſeſſio ea ſtricte eſt, quæ cogitatione domini, vt pauci, vel quæ animo ſolo, vt plerique omnes volunt, tenetur: quemadmodum nec naturalis poſſeſſio, iuxta plærosque ſola corporis ſedium ſiue pedum incubatione vel inſiſtentia circumſcribitur: verum vti ciuilis poſſeſſio 30

Dddd ſem-

ſemper ſoloq; animo, ita & naturalis poſſeſſio interdum & ſæpiſſime eodem ſolo retinetur: quemadmodum & is qui cogitatione dominii poſſidet, non tantum ciuiliter, ſed ſæpe etiam naturaliter, & omnis qui ſibi ſuoque nomine naturaliter poſſidet, ſæpe imo ſemper etiam ciuiliter poſſidet.

31 † Ciuilis enim poſſeſſio nihil aliud eſt quam poſſeſſio iuris, qua quis iuri incumbit, naturalis vero nihil aliud quam poſſeſſio facti, qua quis ipſi corpori vel vſui alicuius rei inſiſtit: vid. d. tractat. cum autem facti ſiue naturalis poſſeſſio nuſquam vel iure vel ratione, fundo vel ædibus quem affigat, tanquam glebæ aſcriptum, proprerea ex vſu rerum humanarum neceſſario receptum eſt, vt & ſolo animo naturalis quoque poſſeſſio ſæpe retineatur, conſpicuo tamen aliquo eiuſdem vel vſu vel exercitio interueniente: quod dum continuatur, merito etiam interdictum hoc retinendæ ſuffragatur.

32 † Quin ex eodem argumento & is qui tantum ciuiliter nudi dominij vel alterius iuris reſpectu poſſidet, pro naturali ſua quam alij conceſſit poſſeſſione, ſi eam in ſuum præiudicium periclitari videat, interponere ſeſe poteſt: Ita proprietarius pro emphyteutæ vel vaſalli & hi metipſi pro fructuarij vel ſubvaſalli ſi quem habent poſſeſſione tuenda rectiſſime ſe intromittunt &c. *gloſ. in l. 1. §. fin. hoc tit. & ibi Barthol. num. 2.* quia ſi tertius ſpoliat vſufructuarium ſpoliat etiam dominum ciuiliter poſſidentem *gloſ. & DD. ad l. 1. C. vti poſſid.*

33 † Ne enim dominus ſpolietur ſua poſſeſſione culpa vel negligentia fructuarij, aut vaſalli &c. dandum ei eſt hoc interdictum, quia turbari videtur in poſſeſſione ſua ciuili, quam habet: in cuius conſequentiam & naturalem poſſeſſionem reſtituendam cumulando petere poteſt, ſi videlicet fructuarius eam commiſerit aut habere nolit: cum hoc caſu & alias naturalis poſſeſſio cum ciuili, vſusfructus cum proprietate conſolidari ſoleat per vulg.

34 † Eademque ratione ciuiliter tantum poſſidenti datur interdictum aduerſus eum qui emit ab aliquo qui nec ciuiliter nec naturaliter poſſidebat *DD. ad d. l. 1. C. vti poſſid. Menoch. hoc rem. n. 302.*

35 † Quemadmodum etiã turbatus in ſua ciuili, ab eo qui habet naturalẽ cõtra eum intentare interdictum poteſt, vt deſiſtat moleſtare, vel vt naturalem plane reſtituat: nec enim ciuilem poſſeſſionem turbare deſinit, qui naturalem non reſtituit, vel in alterius præiudicium alienare conatur *Menoch. hoc remed. num. 27.* Licet alias naturaliter poſſidens manuteneri debeat aduerſus eum qui ciuiliter poſſidet *Couarru. pract. quæſt. c. 17. num. 5. Menoch. retin. rem. fin. num. 17.*

36 † Porro de heredibus defuncti poſſeſſoris quæſitum eſt an & ijs interdictum detur, antequam hereditatem adierint, eamque vere poſſideant? Et cum interdictum hoc non datur niſi ijs qui vere poſſident: quod ex ijs inter-

interdicti verbis liquet: videri poſſet generaliter dicendum in propoſita quæſtione locum non habere: attamen caſibus ſequentibus reddi conſentaneum eſt.

† Primum quando extat ſtatutum vti in Gallia & multis partibus Italiæ quod poſſeſſio defuncti continuetur in heredem ſine apprehenſione *Tyraquel. in tract. le mort ſaiſit le vif. Guid. Pap. deciſ.* 552. *Pet. Rebuf. Reg. conſtit. 3. de mat. poſſeſ. art. 2. gloſ. 3. num. 10. Iohan. Fab. §. retinenda num. 8. Inſtu. de Interd. Couar. pract. quaſt. c. 17. Menoch. hoc rem. n. 59. Anton. Gabriel. lib. 5. de acq. vel amit. poſ. concluſ. 7. n. 3.* 37

† Secundo cum iacente hereditate fit vel facta eſt turbatio: tunc enim quia ipſa hereditas loco dominæ & poſſeſſoris habetur *text. expreſ. & ſingul. denique §. quæſitum ff. Quod vi aut clam & ibi DD.* recte etiam hereditatur interdictum *Bald. cap. licet cauſam num. 34. de probat. Menoch. hoc rem. num. 63.* quo tamen caſu heres non poſſeſſorio ſed hereditario nomine preces qualificabit, quemadmodum rector vel prælatus nomine Eccleſiæ agere ſolet, quæ turbata vel ſpoliata eſt, *Rebuff. de pacif. poſ. num. 249. Rot. deciſ. 18. de reſtitut. ſpol. in antiq. Boccat. hoc tit. cap. 2. num. 14.* Quemadmodum & executoribus teſtamentorum interdictum tum demum datur, ſi non ſuo ſed hæreditatis turbatæ vel ipſorum heredum nomine agant *Menoch. hoc rem. numero 64.* 38

† Tertio ſi mota iam lite defunctus deceſſerit: tunc enim heres interdictum continuare poteſt *per vulg. Menoch. ibid. n. 62.* 39

† Quarto etſi lis necdum mota ſit, tamen ſi heres ex facta autori ſuo turbatione & ſibi metuat, petere interdictum poteſt: licet Menoch. indiſtincte negat *ibid. n. 57. & DD.* ibid. Etſi enim alia defuncti, alia ſucceſſoris eſt poſſeſſio per l. heredes de acq. poſ. tamen ſi heres metuat vel putet ſe turbatum iri, rectiſſime interdictum petit. 40

† Et hoc ipſum quinto non tantum pro futura turbatione ſed etiam pro conſequendo intereſſe omnique cauſa reſpectu illius turbationis quæ facta eſt defuncto, ſi vel occiſus vel alias morte præuentus agere ex interdicto nequiterit *per ea quæ Menoch. ibid. num. 61. Bald. cap. licet cauſam num. 34. de probat.* 41

Quibus caſibus interdictum vti poſſidetis competat.

Cap. I.

Summaria.

1 *Interdictum hoc redditur & competit: non modo ſi quis ſibi metuat ne deijciatur: ſed ſi quomodocunque in fundi, aut ædium, vel cuiuſcunq; alterius rei quæ immobilis cenſeri ſolet poſſeſſione vel quaſi turbetur moleſtetur: ſiue turbans aſſerat ſe poſſidere, ſiue non.*

2 *Omnis enim & qualiſcunq; turbatio poſſeſſionis, quæ ſine authoritate iudiciali de facto fiat, vim includit.*

3 *Generaliter vt Pomponius ait vim facit, qui non ſinit poſſidentem & quod poſſidebit vti arbitrio ſuo: ſiue in ſerendo, ſiue arando, ſiue quid ædificando, ſiue quid omnino faciendo, per quod liberam poſſeſsionem aduerſarii non relinquit.*

4 *Adeo vt & ipſi laboratores & operarij ſcienter meam poſſeſſionem ingredientes, teneantur: ſecus ſi ignoranter.*

5 *Ita facti eſt turbatio, locare vendere, vel alienare rem per alium poſſeſſam.*
Vel iniuſte aut nulliter ſequeſtrare arreſtare, etiamſi fiat per Iudicē. Ibid.
Vel & fructus vi aut clam percipere. Ibidem.
Sepem aut ſimilia ponere, ne per fundum iter faciam. Ibid.
Vel qua alia ratione impedire in ſeruitute fundi vel ædium quam habeo Ibidem.

6 *Hoc vti poſsidetis Interdictum pro continuis ſaltem ſeruitutibus dari, communiter aiunt Doctores. Quod quatenus, & in quantum procedat, declarat hic author.*

7 *Sæpiſsime caſus euenire poteſt, vt pro ſeruitutibus etiam diſcontinuis, pro quibus peculiaria interdicta prodita non ſunt, hoc Interdictum detur, non tam ipſarum ſeruitutum, quam ipſorum prædiorum reſpectu.*

8 *Datur etiam Interdictum ex iniuſto vel nullo ſuperioris mandato vel reſcripto: quo vel poſsidens decedere vel abſtinere: vel alter eius poſſeſsionem ingredi iubetur.*

9 *Multoq; magis dabitur, ſi non mandando, ſed ſtatim turbando & moleſtando nulliter & inique procedat Iudex.*

10 *Is quoque turbare intelligitur, qui poſsidenti eiuſue colonis in poſſeſsione minatur.*
Vel etiam qui poſſeſſorem diffamat, quaſi res eius non ſit: vel quod iniuſte malaue fide poſsideat. Ibid.

11 Bar-

11 *Bartoli doctrina in l.1.§.huius autem interdicti num.2.ff.vti poſſidet.examinatur & diſcutitur.*

12 *Etſi pro rebus mobilibus non hoc, ſed vtrubi interdictum competat: Tamen ſi in poſſeſſione fundi vel adium turbatio aut moleſtatio pro re aliqua mobili fiat, interdictum omnino locum habebit.*

13 *Vti poſſeſſio pro qua tuenda hoc interdictum datur, duplex eſt: Propria, quæ rerum corporalium vel quaſi: ſiue impropria quæ rerum incorporalium. Ita & hoc interdictum duplex faciunt, directum atque vtile.*

14 *Directi interdicti exempla recenſentur.*

15 *Cuiacii doctrina in lib.5.obſeru.22.contra Menochium ab authore defenditur.*

16 *Si vicinus meus in parte mea tectoria habeat, & in parte ſua, interdictum vti poſſidetis mihi efficax eſt.*

17 *Vti directum interdictum datur non modo domino aduerſus fructuarium in præiudicium proprietatis quid facientem: quemadmodum & in colonum datur ſi forte penſionem fructuſue alteri quam vero domino tradat.*

18 *Ita & fructuario, Emphyteutæ & ſimilibus, qui ſibi ſuoque nomine poſſidet: aduerſus dominum ipſum in poſſeſſione moleſtantem conceditur.*

19 *Directum hoc retinendæ poſſeſſorium competit etiam contra prohibentem vel impedientem me vti iure ſeruitutis, reſpectu ipſius prædii.*

20 *Lanfranci Oriani doctrina, & ea quæ contra eam in medium à Manochio afferuntur, ab Authore examinantur.*

21 *Ex ſententia Socini ſenioris in conſ 95.ad fin. lib.3.hoc interdictum competit pro quaſi poſſeſſione iuris depaſcendi: quod author arbitratur non ſimpliciter procedere, ſed tum demum ſi ad ipſum prædium turbatio principaliter qualificari poſſit: quod exemplo declaratur.*

22 *Exempla non directi, ſed vtilis interdicti pro quaſi poſſeſſione iuris cuiuſcunque competentis ab Authore in medium adferuntur.*

23 *Epiſcopo patrono: item Rectori Eccleſiæ aut Academiæ, Item Magiſtratui competit hoc interdictum, ſi turbentur in legitima poſſeſſione vel quaſi Epiſcopatus præſentandi rectoriæ vel gubernationis iuriſdictionis, &c.*

24 *Electoribus quoque datur ſi in libera eligendi poſſeſſione moleſtentur.*

25 *Quæritur de decimis, item aliis præſtationibus perſonalibus, an etiam in earum poſſeſſione turbatus interdictum vtile ſit?*

26 *Non clericus ſolum ſiue Eccleſiaſticus qualiſcunque, ſed etiam Laicus in poſſeſſione decimarum eſt manutenendus, dummodo vtrinque legitima poſſeſſio, legitimis titulis acquiſita.*

27 *Etſi Menochius poſt alios nonnullos generaliter neget, quod in annuis præſtationibus poſſeſſorium detur. Verior tamen eſt aliorum ſententia dicentium, quod turbato vel impedito in quaſi poſſeſſione certi annui re-*

ditus, interdictum dari: præſertim ſi alicui rei immobili, vel etiam perſonæ incommutabiliter, ſiue perpetuo, vel ſaltem eo tempore, quo petitur interdictum, probabiliter adhuc adhæreant.

28 *Speculator in tit. de reſtitut. ſpoliat. §. nunc dicimus verſi. ſed quando, &c. pro obtinendo, interdicto ſupplicanti, quinque putat eſſe deducenda & probanda: quæ doctrina ab Authore latius hic examinatur.*

29 *Iſta de præſtandis penſionibus ſiue reditibus præcipue eo in caſu in dubium vertitur, cum videlicet ab ipſo debitore, annuas penſiones ſoluere nolente fit turbatio: alias enim ſi tertius in percipiendis penſionibus vel reditibus vel vectigalibus moleſtationem exhibeat, omnes tam legiſtæ quam Canoniſtæ hoc remedium prodeſſe aiunt.*

30 *Quæritur an in præſtatione annuarum penſionum, turbatio ab ipſo debitore fieri cenſeatur ex ſola ceſſatione ſolutionis?*

31 *Amplius quæritur, ſi non tantum ceſſatio, ſed etiam expreſſa ſiue tacita ſolutionis denegatio intercedat, anne tunc interdicto huic locus ſit.*

Quibus caſibus interdictum Vti poſſidetis competat.

Cap. I.

1 NVnc quibus caſibus interdictum vti poſſidetis competat breuiſſimis videamus: generaliter † dicendum eſt reddi & competere non modo ſi quis ſibi metuat ne deiiciatur, ſed ſi quocunque in fundi aut ædium vel cuiuſcunque alterius rei quæ immobilis cenſeri ſolet poſſeſſione vel quaſi turbetur moleſtetur: ſiue turbans aſſerat ſe poſſidere ſiue non *l. 1. §. reſtituenda in fin. hoc tit. DD. c. 1. licet cauſam de prob. Menoch. hoc ret. 3. n. 471. & per ea quæ ſup.*
2 *in pr.* Omnis † enim & qualiſcunque turbatio poſſeſſionis, quæ ſine autoritate iudiciali de facto fiat vim includit text. l. extat. ff. Quod met. cauſ. Vnde & qui ſine armis in meo fundo arat vel quid aliud me inuito facit interdicto te-
3 netur: generaliter † n. vt Pōpon. ait vim facit, qui non ſinit poſſidentem eo quod poſſidebat vti arbitrio ſuo, ſiue inſerendo ſiue fodiendo ſiue arando ſiue quid ædificando, ſiue quid omnino faciendo per quod liberam poſſeſſionem ad-
4 uerſarii non relinquit, *text. l. vim facit 11. ff. De vi & vi arm.* adeo † vt & ipſi laboratores & operarii ſcienter meam poſſeſſionem ingredientes teneantur: ſecus ſi ignoranter *Bald. conſ. 144. lib. 1. Menoch. de arbitr. q. caſ. 354 & hoc rem. n. 474.*
5 Ita facti eſt turbatio † locare vendere vel alienare rem per alium poſſeſſam, *Pariſ. conſ. 126. n. 6. lib. 4. Alex. conſ. 80. num. 9. l. 2. Menoch. hoc rem. n. 481. & 491.* vel iniuſte aut nulliter ſequeſtrare arreſtare etiamſi fiat per iudicem *Pariſ. d. conſ. num. 5. Felin. d. cap. licet cauſam num. 11. Menoch. dicto rem. num. 475.*

vel

Digitized by Google

vel & fructus vi aut clam percipere Rebuf. tom. 3. de mat. poſſeſſ. art. 1. gloſſ.
2. num. 8. Menoch. nu. 482. vel ſepem aut ſimilia ponere, ne per fundum iter
faciam *Menochius num.* 489. *Rebuf. d. gloſſ. 2. n.* 15. vel qua alia ratione impedire in
ſeruitute fundi vel ædium quã habeo *Barth. l. 1. §. hoc interdictũ. Et in l. ſi duo §. 2.
ho: tit. Lanfranc. de Orian. rub. de cauſ. poſſ. & prop. ſub interdicto retinenda in 3 concl.
n.* 10. Vbi tamen quæritur an id indiſtincte procedat ſiue diſcontinua ſiue
continua ſeruitus ſit: Et cum pro diſcontinuis ſeruitutibus ſingularia pro-
dita ſunt interdicta, de itinere actuque priuato, quemadmodum de riuis fon-
te cloacis & aquæductu: hoc † vti poſſidetis interdictum pro continuis ſal- 6
tem ſeruitutibus dari communiter aiunt DD *per ea quæ Menoch. d. rem. n.* 485.
Rebuf. d. gloſſ 2. *n.* 11. attamen hoc eatenus ego ita ſtricte procedere puto ſi re-
ſpectu ipſarum ſeruitutum diſcontinuarum agatur: Si vero ad ipſam poſſeſ-
ſionem fundi mei cui ſeruitus debetur principaliter reſpiciam, licet ſeruitus
itineris vel actus in conſequentiam veniat interdictum hoc locum habere ex-
iſtimo: Vſus enim iſtius poſſeſſionis meæ fuit, non tantum colere fructuſque
percipere, ſed etiam iſthac ire & redire ad ipſum fundum meum, vnde iuxta
Vlpiani verba & hic videris mihi poſſeſſionis controuerſiam facere, qui pro-
hibes me vti poſſeſſione mea, *d. l. ſi duo* 3. §. 2. & fieri hoc caſu poſſet, vt pro iti-
neris vel actus poſſeſſione tuenda hoc interdictum vtile mihi eſſet, illud de
itinere actuque priuato, vtpote in quo non vſque adeo fortaſſis fundatus non
plene: ſic iter vel viam mihi recludens, reſiſtere videtur, & proinde etiam tur-
bare per ea quæ *Rebuff. d. gloſſ. 2. num.* 37.

Et ita † ſæpiſſime caſus euenire poteſt, vt pro ſeruitutibus etiam diſcon- 7
tinuis, pro quibus peculiaria interdicta prodita non ſunt, hoc interdictum de-
tur non tam ipſarum ſeruitutum quam ipſorum prædiorum reſpectu: vt exẽ-
pli gratia ſi pro diſcontinuo rerum mearum vſu in poſſeſſione ſum trabem vel
tignum in tuo pariete ponendi & reponendi, vel feneſtras claudendi & ape-
riendi, &c. & tu mihi hanc ſeruitutem impedire velis interdictum mihi omni-
no vtile erit: ſed de his paulo poſt plura: Porro † datur etiam interdictum 8
ex iniuſto vel nullo ſuperioris mandato vel reſcripto, quo vel poſſidens dece-
dere vel abſtinere, vel alter eius poſſeſſionem ingredi iubetur, *text. & conſtitu-
tio ſingularis l. 2. C. ſi per vim.* vbi ita Impp. Nec imperiale reſponſum quod ſup-
plicatio litigatoris obtinuit, nec interlocutio cognitoris ex quacunque par-
te innouare poſſeſſionis ſtatum, eo qui rem tenet abſente, permittit, quia
negotiorum merita partium aſſertione panduntur. Et quod ea l. de interdicto
retinendæ loquatur, cõmuniter affirmant DD. & facit quod etiam interdictũ
& Canon Recup. datur contra iudices ſine prævia citatione & de facto ſpo-
liantes l. meminerint, C. Vnd. vi, c. conquerente de reſt. ſpol. de quib. plura di-
cemus ibid. ſuo loco. Dabitur igitur & hoc interdictũ, ſi iudex de facto iubeat
aut permittat turbari, *Dec. c. ſi quando n. 2, de reſcript. Bero, conſ. 45. nu. 6, lib. 3. Me-
noch. hoc rem, n.* 474.

Multo-

9 Multoque † magis dabitur, ſi non mandando, ſed ſtatim turbando & moleſtando nulliter & inique procedat iudex. Quo caſu ſingulariter obſeruandum, vt ſupplicans contra magiſtratum ſuum cuius iuriſdictioni eſt ſubiectus, de nullitate & iniquitate proceſſus veriſimiliter doceat & oſtendat: alias enim hoc de non turbando mandatum vel, vti poſſid. interdictum non facile habebit locum; vnde communiter dicitur: Quod nouitas ſine caſus nouitatis, vt veteriores practici loquebantur, Non cadit entre le ſubiect & le ſeigneur, inter ſubditum atque magiſtratum, *Barth. l.1. §. huius autem interdicti hoc tit. Maſuer de poſſeſſor. poſt num.* 8. niſi forte ſubditus ſingularis & exemptæ ſit conditionis Papon. lib. 8. de complaint. poſ. art. ſt. 3.

10 Quin † & is turbare intelligitur, qui poſſidenti eiuſue colonis in poſſeſſione minatur, *Menoch. ibid. num.* 488. *Rebuff. d. gloſſ. num.* 14. vel etiam qui poſſeſſorem diffamat quaſi res eius non ſit, vel quod iniuſte malave fide poſſideat: nam & hac verbali diffamatione quis non leuiter in poſſeſſione moleſtatur; *Neuizan. conſ.* 82. *num.* 11. Et † quamuis Barth. in l. 1 §. huius autem interdicti num. 2. hoc tit. poſt Innocent. in cap. 2. de teſtit. ſpol. tum demum hoc caſu procedere interdictum vult quando poſſeſſor per iſtam diffamationem non poſſet inuenire laboratores vel operarios, vel alias in poſſeſſione iam moleſtaretur, pro qua ſententia etiam plærique DD. citantur à Menoch hoc rem. num. 283. & ſeq.

11

Verum tamen ſi non indiſcrete vt Bald. ait conſ. 447. lib. 2. hoc eſt perfunctorie, ſed ſerio vel conſtanter poſſeſſio alicuius traducatur diffametur, interdictum vtile exiſtimo eſſe poſſe; ſi eo potius quam legis diffamari proceſſu experiri libeat.

Primo enim per eam diffamationem quis in poſſeſſione ſua legitima infamatur: infamato autem cum interdictum etiam reſtitutorium detur text. ſing. c. audiuimus quoſdam ex vobis infamatos, &c. q. 2. cauſ. 3. & ibi not. Ergo & poſſeſſorium retinendum non denegabitur: deinde licet ita diffamatus non ſtatim ab operariis de quib. Barth. loquitur deſeratur; tamen quia pro futuro in omnem poſſeſſionis cauſam incommoda poſſeſſionis tali ex diffamatione enaſci poſſent, vtpote quod creditores vel emptores vel conductores vel coloni, &c. à neceſſario aliquo contractu per id abſterreri, vel alias fides & autoritas poſſeſſoris imminui poſſet, propterea & hunc caſum ſuper interdicto qualificari poſſe exiſtimo, ſi videlicet narrata non tam ſuper diffamationis, quam ipſius poſſeſſionis cauſa dirigantur: accedit quod diffamians iſte poſſeſſionem meam non tantum negare, ſed eidem quoque ſe opponere aliique vel ſibimetipſi videatur quo caſu interdictum competit per ea quæ Menoch. nu. 468. Vnde & communiter aiunt DD. Quod hoc interdictum omnino detur, & contra eum, qui ſe oppoſuit & opponit coram iudice vel commiſſario aſſerens ſe habere poſſeſſionem rei contentioſæ, quia & ſic opponens

Digitized by Google

ponens videatur turbare *Barth. l.ſi duo §.1.hoc tit.Ioh.Faber,C.eod Maſuer.prax. de poſſeſſ.poſt num.3.*

Vbi recta monere placet, † etſi non hoc ſed vtrubi interdictum pro rebus mobilibus comperat,§.retinendæ Inſtit.de interd.&c.tamen ſi in poſſeſſione fundi vel ædium turbatio aut moleſtatio pro re aliqua mobili fiat, interdictum omnino locum habebit. Cum enim rem mobilem tuto & quiete habere & retinere nequeam, etiam in poſſeſſione ipſius fundi ſiue ædium, quibus ea res tenetur,turbari videor per *l.ſi duo 3.§.1.& ſeq.hoc tit.l.1.§.vtique & ſeq.de vi & vi armat. Maſuer. in prax.de poſſeſſor.n.8.* 12

De rebus aliis ipſi fundo vel ædibus coniunctis vel cohærentibus dubium non eſt. Eæ enim immobilium loco habentur *per vulg.& ea quæ Menoch. hoc rem.283.*

Vti † autem poſſeſſio pro qua tuenda hoc interdictum datur duplex 13
eſt,propria quæ rerum corporalium vel quaſi, ſiue impropria quæ rerum incorporalium per vulg. Ita & hoc interdictum duplex faciunt, directum atque vtile: Illud quod propriæ, hoc quod quaſi vel impropriæ poſſeſſionis nomine redditur. Marian. *Socin.c.conqueſtus num. 8.de for comp.Dec.c.licet cauſam n.215. de probat.Bellon.conſ.11.n.2.& eſt communis DD.ſent.1.*

Directi exempla ſunt ſi † quis in fundi vel ædium poſſeſſione turbetur: 14
quod non modo fit,ſi vis ei inferatur: ſed etiamſi ædificare in ſuo, ædeſue reficere, fundum colere, vites præcidere, vel quid aliud licitum agere prohibeatur,qui eum re ſua vti prohibetur poſſidere prohibetur text. d.l.ſi duo,§.1. & trib. ſequent. Ita ſi proiectum vel proiectio ſiue proiectus ex ædibus meis in ædes tuas vel ſupra tuum vicini ſolum porrigatur vtrique vtile interdictum eſſe poteſt,mihi vt proiectionis: tibi vt ſoli poſſeſſio ſalua ſit ibid. §.Labeo 6. & §.præced.5. Vbi † recte Cuiac. pro vtrique inutile vtrique vtile legendum 15
ait,id quod tam verborum quam rerum contextus probat. Cuiac.lib.5,obſ.22. licet D. Menochius hoc rem. num. 246. omnium codicum fidem repugnare dicat, & pro exponenda communiore lectione poſt alios mediocriter laboret: ſed omnes fruſtra: cum nulla ſit ratio iure & legibus fundata,quare iſthoc caſu vtrique tam ſoli quam proiectionis domino, vel ſaltem alterutri interdictum non poſſit eſſe vtile; tum omnes præcedentes paragraphi & §.Labeo ſeq.Cuiacii lectionem neceſſario important. Et eſt proiectum quod & protectum teſte Conan.4.com.c. nu. 4. pars domus præeminens quales ſunt meniana atque podia ex quibus in plateas atque vicos circumſpicitur: noſtrates vocant; **Arcker / Außlucht / Außgebew.**

Hinc eadem ratione ſi † vicinus meus in parte mea tectoria habeat,& in 16
parte ſua,interdictum vti poſſidetis mihi efficax eſt,d.l.ſi duo 3. §. ſi vicinus 9.

Similiter vti † directum datur interdictum non modo domino aduer- 17
ſus fructuarium in præiudicium proprietatis quid facientē; quemadmodum

& in colonum daret ſi forte penſionem fructuſue alteri quam vero domino tradat per l. quamuis, §. 1. de acq. poſſeſſ. Rebuff. d. art. 1. gloſſ. 2. num. 7. Me-
18 noch. hoc rem. num. 476. Ita † & fructuario, emphyteutæ & ſimilibus quos ſibi ſuoque nomine poſſidere alibi diximus aduerſus dominum ipſum in poſſeſſione moleſtantem conceditur: moleſtari enim intelliguntur in poſſeſſione etiam ipſius fundi; non tantum vſufructus, quod ſtricte & limitate volunt gloſſ. in l. ait prætor, §. & qui, ff. Ex quib. cauſ. maior. in integ. Cyn. l. 1. C. hoc tit. Barth. l. naturaliter in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. & poſt eos Lanfranc. de Orian. in rub. de cauſa poſſeſſ. & propriet. ſub interd. retin. num. 21. concluſ. 4. vbi ſuperſtitioſiſſime loquuntur, quod fructuarius aduerſus dominum hoc interdicto vti volens libellare cogatur ſe turbari ab eo in poſſeſſione vel quaſi vſufructus vel vtendi, fruendi, ſi vero aduerſus tertium experiri velit, libellandum neceſſario eſſe, quod ab eo turbetur in poſſeſſione fundi, quæ omnia ſunt futiliſſima, quibus vti & infinitis aliis vera poſſeſſionis doctrina, perquam corrupta eſt, per ea quæ diximus in tract. de mat. poſſeſſionis: Nam & fructuarius & ſimiles ſibi ſuoque nomine poſſidentes rem alienam non modo reſpectu tertii, ſed ipſius etiam domini vere poſſident, naturaliter & ciuiliter, ea videlicet poſſeſſione quam dominus in eos tranſtulit, ipſe vero amiſit, vid. d. tract.

19 Ita † directum hoc retinendæ poſſeſſorium competit etiam contra prohibentem vel impedientem, me vti iure ſeruitutis reſpectu ipſius prædii Barth. d. l. ſi duo, §. 2. & ibi gloſſ. hoc tit. gloſſ. in l. ſicut, §. Ariſto, v. e. b. vti poſſid. ff. ſi ſeruit. vendic. Ex quo inquit Lanfranc. infero ad practicam quotidianam, quod ſi quis velit ducere aquam per fundum meum ad fundum ſuum cauſa adaquandi ſeu irrigandi, dicens ſe poſſe iure ſeruitutis id facere, quia ſibi competat ſeruitus aquæductus per fundum meum: ego potero intentare contra eum hoc poſſeſſorium retinendæ, & quod videtur me turbare in poſſeſſione fundi mei, cum non permittat me libere illum poſſidere, ſed ſeruitutem imponere velit. Econtra iſte, qui vult ducere aquam per fundum meum, ſi ius habeat, & ego ducere prohibeam, poterit ſimiliter intendere hoc poſſeſſorium contra me, quia eum turbo non tantum in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, vt ait Lanfranc. ſed etiam in vera poſſeſſione ſui fundi, quem irrigari prohibeo: Lanfr. de Orian. d. loc. in 3. concluſ. ex quibus ea quæ ſuperius diximus confirmantur, quod etiam pro ſeruitutibus diſcontinuis ſi modo ad ipſam poſſeſſionis cauſam dirigantur, hoc interdictum detur.

20 Neque moueor iis † quæ Menoch. hoc rem. num. 111. contra d. ſententiam Oriani affert, quaſi pro aquæductu & ſimilibus hoc interdictum non detur, cum ſingularia prodita ſint remedia de Itin. actuque priu. non de aq. quot. & æſt. Et quod Lex niſi in caſu neceſſario remedia non ſoleat adhibere l. 1. §. ex hoc reſcripto, ff. de vent. inſpic. Neque quidquam fruſtra ſtatuere vel indu-

inducere l.hæc ſtipulatio,§.Diuus,ff.vt legat.nom.caueat.l.poſtliminii in fin. ff. de capt u. & poſtlim. reuerſ.

Nam & aliis in caſibus pro eadem re diuerſis reſpectibus, diuerſis remediis experiri licet. Iam quatenus principaliter & recta ſuper iſtis ſeruitutibus agitur, vera eſt doctiſſimi domini Menoch. ſententia, qua etiam non male Orian. reprehendit, quod is pro aquæductu hoc interdictum competere ait, etiamſi non obſcure de ſolo ſeruitutis iure eiuſque turbatione loquatur: At vero ſi, vt ego Oriani exemplum & ſimilia aſſumo atque intelligo non ſuper ipſa ſeruitute, ſed ſuper ipſo prædio eiuſque poſſeſſione turbatio qualificetur, hoc interdictum & vtile eſſe & ſingulares habere commoditates poſſe iudico.

Et † eatenus etiam quam ibid.n.12.Menoch.reprehendit intelligenda & 21
limitanda eſt Socin. ſenioris ſententia conſ.95.ad fin.lib.3. aſſerentis hoc interdictum competere pro quaſi poſſeſſione iuris depaſcendi, neq; enim ſimpliciter hoc procedit, ſed tum demum, ſi ad ipſum prædium turbatio principaliter qualificari poſſit. Exempli gratia arcem vel prædium aliquod habeo ex quo per tuum fundum depaſcendo, pecus meum, in aliud meum prædium agere & poſſum & ſoleo: tu, inuidia vel ſimultate motus ſuper nimio damno querelans impedire conaris: Hic quia non modo ius paſcendi, ſed poſſeſſionem ipſam mei prædii turbare videris eius reſpectu vtile erit interdictum. Ac vti luculentius rem ex ſolo itinere actuve deducamus: ecce prædium vel arcem habeo ex qua vel ad quam per tuum fundum ire atque agere ab omni tempore mihi licuit: Sed cum toto vel etiam integro biennio aut triennio pro rerum mearum conditione abfuerim, neque vſus itinere actuve ſim: tu redeuntem vtique volentem impedire & turbare conaris: his ſane & ſimilibus aliis caſibus, quod de itin. actuque priuat. &c. interdictum mihi ſeruire commode non poſſit, vtiliſſimum vnicum atque neceſſarium hoc retinendæ remedium erit. Et iſthac conſideratione rectiſſime dicitur, quod pro eiuſmodi ſeruitutibus realibus datur interdictum, vti poſſidetis Barth. l. ſi duo, quæſt.1.hoc tit. & l.foramen,ff.de ſeruit. vrb. præd. Maſuer. in prax. de poſſ. ſ. ſorio,n.3.Cæteroqui vrbanas ſeruitutes quod attinet facilior eſt expeditio: cum .n. iſtarum reſpectu, præter cauſam cloacarum ſingularia interdicta & præcipue quidem directa non ſint comparata, earum nomine ad hoc interdictum conuolare vtiliſſimum plærunque etiam neceſſarium eſt licere de communi DD.ſententia receptiſſimum: adeo, vt & directum competat interdictum ſi directo ad ipſam poſſeſſionis cauſam agatur per ead. quæ ſup. indirectum vero
ſi principaliter ſeruitutis quæſtio vertatur. Nunc † exempla perſtringemus 22
non directi, ſed vtilis interdicti pro quaſi poſſeſſione iuris cuiuſcunq; competentis. Primoq; occurrit ſi quis turbatur in quaſi poſſeſſione ſui nominis, famæ dignitatis vel exiſtimationis: hoc enim caſu non tantum retinendæ, ſed

& reſtituendæ interdicta competunt text. ſing. vnic. & notab. in d.c. audiuimus quoſdam à vobis infamaros q.2.cauſ.3. diffamari enim ſtatum ingenuorum, ſed errore ſeu malignitate quorundam periniquum eſt: merito igitur aditus præſes prouinciæ ſiue iudex ab iniuria temperari præcipiet text.l. diffamari 5. C. de ingen. manum. lib. 7. tit. 14. Et nemo debet vagari cum diſcrimine alienæ exiſtimationis etiamſi etiam famoſam actionem intentare ſit paratus text. l. prætor 7. ff. de iniur. & c. quia enim famæ & exiſtimationis, item ingenuitatis, libertatis, &c. eſt poſſeſſio per l. circa 14. ff. de probat. l. vis eius 15. C. eod. & eam interdictis tueri conuenit.

23 Ita † Epiſcopo patrono item rectori Eccleſiæ aut Academiæ, item magiſtratui competit hoc interdictũ ſi turbentur in legitima poſſeſſione vel quaſi Epiſcopatus præſentandi rectoriæ vel gubernationis, iuriſdictionis, &c. per ea quæ Menoch. hoc rem. tet. num. 126. n. 131. num. 143.

24 Quemadmodũ † etiam electoribus datur ſi in libera eligendi poſſeſſione moleſtentur ibid. num. 142. vel ſi alius electionem ſibi ſumat: quo caſu electorib. non tantum contra illos, qui elegerunt datur interdictum, ſed etiam contra electum, in quantum nititur officio vel dignitate not. in l. 1. §. huius autem interdicti, ff. Vti poſſid. Maſuer. prax. de poſſeſſor. num. 7.

25 Quæritur † de decimis item aliis præſtationibus perſonalibus an etiam in earum poſſeſſione turbatis interdictum vtile ſit?

Et quantum ad decimas vtile eſſe communiter tenent DD. Rebuff. ad conſt. reg. tom. 3. tit. de cauſ. benef. poſſeſſ. in præfat. num. 8. Et in tract. de decim. quæſt. 9. num. 3. & 4. vbi ait hoc interdicto agi tam contra ſubditos recuſantes decimas ſoluere, quam contra alios curatos, religioſos item ſeculares, & generaliter contra quoſcunque turbantes curatum ſeu alium decimas poſſidentem.

26 Neque enim clericus † ſolum ſiue eccleſiaſticus qualiſcunque, ſed etiam Laicus in poſſeſſione decimarum eſt manutenendus, dummodo vtrinque legitima poſſeſſio, legitimis titulis acquiſita, qua de re pro obtinendo interdicto veriſimiliter & apparenter eſt docendum gloſſ. clem. 1. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Rot. deciſ. 7. de probat. in nou. Egid. deciſ. 49. & ſeq. Rebuff. de decim. quæſt. 13. num. 38. & per tot. Boccat. ad hoc interd. cap. 2. num. 30. & ſequentib. adeo vt beneficium vel cauſam habens ratione cuius decimæ exiguntur, etiamſi prima vice exigat, in earum tamen poſſeſſione vel quaſi eſſe videatur Rebuff. d. q. 9. num. 5.

27 De † annuis aliis præſtationibus vel penſionibus dubium eſt: Et licet Menoch. hoc rem. num. 139. poſt alios nonnullos generaliter neget, quod in iis poſſeſſorium vix probari queat.

At men

Digitized by Google

† Attamen verior eſt aliorũ & omniũ fere Canoniſtarũ ſententia, dicentium etiam turbato vel impedito in quaſi poſſeſſione certi annui reditus cenſus ſiue penſionis interdictum dari, præcipue ſi rei alicui immobili vel etiam perſonæ incommutabiliter ſiue perpetuo, vel ſaltem eo tempore quo petitur interdictum, probabiliter adhuc adhæreant per text. & DD. in c.querelam de Elect. Maſuer. in prax. tit. de poſſeſſor. n. 9. & ſeq. Afflict. deciſ. 395. num. 7. Put. deciſ. 418. lib. 2. Specul. in titul. de reſtit ſpol. §. nunc dicimus verſ. ſed quando B eccat. hoc tit. cap. 8 n. 8. vbi pro obtinendo interdicto ſupplicanti putat quinque eſſe deducenda & probanda, quæ duobus hiſce capitibus concluduntur. 28

Primo quod in poſſeſſione vel quaſi percipiendi penſionem iſtam adhuc ſit, bonaque fide fuerit per duos minimum annos per l. Seio §. vxori & l. annuam in fin. ff. de an. legat. Idque per quandam patientiam & vſum l. pen. de ſeruit. deinde quod reus teneat & poſſideat rem ex qua penſio ſiue reditus ſoluitur, quæ excepta poſſeſſionis allegatione omnia ſunt caduca & futilia: neq; enim hoc caſu duobus annis poſſeſſionis ratio vel allegatis iſtis alijſue vllis legibus circumſcribitur, neque etiam patientia aduerſarij vel bonæ fidei allegatio, vel etiam vt reus poſſideat rem cuius nomine penſio præſtatur, ſemper & præciſe requiritur: Nam & ſucceſſor tam hereditarius quam electus ratione poſſeſſæ hereditatis vel officij cui penſio debetur interdicto hoc vti poteſt, etiamſi ne ſemel quidem ante penſionem perceperit Rebuf. d. q. 9. n. 5. Menoch. hoc rem. n. 135. Quemadmodum & is qui ſemel tantum valido aliquo habilique ex contractu penſionem percepit in poſſeſſione percipiendi omnino eſt per d. c. cum querelam & l. ſi legatum ff. de an. leg. cum & alias nulla adhuc præſtita penſione debitor ad probabilem actoris allegationem mandatis executorialibus premi queat, per ea quæ ſuo loco de mandat. execut. dix. Vnde etiam Patientia aduerſarij non ſemper requiritur, cum qui onus ſuſcepit vel in id ſucceſſit etiam inuitus cogatur per vulg. quo nomine ſæpiſſime quoque ſoluenda penſio etiam ab illo qui rem cuius nomine illa debetur, nunquam habuit, quod frequentiſſimum eſt in hereditarijs perſonalibus plane præſtationibus. Denique bonæ fidei allegatio in hoc interdicto prorſus non eſt neceſſaria niſi fortaſſis fiat in eliſionem contrariæ intentionis.

† Atque iſta de præſtandis penſionibus, ſiue reditibus quæſtio eo præcipue caſu dubia reddita eſt cum videlicet ab ipſo debitore annuas penſiones ſoluere nolente fit turbatio: alias enim ſi tertius in percipiendis penſionibus vel reditibus vel vectigalibus moleſtationem exhibeat, tam legiſtæ quam Canoniſtæ hoc remedium prodeſſe aiunt *per ea quæ ſup. & Iohan. Fab. §. retinendæ n. 14. Inſt. de Interd. Rebuff. d. gloſſ. 2. n. 28. Speculat. vt ſup. §. 2. n. 6. Menoch. hoc remed. num. 693.* 29

Digitized by Google

30 An vero pro maiore quæſtionis explicatione in præſtatione annuarum penſionum turbatio ab ipſo debitore fieri cenſeatur ex ſola ceſſatione ſolutionis? Et non cenſeri ſequentibus præcipue rationibus probat Ioh. Fab. in §. retinendæ num. 18. Inſt. de Interdict. primo quod interdictum requirat vim inquietatiuam l. 1. in princ. vim fieri vero: hoc tit. ſecundo quod hoc interdictum ratione inquietationis deſcendit ex delicto per l. fin. ff. de interdictis, actiones autem ex delicto deſcendentes factum requirunt nec conceduntur ex ſola ceſſatione ſi videlicet non fit quod fieri non debuit l. ſi cuius §. denique ff. de vſufr. Tertio ſimplex ceſſatio moram non cauſat niſi præcedat interpellatio hominis vel legis per l. mora ff. de vſur. Ergo ex ſola ceſſatione, quæ vel ex inopia impedimento iuſtaue alia qua cauſa nec vim in ſe habet nec in hoc interdictum cadit.

31 † Quid ſi vero non tantum ceſſatio ſed etiam expreſſa ſiue tacita ſolutionis denegatio intercedat, anne tunc interdicto huic locus ſit? Et nō eſſe ſed ad interdictum vnde vi tranſeundum docent, quod ſic potius inferatur vis expulſiua ita Iohan. Fab. dict. num. 18. & ex eo Menoch. hoc rem. n. 477. cum trib. ſeq. vterque per doctrinam Speculat. tit. de reſtit. ſpol. § 2. num. 7. vbi ſcriptum reliquit non turbatum ſed ſpoliatum cenſeri eum cui conſuetam caponum penſionem petenti ſoluere, ruſticus detrectat atque negat: per rationē, quod, ſi habeo inquit ciuilem poſſeſſionem quam animo retineo & veniens non admittor, ſtatim per contradictionem Coloni amitto illam poſſeſſionem ciuilem. Verum iſta nos ſup. cap. paulo aliter explicauimus, quod videlicet non ſtatim ex ſola contradictione vel oppoſitione aduerſarij, ſed tum demum poſſeſſione deiecti & ſpoliati videamur, ſi omnem retinendæ & proſequendæ poſſeſſionis affectum depoſuerimus & facultatem amiſerimus: Idem igitur & hoc caſu ita procedet. Si ergo præter ceſſationem & denegatio ſolutionis expreſſa vel æquipollens interueniat, certe contradictio inde & inquietatio cauſatur, ex qua acturus pro tuenda penſionis poſſeſſione quam non deſerere, ſed tueri conatur, ad hoc interdictum tranſire poteſt, per leges ſup. cap. allegatas. Et ab hac ſententia non eſt aliena Fabri ratiocinatio licet ipſe paulo aliter concludat per Speculatoris verba ſeductus. Et quandoquidem ſimili caſu veriſimiliter narrantibus etiam mandata de ſoluendo executorialia ſolent decerni nemo non videt quod etiam manutentio ijs non deneganda.

Quid-

Quidnam Interdicto Vti poſſidetis veniat.

Cap. II.

Svmmaria.

1 *Quatuor in hoc Interdicto peti ſolent. Primo ceſſatio Turbationis II. Damnum & intereſſe: III. Reſtitutio eius quod pro turbatione factum. IV. Satiſdatio de non amplius turbando.*

2 *Ex his cauſam turbationis & poſſeſſionis concernentia, perpetua ſunt ad agendum: Pro intereſſe vero, damnis atque fructibus petendiis, annale tempus quo primum experiundi facultas definitum eſt.*

3 *De eo tamen quod ereptum vel ablatum fuerit, vel ex turbatione ad Reum peruenerit, non ſecus ac de ipſa turbatione perpetuo agi poteſt.*

4 *Cur pro fructibus & intereſſe petendis Prætor annum definierit.*

5 *Ex Interdicto Vti poſſidetis mandata competunt non ſolum Inhibitoria, ne amplius vlla moleſtatio fiat: Sed etiam compulſorialia ad decedendum, reſtituendum & praſtandum.*

6 *Cautionem de vlterius non turbando Reus tenetur praſtare Actori, quando timet, ne vlterius turbetur: eo vt etiam in poſterum tranquille & pacifice vti ſua poſſeſſione queat.*
Cautio fieri poteſt non tantum ſub pœna damnorum, expenſarum & intereſſe, Verum etiam ſub pœna pecuniaria, vel ſimpliciter ſub datis fideiuſſoribus. Ibid.

7 *Quæritur an iſthac de vlterius non turbando cautio ſit perpetua, vel ad tempus?*

8 *Quæritur quæ exceptiones contra intentionem Interdicti nulliter & cum effectu opponantur?*

9 *Eæ tantum Exceptiones impediunt, quibus recta probare Reus liquidoque docere poteſt, vel ſe eadem poſſeſſione ſpoliatum: aut alias ad ſe eandem pertinere.*

10 *Per quæ probatio hoc in caſu ſit facienda.*

11 *Hoc tamen in caſu Reus excipiens, ſi immoderatius agat moneri poteſt & debet, vt ab omni turbatione abſtineat, & iudicialem deciſionem expectet: Vel etiam pro negocii qualitate compelli poteſt, vt actoris partibus ſuſceptis in iure experiatur; & ita facto non turbet, ſed legitime procedat.*

12 *Quem-*

12 *Quemadmodum etiam alias ſemper exceptionibus contra Mandatum oppoſitis, non facto & turbationibus procedendum: ſed iudiciali cognitioni acquieſcendum.*

13 *Quo in caſu ſi exceptiones ſint releuantes caſſatur & reuocatur Mandatum & Interdictum quod etiam in hoc retinendæ remedio vſu venire ſolet.*

14 *Quæritur ſi Reus excipiens in petitorio liquidiſſimas probationes ſtatim afferat, an propterea nihilominus contra Actorem, qui alias in poſſeſſorio obtinere poſſet, iudicandum vel mandatum reuocandum?*

15 *Actor in petitorio liquido fundatus, obtinet Interdictum contra reum, etiamſi pro eo liqueat in poſſeſſorio. Quod tamen quo moderamine ſit intelligendum vide in ſequentib.*

16 *An & quales actiones cum hoc Interdicto cumulari poſſint. remiſſiue.*

17 *Super vi publica vel priuata, vel & fracta pace qualificari narrata poſſunt, ſi videlicet vis maior in turbatione facta fuerit.*

18 *Alias ſi vis maior facta non eſt, actionem iniuriarum cumulare licet.*

19 *Temerarius turbator tenetur actione iniuriarum, quod quatenus procedat, vide ibidem.*

20 *Singularia multorum locorum Statuta pro tuenda publica tranquillitate prodita ſunt: quibus certa etiam pœna turbatoribus indicta ſunt.*

21 *Vtilem Ægidianam conſtitutionem, pro ſola Marchia prouincia lata m. Paulus III. Pontifex propter ſui vtilitatem ad omnes alias terras extendit ſedi Apoſtolicæ ſubiectas.*

22 *Verba Ægidianæ conſtitutionis.*

23 *Ex hac conſtitutione non tantum agitur ad inhibitionem turbationis, & reſtitutionem damni expenſarum & intereſſe: ſed etiam ad amiſſionem omnis iuris, quod turbator habere poteſt: itemque pœna pecuniaria, de qua ibi latius.*

24 *Quando ad pœnam Statuti vel legis criminaliter agitur, allegandus non eſt modo dolus, aut culpa turbationis: ſed etiam apponi debet modus turbationis, itemq́ue locus & tempus.*

25 *Quæ omnia tamen neceſſario non requiruntur ſi ex verbis Interdicti ſola turbationis ceſſatio: Item damnorum, fructuum, intereſſe, & ablationum reſtitutio, vel & cautio de amplius non turbando petatur.*

26 *Libellus in hac materia qualiter ſit concipiendus.*

Quid-

Quidnam Interdicto Vti poſſidetis veniat.

Cap. II.

TErtium propoſitæ explicationis membrum quod attinet, quando nimirum vel quanto à facta turbatione tempore Interdicto experiri liceat, Item quidnam eo veniat ſiue petatur? ſciendum eſt quatuor † peti. 1. ceſſationem turbationis. 2. damnum & intereſſe. 3. Reſtitutionem eius quod pro turbatione factum. 4. ſatisdationẽ de non amplius turbando. † Ex 1
quibus cauſam turbationis & poſſeſſionis concernentia perpetua ſunt ad agendum: pro intereſſe vero damnis atque fructibus petendis, annale tempus, quo primum experiundi facultas præfinitum eſt, *l. 1. in princ. hoc tit. & ibi per omnes. Iohan. Fab. §. retinendæ num. 14. Inſt. de Interdict. Menoch. rem. ret. 3. n. 286. Plotus l. ſi quando C. vnde vi. num. 733. vbi aliquot fallentias ponit.* Quamuis quidam indiſtincte velint, quod turbatus vel impeditus in poſſeſſione ſua, intra annum & diem de turbatione & impedimento debeat conqueri, quia elapſo anno non admitteretur, & forte caderet ab inſtantia & poſſeſſione ſua *Maſuer. prax. de petit. n. 13. per Barth. l. ſi duo in princ. hoc tit. & l. 1. de nou. op. nunc. in 7. quæſt.* 2

De † eo tamen quod ereptum vel ablatum fuerit, vel ex turbatione ad 3
reum peruenerit non ſecus ac de ipſa turbatione perpetuo agi poteſt Barth. *d. l. 1. in princ. n. 10. & ſeq. per l pen. ff. de Interdict. l. ſimiliter 21. §. 1. verb. nullo tempore ratum habet ff. Quod met. cauſ. tangit etiam Cuiac. 5. obſ. 20. Weſenb. hoc tit. n. 4. in fin.* † Cæteroqui fructibus & intereſſe petendis propterea annum ſufficere 4
prætor voluit, cum neque vis magna ſit ſic vt ablatiua & reſpectu turbatoris pœnalis ſit actio, quæ merito anni ſpacio finitur *Inſt. de perpet. & temporal. act. l. in honorariis 34. ff. de action. Weſenb. d. n. 4.*

Ex quibus † aliiſque ſupra dictis apparet ex interdicto vti poſſidetis 5
mandata competere, non ſolum inhibitoria, ne amplius turbatio, inquietatio vllaue moleſtatio fiat: ſed etiam compulſorialia ad decedendum, euacuandum, reſtituendum & præſtandum: Iubetur enim reus ne moleſtet ſiue turbet, vt poſſeſſione, ſi eam occupare conatus fuerit, decedat, ſatiſdationem præſtet, intereſſe atque fructus omniaq; quæ ad eum peruenere reſtituat. *text. valde elegans in l. pen. §. fin. de acq. poſſeſ.* Eum qui ædificare prohibetur poſſidere quoq; prohiberi manifeſtum eſt: ſpecies inducendi in poſſeſſionem alicuius rei, eſt prohibere ingredienti vim fieri: ſtatim enim cedere aduerſarium & vacuam relinquere poſſeſſionem iubet, quod multo plus eſt, quam reſtituere. & facit l. 11. ff. de vi & vi armat. vim facit qui non ſinit poſſidentem eo quod poſſidet vti arbitrio ſuo &c. Atque iſthac conſideratione Barth. l. 3. hic n. 1. recte

Ffff aic

Digitized by Google

9 Multoque † magis dabitur, ſi non mandando, ſed ſtatim turbando &
moleſtando nulliter & inique procedat iudex. Quo caſu ſingulariter obſer-
uandum, vt ſupplicans contra magiſtratum ſuum cuius iuriſdictioni eſt ſub-
iectus, de nullitate & iniquitate proceſſus veriſimiliter doceat & oſtendat:
alias enim hoc de non turbando mandatum vel, vti poſſid. interdictum non
facile habebit locum; vnde communiter dicitur: Quod nouitas ſine caſus
nouitatis, vt veteriores practici loquebantur, Non cadit entre le ſubiect &
le ſeigneur, inter ſubditum atque magiſtratum, *Barth. l. 1. §. huius autem inter-
dicti hoc tit. Maſuer. de poſſeſſor. poſt num.* 8. niſi forte ſubditus ſingularis & exem-
ptæ ſit conditionis Papon. lib. 8. de complaint. poſ. areſt. 3.

10 Quin † & is turbare intelligitur, qui poſſidenti eiuſue colonis in poſ-
ſeſſione minatur, *Menoch. ibid. num.* 488. *Rebuff. d. gloſſ. num.* 14. vel etiam qui
poſſeſſorem diffamat quaſi res eius non ſit, vel quod iniuſte malave fide poſ-
ſideat: nam & hac verbali diffamatione quis non leuiter in poſſeſſione mole-
11 ſtatur; *Neuizan. conſ.* 82. *num.* 11. Et † quamuis Barth. in l. 1 §. huius autem in-
terdicti num. 2. hoc tit. poſt Innocent. in cap. 2. de reſtit. ſpol. tum demum hoc
caſu procedere interdictum vult quando poſſeſſor per iſtam diffamationem
non poſſet inuenire laboratores vel operarios, vel alias in poſſeſſione jam
moleſtaretur, pro qua ſententia etiam plærique DD. citantur à Menoch hoc
rem. num. 283. & ſeq.

Verum tamen ſi non indiſcrete vt Bald. ait conſ. 447. lib. 2. hoc eſt per-
functorie, ſed ſerio vel conſtanter poſſeſſio alicuius traducatur diffametur,
interdictum vtile exiſtimo eſſe poſſe: ſi eo potius quam legis diffamari pro-
ceſſu experiri libeat.

Primo enim per eam diffamationem quis in poſſeſſione ſua legitima
infamatur: infamato autem cum interdictum etiam reſtitutorium detur text.
ſing. c. audiuimus quoſdam ex vobis infamatos, &c. q. 2. cauſ. 3. & ibi not. Er-
go & poſſeſſorium retinendum non denegabitur: deinde licet ita diffamatus
non ſtatim ab operariis de quib. Barth. loquitur deſeratur; tamen quia pro
futuro in omnem poſſeſſionis cauſam incommoda poſſeſſionis tali ex diffa-
matione enaſci poſſent, vtpote quod creditores vel emptores vel conducto-
res vel coloni, &c. à neceſſario aliquo contractu per id abſterreri, vel alias fi-
des & autoritas poſſeſſoris imminui poſſet, propterea & hunc caſum ſuper
interdicto qualificari poſſe exiſtimo, ſi videlicet narrata non tam ſuper diffa-
mationis, quam ipſius poſſeſſionis cauſa dirigantur: accedit quod diffamans
iſte poſſeſſionem meam non tantum negare, ſed eidem quoque ſe oppone-
re aliique vel ſibimetipſi videatur quo caſu interdictum competit per ea quæ
Menoch. nu. 468. Vnde & communiter aiunt DD. Quod hoc interdictum
omnino detur, & contra eum, qui ſe oppoſuit & opponit coram iudice vel
commiſſario aſſerens ſe habere poſſeſſionem rei contentioſæ, quia & ſic op-

poneus

Digitized by Google

ponens videatur turbare *Barth. l.ſi du. §.1.hoc tit.Ioh.Faber,C.eod Maſuer.prax. de poſſeſſ.poſt num.*3.

Vbi recta monere placet, † etſi non hoc ſed vtiubi interdictum pro re- 12
bus mobilibus competat,§.retinendæ Inſtit.de interd.&c.tamen ſi in poſſeſſione fundi vel ædium turbatio aut moleſtatio pro re aliqua mobili fiat, interdictum omnino locum habebit. Cum enim rem mobilem tuto & quiete habere & retinere nequeam, etiam in poſſeſſione ipſius fundi ſiue ædium, quibus ea res tenetur,turbari videor per *l.ſi duo 3.§.1.& ſeq.hoc tit.l.1.§.vtique & ſeq.de vi & vi armat. Maſuer. in prax.de poſſeſſor.n.*8.

De rebus aliis ipſi fundo vel ædibus coniunctis vel cohærentibus dubium non eſt. Eæ enim immobilium loco habentur *per vulg.& ea quæ Menoch. hoc rem.*283.

Vti † autem poſſeſſio pro qua tuenda hoc interdictum datur duplex 13
eſt,propria quæ rerum corporalium vel quaſi, ſiue impropria quæ rerum incorporalium per vulg. Ita & hoc interdictum duplex faciunt, directum atque vtile: Illud quod propriæ, hoc quod quaſi vel impropriæ poſſeſſionis nomine redditur. Marian. *Socin.c.conqueſtus num.* 8.*de for comp.Dec.c.licet cauſam n.*225.*de probat.Bellon.conſ.*11.*n.*2.*& eſt communis DD.ſent.*1.

Directi exempla ſunt ſi † quis in fundi vel ædium poſſeſſione turbetur: 14
quod non modo fit,ſi vis ei inferatur: ſed etiamſi ædificare in ſuo, ædeſue reficere, fundum colere, vites præcidere, vel quid aliud licitum agere prohibeatur,qui eum re ſua vti prohibetur poſſidere prohibetur text. d.l.ſi duo,§.1. & trib. ſequent. Ita ſi proiectum vel proiectio ſiue proiectus ex ædibus meis in ædes tuas vel ſupra tuum vicini ſolum porrigatur vtrique vtile interdictum eſſe poteſt,mihi vt proiectionis: tibi vt ſoli poſſeſſio ſalua ſit ibid. §.Labeo 6. & §.præced.5. Vbi † recte Cuiac. pro vtrique inutile vtrique vtile legendum 15
ait,id quod tam verborum quam rerum contextus probat. Cuiac.lib.5.obſ.22. licet D. Menochius hoc rem. num. 246. omnium codicum fidem repugnare dicat, & pro exponenda communiore lectione poſt alios mediocriter laboret: ſed omnes fruſtra: cum nulla ſit ratio iure & legibus fundata,quare iſthoc caſu vtrique tam ſoli quam proiectionis domino, vel ſaltem alterutri interdictum non poſſit eſſe vtile: tum omnes præcedentes paragraphi & §.Labeo ſeq.Cuiacii lectionem neceſſario important. Et eſt proiectum quod & protectum teſte Conan.4.com.c. nu. 4. pars domus præeminens quales ſunt meniana atque podia ex quibus in plateas atque vicos circumſpicitur: noſtrates vocant: Ercker / Außſicht / Außgebew.

Hinc eadem ratione ſi † vicinus meus in parte mea tectoria habeat,& in 16
parte ſua,interdictum vti poſſidetis mihi efficax eſt,d.l.ſi duo 3. §. ſi vicinus 9.

Similiter vti † directum datur interdictum non modo domino aduer- 17
ſus fructuarium in præiudicium proprietatis quid facientē; quemadmodum

Eee &in

Digitized by Google

& in colonum datur ſi forte penſionem fructuſue alteri quam vero domino tradat per l. quamuis, §. 1. de acq. poſſeſſ. Rebuff. d. art. 1. gloſſ. 2. num. 7. Me-
18 noch. hoc rem. nu. 476. Ita † & fructuario, emphyteutæ & ſimilibus quos ſibi ſuoque nomine poſſidere alibi diximus aduerſus dominum ipſum in poſſeſſione moleſtantem conceditur: moleſtari enim intelliguntur in poſſeſſione etiam ipſius fundi; non tantum vſufructus, quod ſtricte & limitate volunt gloſſ. in l. ait prætor, §. & qui, ff. Ex quib. cauſ. maior. in integ. Cyn. l. 1. C. hoc tit. Barth. l. naturaliter in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. & poſt eos Lanfranc. de Orian. in rub. de cauſa poſſeſſ. & propriet. ſub interd. retin. num. 21. concluſ. 4. vbi ſuperſtitioſiſſime loquuntur, quod fructuarius aduerſus dominum hoc interdicto vti volens libellare cogitur ſe turbari ab eo in poſſeſſione vel quaſi vſufructus vel vtendi, fruendi, ſi vero aduerſus tertium experiri velit, libellandum neceſſario eſſe, quod ab eo turbetur in poſſeſſione fundi, quæ omnia ſunt futiliſſima, quibus vti & infinitis aliis vera poſſeſſionis doctrina, perquam corrupta eſt, per ea quæ diximus in tract. de mat. poſſeſſionis: Nam & fructuarius & ſimiles ſibi ſuoque nomine poſſidentes rem alienam non modo reſpectu tertii, ſed ipſius etiam domini vere poſſident, naturaliter & ciuiliter, ea videlicet poſſeſſione quam dominus in eos tranſtulit, ipſe vero amiſit, vid. d. tract.

19 Ita † directum hoc retinendæ poſſeſſorium competit etiam contra prohibentem vel impedientem, me vti iure ſeruitutis reſpectu ipſius prædii Barth. d. l. ſi duo, §. 2. & ibi gloſſ. hoc tit. gloſſ. in l. ſicut, §. Ariſto, verb. vti poſſid. ff. ſi ſeruit. vendic. Ex quo inquit Lanfranc. infero ad practicam quotidianam, quod ſi quis velit ducere aquam per fundum meum ad fundum ſuum cauſa adaquandi ſeu irrigandi, dicens ſe poſſe iure ſeruitutis id facere, quia ſibi competat ſeruitus aquæductus per fundum meum: ego poteto intentare contra eum hoc poſſeſſorium retinendæ, & quod videtur me turbare in poſſeſſione fundi mei, cum non permittat me libere illum poſſidere, ſed ſeruitutem imponere velit. Econtra iſte, qui vult ducere aquam per fundum meum, ſi ius habeat, & ego ducere prohibeam, poterit ſimiliter intendere hoc poſſeſſorium contra me, quia eum turbo non tantum in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, vt ait Lanfranc. ſed etiam in vera poſſeſſione ſui fundi, quem irrigari prohibeo: Lanfr. de Orian. d. loc. in 3. concluſ. ex quibus ea quæ ſuperius diximus confirmantur, quod etiam pro ſeruitutibus diſcontinuis ſi modo ad ipſam poſſeſſionis cauſam dirigantur, hoc interdictum detur.

20 Neque moueor iis † quæ Menoch. hoc rem. num. 111. contra d. ſententiam Oriani affert, quaſi pro aquæductu & ſimilibus hoc interdictum non detur, cum ſingularia prodita ſint remedia de Itin. actuque priu. non de aq. quot. & æſt. Et quod Lex niſi in caſu neceſſario remedia non ſoleat adhibere l. 1. §. ex hoc reſcripto, ff. de vent. inſpic. Neque quidquam fruſtra ſtatuere vel indu-

Digitized by Google

inducere l.hæc ſtipulatio,§.Diuus,ff.vt legat.nom.caueat.l.poſtliminii in fin. ff. de capt u. & poſtlim.reuerſ.

Nam & aliis in caſibus pro eadem re diuerſis reſpectibus, diuerſis remediis experiri licet. Item quatenus principaliter & recta ſuper iſtis ſeruitutibus agitur,vera eſt doctiſſimi domini Menoch. ſententia,qua etiam non male O.ian. reprehendit, quod is pro aquæductu hoc interdictum competere ait, etiamſi non obſcure de ſolo ſeruitutis iure eiuſque turbatione loquatur: At vero ſi, vt ego Oriani exemplum & ſimilia aſſumo atque intelligo non ſuper ipſa ſeruitute,ſed ſuper ipſo prædio eiuſque poſſeſſione turbatio qualificetur, hoc interdictum & vtile eſſe & ſingulares habere commoditates poſſe iudico.

Et † eatenus etiam quam ibid.n.12.Menoch.reprehendit intelligenda & limitanda eſt Socin. ſenioris ſententia conſ.95.ad fin.lib.3. aſſerentis hoc interdictum competere pro quaſi poſſeſſione iuris depaſcendi, neq; enim ſimpliciter hoc procedit,ſed tum demum, ſi ad ipſum prædium turbatio principaliter qualificari poſſit. Exempli gratia arcem vel prædium aliquod habeo ex quo per tuum fundum depaſcendo,pecus meum, in aliud meum prædium agere & poſſum & ſoleo: tu,inuidia vel ſimultate motus ſuper nimio damno querelans impedire conaris: Hic quia non modo ius paſcendi,ſed poſſeſſionem ipſam mei prædii turbare videris eius reſpectu vtile erit interdictum. Ac vti luculentius rem ex ſolo itinere actuve deducamus: ecce prædium vel arcem habeo ex qua vel ad quam per tuum fundum ire atque agere ab omni tempore mihi licuit: Sed cum toto vel etiam integro biennio aut triennio pro rerum mearum conditione abſuerim, neque vſus itinere actuve ſim: tu redeuntem vtique volentem impedire & turbare conaris: his ſane & ſimilibus aliis caſibus, quod de itin. actuque priuat. &c. interdictum mihi ſeruire commode non poſſit, vtiliſſimum vnicum atque neceſſarium hoc retinendæ remedium erit. Et iſthac conſideratione rectiſſime dicitur, quod pro eiuſmodi ſeruitutibus realibus datur interdictum, vti poſſidetis Barth. l. ſi duo, quæſt.1.hoc tit. & l.foramen,ff.de ſeruit. vrb. præd. Maſuer. in prax. de poſſ. ſ. ſorio,n.3.Cæteroqui vrbanas ſeruitutes q. attinet facilior eſt expeditio: cum .n. iſtarum reſpectu, præter cauſam cloacarum ſingularia interdicta & præcipue quidem directa non ſint comparata, earum nomine ad hoc interdictum conuolare vtiliſſimum plærunque etiam neceſſarium eſt licere de communi DD.ſententia receptiſſimum: adeo,vt & directum competat interdictum ſi directo ad ipſam poſſeſſionis cauſam agatur per ead.quæ ſup.indirectum vero ſi principaliter ſeruitutis quæſtio vertatur. Nunc † exempla perſtringemus non directi,ſed vtilis interdicti pro quaſi poſſeſſione iuris cuiuſcunq; competentis. Primoq; occurrit ſi quis turbatur in quaſi poſſeſſione ſui nominis,famæ dignitatis vel exiſtimationis; hoc enim caſu non tantum retinendæ,ſed

& reſtituendæ interdicta competunt text. ſing. vnic. & notab. in d.c. audiuimus quoſdam à vobis infamatos q.2.cauſ.3. diffamari enim ſtatum ingenuorum, ſed errore ſeu malignitate quorundam periniquum eſt: merito igitur aduus præſes prouinciæ ſiue iudex ab iniuria temperari præcipiet text. l. diffamari 5. C. de ingen. manum. lib. 7. tit. 14. Et nemo debet vagari cum diſcrimine alienæ exiſtimationis etiamſi etiam famoſam actionem intentare ſit paratus text. l. prætor 7. ff. de iniur. &c. quia enim famæ & exiſtimationis, item ingenuitatis, libertatis, &c. eſt poſſeſſio per l. circa 14. ff. de probat. l. vis eius 15. C. eod. & eam interdictis tueri conuenit.

23 Ita † Epiſcopo patrono item rectori Eccleſiæ aut Academiæ, item magiſtratui competit hoc interdictũ ſi turbentur in legitima poſſeſſione vel quaſi Epiſcopatus præſentandi rectoriæ vel gubernationis, iuriſdictionis, &c. per ea quæ Menoch. hoc rem. ret. num. 126. n. 131. num. 143.

24 Quemadmodũ † etiam electoribus datur ſi in libera eligendi poſſeſſione moleſtentur ibid. num. 142. vel ſi alius electionem ſibi ſumat: quo caſu electorib. non tantum contra illos, qui elegerunt datur interdictum, ſed etiam contra electum, in quantum nititur officio vel dignitate not. in l. 1. §. huius autem interdicti, ff. Vti poſſid. Maſuer. prax. de poſſeſſor. num. 7.

25 Quæritur † de decimis item aliis præſtationibus perſonalibus an etiam in earum poſſeſſione turbatis interdictum vtile ſit?

Et quantum ad decimas vtile eſſe communiter tenent DD. Rebuff. ad conſt. reg. tom. 3. tit. de cauſ. benef. poſſeſſ. in præfat. num. 8. Et in tract. de decim. quæſt. 9. num. 3. & 4. vbi ait hoc interdicto agi tam contra ſubditos recuſantes decimas ſoluere, quam contra alios curatos, religioſos item ſeculares, & generaliter contra quoſcunque turbantes curatum ſeu alium decimas poſſidentem.

26 Neque enim clericus † ſolum ſiue eccleſiaſticus qualiſcunque, ſed etiam Laicus in poſſeſſione decimarum eſt manutenendus, dummodo vtrinque legitima poſſeſſio, legitimis titulis acquiſita, qua de re pro obtinendo interdicto veriſimiliter & apparenter eſt docendum gloſſ. clem. 1. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Rot. deciſ. 7. de probat. in nou. Egid. deciſ. 49. & ſeq. Rebuff. de decim. quæſt. 13. num. 38. & per tot. Boccat. ad hoc interd. cap. 2. num. 30. & ſequentib. adeo vt beneficium vel cauſam habens ratione cuius decimæ exiguntur, etiamſi prima vice exigat, in earum tamen poſſeſſione vel quaſi eſſe videatur Rebuff. d. q. 9. num. 5.

27 De † annuis aliis præſtationibus vel penſionibus dubium eſt: Et licet Menoch. hoc rem. num. 139. poſt alios nonnullos generaliter neget, quod in iis poſſeſſorium vix probari queat.

Atta men

† Attamen verior eſt aliorũ & omniũ fere Canoniſtarũ ſententia, dicentium etiam turbato vel impedito in quaſi poſſeſſione certi annui reditus cenſus ſiue penſionis interdictum dari, præcipue ſi rei alicui immobili vel etiam perſonæ incommutabiliter ſiue perpetuo, vel ſaltem eo tempore quo petitur interdictum, probabiliter adhuc adhæreant per text. & DD. in c. querelam de Elect. Maſuer. in prax. tit. de poſſeſſor. n. 9. & ſeq. Afflict. deciſ. 395. num. 7. Pat. deciſ. 418. lib. 2. Specul. in titul. de reſtit ſpol. §. nunc dicimus verſ. ſed quando B iccat. hoc tit. cap. 8 n. 8. vbi pro obtinendo interdicto ſupplicanti putat quinque eſſe deducenda & probanda, quæ duobus hiſce capitibus concluduntur. 28

Primo quod in poſſeſſione vel quaſi percipiendi penſionem iſtam adhuc ſit, bonaque fide fuerit per duos minimum annos per l. Seio §. vxori & l. annuam in fin. ff. de an. legat. Idque per quandam patientiam & vſum l. pen. de ſeruit. deinde quod reus teneat & poſſideat rem ex qua penſio ſiue reditus ſoluitur, quæ excepta poſſeſſionis allegatione omnia ſunt caduca & futilia: neq; enim hoc caſu duobus annis poſſeſſionis ratio vel allegatis iſtis alijſue vllis legibus circumſcribitur, neque etiam patientia aduerſarij vel bonæ fidei allegatio, vel etiam vt reus poſſideat rem cuius nomine penſio præſtatur, ſemper & præciſe requiritur: Nam & ſucceſſor tam hereditarius quam electus ratione poſſeſſæ hereditatis vel officij cui penſio debetur interdicto hoc vti poteſt, etiamſi ne ſemel quidem ante penſionem perceperit Rebuf. d. q. 9. n. 5. Menoch. hoc rem. n. 135. Quemadmodum & is qui ſemel tantum valido aliquo habilique ex contractu penſionem percepit in poſſeſſione percipiendi omnino eſt per d. c. cum querelam & l. ſi legatum ff. de an. leg. cum & alias nulla adhuc præſtita penſione debitor ad probabilem actoris allegationem mandatis executorialibus premi queat, per ea quæ ſuo loco de mandat. execut. dix. Vnde etiam Patientia aduerſarij non ſemper requiritur, cum qui onus ſuſcepit vel in id ſucceſſit etiam inuitus cogatur per vulg. quo nomine ſæpiſſime quoque ſoluenda penſio etiam ab illo qui rem cuius nomine illa debetur, nunquam habuit, quod frequentiſſimum eſt in hereditarijs perſonalibus plane præſtationibus. Denique bonæ fidei allegatio in hoc interdicto prorſus non eſt neceſſaria niſi fortaſſis fiat in eliſionem contrariæ intentionis.

† Atque iſta de præſtandis penſionibus, ſiue reditibus quæſtio eo præcipue caſu dubia reddita eſt cum videlicet ab ipſo debitore annuas penſiones ſoluere nolente fit turbatio: alias enim ſi tertius in percipiendis penſionibus vel reditibus vel vectigalibus moleſtationem exhibeat, tam legiſtæ quam Canoniſtæ hoc remedium prodeſſe aiunt *per ea quæ ſup. & Iohan. Fab. §. retinendæ n. 14. Inſt. de interd. Rebuff. d. gloſſ. 2. n. 28. Speculat. vt ſup. §. 2. n. 6. Menoch. hoc remed. num. 693.* 29

30 An vero pro maiore quæſtionis explicatione in præſtatione annuarum penſionum turbatio ab ipſo debitore fieri cenſeatur ex ſola ceſſatione ſolutionis? Et non cenſeri ſequentibus præcipue rationibus probat Ioh. Fab. in §. retinendæ num. 18. Inſt. de Interdict. primo quod interdictum requirat vim inquietatiuam l. 1. in princ. vim fieri veto; hoc tit. ſecundo quod hoc interdictum ratione inquietationis deſcendit ex delicto per l. fin. ff. de interdict. actiones autem ex delicto deſcendentes factum requirunt nec conceduntur ex ſola ceſſatione ſi videlicet non fit quod fieri non debuit l. ſi cuius §. denique ff. de vſufr. Tertio ſimplex ceſſatio moram non cauſat niſi præcedat interpellatio hominis vel legis per l. mora ff. de vſur. Ergo ex ſola ceſſatione, quæ vel ex inopia impedimento iuſtaue alia qua cauſa nec vim in ſe habet nec in hoc interdictum cadit.

31 † Quid ſi vero non tantum ceſſatio ſed etiam expreſſa ſiue tacita ſolutionis denegatio intercedat, anne tunc interdicto huic locus ſit? Et nō eſſe ſed ad interdictum vnde vi tranſeundum docent, quod ſic potius inferatur vis expulſiua ita Iohan. Fab. dict. num. 18. & ex eo Menoch. hoc rem. n. 477. cum trib. ſeq. vterque per doctrinam Speculat. tit. de reſtit. ſpol. § 2. num. 7. vbi ſcriptum reliquit non turbatum ſed ſpoliatum cenſeri eum cui conſuetam caponum penſionem petenti ſoluere, ruſticus detrectat atque negat: per rationē, quod, ſi habeo inquit ciuilem poſſeſſionem quam animo retineo & veniens non admittor, ſtatim per contradictionem Coloni amitto illam poſſeſſionem ciuilem. Verum iſta nos ſup. cap. paulo aliter explicauimus, quod videlicet non ſtatim ex ſola contradictione vel oppoſitione aduerſarij, ſed tum demum poſſeſſione deiecti & ſpoliati videamur, ſi omnem retinendæ & proſequendæ poſſeſſionis affectum depoſuerimus & facultatem amiſerimus: Idem igitur & hoc caſu ita procedet. Si ergo præter ceſſationem & denegatio ſolutionis expreſſa vel æquipollens interueniat, certe contradictio inde & inquietatio cauſatur, ex qua acturus pro tuenda penſionis poſſeſſione quam non deſerere, ſed tueri conatur, ad hoc interdictum tranſire poteſt, per leges ſup. cap. allegatas. Et ab hac ſententia non eſt aliena Fabri ratiocinatio licet ipſe paulo aliter concludat per Speculatoris verba ſeductus. Et quandoquidem ſimili caſu veriſimiliter narrantibus etiam mandata de ſoluendo executorialia ſolent decerni nemo non videt quod etiam manutentio ijs non deneganda.

Digitized by Google

Quidnam Interdicto Vti poſſidetis veniat.

Cap. II.

Svmmaria.

1 *Quatuor in hoc Interdicto peti ſolent. Primo ceſſatio Turbationis II. Damnum & intereſſe: III. Reſtitutio eius quod pro turbatione factum. IV. Satiſdatio de non amplius turbando.*

2 *Ex his cauſam turbationis & poſſeſſionis concernentia, perpetua ſunt adagendum: Pro intereſſe vero, damnis atque fructibus petendis, annale tempus quo primum experiundi facultas definitum eſt.*

3 *De eo tamen quod ereptum vel ablatum fuerit, vel ex turbatione ad Reum peruenerit, non ſecus ac de ipſa turbatione perpetuo agi poteſt.*

4 *Cur pro fructibus & intereſſe petendis Prætor annum definierit.*

5 *Ex Interdicto Vti poſſidetis mandata competunt non ſolum Inhibitoria, ne amplius vlla moleſtatio fiat: Sed etiam compulſorialia ad decedendum, reſtituendum & præſtandum.*

6 *Cautionem de vlterius non turbando. Reus tenetur præſtare Actori, quando timet, ne vlterius turbetur: eo vt etiam in poſterum tranquille & pacifice vti ſua poſſeſſione queat.*
Cautio fieri poteſt non tantum ſub pœna damnorum, expenſarum & intereſſe, Verum etiam ſub pœna pecuniaria, vel ſimpliciter ſub datis fideiuſſoribus. Ibid.

7 *Quæritur an iſthac de vlterius non turbando cautio ſit perpetua, vel ad tempus?*

8 *Quæritur quæ exceptiones contra intentionem Interdicti nulliter & cum effectu opponantur?*

9 *Eæ tantum Exceptiones impediunt, quibus recta probare Reus liquidoque docere poteſt, vel ſe eadem poſſeſſione ſpoliatum: aut alias ad ſe eandem pertinere.*

10 *Per quæ probatio hoc in caſu ſit facienda.*

11 *Hoc tamen in caſu Reus excipiens, ſi immoderatius agat moneri poteſt & debet, vt ab omni turbatione abſtineat, & iudicialem deciſionem expectet: Vel etiam pro negocii qualitate compelli poteſt, vt actoris partibus ſuſceptis in iure experiatur: & ita facto non turbet, ſed legitime procedat.*

12 *Quem-*

Digitized by Google

12 Quemadmodum etiam alias ſemper exceptionibus contra Mandatum p-
poſitis, non facto & turbationibus procedendum: ſed iudiciali cogni-
tioni acquieſcendum.
13 Quo in caſu ſi exceptiones ſint releuantes caſſatur & reuocatur Manda-
tum & Interdictum quod etiam in hoc retinendæ remedio vſu venire
ſolet.
14 Quæritur ſi Reus excipiens in petitorio liquidiſſimas probationes ſtatim
ferat, an propterea nihilominus contra Actorem, qui alias in poſſeſ-
ſorio obtinere poſſet, iudicandum vel mandatum reuocandum?
15 Actor in petitorio liquido fundatus, obtinet Interdictum contra reum, et-
iamſi pro eo liqueat in poſſeſſorio. Quod tamen quo moderamine ſit
intelligendum vide in ſequentib.
16 An & quales actiones cum hoc Interdicto cumulari poſſint. remiſſiue.
17 Super vi publica vel priuata, vel & fracta pace qualificari narrata poſ-
ſunt, ſi videlicet vis maior in turbatione facta fuerit.
18 Alias ſi vis maior facta non eſt, actionem iniuriarum cumulare licet.
19 Temerarius turbator tenetur actione iniuriarum, quod quatenus proce-
dat, vide ibidem.
20 Singularia multorum locorum Statuta pro tuenda publica tranquilli-
tate prodita ſunt: quibus certa etiam pœna turbatoribus indicta
ſunt.
21 Vtilem Ægidianam conſtitutionem, pro ſola Marchiæ prouincia lata n.
Paulus III. Pontifex propter ſui vtilitatem ad omnes alias terras ex-
tendit ſedi Apoſtolicæ ſubiectas.
22 Verba Ægidianæ conſtitutionis.
23 Ex hac conſtitutione non tantum agitur ad inhibitionem turbationis, &
reſtitutionem damni expenſarum & intereſſe: ſed etiam ad amiſſio-
nem omnis iuris, quod turbator habere poteſt: itemque pœna pecu-
niaria, de qua ibi latius.
24 Quando ad pœnam Statuti vel legis criminaliter agitur, allegandus non
eſt modo dolus, aut culpa turbationis; ſed etiam apponi debet modus
turbationis, itemq; locus & tempus.
25 Quæ omnia tamen neceſſario non requiruntur ſi ex verbis Interdicti ſola
turbationis ceſſatio: Item damnorum, fructuum, intereſſe, & abla-
tionum reſtitutio, vel & cautio de amplius non turbando petatur.
26 Libellus in hac materia qualiter ſit concipiendus.

Quid.

Digitized by Google

Quidnam Interdicto Vti poſſidetis veniat.

Cap. II.

TErtium propoſitæ explicationis membrum quod attinet, quando nimirum vel quanto à facta turbatione tempore Interdicto experiri liceat, Item quidnam eo veniat ſiue petatur? ſciendum eſt qnatuor † peti. 1. ceſſationem turbationis. 2. damnum & intereſſe. 3. Reſtitutionem eius quod pro turbatione factum. 4. ſatisdationē de non amplius turbando. † Ex quibus cauſam turbationis & poſſeſſionis concernentia perpetua ſunt ad agendum: pro intereſſe vero damnis atque fructibus petendis, annale tempus, quo primum experiundi facultas præfinitum eſt, *l. 1. in princ. hoc tit. & ibi per omnes. Iohan. Fab. §. retinendæ num. 14. Inſt. de Interdict. Menoch. rem. ret. 3. n. 286. Plotus l. ſi quando C. vnde vi. num. 733. vbi aliquot fallentias ponit.* Quamuis quidam indiſtinctè velint, quod turbatus vel impeditus in poſſeſſione ſua, intra annum & diem de turbatione & impedimento debeat conqueri, quia elapſo anno non admitteretur, & forte caderet ab inſtantia & poſſeſſione ſua *Maſuer. prax. de petit. n. 13. per Barth. l. ſi duo in princ. hoc tit. & l. 1. de nou. op. nunc. in 7. quæſt.* 1 2

De † eo tamen quod ereptum vel ablatum fuerit, vel ex turbatione ad reum peruenerit non ſecus ac de ipſa turbatione perpetuo agi poteſt Barth. *d. l. 1. in princ. n. 10. & ſeq. per l pen. ff. de Interdict. l. ſimiliter 21. §. 1. verb. nullo tempore ratum habet ff. Quod met. cauſ. tangit etiam Cuiac. 5. obſ. 20. Weſenb. hoc tit. n. 4. in fin.* † Cæterequi fructibus & intereſſe petendis propterea annum ſufficere prætor voluit, cum neque vis magna ſit ſic vt ablatiua & reſpectu turbatoris pœnalis ſit actio, quæ merito anni ſpacio finitur *Inſt. de perpet. & temporal. act. l. in honorariis 34. ff. de action. Weſenb. d. n. 4.* 3 4

Ex quibus † aliiſque ſupra dictis apparet ex interdicto vti poſſidetis mandata competere, non ſolum inhibitoria, ne amplius turbatio, inquietatio vllaue moleſtatio fiat: ſed etiam compulſorialia ad decedendum, euacuandum, reſtituendum & præſtandum: Iubetur enim reus ne moleſtet ſiue turbet, vt poſſeſſione, ſi eam occupare conatus fuerit, decedat, ſatiſdationem præſtet, intereſſe atque fructus omniaq; quæ ad eum peruenere reſtituat, *text. valde elegans in l. pen. §. fin. de acq. poſſeſ.* Eum qui ædificare prohibetur poſſidere quoq; prohiberi manifeſtum eſt; ſpecies inducendi in poſſeſſionem alicuius rei, eſt prohibere ingredienti vim fieri: ſtatim enim cedere aduerſarium & vacuam relinquere poſſeſſionem iuber, quod multo plus eſt, quam reſtituere. & facit l. 11. ff. de vi & vi armat. vim facit qui non ſinit poſſidentem eo quod poſſidet vti arbitrio ſuo &c. Atque iſthac conſideratione Barth. l. 3. hic n. 1. recte 5

Digitized by Google

ait. Quod licet Interdictum vti poſſidetis ſit retinendæ poſſeſſionis tamen aliquando & in conſequentiam ſit recuperandæ.

6 Cautionem † quod attinet, eam reus præſtare tenetur actori, quando timet, ne vlterius turbetur moleſtetur, eo vt etiam in poſterum tranquille & pacifice vti ſua poſſeſſione queat: Et vocari ſolet cautio de vlterius non turbando *Barth. d. l. 1. §. interdictum in fin. ff. hoc tit. & ad d. l. C. eod. Caſtrenſ. lib. 2. conſ. 3. Aretin. §. quadrupli n. 48. Inſt. de action. Puteus deciſ. 61. lib. 3.* fieriq; † cautio poteſt, non tantum ſub pœna damnorum expenſarum & intereſſe: Put. ibid. verum etiam ſub pœna pecuniaria vel ſimpliciter ſub datis fideiuſſoribus &c.

7 An vero † iſthæc de vlterius non turbando cautio ſit perpetua vel ad tempus? Et communiter aiunt DD. ad tempus durare, donec videlicet finiatur iudicium in petitorio, vel donec de reſtituenda poſſeſſione pronunciatū fuerit, reuſque in eam autoritate iudicis immittatur, per ea quæ Barth. d. §. Interdictum n. 11. Menoch. hoc rem. n. 818. Quamuis etiam in perpetuum & indiſtincte de amplius non turbando reus cauere tenetur ſi nullum ius prætendat, per ea quæ dixi infra part. 3. ſub cautionib. de nō offend. & non turbando.

8 Quibus ita explicatis rectiſſime quæritur † An & quæ exceptiones cōtra intentionē interdicti vtiliter & cum effectu opponantur? Et quandoquidem ſummariſſimum poſſeſſoriū hic vertitur, in quo exceptiones altiorē indaginem requirentes non admittuntur. *Alexand. conſ. 45. n. 8. lib. 3. additio ad*

9 *deciſ. Cap. 13. n. 1. & ſeq.* Conſequens eſt † quod eæ tantum exceptiones impediant, quib. recta probare reus liquidoq; docere poteſt vel ſe eadē poſſeſſione ſpoliatū, aut alias ad ſe eandē pertinere, cuiuſmodi liquidiſſima rei ad ſe perti-

10 nētis probatio fieri intelligitur † vel per acta publica, ſententiā, & rē iudicatā, iudicialem ipſius partis confeſſionem, vel per liquidiſſimam rei præſcriptionē aut partis ipſius ceſſionem, renunciationē, traditionē, venditionē &c. *per text. ſing. in l. 1. in fin. & ibi DD. hoc tit. & per ea quæ Menoch. hoc rem. n. 663. 671. 682.*

11 *701. & 809. &c.* Quo & ipſo tamen † caſu reus excipiens, ſi immoderatius agat, moneri poteſt & debet, vt ab omni turbatione abſtineat & iudicialē deciſionem exſpectet per l. æquiſſimum ff. de vſuf. Vel etiam pro negotij qualitate compelli poteſt, vt actoris partibus ſuſceptis in iure experiatur, & ita non facto ſed legitime turbet & procedat. per ea quæ com. DD. ad l. diffamari C.

12 de ingen. man. Quemadmodum † etiam alias ſemper exceptionib. contra mandatum oppoſitis, non facto & turbationibus procedendum, ſed iudiciali cognitioni acquieſcendum per tit. ad id ſing. Ne quid lit. pend. vel interpoſ.

13 ap. attentetur. Quo † caſu ſi exceptiones ſint releuantes caſſatur & reuocatur mandatum & interdictum: quod etiam in hoc retinendæ remedio vſu venire ſolet *per text. l. quod iuſſit ff. de re iudic. & ea quæ Felin. in c. qualiter & quando de Accuſ. & c. ſuborta ſub fin. de re iud. Dec. c. cum ceſſante n. 10. de appel. Pariſ. conſ. 108. n. 20. lib. 1. Benintend. deciſ. 79. n. 6. licet Menoch. contrarium tenere videatur hoc rem. fin. n. 65.*

Quod ſi vero † reus excipiens in petitorio liquidiſſimas probationes 14
ſtatim afferat, an propterea nihilominus contra actorem qui alias in poſſeſſo-
rio obtinere poſſet iudicandum vel mandatum reuocandum? Et affirmant:
quod petitorium abſorbeat poſſeſſoriũ, vtpote cuius ventoſa & inanis ſit vel
executio vel manutentio, aduerſario totius rei vindicationẽ & proprietatem
habente *Puteus deciſ.* 74.*lib.1.text.gloſ.& DD.c. dilectus de cauſ.prop.& poſſeſ. Boc-
cat.hoc.tit.c.*17.*n.*16. Adeo † vt etiam actor in petitorio liquido fundatus, 15
obtineat interdictum contra reum etiamſi pro eo liqueat in poſſeſſorio per ea
quæ Menoch.d.n.809. Quæ ipſa tamen cum mica ſalis intelligenda, vt nimi-
rum tunc procedant, cum actor vel reus in poſſeſſorio fundatus titulum cau-
ſamue nullam habet ex qua poſſeſſionem à proprietate ſeparatã ſibi tueatur:
alias enim ſecus eſt; quemadmodũ emphyteuta & fructuarius &c. poſſeſſio-
nis ſuæ iura rectiſſime defendunt ex interdicto etiam contra ipſum dominum
per l.fin.hoc tit,& ibi DD.vide & Menoch.hoc rem.n.846.& 849. vbi ponit
aliquot caſus. Cæteroqui ſi poſſeſſorium ſit liquidũ, & lis pendeat ſuper peti-
torio, poſſeſſor ante omnia manutenendus erit Menoch. d.n.810.

Porro † an & quales aliæ actiones cumulari cum hoc interdicto queãt 16
ex tract.meo de continent.cauſ.ſuo loco videre eſt: quemadmodum etiam
ſimul ſuper † vi publica vel priuata, vel & fracta pace qualificari narrata poſ- 17
ſunt ſi videlicet vis maior in turbatione facta *per l. creditores & l.fin.ff. de vi priu.
l. in poſſeßionem C. de vi pub. & priu. Boßius in prax.crim.tit. de pluribus violentiis.
n.*4. † Alias ſi vis maior facta non eſt, actionem iniuriarum cumulare licet, 18
*Barth.in l.extat.n.4.ff Quod met.cauſ.Corn.conſ.*1‿0.*n.2 ad finem lib.2. Menoch.in
hoc rem. num.*549.*& ſeq & n.*606. *Rebuff.com. conſtit. reg* 3.*de mat.poſſeſ. art.
1.gloſ.2 n.*44.vbi dicit, quod temerarius † turbator teneatur actione iniuria- 19
rum, & criminaliter accuſari poſſit *l.ſeruus* 1.*ff de act.& oblig.gloſ.in l.ſi duo hoc tit.*
quod Rebuff. eatenus procedere ait, ſi iudex iam turbatori perpetuum ſilen-
tium impoſuerit, vel nullum quod ego addendũ puto poſſeſſionis ius habeat,
vel prætendat, atteſtante cum primis Bald.& poſt eum Bocat.hoc tit,c.12.n.13.
Quod nunquam viderint criminaliter accuſari ex ſola turbatione, nec agi in-
iuriarum, ſed quod fiat condemnatio contra turbantem ad expenſas damna
& intereſſe. Sed quandoquidem † ſingularia multorum locorum ſtatuta 20
pro tuenda publica tranquillitate extant proditaq; ſunt, quibus certæ etiã pœ-
næ turbatoribus indictæ prout aliquot iſtiusmodi ſtatutorum meminit Me-
noch.hoc d.remed. propterea ad ſui quiſque magiſtratus conſtitutiones nar-
rata ſupplicationis dirigat & neceſſe eſt.

Vbi vtilem † conſtitutionem Ægidianam ex lib.4.c.64.referre placet: 21
cuius ſæpe apud Italos DD.fit mentio, quam pro ſola Marchiæ prouincia latã,
propter eius vtilitatem Paul.deinde Tertius pontifex ad alias omnes terras ex-
tendit ſedi Apoſtolicæ immediate ſubiectas Contar.ad l.vn. C.ſi de mom.poſ.

Digitized by Google

22 in quæſt. *Ægid.* 6. n. 1. Eaque ſic habet: Hac † præſenti cõſtitutione decerni-
mus, & diſtrictius inhibemus, ne aliqua ciuitas vel communitas, ſeu ſpecialis
perſona cuiuſcunq; gradus & conditionis exiſtat, audeat propria auctoritate
poſſeſſionem alicuius turbare, nec ius ſibi dicere in eadem, ſed ſuper ea adeat
iudicem competentem, & ſi contra factum fuerit, vel mandatum, præter rei
reſtitutionem & damni ſatisfactionẽ, & turbationis ceſſationem, & iuris ſui, ſi
quod habeat, amiſſionem, in odium inuaſoris, & violenti ſpoliatoris: ſi com-
munitas trecentorum florenorum auri pœnis puniatur, ſingularis perſona vi-
ginti quinq; florenorum auri pœnæ ſubiaceat ipſo facto, & à dicta pœna non
excuſetur prætextu alicuius tituli, niſi habuerit illum à poſſeſſore, & illius tra-
ditionem, vel niſi habuerit licentiam à iudice, poſſeſſore præſente, vel requiſi-
to conceſſam. Adijcimus conſtitutioni prædictæ, quod quantum ad occupa-
tionem, & inuaſionem per quam ſingularis perſona alium poſſeſſorem priua-
uerit, vel poſſeſſorem non admiſerit redeuntem, ſi dicta pœna ſupra diſtincta
ſit minor quam valor rei occupatæ, ſiue inuaſæ, augeatur dicta pœna vſque ad
valorem rei, & quantum ad turbationem per quam quis poſſeſſione non pri-
uetur: ſi ſit minor medietate valoris rei ſuppleatur pœna vſq; ad medietatem
valoris rei, in qua committitur violentia turbatiua.

23 Ex qua † conſtitutione non tantum agitur ad Inhibitionem turbatio-
nis, & reſtitutionem damni expenſarum & intereſſe, ſed etiam ad amiſſionem
omnis iuris, quod turbator habere poteſt, quinimo etiam ad pœnam trecen-
rorum florenorum auri, ſi communitas, vel viginti ſi ſingularis perſona turba-
uerit: quæ & qualis pœna contra ſpoliatores & inuaſores inſuper exaſperatur,
prout videre ibidem eſt. Ex quibus apparet, quod quatenus pœna vel mulcta
fiſco applicatur, criminaliter, ſed quatenus parti, ciuiliter agi intelligatur *Fer-
rar. libel. Turb. poſſeſ. in prin. n. 4. & pen. & com. DD. Afflict. deciſ.* 84. *n. 1. in fin. Me-*
24 *noch. hoc rem. n.* 603. Ex quibus etiam intelligitur quod † quando ad pœnã
ſtatuti vel legis criminaliter agatur allegandus ſit non modo dolus aut culpa
turbationis *l. 3. ff. de iniur. Angel. Aret. tract. malefic. verb. ſcienter & doloſe n.* 2. *Boſ.
prax. cum tit. de plurib. violent. n.* 49. alias enim datur abſolutoria Menoch. hoc
rem. n. 611, Sed quod etiam apponi debeat modus turbationis, item locus &
tempus per ea quæ Menoch. ibid. n. 459. & ſeq.

25 Secus eſt ſi † ex verbis interdicti ſola turbationis ceſſatio, item damno-
rum fructuũ intereſſe & ablatorum reſtitutio, vel & cautio de nõ amplius tur-
bando petatur per ead. Barth. l. 1. §. Interdictum n. 7. hoc tit. quamuis & tum
pro maiore narratorum qualificatione non dedeceat modum ſaltem vel lo-
cum tempuſq; paululum attingere: Citra hæc enim nimis effuſa & indiſcreta
eſt narratio: Quemadmodũ & interdictum ipſum iſta requirere videtur dũ ait:
vti eas ædes quibus de agitur poſſideris vim fieri vero: ex quib. ego colligo &
modũ tã poſſeſſionis qualis videlicet ea ſit q̃ turbationis requiri: præcipue cũ

& actor

Digitized by Google

& actor & reus diſtinctas poſſeſſionis cauſas habere queant per ea quæ de pluribus eiuſdem rei poſſeſſoribus dixi in tract. de mat. poſſeſſ. & proinde actor id, pro turbatione allegare vel habere poſſet, quod turbatio nulla eſſet: vid. & Menoch. hoc rem. n. 457. & ſeq.

Libellus † igitur prope iſtiuſmodi eſto: Domine iudex Quanquam P. O. fundum vel agros ſuos ibi ſitas tot annis quiete & pacifice poſſedit, & adhuc legitime citra vllius inquietationem tenere & poſſidere debebat: tamen R. S. licentiam ſibi ſumpſit & adhuc ſumit eum de facto in iſta ſua poſſeſſione turbandi & moleſtandi, idque *ipſum* taliter & ita &c. Quali ex re P. O. tantum damni & intereſſe paſſus eſt, &c. Quia vero contra iſtiuſmodi violentias & turbationes interdictum vti poſſidetis ſaluberrime conſtitutum, quapropter ex eodem humiliter rogo, vt dicto R. S. diſtricte & ſeueriter interdicatis, quo ab huiuſmodi facti turbationibus abſtineat, damna illata, fructus itēque alia ablata cum omni intereſſe reſtituat, & de non amplius moleſtando ſufficienter caueat donec iure & legibus aliter ſibi licere euicerit. 26

Atque eiuſmodi petitionem mutatis mutandis pro obtinendo vti poſſidetis interdicto aptam idoneam propriamque eſſe exiſtimo: quæ etſi paululum diuerſa eſt à libello turbatæ poſſeſſionis quam proponunt cum alii tum præcipue Ferrar. d. loc. Tamen conuenit quo ad merita: licet ad proceſſum lege non accedat. Cum Ferrar. & plærique omnes non percipientes verum Interdictorum vſum ad communem libellandi rationem etiam interdictorum cauſas accommodando recta pro ſententiis definitiuis obtinendis narrata direxerint, quod præter alia quibus vtuntur contra veram eſt interdictorum naturam per ea quæ ſup. & ſuis locis alibi diximus.

De Superficiebus.

Tit. VIII.

Summaria.

1 *Qua ratione* Tribonianus *interdictum de ſuperficiebus priori ſubiunxerit.*
2 *Quid ſit ſuperficies iuxta Mathematicorum diſciplinam.*
3 *Quid ſit ſuperficies ex doctrina Iuriſconſultorum.*
4 *Sicut ſuperficies non tantum ex conducto, ſed etiam ex legato, vel ex empto vel quo alio contractu haberi: imo etiam ad vitam vel haberi tradique poteſt, ita & hoc interdictum, & non ſola actio, iiſdem caſibus competit atque datur.*
5 *Quemadmodum Vti poſſidetis interdicto* Prætor *ſoli poſſeſſorem tuetur: ita*

& eum qui ſuperficiem petiit, vel qua alia ratione obtinuit. ſingulari hoc interdicto contra omnem vim & moleſtationem tuetur, neque exigit ab eo quam poſſidendi cauſam habeat.

6 *Quæritur, An interdicto hoc vſurum ſolam poſſidendi cauſam allegare ſufficiat, tam contra dominum ſoli quam contra tertium?*

7 *Eguinarium Baron. in 6. manual. tit. 18. recte ſcribere: qui abſolute & ſine diſtinctione cenſet, ſuperficiarium neceſſe non habere cauſam iuſtam poſſeſsionis probare.*

8 *Vanam eſſe differentia rationem allatam à quibuſdam iuris interpretibus in diſtinctione ſuperficies ad longum vel modicum tempus conſtitutæ.*

9 *Sed indiſtincte & generaliter ſuperficiariis hoc interdictũ competere, non modo ſi ad modicum: ſed multo magis ſi ad longum tempus ſuperficiem habeant, ſiue ex locato, vel ſimili contractu. Et eius rationem vide ibid.*

10 *Vlpianum non interdicta cum aliis actionibus confundere; quod omnes plerique DD. faciunt.*

11 *Etiam ſeruitutum nomine quas ſuperficiarius pretorio forſan vel quo alio iure conſtitutas habet vtile interdictum competit: licet eadem vtilibus etiam actionibus petantur.*

12 *Quæritur. ſi Dominus ſoli aduerſus ſuperficiarium velit vindicare, ſed etiam interdicto experiri, an audiatur?*

13 *Quæritur, An ſuperficiarius poſſit conſtituere ſeruitutẽ ſuper ipſa ſuperficie?*

14 *Quæritur quidnam vere & proprie differat ſuperficiarius à conductore, colono, inquilino, emphyteuta &c.*

15 *Emphyteuta, vti & fructuarius, vſuarius, ius aliquod. & veram ipſius ſoli poſſeſſionem: & proinde proprium Vti poſſidetis interdictum habent. Quod ſecus eſt in ſuperficiario.*

16 *Quæ ſit diuerſitatis ratio?*

17 *Cuiacius & Gothofredus ſex eſſe contractus notant, ex quibus retento dominio directo, vtile transferatur: vt Emphyteuſis: feudum: libellaria: precaria: locatio ad longum tempus: ſuperficies.*

18 *Ad intellectum leg. 1. §. 6. ff. vti poſſidet.*

19 *Quæritur, An ſuperficiarius cedere vel alienare poſſit ſuperficiem inuito domino?*

De Superficiebus.

Tit. VIII.

1 DE ſuperficiebus † interdictum priori recte ſubiunxit Tribon. quod ſimiliter ad res ſoli proxime accedit, iiſque inhæret. Deq; illo ita ait Prætor: Vti ex lege locationis ſiue conductionis ſuperficie qua de agitur, nec vi, nec clam,

clam,nec precario alter ab altero fruemini quo minus fruamini,vim fieri ve-
to,ſi qua alia actio de ſuperficie poſtulabitur,cauſa cognita dabo.

Superficies † τὸ ἐπίπεδον Mathematicis eſt extrema cuiuſque corporis 2
facies omni profunditate carens : Eſt enim abſtractum aliquod ſicut linea
item longitudo vel latitudo. Simili † fere conſideratione & apud Iurecon- 3
ſultos ſuperficies græcis ὑπερῷον extrema terræ vel ſoli cuiuſcunque alieni
pars ſiue facies,quæ oculis cernitur,diuerſam ab ipſo corpore ſui rationem ob-
tinens: Quam qui ab alio habet ſuperficiarium, & ædes vel res alias quas ſu-
perimponit, ſuperficiarias vocamus,vnde Gaius, ſic ſuperficiarias ædes & eas
appellamus,quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas & ciuili &
naturali iure eius eſt,cuius & ſolum l.fin. hic,& dicitur etiam ſuperficium in l.
32.ff.de iur.dot.l.39.de leg.2.

Etſi igitur,qui ſuperficium in alieno ſolo habet,ciuili actione ſubnixus
eſt,l.1.§.1. Vnde † patet, quod ſicut ſuperficies non tantum ex conducto, 4
ſed etiam ex legato vel ex empto,vel quo alio contractu haberi,imo etiam ad
vitam vel precario haberi tradique poſſit, ita & hoc interdictum, & non ſola
actio,quam alia ordinaria iiſdem caſibus competat atque detur.

Quemadmodum † enim vti poſſideris interdicto Prætor ſoli poſſeſſo- 5
rem tuetur : Ita eum qui ſuperficiem petiit,vel qua alia ratione obtinuit, ſin-
gulari hoc interdicto aduerſus omnem vim & moleſtationem tuetur ; neque
exigit ab eo,quam cauſam poſſidendi habeat : vnum tantum requirit, num
forte vi,clam,precario aduerſario,vel,quod idem eſt, ab aduerſario poſſideat.
Omnia quoque, quæ in vti poſſideris interdicto ſeruantur, vt ſic ipſum inter-
dictum quaſi alterum aliquod vti poſſideris interdictum haberi vel nominari
poſſit,quemadmodum & duplex eiuſdem exemplo proponitur, §.proponi-
tur,2.hoc tit.l.3.§.7.vti poſſid. quid autem ſit, & qua ratione dicatur duplex
interdictũ ſub ſpeciebus interdictorum expoſuimus: An † a. interdicto hoc 6
vſurum ſolam poſſidendi cauſam allegare ſufficiat,tam contra dominum ſoli,
quam contra tertium ? Et contra tertium ſufficere,nonnulli aiunt, ſecus vero
eſſe,ſi contra ipſum ſol dominum agat, tunc enim cauſam iuſtæ poſſeſſionis
probandam eſſe Barth.d.l.1.hic & ex eo Menoch. hoc retin.rem. 4.n.42. per
rationem quod ſuperficies præſumatur,eſſe eiuſdem domini,cuius & ſolum l.
obligationum fere, §.placet, ff. de act. & oblig. quæ præſumptio reiiciat onus
probandi in aduerſarium l.generaliter,§.ſi petitum in fin.ff.de fid.libert. Sed
text.d.l.1.hic generaliſſimus eſt, in ſolo poſſeſſorio fundatus: quemadmodũ
& iſta huius interdicti natura eſt, vt iſtam differentiam nullatenus admittat:
Cum enim interdictutus hic ſuperficiem tantũ, & ſic alterius dominium præ
ſe ferat,de nihilo prorſus & inane eſt,quod de præſumptione pro domino mi-
litante hic dicitur; Cum indiſtincte ſufficiat non vi clam vel precario ſuperfi-
ciẽ poſſideri ; ex quo & dominus exceptiones,ſi quas habeat,obiicere poteſt.

Vnde

Digitized by Google

7 Vnde † & recte Equin. Baro. 6. manual. tit. 18. abſolute & ſine vlla diſtinctione ſcribit, ſuperficiarium neceſſe non habere cauſam iuſtæ poſſeſſionis probare ſi poſſeſſio quidem certa ſit, incertum autem ſit an locatio vel qua alia ſuperficiariæ poſſeſſionis cauſa valeat: quod non in hoc interdicto, ſed poſt id in petitorio diſquirendum, & faciunt text. expreſſi, in tit. ſeq. de itin.
8 actuque de aq. quot. & æſtiu. Similis differentiæ † vanitas allata eſt, in diſtinctione ſuperficiei ad longum vel modicum tempus conſtitutæ; plærique enim illi tantum dari interdictum aiunt, qui ad modicum tempus ſuperficiem forte conduxerit: non vero illi qui ad longum tempus: quandoquidem is actionem in rem habeat, quæ ab hoc interdicto quam plurimum diſtet, Barth. d.l. 1. num. 4. hoc tit. Menoch. hoc retin. remed. 4. num. 35. per text. d.l. 1. §. 3. vbi Vlp. verba interdicti finalia: Si actio de ſuperficie poſtulabitur, cauſa cognita, dabo, ſic intelligenda eſſe, ait: vt ſi ad tempus quis ſuperficiem conduxerit, negetur ei in rem actio: Et ſane, cauſa cognita ei, qui non ad modicum tem-
9 pus conduxit ſuperficiem, in rem actio competat, ita Vlp. Sed indiſtincte, † & generaliter ſuperficiariis hoc interdictum competit, non modo, ſi ad modicum, ſed multo adhuc magis, ſi ad longum tempus ſuperficiem habeant, ſiue ex locato, vel ex vendito, ſiue etiam donato, &c. per rationem, quod verba interdicti generaliter ſonant; Et quod exemplo vti poſſidetis interdicti, generaliſſime etiam & ſingulariter ſuperficiariis Prætor prouidere voluit, tum quod vtile & neceſſarium ſit, eos præcipue, qui ad longum tempus firmatam ſuperficiei poſſeſſionem habent, aduerſus vim tueri. Et licet in rem actiones competant, tamen ſeparata eſt poſſeſſionis ratio: & poſſeſſionem interdictis tueri longe vtile viſum eſt, vt inquit Vlp. d.l. 1. §. 1. quemadmodum & interdi-
10 ctum quaſi in rem actionem continet & pollicetur ibid. Ita vt Vlp. † non interdicta cum aliis actionibus ciuilibus confundat, quod omnes plærique Dd. faciunt, ſed vt cautiſſime inter eaſdem diſtinguat, quod nos in hoc tractatu vrgemus: illudque tantummodo vult, quod ſiue ad longum, ſiue ad modicum tempus ſuperficiem quis conduxerit, interdictum quidem habeat, vel & perſonalem locati actionem: Sed ordinariam & ciuilem de ſuperficie actionem, quæ exemplo vindicationis in rem eſt, non habeat, niſi ad longum tempus facta conductio ſit. ſecus de ea, quæ ad modicum tempus facta; quod ipſum tamen directe ſaltem accipio, ita vtilis actio & hoc altero caſu obtineat, per rationem, quod interdictum etiam eo obtineat, quod ſimiliter in rem eſſe, ſcribitur.

11 Quin & ſeruitutum nomine, † quas ſuperficiarius prætorio forſan vel quo alio iure conſtitutas habet, vtile interdictum competet, licet eædem vtilibus etiam actionibus petantur d.l. 1. §. fin. Nec mouet, quod conductoribus ad modicum tempus in rem actio denegetur, quia illis ex locato conducto vel ſimilibus perſonalibus actionibus etiam, & non tantum hoc inter-

dicto

Digitized by Google

dicto conſultum eſſe poteſt: vel potius ita reſpondendum eſt, quod pro ſuperficie ad modicum tempus actio in rem denegetur directa. ſcilicet non vtilis; hæc enim competit per ead. Vbi e contra ſuperficiarius ad longum tempus ſicut & is, in cuius ſolo ſuperficies eſt, non vtique indiget vtili actione, ſed habet in rem (directam) qualem habet de ſolo. ibid. & §. 4. Sed ſi † domi- 12
nus ſoli aduerſus ſuperficiarium velit vindicare, vel etiam interdicto experiri, an audiatur? Et ſiquidem hic fundatam ſuperficiei cauſam habeat, exceptione vtendum eſt in factum datum: nam cui damus actionem, eidem & exceptionem competere, multo magis quis dixerit d. §. 4. Quo nomine ſi ſoli poſſeſſori ſuperficies euincatur, æquiſſimum erit ſubuenire ſuperficiario, vel ex ſtipulatu de euictione, vel certe ex empto, §. 5.

Vbi quæritur, † an ſuperficiarius poſſit conſtituere ſeruitutem ſuper 13
ipſa ſuperficie? Et poterit, ſed in ſuum ſaltem, non domini vel alterius præiudicium: Ita vt finita ſuperficie, & ſeruitus finiatur Barth. d. §. fin. Quin eadem ratione emphyteuta & fructuarius & vaſallus conſtituere ſeruitutem poſſunt, vt eſt Com. ſententia, quam etiam ſequitur Menoch. hoc rem. 4. num. 13.

Quæritur etiam † quidnam vere & proprie differat ſuperficiarius à 14
conductore, colono, inquilino, emphyteuta, &c. Et emphyteuta † quidem, 15
vti & fructuarius, vſuarius ius aliquod, & veram ipſius ſoli poſſeſſionem, & proinde proprium, vti poſſid. interdictum habent, l. fin. vti poſſid. quod ſecus eſt in ſuperficiario, non enim ſoli ius, vel poſſeſſio illi, ſed ſolius nudæ ſuperficiei competit: † diuerſitatis autem ratio in conductore, colono, vel inqui- 16
lino, inde ſumi poteſt, quod hi citra tale ius ipſam rem, fundum puta, vt colonus, vel ædes, vt inquilinus teneant atque colant, ſuperficiarius nihil niſi ſuperficiem teneat, vt ei aliquid forte imponat; quinimo ſuperficiarius econtra plus quã inquilinus aut colonus eſſe videtur, vel ſimplex conductor, cum in cauſa noui operis nunciationis vtilem in rem actionẽ habeat, vel & ſeruitutũ cauſa actio ei detur, tum operis nunciatio text. l. 3. §. pen. de op. nou. nunciat. ſuperficiarius enim præ conductore vel colono ea lege ſuperficiem in alieno ſolo conductam aut captam habet, vt in ea ædificet, ibique ædificium habeat in plures forte annos ſub annuo ſalario, aut qua alia conditione, idque ius græcis ἐμβατευτικὸν vel ἐμβαλικὸν ob id appellatur, l. 3. ff. de reb. eorum, qui ſub. tut, Cuiac. hic & Gothofred. † vbi ſex eſſe contractus notat, ex quibus 17
retento dominio directo vtile transferatur: vt, emphyteuſis, feudum, libellaria, precaria, locatio ad longum tempus, ſuperficies: quibus adde antitheſin, dotalitium, ceſſionem vſusfructus, quæcunque hoc titulo conſtituatur.

Quemadmodum & ipſius ſoli & ſuperficiei conductio concurrere: Ita

Digitized by Google

conducere quis fundum poteſt, vt non tantum vtatur, fruatur, ſed vt etiam ſuperficiem imponat: quo caſu deſtructa ſuperficie, nihilominus conductio ſupereſſe poteſt: non contra: Cùm deſtructo principali etiam acceſſorii deſtructio ſequatur: niſi forte aliud ſit actum, vt etiam finita fundi locatione, ſuperficies tamen maneat, l. cum principalis, ff. de reg. iur. cum ſimilib. Ex quibus nunc elegans huius interdicti explicatio deducitur, Quod ſcilicet hoc interdictum ſi non directum, ſaltem vtile, etiam ad ſimplices conductores, colonos, & inquilinos rectiſſime pertineat: Cum enim iſti ob deficientem poſſeſſionis cauſam, vti poſſid. interdictum non habeant l. 1. vti poſſid. hoc ſane de ſuperficie habebunt, ad tuendam ſuam, ſi non ſoli, ſaltem ſuperficialem quaſi poſſeſſionem, eiuſque vſum per text. expreſſum in l. Aquilius Reg. 27. ff. de donat. quo pertinet, quod com. Dd. illis, non vti poſſid. interdictum, ſed non officium iudicis denegari ad tuendam ſuam detentionem; ſed non parum iuuat hanc ſententiam, d. l. 1. §. 6. hoc tit. Quia autem in rem actio de ſuperficie dabitur, petitori quoque in ſuperficiem dari, & quaſi vſumfructum ſiue vſum quendam eius eſſe, & conſtitui poſſe per vtiles actiones, credendum eſt.

18 In quo † §. tria ſunt notabilia, quod, vt ante dixerat Vlp. ſuperficiarius & interdictum & in rem actionem habeat, pro ſuperficie: ſed quod ſecundo & petitori eadem ratione in ipſam ſuperficiem actio vtilis detur, puta, pro pignore forſan, vel qua ſimili perſecutione, per text. l. 13. §. 3. ff. de pig. l. 73. l. 74. & ſeq. ff. de rei vind. &c. Tertio quod quaſi vſusfructus ſiue vſus conſtitui poſſit in ſuperficie prædiiſque ſuperficiaribus, vnde efficitur, quod & colonus, inquilinus, vel conductor etiam in prædiis non ſuperficiariis, vſumfructum vel vſum ſuperficiarium habere & proinde hoc quoque interdicto vti poſſe videatur.

19 An ſuperficiarius † cedere vel alienare ſuperficiem poſſit, inuito domino? Et poterit, ſiquidem liberam & ſui iuris eam habeat: alias ſi conduxerit, & mercedem forte præſtat, non poterit: tum enim dominium requirere debet, alias ſuo iure cadit, quemadmodum & emphyteuta, *per ea, quæ* Menoch. *de arbitrar. caſ. 31. num. 3.*

Ne

Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus ſit.

Tit. IX.

Summaria.

1 *Verba Authoris in hoc interdicto.*

2 *Tria in hoc interdicto diſcutienda. Primo an & quando hoc interdictum proponatur. Secundo quid eodem petatur, promittatur: Tertio quibus caſibus: item cui & contra quos concedatur.*

3 *Nullum hic interdictum vere & proprie proponi videtur: tum quod actionis in factum præcipue in hoc titulo ſit mentio: & quod vſitata interdicendi formula, vim fieri veto, &c. omiſſa fuerit. Et quod Prætor ſaltem in factum iudicium promittat ſe daturum.*

4 *Verum etſi ipſo Edicto vſitata interdicendi formula, quæ iubendo vel vetando conſtat, expreſſe hic non ponatur. In effectu tamen omnino ineſt: quod & in aliquot aliis interdictis ſit.*

5 *Quæritur quale hoc ſit interdictum?*

6 *Hoc interdictum prohibitorium & reſtitutorium eſſe probatur.*

7 *Ad explicationem & intellectum l.1.§. hac actio, ff. Ne vis fiat ei, &c.*

8 *Plerique Dd hoc interdictum retinendæ poſſeſſionis eſſe aiunt.*

9 *Rectius autem ii, qui ex Authoris ſententia pronunciant, qui interdictum hoc nec adipiſcendæ, nec retinendæ, nec recuperandæ poſſeſſionis eſſe arbitrantur.*

10 *Fiunt nonnullæ immiſſiones, quæ veram poſſeſſionem immiſſis tribuant. Sunt quæ nudæ & ſimplicis cuſtodiæ, conſeruationis: vel & ad extorquendam cautionem tædii gratia fiunt decernuntur.*

11 *Priores immiſſiones, qui conſequuntur, ſibi ſuoque nomine poſſident: & proinde non hoc, ſed Vti poſſidetis, vel Vnde vi interdictis pro retinenda vel recuperanda poſſeſſione vtuntur.*

12 *Aliorum, cuſtodiæ nimirum vel ſimili qua cauſa ſaltem immiſſorum alia eſt ratio. Non enim ſibi vel ſuo nomine poſſident: ſed in poſſeſſione ſaltem eſſe dicuntur: quod longe aliud eſt quam poſſidere.*

13 *Hoc interdictum citra vllam veræ poſſeſſionis cauſam prohibitorium atq; reſtitutorium ſimpliciter & generaliter eſt.*

14 *Interdicta erant iuris ordinarii, eo quod etſi Prætor recta iubendo vel prohibendo*

hibendo procedit, quod cauſam interdicti plerunque attingit: in cauſa tamen & negocio principali iudicium det eoque remittat.

15 *Quæritur, An iis ſaltem vtile interdictum ſit, qui cum in poſſeſſione iam ſunt, turbantur, ſiue cum venerant deiecti ſunt: Vel etiam & ſimuliis, qui miſſi quidem à Prætore ſunt, in poſſeſſionem tamen necdum venerunt: quod videlicet ingredi volentes non admittantur?*

16 *Author generaliter & indiſtincte omnibus à Prætore in poſſeſſionem miſſis, vtile interdictum eſſe exiſtimat: ſiue in poſſeſſionem iam venerint, & turbentur, deiciantur, vel redire vel venire velint, & non admittantur.*

17 *Quæ obſtare videbantur, reiiciuntur: & explicatur l.3. in pr. ff. eod.*

18 *Quidnam hoc interdicto petatur, promittatur.*

19 *Qualiter hæc verba interdicti, Quanti ea res fuit, ob quam in poſſeſſionem miſſi ſunt, intelligantur.*

20 *Excepta legatorum cauſa, annalis ſaltem eſt hæc Actio. Nec in heredem, ſimileſque perſonas dabitur, niſi in id quod ad eas peruenit: ſed heredi ſimilibuſque perſonis dabitur.*

21 *Quæritur quanam ratione legatorum vel fideicommiſſorum cauſa à reliquis diſiungatur: & præ aliis perpetua eſſe dicatur?*

22 *Intellectus & explicatio leg.1.§.fin ff.eod.*

23 *Triplex verborum, Quanti ea res eſt, notanda eſt explicatio.*

24 *In factum actiones omnes eas vocamus, quæ ex contractu vel obligatione deſcendunt, certum nomen non habente.*

25 *Quæritur, Si is qui creditorem, vel alium in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa miſſum, non admiſit, creditori præſtiterit, quanti eius interfuerit: an debitor per id liberetur.*

26 *Explicatio & intellectus l.ſi quis dolo, §.1 ff. de re iudicat.*

27 *Caſus legis in d.l.ſi quis dolo, §.1.ff.eod.*

28 *Si ob falſum creditum, vel ob falſam petitionem miſſus quis eſt in poſſeſſionem, vel ſi exceptione ſubmoueri potuit: nihil ei prodeſſe debet vel poteſt hoc Edictum: quia propter nullam cauſam miſſus eſt.*

29 *Debitor tam aduerſus interdictum quam actionem exceptionibus legitimis ſe tueri æque defendere poteſt.*

30 *Attamen ſi cauſa immiſſionis ſit præiudicialis, ita vt miſſionem ante omnia fieri oporteat: Vel ſi exceptiones non ſint liquidæ: aut altiorem indaginem requirant: Immiſſionis autem cauſa iuris vel fauorem vel præſumptionem habeat: tum immiſſio non retardari, ſed fieri debet, donec negocium principale diſcutiatur.*

31 *Obligatus non videtur, qui exceptione ſe tueri poteſt. Et nihil intereſt actionem prorſus non habere, vel talem quæ per exceptionem infirmatur.*

32 *Quid*

32 *Quid iuris ſit ſi Immiſſio ex debito partim vero partim falſo fiat?*
33 *Duobus immiſſis ſi alter verus ſit creditor, alter non: ſuſtinetur immiſſio in perſona veri creditoris. Quatenus autem hoc procedat.*
34 *Caſus quibus hoc Interdictum competat.*
35 *Quibus & contra quos hoc Interdictum detur.*
36 *Quaritur, An hoc Interdictum contra haredes prohibitoris concedatur?*
37 *Quaritur, ſi tutor, ratione pupilli, immiſſo vim vel moleſtiam exhibuerit, an & pupillus teneatur Edicto?*
38 *Quaritur, An ex hoc interdicto mandatum ſine clauſula quod vocamus recta decernatur, & an forte ad eum ſolum qui immißionem decreuit, poſſeßionis ratio & reſtitutio pertineat?*
39 *Aliorum etiam in decernenda poſſeßionis immißione Iuriſdictionem Prætor, vel quilibet ſuperior recte tuetur.*
40 *Hic vero quaritur. An id ſuperioris auxilium etiam locum habeat, cum is ipſe qui miſit, decretum amplius ratum habere non vult, nec promittere, vt miſſus, poſſeßione vlterius fruatur.*

Ne vis fiat ei qui in Poſſeſſionem miſſus ſit.

TIT. IX.

INterdicto ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus ſit ait Prætor: † ſi quis 1
dolo malo fecerit quo minus quis permiſſu meo eius vel cuius ea iuriſdictio fuit in poſſeſſionem bonorum ſit, in eum in factum iudicium, quanti ea res fuit, ob quam in poſſeſſionem miſſus erit, dabo: Vbi † tria diſcutienda: pri- 2
mum: An & quale hoc Interdictum proponatur: ſecundo quid eodem peratur promittatur: tertio quibus caſibus, item cui & contra quos concedatur.

Primum quod † attinet, Nullum hic interdictum recte vere vel pro- 3
prie proponi dicere quis poſſit, & quod actionis in factum præcipue & fere vnice paſſim mentio hoc tit. fiat, & quod vſitatam interdicendi formulam, Vim fieri veto &c. prætor vel ſaltem iureconſultus plane omiſerit, & quod in factum iudicium ſaltem promittat ſe daturum. Verum † etſi ipſo edicto 4
vſitata interdicendi formula, quæ verando vel iubendo conſtat, expreſſe hic non ponatur: tacite tamen ei in effectu omnino ineſt: quemadmodum & aliquot alijs interdictis idem fit: cuius exemplum in illuſtri & ſaluberrimo vnde vi, vel de vi armata, interdicto, habemus: vbi etſi prætor iudicium ſe daturum ſaltem pollicetur: Omnis tamen eiuſdem interdicti vis, effectus, & auto-

autoritas ad reſtituendum cum primis eſt comparata: vt videlicet vi deie-
ctus ante omnia & præiudicialiter reſtituatur promiſſo ſimul iudicio de eo
quod per iſtam deiectionem ad deijcientem peruenit: quod & quale iudici-
um cum reſtitutorij interdicti ſit conſectarium, illud ſaltem exprimere ſatis
prætor habuit, cũ p. mis quod de reſtituendo eſt, ſua natura ſimul inſit, & præ-
cedat. Eadem ig.tu. & huius interd:cti proponendi & intelligendi ratio eſt.
5 Quale autem † interdictum ſit, adhuc quærendum reſtat: & dictu dif-
ficile videtur eſſe: Anne ſit prohibitorium vel reſtitutorium: Item an ne ſit
6 adipiſcendæ vel retinendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis, Illud verum † atq;
indubitatum eſt, eſſe hoc interdictum prohibitoriũ & reſtitutorium l. ſi quis
3. §. prætor 2. hoc tit: vbi quidam legunt: Cum prætor: ſed male: eſt enim
apertus paragraphi textus: prætor ventrem in poſſeſſionem mittit: Et hoc in-
terdictum prohibitorium & reſtitutorium eſt; quo nihil aliud dicitur: Quam
quod & iſthoc caſu hoc interdictum prohibitorium & reſtitutoriũ ſit, ſi præ-
tor ventrem in poſſeſſionem miſerit. Et quod non modo prohibitorium ſed
etiam reſtitutorium ſit hoc interdictum probat l. 1. §. hæc actio 3. eod. Hæc
actio, inquit textus, non tantum eum tenet, qui prohibuit quẽ venire in poſ-
ſeſſionem, ſed etiam eum qui poſſeſſione pulſus eſt cum veniſſet in poſſeſſio-
7 nem, † In cuius §. explicatione plurimum DD. plæriq; laborant, neque eum
conſtare ſibi poſſe putant, niſi pro eum qui poſſeſſione pulſus, legatur, eum à
quo quis poſſeſſione pulſus eſt. Verum iſtiuſmodi textuum correctio, liberio-
re præiudicio, aliquando etiam ex ſiniſtro legum intellectu proficiſci ſolet.
Textum igitur atque ſenſum ita retineo: hæc actio in factum, de qua poſtea
dicemus, non tantum eum tenet qui ſaltem prohibuit quem venire in poſſeſ-
ſionem: ſed etiam eum qui cum in poſſeſſionẽ veniſſet, hoc eſt eam occupaſ-
ſet, eadem iterum pulſus eſt: per reſtitutorium puta interdictum. hic enim ni-
hilominus adhuc ad pœnam vel intereſſe tenebitur: vtpote quod diuerſa &
ſeparata ſit poſſeſſionis atque pœnæ vel intereſſe cauſa.
8 Porro interdictum † hoc plærumque DD. retinendæ poſſeſſionis eſſe
aiunt. Dyn. d. l. 1. in princ. Ferrar. form. libel. pro turbat. poſ. gloſ. 1. num. 2.
item poſt eoſdem alioſque Menoch. retin. poſ. rem. 1. num. 4. vbi hoc inter-
dictum in acie collocat, tanquam primum retinendæ poſſeſſionis remedium:
quamuis in prælud. ibid. num. 12. etiam adipiſcendæ poſſeſſionis vim atque
effectum eidem huic interdicto tribuit: ſed vtrumque male.
9 Rectius † enim quos Menochius d. n. 4. inique reprehendit, ad d. l. 1.
Barth. in prin. & Zaſ. n. 3. hoc interdictum aiunt nec adipiſcendæ nec retinen-
dæ nec recuperandæ poſſeſſionis eſſe. Qui enim eſſe vel haberi queat, cum
interdictum omniſque eius interpretatio, ex profeſſo, & ſingulariter, de im-
miſſis non poſſeſſoribus loquatur, & de rei ſaltem ſeruandæ vel cuſtodien-
dæ &c. gratia immiſſis, vel immiſſionibus loquatur.

Sunt

Digitized by Google

Sunt † atque fiunt nonnullæ immiſſiones, quæ veram poſſeſſionem 10
immiſſis tribuant: ſunt quæ nudæ & ſimplicis cuſtodiæ, vel obſeruationis, ſiue
cõſeruationis vel & ad extorquendam cautionem tædij gratia fiunt & decer-
nuntur &c. † Illas qui conſequuntur ſibi ſuoque nomine poſſident, & pro- 11
inde non hoc, ſed vti poſſidetis, vel vnde vi interdictis pro retinenda vel re-
cuperanda poſſeſſione vtuntur. † Horum auté cuſtodiæ nimirum vel ſimili 12
qua cauſa ſaltem immiſſorum alia eſt ratio: Non enim ſibi vel ſui nomine,
ſed alteri poſſident, imò in poſſeſſione ſaltem & potius eſſe dicuntur, quod
longe eſt aliud, quam poſſidere per vulg. Vnde & his, hoc de quo iam agi-
mus, tanquam ſingulari interdicto cauere & prouidere prætor voluit. Quod
reſpectu veræ poſſeſſionis ſuperuacuum atque friuolum foret: cum vti poſ-
ſideris vel vnde vi interdictis iſthæc cauſa ſatis defendi potuerat. Qui autem
ſibi ſuoque, vel alteri & alieno nomine poſſideant: Item quando immiſſi ve-
ram poſſeſſionem, vel nudam ſaltem cuſtodiam &c. conſequantur, dixi in
tract. de mat. poſſeſ. c. 2. Vbi tamé notandum quod etiam ſimpliciter immiſ-
ſis, poſſeſſionem dari vel promitti interdum dicatur, abuſiue & *καταχρηστικῶς*
l. 1. in princ. ff. ſi vent. nom. mul.

Hoc igitur interdictum, † citra vllam veræ poſſeſſionis cauſam, pro- 13
hibitorium atque reſtitutorium ſimpliciter & generaliter eſt. Prohibitorium
ne vis inquietatio vel moleſtatio immiſſis fiat: Reſtitutorium, vt ea quæ in
moleſtiam vel turbationem facta vel fiunt reſtituantur: cum videlicet alias
immiſſi, recte & commode iuxta prætoris decretum, in poſſeſſione eſſe ne-
queunt. Vnde Vlpian. l. 1. § 2. Neceſſario, inquit, prætor adiecit, vt qui per
dolum venit in poſſeſſionem, cogatur decedere. Coget autem eum decede-
re non prætoria autoritate, vel manu miniſtrorum: ſed melius & ciuilius fa-
ciet, ſi eum per interdictum ad ius ordinarium remiſerit. ff. ſi vent. nom. mul.
Nam & interdicta † iuris erant ordinarij, eo quod etſi prætor recta iubendo 14
vel prohibendo procedit, quod cauſam interdicti plærumque attingat: in
cauſa tamen & negotio principali iudicium det, eoque remittat.

An autem ijs † ſaltem vtile interdictum ſit, qui cum in poſſeſſione 15
iam ſunt, turbantur, ſiue cum venerant deiecti ſunt, vel etiam & ſimul ijs qui
miſſi quidem à prætore ſunt, in poſſeſſionem tamen necdum venerunt quod
videlicet ingregi volentes non admittantur & venire prohibeantur. Et po-
ſterioribus hiſce interdictum dari plærique negant gloſ. & alij in l. fin. hoc tit.
Beccat. vti poſſid. cap. 21. n. 11. Menoch. hoc rem. n. 12. Pro quo videtur text.
ſing. & expreſ. l. 3. eod. vbi Vlpian. Si quis miſſus fuerit in poſſeſſionem fidei-
commiſſi ſeruandi cauſa, & non admittatur: poteſtate eius inducendus eſt in
poſſeſſioné qui eum miſit, aut ſi quis volet vti interdicto, cõſequens erit dice-
re, interdictũ locũ habere: ſed melius erit dicere, extra ordiné ipſos iure ſuæ
poteſta-

poteſtatis exſequi oportere decretum ſuum, nonnunquam etiam per manum
militarem. Vbi miſſum in caſu quod non admittatur manu potius militari vel
iure poteſtatis prætoriæ, quam interdicto in poſſeſſionem ducendum affi. ma-
tur. Quamuis & interdictum locum habere velint nonnulli, ſi in cauſa da-
mni inf. cti is qui in poſſeſſionem mitti iuſſus eſt, iuſtis ex cauſis mitti non po-
tuit: vtpote ſi miſſio re ipſa expectabatur, & defecit prætoris adeundi facul-
tas: vel ſi coactus fuit abeſſe, qui in poſſeſſionem mitti debuit, vel ſi aduer-
ſarius quid egit quo miſſio impediretur: Ita Menoch. d. rem. 2. n. 54. per text.
l. fin. §. ſed & ex alia 9. hoc tit. cuius ſententiæ & Zaſ. l. 1. §. fin. ibid. & Martin.
16 gloſſator, quem gloſ. d. l. fin. reprehendit fuiſſe videntur. † Sed generaliter
ego & indiſtincte omnibus à prætore in poſſeſſionem miſſis, vtile interdictũ
eſſe exiſtimo: ſiue in poſſeſſionem iam venerint, & turbentur, deijciantur, vel
redire vel venire velint, & non admittantur: hoc enim probat rubrica, quæ
generaliter in poſſeſſionem miſſis vim fieri vetat, miſſus autem dicitur qui
decretum veniendi in poſſeſſionem habet, etſi necdum venerit. vel non ad-
miſſus fuerit d. l. 3. in princ. idem maniſte probat L. 1. in princ. ibi quo minus
quis permiſſu meo in poſſeſſionem ſit & §. 1. Hoc interdictum ſumma pro-
uidentia prætor propoſuit: fruſtra enim in poſſeſſionem mitteret rei ſeruan-
dæ cauſa, niſi miſſos tueretur, & prohibentes venire in poſſeſſionem coerce-
ret, & §. 3. & §. fin. ibi: poſſeſſionem adipiſci.

17 Neque † obſtat d. l. 3. in princ. Etſi enim ibi ſatius eſſe dicitur vt iure
poteſtatis vel manu militari prætor decretum ſuum exequatur, & miſſum in-
ducat: tamen & interdictum habere locum expreſſe definitur: Quemadmo-
dum etiam ibidem in caſu loquitur ICtus quo ex puta manifeſta contumacia
decreto prætoris quis parere recuſat: vbi omnium melius & promptiſſimum
eſt, vt aduerſum reſiſtentes prætor iure poteſtatis, manuque militari exequa-
tur, ſuamque iuriſdictionem tueatur. text. l. 1. ff. ſi quis ius dicent. non ob-
temp.

Verum vbi nec cauſa executionis ſeu tuendæ Iuriſdictionis, nec mani-
feſta adhuc contumacia verſatur, ibi & melius & ciuilius faciet prætor, vt per
interdictum competens, amputata facti exorbitantia, ad ius ordinarium par-
tes remittat; prout idem ICtus ait in d. l. 1. §. neceſſario, ff. ſi vent. nom. muli.
Et ita cum hoc §. neceſſario d. l. 3. in princ. componenda: qua in re DD. non-
nulli etiam ſudarunt.

18 Alterum explicationis membrum fecimus: † Quidnam hoc inter-
dicto petatur, promittatur? Et petitur ac promittitur non tantũ tuitio immiſ-
ſorum, & coercitio eorum, qui illos vlla ratione moleſtare vel non admittere
conantur: ſed etiam petitur intereſſe, eiuſque nomine promittitur atque da-
tur actio in factum, ad conſequendum id quanti interfuit turbationem im-
miſſis factam non eſſe. Vnde prætor in interdicto: In eum qui videlicet dolo
malo

Digitized by Google

malo immiſſum in poſſeſſionem non admiſit, vel cum veniſſet turbauit, deiecit, in factum inquit, iudicium quanti ea res fuit, ob quam in poſſeſſionem miſſus erit, dabo.

Vbi verba quanti ea † res fuit, ob quam in poſſ. ſſionem miſſi ſunt, non 19 de ipſa rei æſtimatione eiuſue quantitate, vt quidam volunt, ſtricte ſunt intelligenda, multo minus de ipſa re: quaſi actio in factum quæ ex hoc interdicto datur, ſit mixta, partim pœnæ, partim rei perſecutoria, Ant. Fab. 4. coniect. 19. ſed accipienda ſimpliciter verba iſthæc ſunt, de eo quantum interfuerit vim factam non eſſe, vel miſſum, in poſſeſſione tuto & quiete fuiſſe: quemadmodum idem fit in vti poſſidetis interdicto: vbi Vlpian. l. ſi duo 3. §. 11. In hoc inquit interdicto condemnationis ſumma refertur ad rei ipſius æſtimationem, Quanti res eſt: quod ſic accipimus quanti vniuſcuiuſque intereſt poſſ. ſſionem retinere: Seruij autem ſententia eſt, exiſtimantis tanti poſſeſſionem æſtimandam, quanti ipſa res eſt: ſed hoc nequaquam opinandum. longe enim aliud eſt rei pretium, aliud poſſeſſionis d. §. 11. Eodemque ſenſu idem Vlpian d. l. 1. § 5. hoc tit. Hæc ait verba quanti ea res erit, continent vtilitatem creditoris vt quantum eius intereſt poſſeſſionem habere, ei tantum is qui prohibuit condemnetur, & text. l. fin. §. 2.

Vnde etiam, excepta † legatorum cauſa, annalis ſaltem eſt hæc actio: 20 ſicut ait ICtus: Hanc actionem, excepta legatorum miſſione, intra annum competere, & non poſtea, ſciendum eſt, cum ſit pœnalis: Nec in heredes, ſimileſq; perſonas dabitur, niſi in id, quod ad eas peruenit: ſed heredi ſimilibuſq; perſonis dabitur. Nam cum prohibitus quis eſt, legatorum vel fideicõmiſſorum cauſa poſſeſſionem adipiſci: tunc actio & perpetua eſt, & in heredẽ dabitur: quia eſt in poteſtate ſucceſſorum euitare interdictũ ſatiſdatione oblata. d. l. 1. §. fin. † vbi quanam ratione legatorum vel fideicommiſſorum cauſa 21 à reliquis disiungatur, & præ alijs perpetua eſſe dicatur, quæri poteſt? Et hic recte dici exiſtimo, propterea hoc fieri: quod hæc in factum actio ratione legatorum vel fideicommiſſorum non modo ſit pœnalis, ſed etiam rei perſecutoria: Vide & Cuiac. 12. obſeru. 23. Hotoman. 5. obſ. 29.

Ex quo eodem: † §. fin. etiam hoc edicitur, pœnalem actionem non 22 modo eam dici qua pœnam vel fiſcus vel prætor ſibi perſequitur l. 1. in princ. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp. ſed & eam quæ ratione intereſſe familiarem ſui perſecutionem habet: Etſi enim hæc in factum actio vtilitatem Creditoris continet dict. l. 1. §. 5. nihilominus tamen pœnalis eſt, & vocatur d. §. fin.

Vbi etiam triplex † verborum, Quanti ea res eſt, notanda explicatio: 23 ſiquidem enim de familiari perſecutione agatur, ipſum partis intereſſe iſtis demonſtratur dict. l. 1. hoc tit. & dict. l. 3. §. 11. vti poſ. l. item ſi. ff. quod met. cauſ. l. 4. ff. Qui ſatiſ. cog. l. 4. ff. de damn. infect. l. fin. ff. ſi quis in ius vocat. non. l. 2. ff. de prætor. ſtipul. Baro 6. man. tit. 4. Cum vero actio continet per-

Hhhh ſecu-

ſecutionem fiſci vel magiſtratus, ad æſtimationem delicti, verba iſta referuntur: ita actionem pœnalem habet iu lex ſi ius dicenti non obtemperetur l. 1. ff. ſi quis ius dic. non obt. Cum vero de æſtimatione ipſius rei controuerſiæ agitur: non verba. Quanti ea res eſt; ſed quanti res erit ab actore æſtimata, vſurpari ſolent per l. pen. ff. Ne quis eum qui in ius vocat. Ita Barth. d. tit. 4. & poſt eum Menoch. remed. ret. 1. n. 82.

24 Porro in factum † actiones omnes eas vocamus, quæ ex contractu vel obligatione deſcendunt, certum nomen non habente text. l. 1. ff. de præſcript. verb. vel in fact. action. quæ multiplices ſunt & eſſe poſſunt pro factorum, ſuper quibus diriguntur qualitate: quemadmodum & omnes actiones quæ præſcriptis verbis vocamus, etiam in factum dicuntur: non contra. In factum enim actiones non tantum eas comprehendunt, quæ præſcriptis verbis fiunt, ſed multo plures & alias infinitas, de quibus ſuo loco agend. m. ſicuti vero actionem in factum dicimus, ita etiam recte & ſcite Theophilus exceptionem in factum dixit. Inſt. de except.

25 Illud etiam † quæritur ſi is qui Creditorem forte vel alium in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa miſſum non admiſit, creditori præſtiterit, quanti eius interfuerit, an debitor ipſe per id liberetur: & eum liberari vult Anton. Fab. d. cap. 19. & poſt eum Treutl. 2. diſp. 25. theſ. 3. per l. ſi quis dolo 51. § 1. ff. de re iud. Vbi Paul. ICtus: ſi quis ait creditorem miſſum in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa non admiſerit, ſi venditor præſtiterit creditori, quanti eius interfuerit: quæſitum eſt an debitor liberetur: Et puto improbum eſſe eum, qui velit iterum cōſequi quod accepit. ſed longe alia huius legis ratio & ſententia eſt: Nihil enim, & ne verbulum hic extat, quo debitorem prorſus liberari probetur: ad quid enim interdictum prohibitorium & reſtitutorium, ſi per in factum actionem ad omnem rei cauſam ſiue æſtimationem agatur? quod & ipſum argumento eſt, quam corruptiſſime interdictorum doctrina
26 tradita ſit & intellecta: Illud igitur vult † d. lex, quod debitor, ratione intereſſe factæ ab venditore turbationis, conueniri non poſſit, improbus enim creditor fuerit qui velit intereſſe iterum conſequi à debitore, quod ab ipſo turbatore accepit: Ceterum reliquam debiti cauſam, quod attinet, debitor nihilominus obligatus manet, quo nomine & Creditor, per interdictum hoc, in poſſeſſione ſe manuteneri petere poteſt. Quāuis alia ſit ratio ſi venditor pro debitore in omnē omnino cauſam creditori ſatisfecerit: ſic n. debitorē liberari æquum eſt: per eadem. fac. quæ Gothofred. ad dict. §. 1. & Cuiac. d. obſ. 23. vbi etiam notare placet quod male nonnulli in dict. l. 51. pro verb. venditor corrigendo poni velint, debitor: loquitur enim lex, vt ex principio videre eſt, de eo, qui dolo fecerit, vt bona eius venirent. caſus igitur legis eſt:

† Credi-

† Creditor in bona quædam Titij eſt immiſſus, & ſic Titius ratione bonorum 27
pro debitore habetur, ſiue ipſe debitum contraxit, ſiue creditor per in rem a-
ctionem bona apud quemcunque ſint, ex venditoris obligatione perſequa-
tur: Venditor qui dolo forſan alienarat, ſeſe opponit, euictionis nomine,
qua tueri emptorem debet: Hic cum venditor immiſſo vim faciat, neque
eum venire patiatur, merito ad intereſſe tenetur: ſed nihilominus immiſſio-
nis cauſam quod attinet, reliquum ſi quod habeat ius ſuum creditor perſe-
qui poteſt.

Proinde ſi ob falſum † creditum, vel ob falſam petitionem miſſus quis 28
eſt in poſſeſſionem, vel ſi exceptione ſubmoueri potuit, nihil ei prodeſſe de-
bet vel poteſt hoc edictum: quia propter nullam cauſam miſſus eſt, ita text.
d.l.1. §. hæc verba ſ. hoc tit. Ex quibus efficitur, quod † debitor aduerſus 29
tam interdictum, quam actionem, exceptionibus legitimis ſeſe tueri ac de-
fendere poteſt: prout in alijs cauſis omnibus & quidem in interdictis vel
mandatis prætorijs ſub & obreptionis exceptiones admittuntur l. quod iuſſit.
ff. de re iud. Ita ſi in cauſa damni infecti vel legatorum, reus promittat, ſiue
per eum non fiat, quo minus promittat, non tenebit interdictum, repulſo
per exceptionem eo qui experitur l. fin §. 1. hoc tit. Menoch. hoc rem. n. 15.

Attamen ſi cauſa † immiſſionis ſit præiudicialis, ita vt miſſionem ante 30
omnia fieri oporteat, vel ſi exceptiones non ſint liquidæ, aut vlteriorem inda-
ginē requirant, immiſſionis autem cauſa iuris vel fauorem vel præſumptio-
nem habeat: tum immiſſio non retardari ſed fieri debet, donec negotium
principale diſcutiatur text. atque caſus d. l. ſi quis 3. §. fin. hoc tit.

In alijs caſibus etiam hic obtinet, † quod obligatus non videatur, qui 31
exceptione ſe tueri poteſt: Et quod nihil interſit actionem prorſus non ha-
bere, vel talem quæ per exceptionem infirmetur. l. Fulcinius §. idem erit ff.
Ex quib. cauſ. in poſ. eat. l. nihil intereſt ff. de reg. iur. l. non videtur cepiſſe,
eod. & vtrobique DD. Qui vero & quales liberationum vel tollendarum ob-
ligationum modi ſint, iuris eſt definiti. quod alibi dicetur, not. etiam Menoc.
hoc rem. n. 35 & ſeq. & quod prætor non tueatur miſſum, cui obſtat exceptio,
eſt text. l. 1. §. hæc verba, verſ. proinde hoc tit. ſin a. fiat immiſſio † ex debito 32
partim vero partim falſo: quid iuris? Et pro vera ſaltē debiti quantitate con-
ſtabit immiſſio per vulg. reg. vtile per inutile non vitiat. &c. Afflict. deciſ.
178. num. 8. Menoch. hoc rem. n. 29. & 30. Sic duobus immiſſis, ſi alter
verus ſit creditor alter nō, ſuſtinetur immiſſio in perſona veri Creditoris per
eadem Franciſ. Marc. part. 2. quæſt. 328. Menoch. vt ſup. n. 33.

Sed hæc eatenus, ſi diuiduā † ſit immiſſionis ſententia atq; cauſa, pu- 33
ta quod veri debiti vel creditoris à falſo debito vel creditore commoda fieri
ſeparatio queat: per ea quæ dixi tract. de cont. cauſ. c. 15. n. fin. & cap. 18. n. 1.

Hhhh 2 Si-

Siquidem enim indiuidua ſit immiſſionis, rerumue aut debitorum cauſa in quos vel contra quos immiſſio facta eſt, alia eſt ratio: tunc enim ob creditũ partim falſum partim verum &c. tota immiſſionis cauſa corruit et infringitur, per eadem quemadmodum etiam idem fit ſi iudex nulliter plane ad immiſſionem proceſſerit, ſic enim ex eo quod decretum eſt indiuiduũ, tota immiſſionis ratio non conſiſtit, licet cauſa immiſſionis alias ex parte, vera & probabilis fuerit. Qua eadem ratione totam immiſſionẽ reuocari neceſſe eſt, ſi propter concurrentem minorennem vel pupillum priuilegiatum, maioris fratris forſam vel agnati etiam contractus vel debitum, cuius reſpectu immiſſio facta eſt, reuocetur aut caſſetur: & ita intelligendi ſunt Afflictus deciſ. 218. n. 3. Ruin. conſ. 160. n. 27. lib. 2. & conſ. 17. n. 6. lib. 5. & alii DD. vt ap. Menoch. hoc rem. n. 20. 23. & ſeq.

34 Cauſas porro ſiue caſus † quod attinet quibus hoc interdictum competat, omnibus ijs competere certum eſt, vbi immiſſiones cuſtodiam potius vel detentionem quam poſſeſſionem tribuentes decerni ſolent, atque poſſunt; ſiue immiſſio fiat propter debitum atque creditum liquidum ratione forſan moræ, vel pacti conuenti vel conſtituti pignoris & hypothecæ Menoch. ibid. num. 34. ſiue fiat immiſſio ventris, ſiue legatorum aut fideicommiſſi ſiue damni infecti nomine, l. 3. §. Conſtitutum. §. cum prætor, & l. fin. hoc titu. denique vbicunque cauſa immiſſionis in iure certa & comprobata eſt, de qua ſuo loco infrà agemus part. 4. de paratis immiſſionum cauſ. vid. & Menoch. hoc rem. num. 34. 43. 45. Item 53. & 58. vbi etiam clet eo idem concedi ait ſi miſſo in poſſeſſionem vis fiat. text. clariſſimus l. 1. §. ſecundo hoc tit.

35 Quibus & contra quos † interdictum detur per ſe ſatis patet: datur enim vt ſupra diximus immiſſionis decretum habentibus ſiue miſſi venire vel redire non admittantur, ſiue deijciantur, contra eos, qui vim moleſtiamque quamlibet faciunt, quo minus in poſſeſſione eſſe liceat.

36 An vero interdictum † contra heredes prohibentis aut vim facientis concedatur? Et concedi negat Menoch. hoc rem. num. 80. per l. 1. §. fin. hoc tit. ſed loquitur ille §. non de interdicto, ſed actione in factum pœnali, quoad intereſſe, ex eo enim heres niſi lite iam conteſtata non tenetur, niſi in id ſaltem quod ad eum peruenit: vnde etiam ibidem ICtus hanc actionem intra annum competere ait, non poſtea: excepta legatorum miſſione: Nam cum prohibitus quis eſt legatorum vel fideicommiſſorum cauſa poſſeſſionem adipiſci: tunc actio & perpetua eſt, & in heredem dabitur, quia eſt in poteſtate ſucceſſorum euitare interdictum ſatiſdatione oblata dict. §. final. Ceteroqui ipſum interdictum quod attinet, illud etiam in heredes

dari

dari puto, propter vim decreti prætorii, ſiue iudicialis, cui heres non minus,
quam defunctus parere tenetur: durante cum primis decreti & immiſſionis
cauſa.

Quid ſi autem tutor, † ratione pupilli, immiſſo vim vel moleſtiam ex- 37
hibuerit, an & pupillus teneatur edicto? Et non tenetur, niſi ſit doli capax:
quo caſu etſi tutor dolo fecerit, nihilominus tamen & in pupillum dabitur a-
ctio, ſi modo tutor ſit ſoluendo, ita vt ab eo pupillus repetere poſſit, id quod
actionis pœnalis nomine præſtiterit, d.l.1.§.6.

Illud hic quæſtione † dignum, & ex hoc interdicto mandatum ſine 38
clauſula quod vocamus recte decernitur, & an forte ad eum ſolum qui immiſ-
ſionem decreuit, decretæ poſſeſſionis tuitio & reſtitutio pertineat? Et v-
trunque videtur, l.1.§.1. hoc interdictum ſumma prouidentia prætor propo-
ſuit: fruſtra enim in poſſeſſionẽ immitteret niſi miſſos tueretur, vbi & illud
pro mandato executoriali facit, quod ipſa lex & edictum vim vllam immiſſis
fieri prohibeat, deinde quod ſcandaloſum ſit, publicam prætoriam immiſ-
ſionem, priuata autoritate reſcindere, & ſic finitas hac in parte lites reſuſci-
tare, cauſamq; iudicati ad non iudicatum reducere. Ad alteram præterea quæ-
ſtionẽ reſpondetur ex l.3. in princ. hic. Quod vim paſſus poteſtate eius indu-
cendus eſt in poſſeſſionem, qui eum miſit. Quod ſi ita eſt, cameram] con-
ſequens erit vel quem alium ſuperiorem decretam inferioris iudicis poſſeſ-
ſionem defendere non teneri. Sed quod aliorum etiam in decernenda † poſ- 39
ſeſſionis immiſſione iuriſdictionem prætor vel quilibet ſuperior recte tuetur,
ex ipſis colligo interdicti verbis: ſi quis dolo malo fecerit, quo minus quis per-
miſſu meo eiuſue cuius ea iuriſdictio fuit, d.l.1. Sed hoc ipſo conceſſo illud
nihilominus quærendum reſtat, † an id ſuperioris auxilium etiam locum ha- 40
beat, cum is ipſe qui miſit, decretum amplius ratum habere non vult, nec per-
mittere, vt miſſus poſſeſſione vlterius fruatur? Deinde & releuans contra
interdictum ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. exceptio eſt, ſi quis propterea poſ-
ſeſſione arceat, quod dicat rem eſſe ſuam vel ſibi nexam, vel vtique non
eſſe debitoris, d.l.1.§. ſi quis 4. eod. vel ſi dicatur ſolutio-
nem integre iam factam & perce-
ptam, &c.

Digitized by Google

De Itinere actuque priuato.

Tit. X.

Summaria.

1 *Interdictum de Itinere actuque priuato duplex eſt.*
2 *Verba Pretoris in priori interdicto.*
3 *Verba Pretoris in ſecundo interdicto.*
4 *Primum interdictum prohibitorium eſt pertinens ad tuendas ruſticas tantummodo ſeruitutes.*
5 *Quamuis ſi quid factum eſt quo minus via vti liceat, & Reſtitutorium ſi non directum, ſaltem vtile interdictum hic competat.*
6 *Hoc interdicto Prætor non inquirit, vtrum habeat iure ſeruitutem impoſitam, an non: ſed hoc tantum, an itinere actuque hoc anno vſus ſit non vi, non clam, non precario: & tuetur eum licet eo tempore, quo interdictum redditur, vſus non ſit.*
7 *Non ad præſens tempus refertur vſus: quia plærunque itineribus vel via non ſemper vtimur, niſi cum vſus exegerit.*
8 *Si quis propter inundationem aut per vim, vſus non ſit itinere, actuque hoc anno: poteſt repetita die hoc interdicto vti per in integrum reſtitutionem, ex illa parte, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c.*
9 *Si quoque dilatione data aduerſario futurum eſt, vt cauſa interdicti deterior reddatur, hoc interdictum competit.*
10 *Sicut etiam competit, licet poſt præfinitum tempus mala fides ſuperueniat.*
11 *Præcipuum interdicti requiſitum illud eſt, quod qui eo vti velit, non vi, clam, precario, vel & familiaritatis iure aut neceſſitatis: ſed ſeruitutis iure itinere actuque vſum ſe eſſe probare debeat.*
12 *Qui propter incommoditatem riui: aut propterea quod via publica interrupta erat, per proximi vicini agrum iter fecerit: quamuis id frequenter fecit, non propterea ſtatim videtur vſus, itaque inutile eſt interdictum.*
13 *Quæritur, Quomodo ius, poſſeſſio vel quaſi ſeruitus huiuſmodi ſit probanda.*
14 *Ex ſententia Authoris, ſufficit hoc in caſu allegare & docere te bona fide, hoc eſt, non vi, clam vel precario: ſed opinione tituloque, vel ſaltem iure ſeruitutis, eo anno, & triginta quidem ad minus diebus, itinere, actuque vſum eſſe.*

15 Etſi

15 *Etſi non inutile ſit, ſed magnum pondus habeat ſi quis ita in poſſeſſionis iure ſit fundatus, vt pro eo aſſerendo, & proprietatis cauſam vtiliter recta euincere & probare queat: Tamen caute hoc agendum eſt, & ſi res poſtulet, cum proteſtatione, ne cauſam interdicti ſummariam, ad ordinarium petitorii conflictum deuolui patiantur.*

16 *Etſi iure Aqua non debetur alicui: ſi tamen iure ducere ſe putauit: cum non in iure, ſed in facto errauit, interdicto vti poteſt.*

17 *Hoc ipſo quod docetur & conſtat ipſam quaſi poſſeſsionem ſeruitutis tempore requiſito actibus eſſe confirmatam, bona fides abunde probatur, & præſumitur: etiamſi titulus non allegetur, vel & plane deficiat.*

18 *In ciuitatibus ſæpe de viis incidunt controuerſiæ: quod exemplo planum fit.*

19 *Etſi per fundum tuum nec vi, nec clam, nec precario commeauit aliquis: non tamen tanquam id ſuo iure faceret: ſed ſi prohiberetur non facturus, inutile eſt ei interdictum de itinere actuque.*

20 *Differentia interdicti & confeſſoriæ ex hoc colligitur: quod in interdicto titulus non requiritur, ſed ſufficit poſſeſſio temporis præfiniti: hoc enim ſolum in interdictis reſpicit Prætor, ne violentis turbationibus, vel aliis odioſis actibus publica tranquillitas luxetur. Cum autem iure quis agere intendit, ibi Prætor iudicium dat, quo litigium plene diſcutiatur.*

21 *Vnde in confeſſoria & negatoria ius poſſeſsionis vel quaſi non ab vno forſan anno aut triginta diebus repetendum eſt: ſed de titulo quoque docendũ eſt.*

22 *Quæritur anne eum, qui hoc interdicto experitur, ad tuendam itineris quaſi poſſeſſionem probare oporteat & allegare ſe ſciente & patiente aduerſario itinere vſum eſſe?*

23 *Concludendum videtur in hoc interdicto, quod vſus itineris cum ſcientia vel patientia aduerſarii ſit allegandus. Et intellectus l. final. C. de longi tempor. præſcript. quæ contrarium innuere videbatur, tollitur & remouetur.*

24 *Quæritur an omnes, vel ad minimum 30 actus poſſeſſorii ſint probandi?*

25 *Quæritur porro an etiam pro vrbana ſeruitute ſimili diſcontinua ſeruitute interdictum hoc competat.*

26 *Intellectus l. 1. §. 1. ff. hoc tit.*

27 *Tribonianus ſub perſona Pauli in extraordinariis iudiciis, ad quæ etiam interdicta omnia ſunt redacta: formularum conceptionem non amplius obſeruari, & iſthanc ſubtilitatem ſuperuacuam eſſe teſtatur.*

28 *In aliis etiam iuribus incorporalibus diſcontinuis hoc interdictum obtinere docetur: quod quatenus locum habeat, vide ibid.*

29 *Doctores nonnulli contendunt ſeruitutes ruſticæ prædii omnes diſcontinuas: Vrbani vero omnes continuas eſſe, quod author falſum eſſe profitetur.*

30 *Verus*

30 *Verus intellectus l. foramen 28. ff. de ſeruitutib. vrban. prædior. ab Authore propoſitus.*

31 *Pro ſeruitutibus vrbanis vtiliſſimum etiam eſt interdictum Vti poſſidetis, idque ipſum non modo vtile ſi videlicet pro ipſa ſeruitute: ſed etiam directum, ſi nimirum pro ipſa poſſeſſione principaliter agatur.*

32 *Male Doctores nonnullos pro neceſſario huius interdicti requiſito ponere, quod ei qui vti vult interdicto, neceſſe ſit vt habeat & ipſe fundum iuxta illum in quo aſſerit ſe acquiſiuiſſe quaſi poſſeſſionem ſeruitutis: adeo, vt etiam inter duo hæc prædia nullum ſit intermedium.*

33 *Intellectus & explicatio textus in l. qui ſella §. fin. ff. de ſeruitut. ruſticor. prædior.*

34 *Quomodo ex altero interdicti capite de itinere reficiendo ſit probandum ius ſeruitutis.*

35 *Quæritur an vſurus hoc interdicto ex altero eius capite de reficiendo, prius agat & ſuccumbat, an nihilominus ex primo adhuc agere poſſit pro tuenda poſſeſſione vel quaſi?*

36 *Menochii doctrina remed. 5. num. 126. examinatur.*

De itinere actuque priuato.

Tit. X.

1 INterdictum de itinere actuque priuato † duplex proponitur: priore
2 ait prætor: Quo † itinere actuque priuato, quo de agitur, vel via,
hoc anno nec vi nec clam nec precario ab illo vſus es, quo minus ita vtaris
3 vim fieri veto; l. 1. in princ. d. tit. Altero † ait Prætor: Quo itinere actuque
hoc anno non vi non clam non precario ab alio vſus es, quo minus id iter actumque,
vt tibi ius eſſet reficias vim fieri veto: Ita tamen, vt, qui hoc interdicto
vti volet aduerſario damni infecti quod per eius vicinum datum ſit, ca-
4 ueat, l. 3. §. 11. l. apparet, §. fin. eod. Primum † autem interdictum prohibito-
rium eſt pertinens ad tuendas ruſticas tantummodo ſeruitutes, d. l. 1. §. 1.
5 quamuis † ſi quid iam factum eſt quo minus via vti liceat & reſtitutorium ſi
non directum ſaltem vtile interdictum hic competere dubium nullum eſt,
per rationem quod contrariorum eadem ſit diſciplina & per ea quæ de locis
& itineribus publicis dicta ſunt, vt ſi iter obſeptum ſit, vel traducto pariete,
poſitiſue plancis interclusum, vel ſubducta via interceptum aut exemptum, ſi
aqua reſtagnata inundatum, ſi milite vel quo alio facto præpeditum minuſque
tutum ſit, ſi pons quo eundum eſt, deiectus ſit, &c. prout talia fieri
praxis docuit: vbi non modo inhibitoriis aduerſus inſtantes vel futuras mo-

leſtias

eſtias, ſed etiam reſtitutoriis interdictis, aduerſus ea quæ in præiudicium itineris facta ſunt, locum eſſe æquitas ſuggerit, itaque iuris ratio poſtulat.

Cum autem prius interdictum mere ſit poſſeſſorium hinc ſecundo in
hoc † interdicto prætor non inquirit, vtrum habuit iure ſeruitutem impoſi- 6
tam, annon: ſed hoc tantum, an itinere actuque hoc anno vſus ſit non vi,
non clam, non precario & tuetur eum, licet eo tempore, quo interdictum red-
ditur, vſus non ſit. Siue igitur habuit ius viæ, ſiue non habuit: in ea condicio-
ne eſt, vt ad tuitionem prætoris pertineat: ſi modo anno vſus eſt vel modico
tempore, id eſt non minus quam triginta diebus. Neque ad † præſens tem- 7
pus refertur vſus: quia plerumque itineribus vel via non ſemper vtimur, niſi
cum vſus exegerit, ita annui temporis ſpacio concluſit vſum. Annum ex die
interdicti retrorſum computare debemus. Si quis hoc interdicto vtatur: ſuf-
ficit, alterum probare, vel iter, vel actum in vſu habuiſſe, *d. l. 1. §. 2. 3. 4. Tit. 19.*

Quinimo ſi quis † propter inundationem aut per vim vſus non ſit iti- 8
nere actuque hoc anno, poteſt repetita die hoc interdicto vti per in integrum
reſtitutionem ex illa parte: Si qua iuſta cauſa mihi videbitur: idemque præ-
terea & aliis caſibus obtinet ex quibus in integrum quis reſtitutionem impe-
trare poteſt, d. l. 1. §. 9. hoc tit. Quemadmodum † etiam ſi dilatione data ad- 9
uerſario futurum eſt, vt cauſa interdicti deterior reddatur, hoc interdictum
competit §. ſeq. 10. ibid. Sicut † etiam competit licet poſt præfinitum tempus 10
mala fides ſuperueniat, modo eo anno vel 30. diebus ea non vi clam, preca-
rio poſſedit, *l. 1. §. fin. eod. Menoch. d. remed. 5. num. 83. & ſeq.*

Tertio vero præcipuum † interdicti requiſitum illud eſt, quod qui eo 11
vti vult non vi, clam, precario vel & familiaritatis aut neceſſitatis, ſed ſerui-
tutis iure itinere actuque vſum ſe eſſe probare debeat: quod enim vi clam vel
precario fit iuris effectum non producit nec prætoris auxilium meretur ſicuti
nec id, quod familiaritatis nec vicinitatis iure fit aut permittitur per vulg. nec
id quod neceſſitatis intuitu inſtituitur: Nam † qui propter incommodita- 12
tem riui aut propterea quod via publica interrupta erat per proximi vicini a-
grum iter fecerit, quamuis id frequenter fecit, non propterea ſtatim videtur
vſus, itaque inutile eſt interdictum, d. l. 1, §. Viuianus 6. Quomodo igitur † 13
ius, poſſeſſio vel quaſi ſeruitus huiuſmodi ſit probanda quæritur? Et variæ hac
de re fuerunt opiniones quæ tribus potiſſimum extremis concluduntur: pri-
mo ratione quod & quare ſibi ſeruitutem vel ſaltem poſſeſſionem itineris
competere credit quod variis & alii aliis probari dixerunt, vt ſacramento, te-
ſtibus ſignis & argumentis quibuſcunque. 2. quod virtute illius credulitatis
actus fecerit poſſeſſorios vel quaſi, 3. Quod bonam fidem habeat, vid. *Barth.*

d.l.1.§.hoc interdicto n.9.& 11.hoc tit.Capol.de ſeruit.ruſt.prad.c.2.n.27.Alexand. vol.1.conſ.65.& conſ.183.vol.2 & conſ.112.vol.4 & late Menoch.hoc retin.rem.5. a num.15.vſque ad 31.

14 Verum breuiter nos † expediendo ſufficit allegare & docere te bona fide, hoc eſt, non vi clam vel precario, ſed opinione tituloque vel ſaltem iure ſeruitutis eo anno & triginta quidem ad minus diebus itinere actuque vſum eſſe. Etſi enim non † inutile eſt, ſed magnum pondus habet, ſi quis ita in poſ-
15 ſeſſionis iure ſit fundatus, vt pro eo aſſerendo & proprietatis cauſam vtiliter recta euincere & probare queat: tamen caute hoc agendum eſt, & ſi res poſtulet cum proteſtatione ne cauſam interdicti ſummariiſſimam ad ordinarium petitorii conſiſtorium deuolui patiamur exemplo Ciceronis in Oratione pro Cæcin. Satis ergo eſt, vt in dictis terminis meri poſſeſſorii maneamus per text. expreſſ. l. apparet 5. §. pen. hoc tit. Si quis ſeruitutem inquit Vlpian. iure impoſitam non habeat, habeat autem velut longæ poſſeſſionis prærogatiuam ex eo quod diu vſus eſt ſeruitute interdicto hoc vti po eſt text. etiã ſing.
16 in l.1.§.10. Sed † etſi iure aqua non debetur alicui: ſi tamen iure ducere ſe putauit: cum non in iure, ſed in facto errauit, dicendum eſt eoque iure vtimur, vt interdicto vti poſſit.

Sufficit enim ſi iure ſe ducere putauit non vi clam vel precario, *tit. ſeq. de aq. quot. & æſt.*

17 Hoc enim † ipſo quod docetur & conſtat ipſam quaſi poſſeſſionem ſeruitutis tempore requiſito actibus eſſe confirmatam, bona fides abunde probatur & præſumitur: etiamſi titulus non allegetur vel & plane deficiat, *Barth.& Capol.vt ſup.& Barth.in l.Celſus, nu.17. Digeſt. de vſucap. Coraſ.in l.ſeruit.num.34.Digeſt.de ſeruitut. Menoch.recup.poſſ.rem.13.num.71.& d.rem.5.nu.25.* niſi forte ius aliquod reſiſtat ibidem, vel aduerſarius contrarium per exceptionem ſub & obreptionis edoceat: puta interdicentem vi clam precario vſum: per tenorem & verba ipſius interdicti: vel non iuſte nec iuſto ad acquirendam poſſeſſionem tempore anno nimirum vel 30. diebus vſum vel iure familiaritatis vſum, l. Qui iure familiaritatis 41. D. eod. de acquir. poſſ. vel ratione mundationis vel vnius alterius neceſſitatis vſum, d.l.1.§.9. hoc tit. In quibus omnibus coniecturæ & argumenta veriſimilia plurium obtinent, & obtinere debent tam pro parte rei conuenti quam actoris, ne ſcilicet temere prægrauetur: quod ipſi actus, eorumque ſpecies non obſcure interdum declarant: Siquidem enim tales actus fiant quales circa ſeruitutes vel poſſeſſionis ius fieri non ſolent; puta ſi in ipſa via ſepes ponatur vel præcidatur vel quid ſimile fiat Menoch. d. numer. 9. item ſi talis viæ ſit ratio, vt ſeruitutem eundi ipſa arguat: vel contra: qualiter quis præſumitur poma ex vicini ædibus vel hortis familiaritatis potius quam ſeruitutis iure decerpſiſſe: vel & aquam ex ædibus vicini hauſiſſe, &c.

Etſic

Et ſic in † ciuitatibus ſæpe de viis incidunt controuerſiæ: vti nuper ac- 18
cidebat quod tribus piſtoria, cauponam ſuam quam de viginti vel amplius
annis peruiam habuerat, alio transferebat: Vicini autem ſentientes quod per
priorem cauponam mutato ædium vſu, non ita vt antea iter tranſitumque ha-
bere poſſent, interdictũ poſtulabant, vt ſcil. tribui piſtorum inhiberetur ne æ-
des illæ cauponæ quo ad tranſitum occluderentur, tum vt ponticulum quem
ab altera parte ſuper foſſa vrbica traiectum adeo, ſed remotum reſtituere co-
gerentur piſtores. Sed hi, iter quidem vel etiam per cauponam patuiſſe ex-
cipiebant, neutiquam vero illud ſeruitutis iure, vel quod vicini animo poſſi-
dendi illam ſeruitutem iſthac iuerint, ſed omne illud ſolo vicinitatis & fami-
liaritatis iure factum eſſe, tum præcipue in rem cauſamque cauponæ, vt vide-
licet ad emendam vendendamque cereuiſiam hoſpitibus ab vtraque parte
facilis acceſſus & exitus eſſet tranſitum quoque, qui ab vno latere, domus pa-
riete, ab altero introrſum pariete epicaulli & plancis, quibus culina cingere-
tur, circumceptum valdeque anguſtum eſſe, qui non multos libros, ſed ſingu-
los ſaltem tranſeuntes admitteret: Vicini de longo vſu replicabant quo non
ab vno ſaltem anno vel 30. diebus, ſed à totis 10. 20. 30. annis iter iſthac ha-
buiſſent, & tam iure ſuo nullatenus vero vi clam aut precario, quod nec ad-
uerſarii probare poſſent minuſque mature de petitorio itineris queri, cum de
poſſeſſione conſtaret. Piſtores duplicando præter priora qualitatem & cir-
cumſtantias publicæ, ſed pro arbitrio mutabilis cauponæ ædiumque plane
priuatarum vrgebant, quod oſtium vtrinque haberetur, quæ piſtores pro li-
bitu, præſertim vero in congreſſu ſuæ tribus cum de nocte tum interdiu ſæpe
omnem tranſitum iterque præcluſerint, ad teſtes deſuper prouocando. Et hi-
ſce pro more probatis tum illis aliis circumſtantiis militantibus contra vici-
nos, per ædes alienas quantumuis tranſitorias ius ſeruitutis itineris vendican-
tibus iudicatum fuit: præſertim vero, quod vti piſtores allegabant, & ſimilia
exempla non deeſſent, quibus non modo per templa, porticus tabernas vi-
natias vel quas alias ſæpe peruias iter viaque ducit ac permittitur, ſed citra vl-
lum poſſeſſionis vel ſeruitutis ius: ita vt familiaritatis ratio cauſaque hic in-
terdum longius repetatur atque militet.

Quarto igitur † etſi per fundum tuum nec vi, nec clam, nec precario 19
commeauit aliquis: non tamen tamquam id ſuo iure faceret, ſed ſi prohibe-
retur, non facturus: inutile eſt ei interdictum de itinere actuque, nam, vt hoc
interdictum competat, ius fundi poſſediſſe oportet, l. fin. hoc tit. vbi per ius
fundi, quod poſſeſſum eſſe requiritur, non ius proprietatis aut dominii, ſed
vſus viæ & itineris intelligit Vlp. hoc enim ius fundi hic eſt, quod ſine fundo
conſtare nequit,

20 Et ex his differentia † colligitur interdicti & confeſſoriæ actionis: In
interdicto enim titulus non requiritur, ſed ſufficit poſſeſſio temporis præfini-
ti: Eo enim ſolummodo in interdictis reſpicit prætor ne violentis turbatio-
nibus, inquietationibus vel aliis iure odioſis actibus publica tranquillitas lu-
xetur: Cum autem iure quis agere intendit ibi prætor iudicium dat quo li-
21 tigium plene diſcutiatur: Vnde † in confeſſoria & negatoria, ius poſſeſſionis
vel quaſi non ab vno forſan anno aut triginta diebus repetendum eſt, ſed de
titulo etiam docendum eſt per *l. 2. ſi ſeruit. vend. & ea quæ Menoch. de remed. 5.
num.* 40. *& ſeq.* niſi forte de longiſſima vel & longa poſſeſſione doceretur,
nam & ipſa tituli locum obtinet text. l. ſi quis diuturno 10. ſi ſeruit. vendicet.
l. 2. C. de ſeruit. & aq. licet in rerum aliarum longi temporis præſcriptione ti-
tulus requiratur text. expreſſ. *l. fin. C. de vſucap. pro hered. l. nullo, Cod. de rei vind. l.
ſeruum, Cod. fam. erciſc. vid. Menoch. d. rem. 5. num. 58. vbi ait huic non obſtare quod
ſcribunt Duar. & Coraſ. l. fin. in fin. C. de præſcript. long. temp. & l. 2. C. de ſeruit. & aq.*
Etſi enim ibi dicitur exemplo rerum immobilium, prædiorum ſeruitutes
quæri: tamen hæc ſimilitudo intelligitur ratione temporis, quo præſcriptio
perficitur non tituli, quaſi & is in ſeruitutum præſcriptione requiratur.

22 Quinto de ſcientia quæſitum † eſt anne eum, qui hoc interdicto expe-
ritur ad tuendam itineris quaſi poſſeſſionem probare oporteat & allegare ſe
ſciente & patiente aduerſario itinere vſum eſſe? Et licet Barth. d. l. 1. num. 10.
hoc tit. negatiuam teneat, dicens quod in ſeruitutibus quidem continuis pro
quibus interdictum vti poſſid. datur ſcientia & patientia requiratur, quem-
admodum & illa in omni præſcriptione ſeruitutum requiritur, *l. 2. C. de ſeruit.
l. quoties. ff. eod.* in hoc vero interdicto pro ſeruitutibus diſcontinuis ſcientiam
iſtam non requiri, per rationem quod prætor non requirat poſſeſſionem, ſed
ſimplicem vſum, quod ſequitur etiam Caſtrenſ. Ruin. Rip. & cum iiſdem Me-
noch. hic num. 36. Tamen affirmatiua tam hic pro ſeruitutibus diſcontinuis
quam in vti poſſid. pro continuis procedit, vt recte tenuit Innocent. in c. bonæ
mem. de poſt. præl. ab iiſdem allegatus, ſed non imitatus *Felin. cap. de quarta de
præſcript. & Couar. in c. poſſeſſor relect. 2. num. 8. & ſeq. de reg. iur.* licet ibi dubius eſ-
ſe & hærere tandemque ad Barth. accedere videatur. Sed pro hac affirmatiua
contra Barth. expreſſe militant non modo dicta iura generaliſſima quibus in
præſcriptione ſeruitutum requiritur ſcientia vel patientia aduerſarii, ſed etiam
iuxta Alban. ibid. l. fin. h. eod. tit. vbi vſus talis acquiritur quo ius fundi hoc eſt
eundi poſſideamus. Et ſiquidem in continuis ſeruitutibus ad reddendum
interdictum ſcientia requiritur, multo magis in hiſce diſcontinuis. accedit,
quod talis itineris vſus, qui ignorante vel neſciente aduerſario fiat, ad exce-
ptionem interdicti pertineat, quod ſcilicet clam fuerit habitus.

Vnde

Digitized by Google

Vnde † concludi videtur quod etiam in hoc interdicto vſus itineris cũ 23
ſcientia vel patientia aduerſarij ſit allegandus. Neque obſtat d. l. fin. C. de præ-
ſcrip. long. temp. quia cum illa lex de longo ſaltem tempore loquatur & eius
reſpectu ſcientiam vel ignorantiam non requirat, conſequens eſt quod re-
ſpectu minoris temporis præſcriptio d. vetera iura ſtabiliat de quibus Couar.
d. n. 8. Vbi amplius quæritur † an ergo omnes vel ad minimum 30. actus poſ- 24
ſeſſorij ſunt probandi: Et ſufficere puto ſi citra contradictionem vel incorru-
ptionem de vſu itineris annuo & patientia tali quali conſtet vel appareat: &
quod præſumptio ſtet pro actore donec reus contrarium probauerit vi clam
vel precario poſſeſſum eſſe.

Sexto an etiam † pro vrbana ſeruitute ſimili diſcontinua ſeruitute in- 25
terdictum hoc competat? Et pro ſola ruſti. a ſeruitute competere nonnulli
aiunt, adeo vt pro vbana ne quidem vtile interdictum detur Coraſ. l. pen. n.
17. ff. de ſeruitut. per l. 1. §. 1. hoc tit. Vbi Vlpian. Hoc interdictum prohi-
bitorium eſt, pertinens ad tuendas ruſticas tantummodo ſeruitutes. Ruſticis
igitur ſeruitutibus tantummodo incluſis reliquæ omnes reperiuntur excluſæ
† per l. Lucius §. quæ habeat ff. ad Trebel. &c. Menoch. d. remed. 5. num. 72. 26
Verum non obſtat d. particula excluſiua, tantummodo: loquitur enim & in-
telligendum de ſolo directo interdicto non vero de vtili quod etiam pro vr-
banis diſcontinuis ſeruitutib. datur gloſ. & Bart. l. 1. §. 1. hoc tit. Et habemus
ſimile exemplũ non modo incluſi[uũ], ſed etiã præterea excluſiuũ in l. 1. §. nõ a-
12. De flum[i]nib. vbi etſi Vlp. hoc Interdictũ ex verbis eius ad ea tantũ flumina
publica pertinere ait, quæ ſunt nauigabilia: ad cætera non pertinere: At tamẽ
non obſtante illa cum reſtrictione tum excluſione manifeſtiſſima, quæ tamen
in hoc loco nulla eſt: Non iniquum eſſe Labeo ſcripſit, quod & Vlpian. ap-
probauit, etiamſi quid in eo flumine quod nauigabile nõ ſit fiat, vt exareſcat
vel aquæ curſus impediatur: vtile interdictum competere. Ne vis fiat ibid.
quia igitur & legis & ſocietatis humanæ ratio ipſa ſuggerit non eſſe iniquum,
vt etiam hoc Interdictum ad ſimiles diſcontinuas ſeruitutes vrbanas vtiliter
transferatur, præcipue cum pro illis ſingulare interdictum aliud non extet vel
prætor prodiderit, quod vtilem ſine dubio actionem inde competere voluit:
quid eſt quæſo quod pro extenſione vnius voculæ tantum, quæ in directo ſal-
tem Interdicto ſatis ſuperque operari poteſt & verificari, publicæ tranquilli-
tati quæ per vtile hoc interdictum magnopere iuuatur detrahamus? pro qua
noſtra ſententia validiſſime militant eadem ipſa iura quæ Coraſius pro ſe aſſu-
mere conatur: Nam etſi in l. actio negotiorum 47. in fin. actio directa & vti-
lis eundem effectum habere eiuſdemque poteſtatis eſſe dicitur: nuſquam
tamen inde efficitur, quod cum directum Interdictum ad ruſticas tantum ſer-
uitutes pertineat, propterea ad vrbanas vtile non poſſit vel debeat applicari.
Accedit quod † Tribonianus ſub perſona Pauli in extraordinarijs Iudicijs ad 27

quæ etiam Interdicta omnia teſte eod. in rubric. ff. de interd. ſunt red[illegible] [illegible]tuatum conceptionem non amplius obſeruari & iſthæ [illegible] hoditate [illegible]peruacuam eſſe teſtatur text. ſing. in l. 2. §. item Varus ſ. in fin. Quanquam tamen deficiat aq. æ pluu. æ arcendæ actio: attamen opinor vtilem actionem vel interdictum competere aduerſus vicinum, ſi velim aggerem reſtituere in agro eius qui factus mihi quidem prodeſſe poteſt, ipſi vero nihil nociturus eſt: hæc æquitas ſuggerit etſi iure deficiamus ff. de aq. & aq. pluu. arc. & text. in princ. Inſtit. de legit. patron. tutel. vbi Imp. ex lege 12 tab. libertorum & libertarum tutelam ad patronos liberoſque eorum pertinere ait: non quia nominatim in lege ea de hac tutela caueatur: Sed quia perinde eſt accepta per interpretationem, hoc eſt, vt Theoph. ait per intellectum, ac ſi verbis legis introducta eſſet.

28 Eadem Septimo † ratione in alijs etiam iuribus incorporalib. diſcontinuis hoc Interdictum obtinet: hinc recte Barth. ait quod in iſtis iuribus quæ habent cauſam diſcontinuam dicitur quis eſſe in q. poſſeſſione ſi illo anno vſus eſſet tempore ſufficienti, adeo quod ſi turbas nec poſſum tibi reſiſtere de facto licet quod intellige de iſto caſu, quo alias de facto licet reſiſtere: puta ſi Iudex non ſit ad manus, vel periculum in mora &c. Exemplo ſeruire poteſt ſi quis ius hauriendi, paſcendi, lignandi, venandi &c. in ſolo alieno ſuperiore anno habuerit idque non vi clam, vel precario, hic enim Interdicto experiri poterit per ead.

29 Vbi & hoc monere † placet quod peſſime DD. nonnulli contendunt ſeruitutes ruſtici prædij omnes diſcontinuas, vrbani vero prædii omnes con-
30 tinuas eſſe per l. ſeruitutes 14. ff. de ſeruitutib. & l. † foramen 28. ff. de ſeruitut. vrban. præd. Id enim falſum eſt per eandem l. foramen: quæ generaliter de omnibus prædijs, & non de ſeruitute, ſed de cauſa ſeruitutis continua loquitur, ſicuti & aquæductus itidem fit mentio, qui & ipſe cauſam continuam habere dicitur, licet ſeruitus ruſtica habeatur: Quemadmodū & vrbanæ tigni immittendi, oneris ferendi, projiciendi, poſitum habendi, proſpiciendi ſeruitutes, interruptam ſæpe & non ſemper continuam poſſeſſionem habent, non ſecus atq; ſeruitutes ruſticæ, quas vtraſque eo nomine æquiparat Iureconſultus in d. l. ſeruitutes 14. Sed iſthæc vti multa alia ſomnijs noſtrorum DD. ſunt aſcribenda: vnde tam perplexa & difficillima in multis noſtri iuris eſt ratio.

31 Eo adhuc obiter tamen obſeruando quod † pro ſeruitutib. vrbanis vtiliſſimum † etiam ſit interdictum Vti poſſideris, idque ipſum non modo vtile, ſi videlicet pro ipſa ſeruitute, ſed etiam directum ſi nimirum pro ipſa poſſeſſione principaliter eſt appoſita agatur per ea quæ ibid. dicemus.

32 Septimo hic notandum quod † peſſime DD. nonnulli, pro neceſſario huius Interdicti & ſic conſequenter omnium ruſticarum ſeruitutum requiſito ponunt, quod ei qui vti vult interdicto neceſſe ſit, vt habeat & ipſe fundum

iuxta

iuxta illum in quo aſſerit acquiſiuiſſe quaſi poſſeſſionem ſeruitutis; adeo vt etiam inter duo hæc prædia nullum ſit intermedium *Cæpol. de ſeruit. ruſt. præd. c. 1. n. 33. & multi alij DD.* quod eſt futile protſus & de nihilo: vnde & Barth. paulo extenſius & melius hoc tantum valere ait ſi nimirum commoditas fundi ſeruientis impediatur: ſatis ſi aliunde via haberi poſſit, puta quod via publica ſit in medio per quam poſſum tranſire dum venio ad hauriendum aquam è fundo tuo *Menoch. d. remed. 5. n. 29. & ſeq.* Nam per duo aut tria ſæpe miliaria quis ex ſua domo vel arce per alienum territorium proficiſcitur, ad ſiluam forte vel agros cuiuſdam vbi lignandi, venandi, fœnumue colligendi ius & ſeruitutem habet. Omnis quidem prædialis ſeruitus prædium requirit cui debeatur per vulgar. Sed prædium hic non modo fundum vel agrum, ſed etiam ædificia, domos, arces, villas complectitur: ita vt hic etiam debita ſeruitus prædialis dicatur & habeatur *text. l. 1. ff. com. præd. &c.*

Ex ex his facile eſt explicare † §. fin. l. Qui ſella. ff. de ſeruit. ruſt. præd. 33
vbi inquit ICtus: In medijs autem prædijs impedit ſeruitutem medium prædium quod non ſeruit. Hoc enim intelligendum eſt ſi nullum prædium nulla via ſit qua perueniri ad prædium vel fundum ſeruientem queat. Quemadmodum & ruſtica ſeruitus eſſe poteſt quæ non prædio ſed perſonæ debeatur: vt ſi ius eundi & agendi cohæreat non prædio ſed perſonæ dominanti Barth. d. l. fin. hic per l. 1. §. 43. de aq. quot. & æſt.

Quomodo autem ex altero † interdicti capite de itinere reficiendo 34
probandum ſit ius ſeruitutis dubitari poteſt & ex ijs quæ modo dicta ſunt apparet veram eſſe Doctorum ſententiam docentium eaſdem & ſimiles quæ in actione confeſſoria probationes requiri adeo vt ſuccumbente eo qui interdicit iudicio confeſſorio quod impropriè petitorium nonnulli vocant non amplius experiri queat pro ſeruitute itineris *DD. vt apud Menoch. d. remed. n. 122. & ſeq. & text. expreſ. d. l. 3. §. 13. in fin.* Neque debere eum in alieno permitti id moliri vel reficere: niſi vere habeat ſeruitutem hoc iter. Si igitur vere hoc eſt plene & perfecte de iure ſeruitutis docere debet, quod etiam per longi temporis præſcriptionem vel longæ poſſeſſionis prærogatiuam fieri poteſt *d. l. apparet §. 3. eod.* Conſequens eſt quod abiudicatam ſemel ſeruitutem nouo confeſſoriæ litigio reſuſcitare nequeat, ſecus eſſet ſi actor ipſe interdicturus non ex hoc ſecundo, ſed ex primo ſaltem capite ſuccumbat: vel ſi reus conuentus ſaltem abſoluatur; Etſi enim tunc forte ſatis non probauit actor, vnde & reus abſolutus eſt, attamen fortioribus ille rationibus forſan conquiſitis, & poſtmodum interdicto vti non prohibetur DD. vt apud Menoch. d. rem. num. 115.

Quod ſi autẽ vſutus † hoc interdicto, ex altero eius capite de reficiẽdo 35
prius agat & ſuccũbat: an nihilominus ex primo adhuc agere poſſit pro tuẽda poſſeſſione vel quaſi? & non poterit; niſi enim vtramque rem doceat & ſe

anno

Digitized by Google

anno vel ex Vlpiani interpretatione 30. diebus vſum eſſe, & ſeruitutem ſibi competere, alterutro deficiente, deficit & interdictum text. d. l. 3. §. 13. hoc tit. Eademque eſt ratio ſi confeſſoria prius agendo ſuccumbat, tunc enim omnem prætenſæ ſeruitutis cauſam amittit etiam quoad interdictum: obſtat enim rei iudicatæ exceptio: per rationem Barth. quod quando illud quod examinatum fuit in primo iudicio venit examinandum & in ſecundo eſt doctrina Barth. in l. 2 §. 1. n. 3. ff. vi bon. rapt. & l. prætor edixit §. 1. de iniur. quem
36 poſt Rubeum ad Vulgatiſſimum §. nihil commune refert & probat † Menoch. d. rem. 5. num. 126. per l. Si quis cum totum §. plane & §. Si ancillam ff. de Except. rei iud. quæ ſententia vel potius accommodatio Menochij ſi eſt vera eam quam paulo ante ex eod. remedio ſub num. 115. allegauimus eadem ratione concidere oportet: Vtrobique enim eadem quæſtio inter eaſdem perſonas agitatur licet diuerſo genere iudicij vel actionis vbi ſemper obſtat rei iudicatæ exceptio text. expreſ. l. de eadem 5. & d. l. Si quis 7. §. Et generaliter 4. d. tit. neque iuuat Menochium quod ibid. ſub n. fin. contra Rubeum defendere conatur: Abſolutoriam rei conuenti ſententiam in actione confeſſoria, non impedire quo minus ex ſecundo capite huius Interdicti agere liceat; per rationem quod fieri poſſit, vt actor ius non habeat in confeſſoria, vt quia titulum non probauit: & tamen ſibi Interdictum competat, cum ſolum vſum probare valeat; quod non ſequatur quod ſi id quod maius probari nequeat, propterea & id quod minus eſt probari non poſſe; Nam in hoc errat & ſibi non conſtat D. Menoch. quod in hoc Interdicti capite ſolum vſum probare ſufficere ait; Vſus enim probatio primi Interdicti capitis eſt, quo de annua poſſeſſione vel quaſi agitur, ad alterum vero caput ius ſeruitutis eiuſque legitima probatio vere deſideratur per ea quæ Vlpian. d. l. 3. §. 13. hoc tit.

De Aqua quotidiana & æſtiua.

TIT. XI.

SVMMARIA.

1 *Interdictum de Aqua quotidiana & æſtiua triplex eſt.*
2 *Verba Prætoris in primo Interdicto.*
3 *Verba Prætoris in ſecundo Interdicto.*
4 *Verba Prætoris in tertio Interdicto.*
5 *Quæ ſit aqua quotidiana.*
6 *Quæ ſit æſtiua aqua?*

7 *Ex*

Digitized by Google

7 *Ex propoſito vtentis, & ex natura locorum aqua quotidiana ab æſtiua diſcernitur.*

8 *De aquis tam quotidianis quam æſtiuis loquitur hic Prætor: quæ ſiue calidæ ſiue frigidæ, & perennes ſint, & duci poſſint: ſiue ducantur ad irrigandum agrum: ſiue in prædia vrbana, ad quemcunque vſum commodumque noſtrum.*

9 *Etſi Trebatius exiſtimauit, cum amplior numerus pecoris ad aquam appelletur, quam debet appelli: poſſe vniuerſum pecus impune prohiberi, Marcellus tamen ait, ſi hoc in caſu plura pecora appulerit, non in omnibus pecoribus prohibendum: l. 1. §. 18. ff. eod.*

10 *Explicatio & intellectus l. fin. ff. eod.*

11 *Sicut in dubio partes cenſentur iure totius; ita econtra in dubio, ipſa inter ſe partes eodem iure cenſentur, niſi aliud probetur & appareat.*

12 *Non tam pronum eſt argumentum à prædio feudali, ad quodcunque, forſan allodiale, quam econtra.*

13 *Quæritur ſi dominus fundi, in quem iure vel ſeruiente vel dominante aquæductum habet, confinem agrum emerit: & poſtea huius quoque agri vel fundi empti nomine velit aquam ducere, an Interdicto recte vtatur, vicino forſan reluctante.*

14 *Differt Interdictum de aqua quotidiana, ab illo, quod eſt de æſtiua, ratione temporis, deductæ poſſeſſionis vel quaſi: quod latius hic explicatur.*

15 *Hoc de aqua æſtiua Interdictum, non ad præſentem, æſtatem, quod hieme aqua non vtamur: ſed ad priorem æſtatem, vti ab æquinoctio verno incipere, & æquinoctio autumnali, ſenis nimirum menſibus finiri ſolet, ſeſe refert.*

16 *Quæritur ſi quis ante annum aquam duxit; deinde ſequenti tempore, hoc eſt, intra annum aqua influxerit ipſa ſibi, me non ducente: an huic Interdicto locus ſit.*

17 *Si iure aqua non debetur alicui: ſi tamen iure ducere ſe putauit: cum non in iure ſed in facto errauit: is hoc Interdicto vti poterit: ſufficit enim ſi iure ſe ducere putauit, nec vi, nec clam, nec precario duxit.*

18 *Tertium de aqua ex Caſtello interdictum, etſi ipſum quoque circa aquam quotidianam vel & æſtiuam verſatur: Tamen à prioribus duobus Interdictis differt ratione originis tam aquæ quam iuris: quod latius hic explicatur.*

19 *Aqua huius tertij Interdicti non iure ſeruitutis à capite, fonte, vel flumine ipſo: ſed iure permiſſionis ex caſtello ducitur.*

Aquam caſtellariam non tantum ex caſtello: ſed & riuo, vel alio publico

vbi illa recolligatur, ducere licet, daturque interdum: Idque à Principe conceditur: alij nulli compe it ius aqua danda.

20 *Hoc tamen iampridem omnibus vbicunque Magiſtratibus competit: tam ipſius Principis permiſſu quam antiqua conſuetudine.*

21 *Reſpectu iuris hoc de aqua caſtellaria interdictum differt à prioribus in eo, quod hac mere ſint poſſeſſoria: illud proprietatis quoque cauſam continet.*

22 *Menochius in hoc Interdicto ſolam quaſi poſſeſſionem ducendi aquam non ſufficere generaliter ait: ſed etiam fore neceſſarium de iure ſeruitutis ipſo, & de titulo oſtendere. Contrariam tamen opinionem etiam Franciſci à Ripa autoritate, veriorem arbitratur Author: aliaq; ad id probandum argumenta adfert.*

23 *Princeps aquaductum aſſignare poteſt non tantum iure proprietatis: ſed etiam iure precarij, vel mera & nuda conceſſionis.*

24 *Duo iſta Interdicta, de aqua quotidiana & aſtiua, non minus quam Vti poſſidetis & ſimilia Interdicta, qua ſunt de poſſeſſione vel quaſi: praparatoria ſaltem ſunt: qua vbi deſierunt, incipit actio ſecunda.*

25 *Ius aqua caſtellaria titulo aſſignationis & legitima conceſſionis conſtare oportet, non ſola inſiſtentia & exiſtimatione competentis poſſeſſionis, vt in prioribus interdictis.*

26 *Ad intellectum l. pen. ff. eod. pertinentia.*

27 *Competit hoc interdictum aduerſus eum qui prohibet me aquã ducere: & nihil intereſt vtrum quis dominium fundi habeat an non.*

28 *Sicut ceſſionarius hoc interdictum competit: Ita econtra ſi quis hoc ceſſerit, ne liceat ſibi aquam quarere, ea ceſſio valet.*

29 *Non ſolum temporibus, ſed etiam menſura aqua diuiditur.*

30 *Si inter eos quibus aqua ducenda ius eſt, non conuenerit quemadmodum vtantur: non erit iniquum, vtile iudicium reddi: ſicut inter eos ad quos vſusfructus pertinet, vtile communi diuidundo iudicium reddi plariſq; placuit.*

31 *Quaritur an Interdictum inter eos reddi poſſit.*

32 *Quaritur porro, ſi aquam ex flumine publico duxeris, & flumen receſſerit, an poſſis ſubſequi flumen.*

33 *Quaſitum eſt, an is qui aqua ducenda ius habet poſſit fiſtulam in riuo ponere, vel aliud quidpiam facere ad aquaductus ſui commoditatem?*

34 *An idem in Caſtellaria quoq; liceat, praſertim ei, qui alias quotidianum ducendi ius habet? cuius res exempla ibi referuntur.*

35 *Quaſitum fuit, An aquam quotidianam quam antea pro libitu per famulos vel ancillas ad vſus neceſſarios ex flumine vel aquagio publico haurire ſolitus es: poſſis nuſſo forſan ſubterraneo, ſed tamen inuolcro alias canali ligneo aut plumbeo, deriuare ac ducere.*

Digitized by Google

36 *Quæſtio incidit: An quis fontem, vel canalem vel caſtellos quos foris habet, ita vt & vicini hactenus aquam inde haurire potuerint: tollere, & in ædes vel hortum locumue priuatiorem reponere queat, inuitis forte vicinis?*

37 *Explicatio tit. Codicis, de aquæductu lib. 11.*

38 *Species quædam facti refertur.*

39 *An pro neceſſario requiſito obſeruandum ſit vt is qui interdicto de aqua quotid. & æſtiua vti vult: ſemel tantum duxerit.*

40 *Mirum videri poſſe, quare Prætor annum ſaltem interdictis complectatur: Ac Vlpianus interpres ex mente Prætoris eundem annum triginta actibus: vel vt hic, vnico ſaltē dicat compleri poſſe. Et ratio eius ibi redditur.*

41 *Caſus quidam de facto contingens refertur.*

42 *Explicatio ad intellectum leg. 1. §. præterea ff. hoc titulo, faciens.*

43 *Hæc Interdicta præcipue ſunt Inhibitoria: ſed interdum & reſtitutoria ſunt ſi videlicet quid factū ſit, quo aquæductus corrumpatur deteriorue fiat.*

44 *Quæri poteſt an Interdictum de aqua quotidiana & æſtiua, ad ſimiles quoque ſeruitutes forte etiam vrbanas, continuatis ſui cauſam habentes, vtiliter & recte transferatur?*

De Aqua quotidiana & æſtiua.

Tit. XI.

Atque iſta Interdicti de Itinere actuque priuato exegeſis eſto: ſequitur
iam ſub tit. ſeq. 20. Interdictum † De Aqua quotidiana & æſtiua: Idq; 1
triplex: † primo ait prætor: Vti hoc anno aquam qua de agitur non vi non 2
clam non precario ab illo duxiſti, quo minus ita ducas vim fieri veto l. 1. hoc
tit. in princ. † Deinde ait prætor: vti priore æſtate aquam qua de agitur, nec 3
vi nec clam nec precario ab illo duxiſti, quo minus ita ducas, vim fieri veto §.
29. ibid. Tertio † ait Prætor: Quo ex caſtello illi aquam ducere ab eo cui eius 4
rei ius fuit, permiſſum eſt, quo minus ita vti permiſſum eſt ducat, vim fieri veto: quandoq; de opere faciendo interdictum erit damni infecti caueri iubebo, §. 38.

Quoniam igitur primum Interdicti caput de aqua quotidiana agit, alterum de æſtiua, tertiū de caſtellaria, ſeu ea quæ ex caſtello ducitur: propterea quæ cuiuſq; propria & ſingularia item quæ omnium cōmunia ſint videbimus:
Aqua † quotidiana eſt, quæ aſſidue duci poteſt vel æſtiuo tempore vel hyber- 5
no; etiamſi aliquando non ducatur nec quotidie ea quis vtatur vel & ſeruitus
intermiſſione temporis diuiſa eſt d. l. 1. §. 2. & ſeq. † Æſtiua autem ea eſt qua 6

æſtate ſola vti expedit, ſicuti dicimus veſtimenta æſtiua, ſaltus æſtiuos, caſtra æſtiua: quibus interdum quidem & hieme plærunque tamen æſtate ſola vtamur; ita vt quotidiana ab æſtiua vſu tantum differat non iure: Vnde etiam
7 † probandum ex propoſito vtentis & ex natura locorum aquam quotidianã ab æſtiua diſcerni; nam ſi ea ſit aqua quæ perpetuo duci poſſit, ego tamen ſola æſtate vtar, dicendum eſt hanc aquam eſſe æſtiuam, non ſecus ac ſi natura loci eſſet vt ſola æſtate duceretur d.l.1.§ 3 & l. 6. eod.

8 Ac de aquis † tam quotidianis quam æſtiuis loquitur hic prætor, quæ ſiue calidæ ſiue frigidæ, & perennes ſint, & duci poſſint, ſiue ducantur ad irrigendum agrum, ſiue in prædia vrbana, ad quemcunq; vſum commodumq; noſtrum d.l.1. §. 5. cum ſeq. & §. 11. & ſeq. ſiue intra vrbem ſit aqua ſiue extra vrbem d.l.1.§.14. dummodo ducatur aqua ſicut hoc anno ducta eſt, eodẽ modo, & via: alias enim impune vis fiet ibid. §. 15. Adeo vt ſi quis aquæ quã hoc anno duxit aliam aquã admiſcuerit, vt ſc. in fundum, ſeruientem, vberior vel exundantior decurrat, in tota aqua recte prohibeatur, quod aqua diuidi facile nequit §. 17. Quod aliter eſt ſi amplior numerus pecoris ad aquam appellatur
9 quam ius eſt appellendi: etſi enim Trebatius † exiſtimauit; cum amplior numerus pecoris ad aquam appelletur quã debet appelli: poſſe vniuerſum pecus impune prohiberi: quia iunctum pecus ei pecori, cui adpulſus debeatur, totũ corrumpat pecoris adpulſum; Marcellus tamen ait, ſi quis ius habens pecoris ad aquam appellendi, plura pecora adpulerit, non in omnibus pecoribus eũ prohibendum. quod eſt verum, quia pecora ſeparari poſſunt. §. 18. Item ſi diurnarum, aut nocturnarum horarum æquæductum habeant: non poſſum alia hora ducere, quam qua ius habeam ducendi. l. 2. ibid.

10 Hinc quod Scæuola in l. fin. † paulo generalius, ſi per fundũ, iter aquæ debetur, quicunq; vult, in eo riuum facere licere ait, ex l. 9. ff. ſeruit. ciuiliter explicandum & reſtringendum eſt: quemadmodum l. finalis eatenus tã generaliter loquitur, quatenus iter aquæ debetur quacunque quis vult. Vnde & Labeo dicit, omnes partes illius fundi, in quẽ loci aqua ducitur, eiuſdem numero eſſe. Ergo & ſi forte actor confinem agrum emerit, & ex agro, in quem hoc anno aquam duxerit, poſtea fundi empti nomine velit aquam ducere: ita demum eum recte hoc interdicto, vt de itinere actuque, vti putant: vt ſemel in ſuum ingreſſus inde egredi, qua velit, poſſit: niſi ei nocitum ſit, ex quo aqua ducit d.l.1.§.16. Cuius §. vti difficilis ea eſt explicatio: Quod fundi dominantis vel & ſeruientis partes omnes eiuſdem partis nomine hoc eſt eadem conditione, & eodem iure cenſeantur, noua fundo debita ſeruitus, omnib. partibus eius debetur. d.l. fin. l. 13. §. 1. l. 3. §. fin. in pr. l. 26. de ſeruit.

Vnde vtiliſſimũ axioma logicũ extruitur, ab Euerardo plane omiſſum:
11 Quod ſicut in dubio † partes cenſeantur iure totius, ita & econtra, in dubio, ipſas inter ſe partes, eodẽ iure cenſeri, niſi aliud prohibeatur & appareat: vt de

ſi vnius

ſi vnius eiuſdemque pagi prædium vnum vel alterum ſit allodiale, vel collectab 'e, & tributo ciuitatis vel acciſæ obnoxium, eodem igitur iure & reliqua prædium cenſebitur, niſi contrarium doceatur: quod in prædiis eadem appellatione contentis, tanto magis obtinere debet, quod etiam à vicinis prædiis argumentum procedat: per l. Seiæ §. Tyrannæ, de inſtruct. vel inſt. leg. quatenus ſcilicet præſumptio & fauor iuris ſtat pro eo prædio, à quo argumentari volumus: Neq; enim † à prædio feudali tam pronum eſt argumentum, ad quodcunque aliud, forſan allodiale, quam econtra per ea quæ Hier. de mont. tract. fin. reg. c. 96. & Menoch. de præſ. lib. 3. præſumpt. 91. per tot. 12
Quærit ergo Labeo, ſi dominus † fundo, in quem iure vel ſeruiente vel dominante aquæductum habet, confinem agrum emerit, & poſtea huius quoque agri, vel fundi empti nomine, velit aquam ducere, an interdicto rectè vtatur, vicino forſan reluctante? Et non recte vti putant, niſi & quatenus aqua ſemel iam ducta, & ſic quaſi poſſeſſio acquiſita eſt, cum ſit hoc interdictum retinendæ poſſeſſionis: qualiter & interdicto de itin. actuque priu. nemo recte vtitur, niſi & quatenus quis, ſemel in ſuum ingreſſus, inde egredi, qua velit poſſit: Attamen niſi vicino noceatur, & emptor alias aquæductus fluxum & decurſum habuit, quem pro re vſuque, in ſuo mutare poteſt: ratione iſtius defluxus liberi, vtile interdictum competere Labeo intendit: quemadmodum & recte idem tradidit ex meo aquæductu poſſe me vicino commodare, quatenus ſcilicet alteri vicino nihil noceatur, alias enim contraria Proculi ſententia verior eſſet text. l. 24. de ſer. præd. ruſt. 13

Differt autem interdictum † de aqua quotidiana, ab illo, quod eſt de æſtiua, ratione temporis deductæ poſſeſſionis; vel quaſi: illud enim de aqua quotidiana interdictum quaſi poſſeſſionem vel vſum conſiderat præſentis anni; Vti hoc anno aquam duxiſti: qui, vt videtur exemplo ſuperioris interdicti, retrorſum ex die interdicti numerandus: non quod toto iſto anno, vel quotidie, vel & triginta, vt in ſuperiore interdicto, diebus, te ſeruitute vſum eſſe requiratur: Sed ſufficit hoc anno; eiuſque vel vna die, vel nocte vſum eſſe d. l. 1. §. 4. & §. item quæſitum 22. & §. 31. Hoc autem de aqua æſtiua interdictum, † non ad præſentem æſtatem, quod hieme aqua non vtamur, ſed ad priorem æſtatem vti ab æquinoctio verno incipere & æquinoctio autumnali ſenis nimirum menſibus finiri ſolet, ſeſe refert: facta comparatione duarum æſtatum: propter hoc ſi æſtate interdicatur, nonnunquam annus & ſex menſes retro numerabuntur: Et proinde ſi hieme interdicatur, etiam in biennium hæc res extendetur d. §. 31. & quatuor ſequentib. Vnde qui hac æſtate duxit non ſuperiore, vtile interdictum habet, §. 36. Quemadmodum & ei hoc competit, qui hyeme tantum aquam ſolitus fuit ducere §. 35. Vtile puta interdictum de aqua æſtiua, non vere quotidiana: Ita vt hybernæ aquæ eadem ratio vtiliter habeatur, quæ æſtiuæ & text. de his omnibus in lege in- 14 15

16 terdicto 6. Quæſitum eſt: † ſi quis ante annum aquam duxit, deinde ſequenti tempore, hoc eſt intra annum, aqua influxerit ipſa ſibi, me non ducente: an hoc interdicto locus ſit, & refert Seuerus Valerius, competere hoc interdictum, quaſi duxiſſe videatur: licet penitus proſpicientibus non videtur iſte duxiſſe, d.l.1.§.21. Et qualiter ſit conſtitutum ius aquæ: dicendum eſt, hoc interdictum locum habere. Sed etſi iure † aqua non debetur alicui: ſi tamen
17 iure ducere ſe putauit, cum non in iure, ſed in facto errauit: dicendum eſt, eoque iure vtimur, vt interdicto hoc vti poſſit. ſufficit enim, ſi iure ſe ducere putauit, nec vi nec clam nec precario duxit, §.9.10.

18 Tertium autem de aqua ex caſtello † interdictum, etſi ipſum quoque circa aquam quotidianam vel & æſtiuam verſatur: tamen à prioribus duobus interdictis differt ratione originis tam aquæ quã iuris: Aqua .n. quotidiana & æſtiua, iure ſeruitutis à capite, nõ aliunde ducitur: Et caput aquæ illud eſt vnde aqua naſcitur: puta fons ſi ex fonte, vel ſi ex flumine aut lacu aqua naſcatur, prima incilia aut principia foſſarũ, quibus aquæ ex flumine vel ex lacu in primum riuum communem pelli ſolent: plane ſi aqua ſudoribus manando, in aliquem primum locum effluere atque ibi apparere incipit: eius hoc caput dicemus, vnde primum emergit, d.l.1.§.7.& 39.& ſeq.& text.ſing.l.aquam 16.ff.Quemad.ſeruit.amit.quamuis & aliunde ex quocunque loco commodo ſeruitus aquæ ducendæ conſtitui cœpit teſte Paulo l.ſeruitus 9. de ſeruit. ruſt.præd.

19 Aqua igitur tertii huius † interdicti non iure ſeruitutis, à capite, fonte, vel flumine ipſo, ſed iure permiſſionis ex caſtello ducitur: quod eſt receptaculum ad id factum paratumque, vt aquam publicam ſuſcipiat: eo vt inde aquæductibus, qui & ὑδραγωγία & aquaria, eorumque fiſtulis & canalibus ad vſum & neceſſitatem deriuari poſſit, d.§.38.39.& ſequent.l.19.ff.de ſeruit. vrb.præd.l.2.ff.com.præd.l.41.§.1.de leg.1.vbi caſtelli dicuntur in genere maſ.l.2.C.Theodoſ.de aquæduct.vbi dicitur conceptaculum, Feſtus diuidiculum nominat, quod aquæ ex caſtello diuidantur. Quin aquam caſtellariam, non tantum ex caſtello, ſed vel ex riuo, vel ex quo alio loco publico, vbi illa recolligatur, ducere licet, dandumque interdictum d.l.1.§.40.& ſeq. Idq;
20 à principe conceditur, alii nulli competit ius aquæ dandæ §.42. quamuis † iam pridem illud omnibus vbicunque magiſtratibus competere certum eſt: tam ipſius principis permiſſu, quam antiqua conſuetudine: qua & aquæductus iure conſtituti rectiſſime habentur l.3.§.ductus aquæ cuius origo memoriam exceſſit iure conſtituti haberi hoc erit, quod eſt intelligendum de iure digeſtorum: cum hodie longo tempore ſeruitutes præſcribantur contra priuatos l.fin. C.de præſ.long.temp.

21 Vnde apparet, quod reſpectu iuris, † hoc de aqua caſtellaria interdictũ differat à prioribus, in eo, ꝙ hæc mere ſint poſſeſſoria illud proprietatis quoq;

cauſam

cauſam contineat. Menochius † quidem in hoc quod ſextum ille ponit reti- 22
nendæ poſſeſſionis remed. n. 11. ſolam quaſi poſſeſſionem ducendi aquã non
ſufficere generaliter ait, ſed etiam fore neceſſarium de iure ſeruitutis ipſo & de
titulo oſtendere, per d. l. 1. §. ſed etſi iure 10. & §. Ariſt. 19. & §. fin. h. t. & per l. ſi
quis diuturno: ſi ſeru. vendic. ſed veriſſima eſt ſententia, cum aliorum, tum &
quem errare is male aſſerit Franciſ. à Rip. in l. quominus n. 89. ſup. de flumin. ꝙ
nimirum eadem ſit ratio poſſeſſionis vel quaſi in hoc interdicto, de aq. quot.
& æſt. quæ prioris capitis fuit in ſuperiore interdicto de itin. actuque. Primo
enim ſatis liquet quod omnia interdicta eo præcipue comparata ſunt, ne via
facti publica tranquillitas offendatur, ſed vt iure agatur aduerſus quemcunq;
& qualemcunq; poſſeſſorem: deinde quod ſolus poſſeſſionis effectus eſt in-
terdictorum edituus, præcipue in cauſis ſeruitutum, vti ait Contard. q. fin. ad
l. vn. C. ſi de mom. poſ. ad quod tertio accedit ab eodem allegata l. 1. h. tit. & l.
1. de itin. actuq; l. quot es fin. ibi: ego puto vſum iuris, id eſt, ſeruituris, pro tra-
ditione poſſeſſionis accipiendum eſſe: ideoq; & interdicta veluti poſſeſſoria
conſtituta ſunt, ff. de ſeruitut. Et quarto pro cõmuni DD. in hoc eod. interdi-
cto ſententia, faciunt contra Menochium eadem quæ pro ſe aſſumere voluit.
Expreſſe enim Vlp. d. §. 9. qualiter inquit, hoc eſt qualitercunq; conſtitutũ ſit
ius aquæ, dicendum eſt hoc interdictum competere & §. Ariſt. 19. Eum demũ
interdictum hoc habere dicitur, qui ſe putat ſuo iure vti non eum qui ſcit ſe
nullum ius habere & vtitur, contra huiuſmodi enim notorie & confeſſo ini-
quiſſimum detentatorem nullius interdicti remedium patebit: quemadmo-
dum & id quod etiam prædonem ante omnia reſtituendum aiunt, tunc demũ
valet ſi ad ius ſuum prouocet & ſe ius habere dicat. Quinto expreſſe nobis
ſuffragatur d. §. fin. Memin. ſſe autem debemus in hoc interdicto totam quæ-
ſtionem finiri aſſignationis; non enim præparat hoc interdictum cauſam, vt
ſuperiora interdicta nec ad poſſeſſionem temporariam pertinet, ſed aut habet
ius aſſignatum ſibi aut non habet, & interdictum totum finitur l. 1. h. tit. qui §.
ad aquam quotidianam & æſtiuam nequaquam applicandus eſt, cum de ſola
Caſtellaria loquatur: quemadmodum & vocabulum aſſignationis, non mo-
do de proprietate ſtricte accepta intelligendum eſt, vt vult gloſ. & alii, ſed de
titulo aſſignationis vel conceſſionis principalis, quem is allegare tenetur, qui
interdicti huius tertii, de aqua Caſtellaria auxilium implorat, aliud enim eſt
ius conceſſionis aſſignationis, permiſſionis, aliud proprietatis. Et poteſt aſſi-
gnare princeps † aquæductum non tantum iure proprietatis, puta ſi forſan 23
per publicum ducat, & ita tanquã proprium aliud immobile donet, vendat,
& tribuat; ſed poteſt etiam aſſignare iure precarii, vel meræ, & nudæ conceſ-
ſionis: vnde & in hoc ſolo de aqua Caſtellaria capite titulus, aſſignationis ni-
mirum probandus eſt, quo tota controuerſia finitur. In reliquis duobus ſim-
plicem aquæ quotidianæ & æſtiuæ poſſeſſionem probare ſufficit: quod cauſa
proprietatis in eis nulla addit, vt recte etiam Contard, d. quæſt. fin.

Digitized by Google

Vnde & contra d.ſententiam † iſta duo interdicta de aq. quot. & æſtiu.
24 non minus quam vti poſſidetis & ſimilia interdicta, quæ ſunt de poſſeſſione
vel quaſi, præparatoria ſaltem ſunt, quæ vbi deſierunt, incipit actio ſecunda,
per l. fin. C. quor. bon. quæ & principalis actio dicitur, l. nulli, C. de iudic. l. ſi
quis C. ad l. Iul. de vi.

Ius ergo aquæ Caſtellariæ † titulo aſſignationis & legitimæ conceſſio-
25 nis conſtare oportet, non ſola inſiſtentia & exiſtimatione competentis poſ-
26 ſeſſionis: vt in prioribus interdictis text. expreſ. l. † pen. 7. hoc tit. *cuius l. prior*
pars. Si de itinere, actu, aquæductu agatur: huiuſmodi cautio præſtanda eſt,
quamdiu quis de iure ſuo doceat, non ſe impediturum agentem, & aquam
ducentem, & iter facientem, Quod ſi neget, ius eſſe aduerſario agendi, aquæ-
ducendæ: cauere ſine præiudicio amittendæ ſeruitutis debebit, donec quæ-
ſtio finietur, non ſe vſurum, cuius l. prior pars explicatu faciliſſima eſt, quod ſci-
licet reus cautionem præſtare teneatur de non amplius moleſtando, quam-
diu & donec actor de iure (poſſeſſionis, non proprietatis) doceat, per ead. &
l. 1. ff. Vti poſſid. l. 69. §. 1. ff. de vſufr. l. 15. de noui op. nunc. ſed poſterius mem-
brum intricatius eſt: Ecquid enim ob ſolam aduerſarii negatoriam, cauere
debeo me non vſurum, donec quæſtio finiatur? Et hoc intelligendum eſt,
quatenus omni poſſeſſione ſeruitutis deſtituor: ita vt aduerſarius præſum-
ptionem & poſſeſſionem libertatis pro ſe habeat, donec ego contrarium pro-
bauero.

Vnde nunc intelligere eſt, quibus & contra quos interdictum detur:
vbi & alia notanda, quæ ſub cap. generali, Quibus & contra quos interdicta
reddantur diximus, & hic habentur in d. l. 1. d. §. 10. 20. 24. & ſequentib. & §.
27 37. Et competit † hoc interdictum aduerſus eum, qui prohibet me aquam
ducere, & nihil intereſt, vtrum quis dominium fundi habeat, an non: nam
etſi ſeruitus cæpit, aduerſus quemuis poſſe vindicari certum eſt, d. l. 1. §. 25.
Quin ſi inter riuales (id eſt, qui per eundem riuum aquam ducunt) ſit con-
tentio de aquæ vſu, vtroque ſuum eſſe contendente: duplex interdictum v-
trique competit, §. 26. Rectiſſime Labeo putat, per hoc interdictum prohibe-
ri quem, ne quid in illo fundo faciat, fodiat, ſerat, ſuccidat, putet, ædificet,
qua ex re ea aqua, quam ille hoc anno per fundum tuum ſine vitio duxit, in-
quinetur, vitietur, corrumpatur, deteriorue fiat, & ſimiliter de æſtiua aqua
28 debere interdici ait, §. 27. Et † ſicut ceſſionariis hoc interdictum competit
l. Lucia 4. hoc tit. Ita & econtra ſi quis hoc ceſſerit ne liceat ſibi aquam quæ-
29 rere, ea ceſſio valet d. l. 1. §. 28. Quemadmodum conſtat † non ſolum tempo-
ribus, ſed etiam menſuris aquam diuidi l. 5. hoc tit. ſicut & plures ex flumine
30 aquam ducere poſſunt, ita tamen vt vicinis non noceat l. 3. §. 1. At ſi † inter eos
quibus aquæ ducendæ ius eſt, non conuenerit, quemadmodum vtantur, &
non erit iniquum, vtile iudicium reddi, ſicut inter eos, ad quos vſusfructus
pertinet,

Digitized by Google

pertinet, vtile communi diuidundo iudicium reddi plæriſque placuit, d. l. 4.
l. 13. § 3. de vſufr. l. 7. §. 7. Digeſt, com. diu, ſed an interdictum † inter eos reddi 31
poſſit? Et non poſſe videtur, cum vterque poſſideat; ſed verius eſt poſſe, non
quidem, vt alteri ſoli, ſed iuxta æquã poſſeſſionis rationem vtriq; interdicatur
ratione ſcilicet ſcandali vel armorũ & turbationis. Quid ſi aquam † ex flumi- 32
ne publico duxeris, & flumen receſſerit: an poſſis ſubſequi flumen? Et non
poteris, quatenus ei loco ſeruitus impoſita non ſit, quamuis is locus meus ſit:
Sed ſi alluuione paulatim acceſſerit fundo tuo: ſubſequi potes: quia locus to-
tus fluminis ſeruiat ductioni. Sed ſi circum fluere cœperit mutato alueo: non
potes: quia medius locus non ſeruiat, interruptaque ſit ſeruitus, l. 3. §. 2. Vbi
quæſitum † an is, qui aquæ ducendæ ius habet, poſſit fiſtulam in riuo ponere, 33
vel aliud quidpiam facere ad aquæductus ſui commoditatem? Et in cottidia-
na poſſe ait Pompon. dummodo ne fundum domino, aut aquagium riuali-
bus deterius faciat, §. is qui, ibid, ſed an idem, † in aqua æſtiua liceat? Et cum
ea non omni tempore ducatur: ſtatim apparet, quod immiſſis fiſtulis quoti-
die duci, & ſic alterius conditio deterior fieri non poſſit: Sed an in † Caſtel- 34
laria liceat, præſertim ei, qui alias quotidianum ducendi ius habet? Et non
vnam hoc nomine inter vicinos controuerſiam vidi: cum enim quis poſti-
culum ligneum quem hactenus præ foribus proſtantem, & aquam ex ca-
nali ſubterraneo communi, per tubulum, eo circumacto profundentem ha-
buerat, tolleret, & poſitis aquagiculis plumbeis ad focum, ad balnea, aliaque
loca, vbi lauandi coquendi ius ratioque eſſet, aquã deriuaret, vicini negocium
faceſſebant veterẽ aquæ ducendæ morem non eſſe mutandum: Ille econtra,
nihil immutari, quoad aquæductum communem, ſed in ſuo tantum commo-
diorem habendi aquas rationem inſtitui, quæ non modo plus aquæ, quam
antea duxiſſet, non requireret, ſed etiam parſimoniam aquæ maiorem habe-
ret, de eo tantum agi, vt poſitis ac immiſſis canaliculis commodiore aquædu-
ctu vteretur. Et vicini reddito interdicto, non modo moleſtia abſtinere, ſed
fractos etiam actori canaliculos reparare recte iubebantur, per l. ſi quis inten-
tam & tot. tit. C. Vnd. vi. Ita quæſitum eſt, an aquam † quotidianam, quam 35
antea pro libitu per famulos vel ancillas ad vſus neceſſarios, ex flumine vel a-
quagio publico, haurire & apportare ſolitus es, poſſis, miſſo forſan ſubterra-
neo, ſed tamen innocuo alias canali ligneo aut plumbeo, &c. ducere ac deri-
uare? Et quatenus nullum vertitur vicinorum vel riualium præiudicium aut
intereſſe, ex d. §. 5. & §. fin. non impediendum eſſe efficitur: cum faciles eſſe
oporteat in concedendo eo, quod alteri proſit, tibi nihil officiat, quamuis in-
uſitata hactenus nouitas ſæpe ſit offendiculo, iſthic præſertim loci, vbi aqua-
rum eſt penuria cum ex nimia priuata commoditate, aquarum profuſionem
oriri iudicatur. Vbi & illa quæſtio non prætereunda: An † quis fontem vel 36
canalem, vel Caſtellos quos foris habet, ita vt & vicini hactenus aquam inde

An vero pro † neceſſario, hic requiſito obſeruandum ſit, vt is qui inter-
39 dicto de aq.quor,& æſtiua vti vult, ſemel tantum duxerit: ita expreſſe & cla-
re poſt alios. Menoch.d.hoc rem.num.15. Sed ridiculum mihi hoc requiſi-
tum eſſe videtur Quid ſi enim quis vel in ſuperiore vel hoc interdicto non
tantum tricies, vel ſemel, ſed centies imo millies, idque à decem, viginti vel
amplius annis, vſus ſit itinere, actu aquæductu, & poſtmodum in poſſeſſione
vel quaſi vis fiat num propterea interdictorum auxilia non habere dicemus?
Nequaquam: ſiquidem enim prætor eum, qui hoc anno tricies vel ſemel vſus
ſeruitute eſt, in poſſeſſione illa tuetur, multo magis eum tuebitur qui maiora
continuatæ poſſeſſionis priuilegia allegabit.

40 Et mirari quis poſſet † quare prætor annum ſaltem interdictis com-
plectatur, imo quare Vlpian. interpres, ex mente prætoris eundem annum,
triginta actibus, vel vt hic vnico ſaltem dicat compleri poſſe? Sed ratio omnis
ex cauſis, mente & origine interdictorum ſumenda eſt, quod nimirum iis, vt
ſæpius dictum eſt, pro diſciplinæ iudiciariæ & publicæ tranquillitatis tutela,
poſſeſſores in poſſeſſione quali quali, modo eam nec vi clam nec precario te-
nerent, contra vim prætor defendendos putauit: atque iccirco pro qualitate
actionis & negotiorum certas formulas præſcripſit quibus iſtiuſmodi momē-
taria poſſeſſio finiretur, iudicaretur. In quibus quod grauius præiudicium
ſalua nimirū principali actione non verteretur, ab vno ſaltem anno proximo
vel circa ius poſſeſſionis vel quaſi, vſum modumque repetere voluit, conten-
tus etiam, vt in itinere, actuque priuato tanquam diſcontinua ſeruitute tri-
ginta dierum in aquæductu propter diuerſam, continuam nempe ſui cauſam
vnius diei vel noctis actibus non violentis non clandeſtinis, vel precariis poſ-
ſeſſio firmata doceretur: ſub quali quali iuris competentis allegatione.
Quam ipſam tamen niſi per exceptiones ſub & obreptionis elidi debet in re-
quiſitis interdictorum apparenter & probabiliter fundatam eſſe oportet.
41 Hinc † cum Hercules de Maluetiis referente Conrard. d. quæſt. fin. conſtru-
xiſſet vna nocte quoddam nouum molendinum, & nouum canaletum per
quod aquas ex Canali medicinæ in præiudicium ſoliti decurſus per vnum di-
em deriuaſſet ſperans ſe huius interdicti auxilio tutum fore: attamen ad in-
ſtantiam dominorum de Bolognimis, qui & vim faciebant turbando molen-
dinum vicelegatus Bononiæ, ſub certa pæna pecuniaria D. Herculi manda-
uit, vt prædictum canale Medicinæ in priſtinum reſtitueret & impedimenta
deſuper fabricata remoueret non admiſſa etiam talibus in caſibus vtpote me-
re poſſeſſoriis appellatione. Ac ea omnia recte: facta enim omnia erant
clandeſtine & de nullo iure, ſed in continenti, in contrarium potius ius nul-
lum eſſe, ita aquæductum & molendinum habendi docebatur.

Vbi

Vbi ex d. l. † 1. §. præterea 23. admodũ difficilis reſtat explicandus: præ- 42
terea inquit Vlp. illud ſciendum eſt: ſi cum aquam duxiſſes, aduerſarius te prohibuerit: deinde ius aquæ ducendæ amiſeris: in reſtitutione hoc venire, vt tibi præſtetur per hoc interdictum, quod amiſiſti hoc tit. cuius §. ſenſum illum eſſe gloſ. ait: Quod ſi quis olim anno vel biennio, ſed vel decennio aut viginti annis l. ſicut C. de ſeruit. aquam ducere prohibitus ſit, etiamſi ante vna ſaltem die duxerit, interdictum habeat, vel ſaltem reſtitutionem in integrũ ad reſtituendum interdictum, ſcilicet vt nõ prohibeatur, & de nouo conſtituatur ſeruitus &c. qui enim illa explicatio ſubſiſtere poterit, cum recentem & præſentem nõ toto anno vel biennio ne quod omnium eſt abſurdiſſimũ longo tempore amiſſam poſſeſſionem requirat interdictum & non tam recuperandæ quam retinendæ ſit poſſeſſionis: ſicut. & per longum tempus non vtendo amittitur ſeruitus l. ſequitur 4. §. ſi viam 27. & ſeq. ff. de vſucap. quemadmodum & reſtitutiones in integrum, extraordinariæ quidem ſunt actiones vel conditiones, ſed quæ tamen celerem & prætoriam interdictorum executionẽ non habeant. Accedit non modo quod textus nõ de poſſeſſione ſed ipſo iure, eiuſque amiſſione loquatur vt tanto minus interdictum competere poſſe videatur l. ſi de feudo 10. ff. de vi & vi arm. Sed quod oſcitantiæ etiam actoris tribuendum ſit, quod cum vi prohibitus eſſet ducere aquam, intra annum non petierit Interdictum, ſed tantum tempus interuenire paſſus ſit, quo ipſum ius amiſerit. Vt igitur haſce difficultates expediamus, ſciendũ eſt, hunc §. loqui de tali caſu quo ob continuam prohibitionem, ius aquæ ducendæ (id eſt ius poſſeſſionis exercendæ, & per interdictum tuendæ) amiſſum eſt: ſic enim impedimentum, cæteraq; & factũ aduerſarij pro poſſeſſione reputatur, ad excludendum dolum, vt ſi actor in integrum quaſi reſtitutus poſſeſſionis & reſtitutionem & defenſionem conſequatur, per ea quæ dixi ſub diuiſione interdictorum vndecima in fin.

Porro ſunt hæc † interdicta præcipue quidem inhibitoria ſed tamen 43
interdum & reſtitutoria, ſi videlicet quid factum ſit quo aquæductus corrumpatur deteriorue fiat, d. l. 1. in princ. hoc tit. facit d. § Labeo 27. ibid. Specul. de cauſ. poſſeſ. & prop. §. priuata. n. 9. Cæpol. de aquæd. num. 99. & Contard. d. quæſt. fin. num. 13. quamuis ibi de aqua ſolum quotid. & æſtiua loquatur ſed Ripa in l. quo minus n. 46. de flumin. recte indifferenter loquitur nec eſt ratio quare conceſſionem principis vel ſimile ius poſſeſſionis & aſſignationis habenti non etiam ſit dandum reſtitutorium interdictum per ead. quæ diximus ex d. tit. C. de aquæd. Quo impenſiſſime faci text. elegantiſſimus § 43. & 44. d. l. 1. quibus & reſtitutorium adipiſcendæ poſſeſſionis interdictum ex hoc eodem & ſimilibus titulis competere probatur: Idque non tantum recuperandæ ſed etiam adipiſcendæ: Si modo ius aquæ ducendæ non perſonale ſed prædiale vel tale ſit, quod ad ſucceſſorem tranſeat: ſiquidem enim poſſeſ-

æſtate ſola vti expedit, ſicuti dicimus veſtimenta æſtiua, ſaltus æſtiuos, caſtra
æſtiua: quibus interdum quidem & hieme plæronque tamen æſtate ſola vtamur: ita vt quotidiana ab æſtiua vſu tantum differat non iure: Vnde etiam
7 † probandum ex propoſito vtentis & ex natura locorum aquam quotidianā
ab æſtiua diſcerni: nam ſi ea ſit aqua quæ perpetuo duci poſſit, ego tamen ſola æſtate vtar, dicendum eſt hanc aquam eſſe æſtiuam, non ſecus ac ſi natura
loci eſſet vt ſola æſtate duceretur d.l.1.§ 3 & l. 6. eod.
8 Ac de aquis † tam quotidianis quam æſtiuis loquitur hic prætor, quæ
ſiue calidæ ſiue frigidæ, & perennes ſint, & duci poſſint, ſiue ducantur ad irrigandum agrum, ſiue in prædia vrbana, ad quemcunq; vſum commodumq;
noſtrum d.l.1. §. 5. cum ſeq. & §. 11. & ſeq. ſiue intra vrbem ſit aqua ſiue extra
vrbem d.l.1.§.14. dummodo ducatur aqua ſicut hoc anno ducta eſt, eodē modo, & via: alias enim impune vis fiet ibid. §. 15. Adeo vt ſi quis aquæ quā hoc
anno duxit aliam aquā admiſcuerit, vt ſc. in fundum, ſeruientem, vberior vel
exundantior decurrat, in tota aqua recte prohibeatur, quod aqua diuidi facile
nequit §. 17. Quod aliter eſt ſi amplior numerus pecoris ad aquam appellatur
9 quam ius eſt appellendi: etſi enim Trebatius † exiſtimauit; cum amplior numerus pecoris ad aquam appelletur quā debet appelli: poſſe vniuerſum pecus
impune prohiberi: quia iunctum pecus ei pecori, cui adpulſus debeatur, totū
corrumpat pecoris adpulſum: Marcellus tamen ait, ſi quis ius habens pecoris
ad aquam appellendi, plura pecora adpulerit, non in omnibus pecoribus eū
prohibendum. quod eſt verum, quia pecora ſeparari poſſunt. §.18. Item ſi diuinarum, aut nocturnarum horarum æquæductum habeant: non poſſum alia
hora ducere, quam qua ius habeam ducendi. l. 2. ibid.
10 Hinc quod Scæuola in l. fin. † paulo generalius, ſi per fundū, iter aquæ
debetur, quicunq; vult, in eo riuum facere licere ait, ex l. 9. ff. ſeruit. ciuiliter
explicandum & reſtringendum eſt: quemadmodum l. finalis eatenus tā generaliter loquitur, quatenus iter aquæ debetur quacunque quis vult. Vnde &
Labeo dicit, omnes partes illius fundi, in quē loci aqua ducitur, eiuſdem numero eſſe. Ergo & ſi forte actor confinem agrum emerit, & ex agro, in quem
hoc anno aquam duxerit, poſtea fundi empti nomine velit aquam ducere: ita
demum eum recte hoc interdicto, vt de itinere actuque, vti putant: vt ſemel
in ſuum ingreſſus inde egredi, qua velit, poſſit: niſi ei nocitum ſit, ex quo aqua
ducit d.l.1.§. 16. Cuius §. vti difficilis ea eſt explicatio: Quod fundi dominantis vel & ſeruientis partes omnes eiuſdem partis nomine hoc eſt eadem conditione, & eodem iure cenſeantur, noua fundo debita ſeruitus, omnib. partibus eius debetur. d.l. fin. l. 13. §. 1. l. 3. §. fin. in pr. l. 26. de ſeruit.
Vnde vtiliſſimū axioma logicū extruitur, ab Euerardo plane omiſſum:
11 Quod ſicut in dubio † partes cenſeantur iure totius, ita & econtra, in dubio,
ipſas inter ſe partes, eodē iure cenſeri, niſi aliud prohibeatur & appareat: vnde
ſi vnius

Digitized by Google

ſi vnius eiuſdemque pagi prædium vnum vel alterum ſit allodiale, vel colle-
ctab le, & tributo ciuitatis vel acciſæ obnoxium, eodem igitur iure & reliquũ
prædium cenſebitur, niſi contrarium doceatur: quod in prædiis eadem ap-
pellatione contentis, tanto magis obtinere debet, quod etiam à vicinis præ-
diis argumentum procedat: per l. Seiæ §. Tyrannæ, de inſtruct. vel inſt. leg.
quatenus ſcilicet præſumptio & fauor iuris ſtat pro eo prædio, à quo argu-
mentari volumus: Neq, enim † à prædio feudali tam pronum eſt argumen- 12
tum, ad quodcunque aliud, forſan allodiale, quam econtra per ea quæ Hier.
de mont. tract. fin. reg. c. 96. & Menoch. de præſ. lib. 3. præſump. 91. per tot.
Quærit ergo Labeo, ſi dominus † fundo, in quem iure vel ſeruiente vel domi- 13
rante aquæductum habet, confinem agrum emerit, & poſtea huius quo-
que agri, vel fundi empti nomine, velit aquam ducere, an interdicto recte v-
tatur, vicino forſan reluctante? Et non recte vti putant, niſi & quatenus aqua
ſemel iam ducta, & ſic quaſi poſſeſſio acquiſita eſt, cum ſit hoc interdictum
retinendæ poſſeſſionis: qualiter & interdicto de itin. actuque priu. nemo re-
cte vtitur, niſi & quatenus quis, ſemel in ſuum ingreſſus, inde egredi, qua ve-
lit poſſit: Attamen niſi vicino noceatur, & emptor alias aquæductus fluxum
& decurſum habuit, quem pro re vſuque, in ſuo mutare poteſt: ratione iſtius
defluxus liberi, vtile interdictum competere Labeo intendit: quemadmo-
dum & recte idem tradidit ex meo aquæductu poſſe me vicino commodare,
quatenus ſcilicet alteri vicino nihil noceatur, alias enim contraria Proculi
ſententia verior eſſet text. l. 24. de ſer. præd. ruſt.

Differt autem interdictum † de aqua quotidiana, ab illo, quod eſt de 14
æſtiua, ratione temporis deductæ poſſeſſionis; vel quaſi: illud enim de aqua
quotidiana interdictum quaſi poſſeſſionem vel vſum conſiderat præſentis
anni: Vti hoc anno aquam duxiſti: qui, vt videtur exemplo ſuperioris inter-
dicti, retrorſum ex die interdicti numerandus: non quod toto iſto anno, vel
quotidie, vel & triginta, vt in ſuperiore interdicto, diebus, re ſeruitute vſum
eſſe requiratur: Sed ſufficit hoc anno, eiuſque vel vna die, vel nocte vſum
eſſe d. l. 1 §. 4. & §. item quæſitum 22. & §. 31. Hoc autem de aqua æſtiua in-
terdictum, † non ad præſentem æſtatem, quod hieme aqua non vtamur, ſed 15
ad priorem æſtatem vti ab æquinoctio verno incipere & æquinoctio autu-
mnali ſenis nimirum menſibus finiri ſolet, ſeſe refert: facta comparatione
duarum æſtatum: propter hoc ſi æſtate interdicatur, nonnunquam annus &
ſex menſes retro numerabuntur: Et proinde ſi hieme interdicatur, etiam in
biennium hæc res extendetur d. §. 31. & quatuor ſequentib. Vnde qui hac
æſtate duxit non ſuperiore, vtile interdictum habet, §. 36. Quemadmodum
& ei hoc competit, qui hyeme tantum aquam ſolitus fuit ducere §. 35. Vtile
puta interdictum de aqua æſtiua, non vere quotidiana: Ita vt hybernæ aquæ
eadem ratio vtiliter habeatur, quæ æſtiuæ & text. de his omnibus in lege in-

16 terdicto 6. Quæſitum eſt: † ſi quis ante annum aquam duxit, deinde ſequen-
ti tempore, hoc eſt intra annum, aqua infl uxerit ipſa ſibi, me non ducente: an
hoc interdicto locus ſit, & refert Seuerus Valerius, competere hoc enim interdi-
ctum, quaſi duxiſſe videatur: licet penitus proſpicientibus non videtur iſte
duxiſſe, d.l.1. §. 21. Et qualiter ſit conſtitutum ius aquæ: dicendum eſt, hoc
17 interdictum locum habere. Sed etſi iure † aqua non debetur alicui: ſi tamen
iure ducere ſe putauit, cum non in iure, ſed in facto errauit: dicendum eſt, eo-
que iure vtimur, vt interdicto hoc vti poſſit. ſufficit enim, ſi iure ſe ducere
putauit, nec vi nec clam nec precario duxit, §.9.10.
18 Tertium autem de aqua ex caſtello † interdictum, etſi ipſum quoque
circa aquam quotidianam vel & æſtiuam verſatur: tamen à prioribus duobus
interdictis differt ratione originis tam aquæ quã iuris: Aqua .n. quotidiana &
æſtiua, iure ſeruitutis à capite, nõ aliunde ducitur: Et caput aquæ illud eſt vnde
aqua naſcitur: puta fons ſi ex fonte, vel ſi ex flumine aut lacu aqua naſcatur,
prima incilia aut principia foſſatũ, quibus aquæ ex flumine vel ex lacu in pri-
mum riuum communem pelli ſolent: plane ſi aqua ſudoribus manando, in
aliquem primum locum effluere atque ibi apparere incipit: eius hoc caput
dicemus, vnde primum emergit, d. l. 1. §. 7. & 39. & ſeq. & text. ſing. l. aquam
16. ff. Quemad. ſeruit. amit. quamuis & aliunde ex quocunque loco commo-
do ſeruitus aquæ ducendæ conſtitui cœpit teſte Paulo l. ſeruitus 9. de ſeruit.
ruſt. præd.
19 Aqua igitur tertii huius † interdicti non iure ſeruitutis, à capite, fonte,
vel flumine ipſo, ſed iure permiſſionis ex caſtello ducitur; quod eſt recepta-
culum ad id factum paratumque, vt aquam publicam ſuſcipiat; eo vt inde a-
quæductibus, qui & ὑδρεγώγια & aquaria, eorumque fiſtulis & canalibus ad
vſum & neceſſitatem deriuari poſſit, d. §. 38. 39. & ſequent. l. 19. ff. de ſeruit.
vrb. præd. l. 2. ff. com. præd. l. 41. §. 1. de leg. 1. vbi caſtelli dicuntur in genere
maſ. l. 2. C. Theodoſ. de aquæduct. vbi dicitur conceptaculum, Feſtus diuidi-
culum nominat, quod aquæ ex caſtello diuidantur. Quin aquam caſtella-
riam, non tantum ex caſtello, ſed vel ex riuo, vel ex quo alio loco publico, vbi
illa recolligatur, ducere licet, dandumque interdictum d. l. 1. §. 40. & ſeq. Idq;
20 à principe conceditur, alii nulli competit ius aquæ dandæ §. 42. quamuis †
iam pridem illud omnibus vbicunque magiſtratibus competere certum eſt:
tam ipſius principis permiſſu, quam antiqua conſuetudine: qua & aquædu-
ctus iure conſtituti rectiſſime habetur l. 3. §. ductus aquæ cuius origo memo-
riam exceſſit iure conſtituti habetur hoc iir, quod eſt intelligendum de iure
digeſtorum: cum hodie longo tempore ſeruitutes præſcribantur contra pri-
uatos l. fin. C. de præſ. long. temp.
21 Vnde apparet, quod reſpectu iuris, † hoc de aqua caſtellaria interdictũ
differat à prioribus, in eo, ꝙ hæc mere ſint poſſeſſoria illud proprietatis quoq;
ca.ſam

Digitized by Google

cauſam contineat. Menochius † quidem in hoc quod ſextum ille ponit reti- 22
nendæ poſſeſſionis remed. n.11. ſolam quaſi poſſeſſionem ducendi aquã non ſufficere generaliter ait, ſed etiam fore neceſſarium de iure ſeruitutis ipſo & de titulo oſtendere, per d.l.1.§.ſed etſi iure 10.& §.Ariſt.19.& §.fin.h.t.& per l. ſi quis diuturno; ſi ſeru.vendic. ſed veriſſima eſt ſententia, cum aliorum, tum & quem errare is male aſſerit Franciſ. à Rip. in l. quominus n.89.ſup. de flumin. quod nimirum eadem ſit ratio poſſeſſionis vel quaſi in hoc interdicto, de aq. quot. & æſt. quæ prioris capitis fuit in ſuperiore interdicto de itin. actuque. Primo enim ſatis liquet quod omnia interdicta eo præcipuè comparata ſunt, ne via facti publica tranquillitas offendatur, ſed vt iure agatur aduerſus quemcunq; & qualemcunq; poſſeſſorem: deinde quod ſolus poſſeſſionis effectus eſt interdictorum editiuus, præcipue in cauſis ſeruitutum, vti ait Contard.q. fin. ad l.vn.C.ſi de mom.poſ. ad quod tertio accedit ab eodem allegata l.1.h.tit.& l.1.de itin.actuq; l.quot es fin.ibi: ego puto vſum iuris, id eſt, ſeruitutis, pro traditione poſſeſſionis accipiendum eſſe: ideoq; & interdicta veluti poſſeſſoria conſtituta ſunt, ff.de ſeruitut. Et quarto pro cõmuni DD. in hoc eod. interdicto ſententia, faciunt contra Menochium eadem quæ pro ſe aſſumere voluit. Expreſſe enim Vlp.d.§.9. qualiter inquit, hoc eſt qualitercunq; conſtitutũ ſit ius aquæ, dicendum eſt hoc interdictum competere & §.Ariſt.19. Eum demũ interdictum hoc habere dicitur, qui ſe putat ſuo iure vti non eum qui ſcit ſe nullum ius habere & vtitur, contra huiuſmodi enim notorie & confeſſo iniquiſſimum detentatorem nullius interdicti remedium patebit: quemadmodum & id quod etiam prædonem ante omnia reſtituendum aiunt, tunc demũ valet ſi ad ius ſuum prouocet & ſe ius habere dicat. Quinto expreſſe nobis ſuffragatur d.§.fin. Memin. iſſe autem debemus in hoc interdicto totam quæſtionem finiri aſſignationis; non enim præparat hoc interdictum cauſam, vt ſuperiora interdicta nec ad poſſeſſionem temporariam pertinet, ſed aut habet ius aſſignatum ſibi aut non habet, & interdictum totum finitur l.1.h.tit. qui §. ad aquam quotidianam & æſtiuam nequaquam applicandus eſt, cum de ſola Caſtellaria loquatur: quemadmodum & vocabulum aſſignationis, non modo de proprietate ſtricte accepta intelligendum eſt, vt vult gloſ. & alii, ſed de titulo aſſignationis vel conceſſionis principalis, quem is allegare tenetur, qui interdicti huius tertii, de aqua Caſtellaria auxilium implorat, aliud enim eſt ius conceſſionis aſſignationis, permiſſionis, aliud proprietatis. Et poteſt aſſignare princeps † aquædu ctum non tantum iure proprietatis, puta ſi forſan 23
per publicum ducat, & ita tanquã proprium aliud immobile donet, vendat, & tribuat; ſed poteſt etiam aſſignare iure precarii, vel meræ, & nudæ conceſſionis: vnde & in hoc ſolo de aqua Caſtellaria capite titulus, aſſignationis nimirum probandus eſt, quo tota controuerſia finitur: In reliquis duobus ſimplicem aquæ quotidianæ & æſtiuæ poſſeſſionem probare ſufficit: quod cauſa proprietatis in eis nulla addit, vt recte etiam Contard. d. quæſt. fin.

Digitized by Google

24 Vnde & contra d.ſententiam † iſta duo interdicta de aq. quot. & æſtiu.
non minus quam vti poſſidetis & ſimilia interdicta, quæ ſunt de poſſeſſione
vel quaſi, præparatoria ſaltem ſunt, quæ vbi deſierunt, incipit actio ſecunda,
per l. fin. C. quor. bon. quæ & principalis actio dicitur, l, nulli, C. de iudic. l. ſi
quis C. ad l. Iul. de vi.

25 Ius ergo aquæ Caſtellariæ † titulo aſſignationis & legitimæ conceſſio-
nis conſtare oportet, non ſola inſiſtentia & exiſtimatione competentis poſ-
26 ſeſſionis: vt in prioribus interdictis text. expreſ. l. † pen. 7. hoc tit. *cuius l. prior
pars.* Si de itinere, actu, aquæductu agatur: huiuſmodi cautio præſtanda eſt,
quamdiu quis de iure ſuo doceat, non ſe impediturum agentem, & aquam
ducentem, & iter facientem, Quod ſi neget, ius eſſe aduerſario agendi, aquæ-
ducendæ: cauere ſine præiudicio amittendæ ſeruitutis debebit, donec quæ-
ſtio finietur, non ſe vſurum, cuius l. prior pars explicatu facillima eſt, quod ſci-
licet reus cautionem præſtare teneatur de non amplius moleſtando, quam-
diu & donec actor de iure (poſſeſſionis, non proprietatis) doceat, per ead. &
l. 1. ff. Vti poſſid. l. 69. §. 1. ff. de vſufr. l. 15. de noui op. nunc. ſed poſterius mem-
brum intricatius eſt: Ecquid enim ob ſolam aduerſarii negatoriam, cauere
debeo me non vſurum, donec quæſtio finiatur? Et hoc intelligendum eſt,
quatenus omni poſſeſſione ſeruitutis deſtituor: ita vt aduerſarius præſum-
ptionem & poſſeſſionem libertatis pro ſe habeat, donec ego contrarium pro-
bauero.

Vnde nunc intelligere eſt, quibus & contra quos interdictum detur:
vbi & alia notanda, quæ ſub cap. generali, Quibus & contra quos interdicta
reddantur diximus, & hic habentur in d. l. 1. d. §. 10. 20. 24. & ſequentib. & §.
27 37. Et competit † hoc interdictum aduerſus eum, qui prohibet me aquam
ducere, & nihil intereſt, vtrum quis dominium fundi habeat, an non: nam
etſi ſeruitus cœpit, aduerſus quemuis poſſe vindicari certum eſt, d. l. 1. §. 25.
Quin ſi inter riuales (id eſt, qui per eundem riuum aquam ducunt) ſit con-
tentio de aquæ vſu, vtroque ſuum eſſe contendente: duplex interdictum v-
trique competit, §. 26. Rectiſſime Labeo putat, per hoc interdictum prohibe-
ri quem, ne quid in illo fundo faciat, fodiat, ſerat, ſuccidat, putet, ædificet,
qua ex re ea aqua, quam ille hoc anno per fundum tuum ſine vitio duxit, in-
quinetur, vitietur, corrumpatur, deteriorue fiat, & ſimiliter de æſtiua aqua
28 debere interdici ait, §. 27. Et † ſicut ceſſionariis hoc interdictum competit
l. Lucia 4. hoc tit. Ita & econtra ſi quis hoc ceſſerit ne liceat ſibi aquam quæ-
29 rere, ea ceſſio valet d. l. 1. §. 28. Quemadmodum conſtat † non ſolum tempo-
ribus, ſed etiam menſuris aquam diuidi l. 5. hoc tit. ſicut & plures ex flumine
30 aquam ducere poſſunt, ita tamen vt vicinis non noceat l. 3. §. 1. At ſi † inter eos
quibus aquæ ducendæ ius eſt, non conuenerit, quemadmodum vtantur, &
non erit iniquum, vtile iudicium reddi, ſicut inter eos, ad quos vſusfructus
pertinet,

pertinet, vtile communi diuidundo iudicium reddi plæriſque placuit, d. l. 4.
l. 13. § 3. de vſufr. l. 7. §. 7. Digeſt. com. diu, ſed an interdictum † inter eos reddi 31
poſſit? Et non poſſe videtur, cum vterque poſſideat; ſed verius eſt poſſe, non
quidem, vt alteri ſoli, ſed iuxta æquã poſſeſſionis rationem vtriq; interdicatur
ratione ſcilicet ſcandali vel armorũ & turbationis. Quid ſi aquam † ex flumi- 32
ne publico duxeris, & flumen receſſerit; an poſſis ſubſequi flumen? Et non
poteris, quatenus ei loco ſeruitus impoſita non ſit, quamuis is locus meus ſit:
Sed ſi alluuione paulatim acceſſerit fundo tuo: ſubſequi potes: quia locus to-
tus fluminis ſeruiat ductioni. Sed ſi circum fluere cæperit mutato alueo: non
potes: quia medius locus non ſeruiat, interruptaque ſit ſeruitus, l. 3. §. 2. Vbi
quæſitum † an is, qui aquæ ducendæ ius habet, poſſit fiſtulam in riuo ponere, 33
vel aliud quidpiam facere ad aquæductus ſui commoditatem? Et in cottidia-
na poſſe ait Pompon. dummodo ne fundum domino, aut aquagium riuali-
bus deterius faciat, §. is qui, ibid, ſed an idem, † in aqua æſtiua liceat? Et cum
ea non omni tempore ducatur: ſtatim apparet, quod immiſſis fiſtulis quoti-
die duci, & ſic alterius conditio deterior fieri non poſſit: Sed an in † Caſtel- 34
laria liceat, præſertim ei, qui alias quotidianum ducendi ius habet? Et non
vnam hoc nomine inter vicinos controuerſiam vidi: cum enim quis poſti-
culum ligneum quem hactenus præ foribus proſtantem, & aquam ex ca-
nali ſubterraneo communi, per tubulum, eo circumacto profundentem ha-
buerat, tolleret, & poſitis aquagiculis plumbeis ad focum, ad balnea, aliaque
loca, vbi lauandi coquendi ius ratioque eſſet, aquã deriuaret, vicini negocium
faceſſebant veterẽ aquæ ducendæ morem non eſſe mutandum. Ille econtra,
nihil immutari, quoad aquæductum communem, ſed in ſuo tantum commo-
diorem habendi aquas rationem inſtitui, quæ non modo plus aquæ, quam
antea duxiſſet, non requireret, ſed etiam parſimoniam aquæ maiorem habe-
ret, de eo tantum agi, vt poſitis ac immiſſis canaliculis commodiore aquædu-
ctu vteretur. Et vicini reddito interdicto, non modo moleſtia abſtinere, ſed
fractos etiam actori canaliculos reparare recte iubebantur, per l. ſi quis inten-
tam & tot. tit. C. Vnd. vi. Ita quæſitum eſt, an aquam † quotidianam, quam 35
antea pro libitu per famulos vel ancillas ad vſus neceſſarios, ex flumine vel a-
quagio publico, haurire & apportare ſolitus es, poſſis, miſſo forſan ſubterra-
neo, ſed tamen innocuo alias canali ligneo aut plumbeo, &c. ducere ac deri-
uare? Et quatenus nullum vertitur vicinorum vel riualium præiudicium aut
intereſſe, ex d. §. 5. & §. fin. non impediendum eſſe efficitur: cum faciles eſſe
oporteat in concedendo eo, quod alteri proſit, tibi nihil officiat, quamuis in-
uſitata hactenus nouitas ſæpe ſit offendiculo, iſthic præſertim loci, vbi aqua-
rum eſt penuria cum ex nimia priuata commoditate, aquarum profuſionem
oriri iudicatur. Vbi & illa quæſtio non prætereunda: An † quis fontem vel 36
canalem, vel Caſtellos quos foris habet, ita vt & vicini hactenus aquam inde

Digitized by Google

haurire potuerint, tollere & in ædes vel hortum locumue priuatioré coercere queat, inuitis forte vicinis? Et poterit, ſi fons vel canalis priuati eius iure fuerit etſi forte vicini iure familiaritatis aquã hauſerunt: ſecus ſi vicini ius formatum habeant, tunc enim non facile debent admittere iſtam nouitatem vel mutationem, etiamſi vicinus dicat ſuas ædes ſemper debere vicinis patere, & aquæ communionem permanere: quia ſic ius amittitur, & præſumptio incipit oriri familiaritatis per l. vt primum & l. ſeq. de ſeruit. Et ad aquam ca-
37 ſtellariam aliquomodo pertinet † tit. C. de aquæduct. lib. 11. tit. 42. vbi primo poſſeſſores aquarum per quorum fines vel agros formarum meatus tranſeunt & quibus ob id cura aquarum iniuncta eſt, eoque nomine immunitatem aliquam habent, ſub amiſſionis poſſeſſionum periculo mouentur, vt ſanas & purgatas formas teneant neque eas arborum radicibus, vel qua alia ratione corrumpi ſinant, l. 1. Secundo prohibentur publica aquarum commoda mutilari, & ne quis aquam ad ſuum fundum ex aquæductu publico deriuet l. 2. ſcilicet abſque principali conceſſione. Illi enim qui aquæ copiam, hoc eſt facultatem meruerunt, licite vtuntur, atque ducunt, ſed ita, vt vel ex caſtellis, aut formis ipſis aqua eliceatur, vel ex ipſo æquæductu trahatur, non vero ex fiſtulis & matricibus, ne earum ſoliditas attentetur l. 3. Tum ne vſum aquæ veterem nouatione turbent, ne aquis furtiue abutantur l. 4. data etiam facultate circumeundi domos, ſuburbana & balnea, ad requirendum, ne qua deceptio vel ſuppreſſio, vel inſidiæ contra publicam vtilitatem fiant: ſancito etiam, ne ſulcus publicus aquarum intra decem pedes arboribus coarctetur l. 6. Eamque aquarum curam eſſe, & copiam publicis ſumptibus procurari, iubent Impp. vt ſinguli præſertim ij qui ius aquæ poſſident pro neceſſitate habere poſſint, idque ſine vlla deſcriptione vel exactione: quod execrabile videatur in alma vrbe aquam habere venalem l. 7. quod accipiendum eſt ibid. ſi ex publicis vectigalibus, ſumptus ad reficiendum & inſtaurandum aquæductus, ſufficiant, per text. ib. d. & l. 8. Cæterum & aquarios vel hydrophylacas aut aquarum curatores & cuſtodes iſtam in rem conſtitutos ſemper fuiſſe, ex d. l. 1. & l. decernimus 10. apparet. Denique inhiberi ac interdici poteſt, omnibus vetito modo vel ſine venia magiſtratus ex publico præſertim vero ſingulariter exempto aquæductu, aquam ducere volentibus l. fin. eod. Sed
38 ecce caſum: † Quidam vicini quinq; vel ſex communem aquæductum & caſtellum, ſed non ſine magnis annuis impenſis habebant, quidam igitur miſſo caſtello, poſitis propriis canaliculis, aquam in ſuas ædes tranſducere inſtituebant: quod minoribus ſumptibus & commodiore ratione aquam habere poſſent.

Vnus vero aut alter vicinus contradicebant, inſiſtentes quod ſe in nouorum canalium communionem recipi, aut illos in veteris caſtelli ſocietate

manere

Digitized by Google

manere oporteret; neque enim ſe illas ſuſtentando caſtello pares eſſe: tacite etiam bonaque fide initio actum eſſe, à ſuis vtrinque maioribus, vt caſtellum communi lucro atque damno haberetur, l. Etſi vnus 68. l. 52. l. 5. ff. pro ſoc. illi vero perpetuum ſocietatis vinculum hic nullatenus extare ſeque inuitos in cõmunione caſtelli permanere, nullo iure cogi, præſertim quod ſuo potius iure cederent, & integrum caſtellum aduerſario relinquerent & quaſi noxæ dederent per d. l. 1. §. 18. text. proprijſſimus in l. 14. fin. ſi paciſcatur ſocius ne partem ſuam petat, effectu tollitur ſocietas, ff. com. diuid. text. & caſus notabilis in l. prætor ait, 7. §. hoc edictum: & ſeq. & l. hoc amplius 9. ff. de damn. infect. vbi dominus qui refectionem aut reſtitutionem ædium collapſarum, vel ruinoſarum detrectat, compellitur ad cauendum vel damnum reſtituendum, eatenus, niſi ædes relinquere ijſue carere malit, ſic enim amplius onerari non poteſt, quam vt rem relinquat, prout maximam concluſionem inde extruit Zaſius d. §. hoc edictum: vbi & limitat. text. etiam l. 10. §. 1. ff. de negot. geſt. §. 2. in fin. Inſt. de noxal.

Deinde in communionem formarum aut aquæductus noui vicinos illos recipi non poſſe, quod paulo altius habitent, ita vt ſi illorum aquales, vel canales in ſuas formas immitterentur, hiſce attractionibus aquarũ, extenuari ſtatim & quotidie corrumpi neceſſe ſit, per text. d. l. 3 C. de aquæd. Quemadmodum etiam ſuæ formæ & matrices, riuique ijſdem contenti, priuato ſuo iure haberentur, in quos ſe inuitis, & ſuas ſubinde formas immittere alii non poſſent, per d. l. aquam 16. Quem. ſeruit. amit. iuris præterea, ſub quo viuere tur, eſſe tam Lubecani quam communis vt à re communi libertime diſcedi liceat. &c. Et hiſce quidem deferendum iudicaui, ſed cum actori totum caſtellum ob nimias impenſas inutile vel ſaltem intollerabile fieret, & aquilex diceret, poſſe & illum, in nouum aquæductum ſine magna incõmoditate formam ũ recipi: & res aliquo etiã publicæ vtilitatis caſu non careret: æquã omnis prætenſi iſtius damni rationem haberi poſſe videbatur: vt ſcilicet vicinus vel ex ipſo capite aut communi caſtello aquã priuato ſuo riuo duceret vel ſi in aliorũ riuos aut canales neceſſario immittere cogeretur, vt omnẽ damni & intereſſe rationẽ pro iuſta moderatione præſtaret. vbi quæſitum anne vicini etiam nolentes cogi poſſint, illã præſtationẽ recipere vicinumque in ſuos riuos admittere? quid ſi enim cauſentur intereſſe maius eſſe, quam vt commode taxari poſſit, &c?

Et non partis, ſed iudicis arbitrio ſtabitur, iuxta d. l. aquam: eo ſingulariter obſeruando: vt ſi quantum fieri poteſt, communis riuus vel caſtellum in eiuſmodi caſibus habeatur, ex quo deinde priuatus quiſque pro vt inferior vel ſuperior habitat, riuos deducere poſſit, ſine aliorum vicinorum aquaginorum incommoditate,

39 An vero pro † neceſſario, hic requiſito obſeruandum ſit, vt is qui interdicto de aq. quot, & æſtiua vti vult, ſemel tantum duxerit: ita expreſſe & clare poſt alios. Menoch. d. hoc rem. num. 15. Sed ridiculum mihi hoc requiſitum eſſe videtur Quid ſi enim quis vel in ſuperiore vel hoc interdicto non tantum tricies, vel ſemel, ſed centies imo millies, idque à decem, viginti vel amplius annis, vſus ſit itinere, actu aquæductu, & poſtmodum in poſſeſſione vel quaſi vis fiat num propterea interdictorum auxilia non habere dicemus? Nequaquam: ſiquidem enim prætor eum, qui hoc anno tricies vel ſemel vſus ſeruitute eſt, in poſſeſſione illa tuetur, multo magis eum tuebitur qui maiora continuatæ poſſeſſionis priuilegia allegabit.

40 Et mirari quis poſſet † quare prætor annum ſaltem interdictis complectatur, imo quare Vlpian. interpres, ex mente prætoris eundem annum, triginta actibus, vel vt hic vnico ſaltem dicat compleri poſſe? Sed ratio omnis ex cauſis, mente & origine interdictorum ſumenda eſt, quod nimirum iis, vt ſæpius dictum eſt, pro diſciplinæ iudiciariæ & publicæ tranquillitatis tutela, poſſeſſores in poſſeſſione quali quali, modo eam nec vi clam nec precario tenerent, contra vim prætor defendendos putauit: atque ideò co pro qualitate actionis & negotiorum certas formulas præſcripſit quibus iſtiuſmodi momẽtaria poſſeſſio finiretur, iudicaretur. In quibus quod grauius præiudicium ſalua nimirũ principali actione nõn verteretur, ab vno ſaltem anno proximo vel circa ius poſſeſſionis vel quaſi, vſum modumque repetere voluit. contentus etiam, vt in itinere, actuque priuato tanquam diſcontinua ſeruitute triginta dierum in aquæductu propter diuerſam, continuam nempe ſui cauſam vnius diei vel noctis actibus non violentis non clandeſtinis, vel precariis poſſeſſio firmata doceretur: ſub quali quali iuris competentis allegatione. Quam ipſam tamen niſi per exceptiones ſub & obreptionis elidi debet in requiſitis interdictorum apparenter & probabiliter fundatam eſſe oportet.
41 Hinc † cum Hercules de Maluetiis referente Conrard. d. quæſt. fin. conſtruxiſſet vna nocte quoddam nouum molendinum, & nouum canaletum per quod aquas ex Canali medicinæ in præiudicium ſoliti decurſus per vnum diem deriuaſſet ſperans ſe huius interdicti auxilio tutum fore: attamen ad inſtantiam dominorum de Bolognin is, qui & vim faciebant turbando molendinum vicelegatus Bononiæ, ſub certa pœna pecuniaria D. Herculi mandauit, vt prædictum canale Medicinæ in priſtinum reſtitueret & impedimenta deſuper fabricata remoueret non admiſſa etiam talibus in caſibus vtpote mere poſſeſſoriis appellatione. Ac eà omnia recte: facta enim omnia erant clandeſtine & de nullo iure, ſed in continenti, in contrarium potius ius nullum eſſe, ita aquæductum & molendinum habendi docebatur.

Digitized by Google

Vbi ex d. l. † 1. §. præterea 23. admodũ difficilis reſtat explicandus: præterea inquit Vlp. illud ſciendum eſt: ſi cum aquam duxiſſes, aduerſarius te prohibuerit: deinde ius aquæ ducendæ amiſeris: in reſtitutione hoc venire, vt tibi præſtetur per hoc interdictum, quod amiſiſti hoc tit. cuius §. ſenſum illum eſſe gloſ. ait: Quod ſi quis olim anno vel biennio, ſed vel decennio aut viginti annis l. ſicut C. de ſeruit. aquam ducere prohibitus ſit, etiamſi ante vna ſaltem die duxerit, interdictum habeat, vel ſaltem reſtitutionem in integrũ ad reſtituendam interdictum, ſcilicet vt nõ prohibeatur, & de nouo conſtituatur ſeruitus &c. qui enim illa explicatio ſubſiſtere poterit, cum recentem & præſentem nõ toto anno vel biennio ne quod omnium eſt abſurdiſſimũ longo tempore amiſſam poſſeſſionem requirat interdictum & non tam recuperandæ quam retinendæ ſit poſſeſſionis: ſicut. & per longum tempus non vtendo amittitur ſeruitus l. ſequitur 4. §. ſi viam 27. & ſeq. ff. de vſucap. quemadmodum & reſtitutiones in integrum, extraordinariæ quidem ſunt actiones vel conditiones, ſed quæ tamen celerem & prætoriam interdictorum executionẽ non habeant. Accedit non modo quod textus nõ de poſſeſſione ſed ipſo iure, eiuſque amiſſione loquatur vt tanto minus interdictum competere poſſe videatur l. ſi de feudo 10. ff. de vi & vi arm. Sed quod oſcitantiæ etiam actoris tribuendum ſit, quod cum vi prohibitus eſſet ducere aquam, intra annum non petierit Interdictum, ſed tantum tempus interuenire paſſus ſit, quo ipſum ius amiſerit. Vt igitur haſce difficultates expediamus, ſciendũ eſt, hunc §. loqui de tali caſu quo ob continuam prohibitionem, ius aquæ ducendæ (id eſt ius poſſeſſionis exercendæ, & per interdictum tuendæ) amiſſum eſt: ſic enim impedimentum, cæteraq; & factũ aduerſarij pro poſſeſſione reputatur, ad excludendum dolum, vt ſi actor in integrum quaſi reſtitutus poſſeſſionis, & reſtitutionem & defenſionem conſequatur, per ea quæ dixi ſub diuiſione interdictorum vndecima in fin. 42

Porro ſunt hæc † interdicta præcipue quidem inhibitoria ſed tamen interdum & reſtitutoria, ſi videlicet quid factum ſit quo aquæductus corrumpatur deteriorue fiat, d. l. 1. in princ. hoc tit. facit d. § Labeo 27. ibid. Specul. de cauſ. poſſeſ. & prop. §. priuata. n. 9. Cæpol. de aquæd. num. 99. & Contard. d. quæſt. fin. num. 13. quamuis ibi de aqua ſolum quotid. & æſtiua loquatur ſed Ripa in l. quo minus n. 46. de flumin. recte indifferenter loquitur nec eſt ratio quare conceſſionem principis vel ſimile ius poſſeſſionis & aſſignationis habenti non etiam ſit dandum reſtitutorium interdictum per ead. quæ diximus ex d. tit. C. de aquæd. Quo impenſiſſime faci text. elegantiſſimus § 43. & 44. d. l. 1. quibus & reſtitutorium adipiſcendæ poſſeſſionis interdictum ex hoc eodem & ſimilibus titulis competere probatur: Idque non tantum recuperandæ ſed etiam adipiſcendæ: Si modo ius aquæ ducendæ non perſonale ſed prædiale vel tale ſit, quod ad ſucceſſorem tranſeat: ſiquidem enim poſſeſ- 43

fore defuncto, ſucceſſor ad quem dominium ius ducendæ aquæ tranſit, ducere prohibeatur: & hic incontinenti probare poſſit, ius ducendi ad ſe quoque pertinere: licet hactenus non ſuo ſed auctoris nomine fluxerit: interdictum ei impetrabile eſt, vt ſic licet in poſſeſſionem ducendi conſtituatur & defendatur donec aduerſarius contrarium probauerit.

44 Quæri etiam poteſt an † Interdictum de aqua quot. & æſtiua ad ſimiles quoque ſeruitutes forte etiam vrbanas, continuam ſui cauſam habentes, vtiliter & recte transferatur? Et recte transferri videtur: primum enim cum interdictum indiſtincte de quouis aquæ ductu loquatur, ſiue publici ſiue priuati fluminis; non modo vtiliter, ſed & directo competet etiam pro canali & incili quod vel in hortis, ædibus vel & in publicis plateis, pro ædium vel habitantium neceſſitate aut vtilitate habetur: proluendi puta pauimenti, vel aquæ deriuandæ gratia: & directo quidem, ſi cauſa ſit perennis, perpetua quæ non manu fit, ſed vel fluminis curſum habeat aut ex cœlo cad[a]t, vti fit in pluuia & ita cum ſtillicidij quoque immittendi naturalis & perpetua eſſe cauſa videatur, & eius gratia vtiliter hoc interdictum dabitur per l. foramen 28 ff. de ſeruit. vrban. prædior.

De Riuis.

Tit. XII.

Svmmaria.

1 *Verba Prætoris in hoc Interdicto.*
2 *Hoc Interdictum vtiliſſimum eſt; nam niſi permittatur alicui reficere, alia ratione vſui incommodabitur.*
3 *Tanta eſt vicinitas huius Interdicti cum præcedente vt non incommode ſub eodem titulo comprehendi potuiſſet.*
4 *Sed ſingulari titulo de Riuis propterea Prætor cauere voluit: quod non tam ſit neceſſaria refectio itinerum quam riuorum: de quo ibi latius.*
5 *Tria hic explicanda ſunt: Quidnam verba interdicti velint: Quæ eius requiſita: & quæ poteſtas.*
6 *Quid ſit Riuus?*
7 *Quid ſit ſpecus?*
8 *Quomodo intelligendum ſit illud, quod dicitur, definitionem omnem vel & deſcriptionem in iure, periculoſam eſſe.*
9 *Spectacula vnde dicta?*
10 *Specus, locum vmbroſum & depreſſum potius notat quam eleuatum.*

11 *Septa quæ ſint.*

12 *Incile quid ſit?*

13 *Reficere quid ſit?*

14 *Quid ſit purgare?*

15 *Vt huic Interdicto locus ſit quinque aiunt requiri.*

16 *Primo vt riuus factus ſit, aqua ducenda cauſa.*

17 *Secundo requiri aiunt, quod iure ſeruitutis actor riuo vſus ſit, quodque per illum aquam duxerit, hoc anno, vel ea æſtate ſuperiore.*

18 *Sed prius huius requiſiti membrum, quod ſcilicet iure ſeruitutis habeatur riuus, falſiſſimum eſſe ait Author.*

19 *Tam ineptum quam iniquum eſſe, illis dare Interdictum qui iure ſeruitutis habent Riuos: illis vero qui iure proprietatis habent, denegare.*

20 *Sola poſſeſſio aquæ per riuum ducendæ, citra vllam veri & formati iuris rationem, hic conſideratur.*

21 *Tertium, quod Doctores ponunt, Requiſitum, bona nimirum fides, nequaquam hic in reddendo Interdicto conſideratur: de quo ibi latius author.*

22 *Quarto requiri aiunt Doctores, quod probetur impedimentum refectionis: quemadmodum & in aliis Interdictis turbatio ſit probanda.*

23 *Sed verius receptumque eſt, quod allegatio impedimenti ſufficiat: tanquam medium concludendi neceſſarium: Probatio vero nuſquam deſideretur*

24 *Requiritur quinimo, ne ſupplicans Riuum mutet, vel mutare conetur: hoc eſt, ne per alium locum ducat, ne deprimat, dilatet vel extendat: vel alia ſimilia ibi narrata, peragat.*

25 *Quod intellige ſi in alterius fiat præiudicium & intereſſe: Si enim citra alterius iniuriam, præiudicium vel intereſſe: pro ſui commodo & vtilitate id omne faciat, Interdicto recte vtitur Ibid.*

26 *Quin etſi leuius aduerſarij, vel cauſatorium ſaltem intereſſe: maior vero vel & vrgens ſupplicantis vtilitas aut neceſſitas vertatur, interdicto locus eſt.*

27 *Quinimo, ſi prætenſum aduerſarij commodum magis ex occaſione, quam ex ex iure contingere videatur: nec ſit ab initio in ſeruitute imponenda eale aliquid actum, interdicto ſubueniendum eſt.*

28 *Poteſtas Interdicti non tantum in verbis eius ſita eſt: quaſi ad ſolum riuũ pertineat: ſed & foſſæ ac putei eodem continentur; omniaque incilia, canales, & ſimilia ibi recenſita.*

De

Digitized by Google

De Riuis.

Tit. XII.

QVia autem maximus ad cauſam aquæductuũ vſus eſt riuorum per quos
in longitudinem depreſſos aqua decurrit: Idcirco etiam de Riuis inter-
1 dicere prætor † voluit: Dum ait: Riuos ſpecus ſepta reficere, purgare, aquæ
ducendæ cauſa, quo minus liceat illi, dum ne aliter aquam ducat, quã vti prio-
2 re æſtate, non vi, non clam, non precario à te duxit, vim fieri veto: Hoc † in-
terdictum vtiliſſimum eſt, nam niſi permittatur alicui reficere, alia ratione vſui
3 incommodabitur l. 1. in princ. hoc titulo. tantaque eſt huius interdicti, cum
præcedente, vicinitas, vt non incommode ſub eodem titulo comprehen-
di debuiſſet: ſicuti & vſus, & refectionis interdicta ſub vno titul. compre-
4 henſa & tractata ſunt ſupra, de itin. actuque priu. Sed ſingulari † titulo, de
Riuis propterea prætor cauere voluit: quod non tam neceſſaria ſit refectio
itinerum, quam Riuorum: quando non refectis Riuis, omnis vſus aquæ au-
ferretur, & homines ſiti necarentur: Et ſane aqua peruenire, niſi Riuo re fe-
cto non poteſt: ac non refecto itinere, difficultas tantum eundi agendique
5 fieret, quæ temporibus æſtiuis leuior eſſet. l. fin. hoc tit. vbi tria † pro more
explicanda: quidnam verba interdicti velint, quæ eius requiſita, & quæ po-
6 teſtas. † Riuus eſt locus, per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat, cu-
ius nomen ἀπὸ τοῦ ῥεῖν eſſe ait Iureconſ. d. l. 1. §. 2.
7
8 Specus † teſte eod. Vlpian. eſt locus ex quo deſpicitur, vnde ſpectacu-
la ſunt dicta d. l. 1. §. 3. vbi quadrat illud Vulgare, quod omnis in iure † defini-
tio vel & deſcriptio, ſit periculoſa; non quod veræ definitiones & deſcriptio-
nes in iure haberi nequeant, quod in tam ſancta diſciplina mirandum foret,
ſed quod propter diuerſiſſimos variarum circumſtantiarum caſus, multis &
varijs exceptionibus limitationibus ſint ſubiectæ, tum quod Iureconſulti, non
9 tam definiendi, quam Iuris, æqui & boni, per rerum humanarum caſus & e-
uenta ſubtilitates ſequantur. † Spectacula quidem à verbo ſpecto, & hoc,
ſicut & ſpecula & ſpecillum &c. ab antiquo ſpecio, ſpeciei, quo inter ſcripto-
10 res Ennius vſus eſt, deſcendunt: Sed † ſpecus à Græco σπέος, vt exiſtimo,
deriuatur, locumque vmbroſum & depreſſum potius notat, quam eleuatum,
ex quo deſpiciatur; Vnde Gellius lib. 6. Sole medio & arido ac flagranti,
11 ſpecum quandam nactus remotam latebroſamque penetro. Et Horat. Quæ
nemora, aut quos ager in ſpecus. † Septa, ait eſſe, quæ ad incile opponun-
12 tur, aquæ deriuandæ compellendæue ex flumine cauſa: ſiue ea lignea ſint, ſi-
ue lapidea, ſiue qua alia ex materia, ibid. §. 4. † Incile autem, eſt locus de-
preſſus,

preſſus, vel potius excauatus, ad latus fluminis: ex eo dictus quod incidatur, Inciditur enim vel lapis, vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi poſſit.

Reficere † eſt, quod corruptum eſt, in priſtinum ſtatum reſtaurare, ver- 13
boq; reficiendi tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare, itē aduehere apportareq;
ea quæ ad eandem rem opus eſſent, continentur. † Purgare autem, eſt mun- 14
dare à colluuie, puta ſabulo, luto, & ſimilib. quod fieri ſolet, & poteſt, in riuis,
tam qui integri ſunt, quam qui refectione indigent, d. l. 1. § 6. & ſeq. † Vt vero 15
huic Interdicto locus ſit, quinq; requiri aiunt, per ea quæ poſt Cæpol. de ſeru.
ruſt. præd. c. 4. n. 113. Menoch. retin. poſ. rem. 7. n. 9. & ſeq. † Primo vt Riuus 16
factus ſit aquæ ducendæ gratia, text. d. l. 1. §. 8. Hoc enim expreſſe additur Interdicto, vt ei demum permittatur reficere & purgare riuum, qui aquæ ducendæ cauſa id fecit. Secundo, † requiri aiunt, Quod iure ſeruitutis actor 17
riuo vſus ſit, quodque per illum aquam duxerit, hoc anno vel ea æſtate, ſuperioreue d. l. 1. §. hoc interdictum. 9. In eoq; ab altero de itin. actuq; interdicto hoc differt, quod ibi de iure docere oporteat, hic ſolam poſſeſſionem vel quaſi, prob biliter allegare ſufficiat, ſine vitio violentiæ, clandeſtinitatis & precarij. Atque hoc ipſum contra Menoch. facit in ſuperiore de aq. quot. & æſtiua interdicto, probationem Iuris & proprietatis requirentem, Si enim hoc eſſet verum, multo magis idem in reficiendo riuo obtineret. † Sed prius hu- 18
ius requiſiti membrum, quod ſc. Iure ſeruitutis habeatur riuus, falſiſſimum eſſe, cum verba interdicti generaliſſima, tum Vlp. docet, l. Seruus 3. §. 4. vbi hoc Interdictum ait, ad omnes riuos pertinere, ſiue in publico, ſiue in priuato ſint
conſtituti, etiamſi calidæ vel frigidæ aquæ riuus ſit. quemadmodū etiam tam † 19
ineptum quam iniquum foret, illis dare interdictum, qui iure ſeruitutis habent riuos, illis vero, qui Iure proprietatis habent, denegare. Accedit † quod 20
citra vllam veri & formati iuris rationē, ſola poſſeſſio aquæ per riuum ducendæ hic conſideretur, d. §. 9. An enim iure ſeruitutis vel dominij riuus habeatur, vel reficiatur, ad quæſtionem τῆς ὑποθέσεως pertinet, quæ poſt redditum
Interdictum explicanda demum venit: Eoq; nomine † & tertium, quod illi 21
ponunt requiſitum, bona ſcilicet fides nequaquā hic in reddendo Interdicto conſideratur. Etſi enim hoc, & plæraq; alia interdicta prohibitoria, exceptionē, de vi, clam, aut precario admittunt, tamen necinde, quod illi volunt, atq; inferunt, ſtatim efficitur, bonam fidem actoris, in omnibus prohibitorijs interdictis requiri: hoc enim omnem interdictorum diſciplinam recta infringeret, Et contra expreſſa eorundem verba, & tenorem faceret. Siquidem illæ, de vi, clam, aut precario clauſulæ, non omnes bonæ vel malæ fidei caſus includunt, vel excludunt: ſed & tum demum obtinent, ſi recta, & in continenti, ab
ipſo reo concedantur, vel ab actore probentur. † Quarto Requiri aiunt, quod 22
probetur impedimentum refectionis: quemadmodum, & in alijs interdictis, turbatio ſit probanda: Ita Menoch. hoc remed. n. 11. † ſed verius receptumq; 23

Mmmm eſt,

eſt, quod allegatio impedimenti ſufficiat, tanquam medium concludendi neceſſarium, probatio vero nuſquam deſideretur, niſi negante aduerſario. Vnde conſequens eſt: quod tribus hiſce requiſitis Intermedijs tanquam ſpurijs reijciendis, primum ſaltem, & hoc quintum germanum haberi poſſit: vt ſcilicet reficiatur vel purgetur riuus: non vero in præiudicium alterius mute-
24 tur: prout hoc in noui operis & ſimilibus cauſis obtinet. † Requiritur igitur quinto: ne ſupplicans riuum mutet, vel mutare conetur: hoc eſt, ne per aliũ locum ducat, ne deprimat, dilatet, vel extendat, aut ex terreno ligneum, vel ſigninum ſiue lapideum, aut cæmentitium faciat: vel opertum aperiat: non enim reficit, qui hoc facit: ſed noui aliquid molitur d. l. 1. §. fin. & pen. quod
25 intellige, ſi † in alterius fiat præiudicium ac intereſſe: vtpote, ſi iuxta Labeonẽ, referente Paulo commodum, domino ſoli, vel auctori auferatur, appellendi pecoris vel hauriendi aquam &c. ibid. in fin. l. ſeq. 2. Si enim, citra alterius Iniuriam, præiudicium, vel inte eſſe, pro ſui commodo aut vtilitate, id omne faciat, interdicto recte vtitur: vt elegantiſſime, poſt Seruium & Lab. idem Vlpian. d. l. Seruitus. 3. exponit. Nam ſi operis aliquid faciat quis, quo magis aquam conſeruet, vel contineat, non impune prohibetur: ſic riuum, qui antea terrenus fuit, & aquam non continebat, ſtruct le.n vel cæmentitium, aut contra facere licet: ſic enim vrgens ac neceſſaria refectio admittenda eſt. Quemadmodum etſi quis nouum canalem, vel fiſtulas in riuo velit collocare, cum id nunquam habuerit, vtile ei hoc interdictum erit, ibid. §. 1. & 2. hoc tit.
26 quin, † etſi leuius aduerſarij, vel cauſatorium ſaltem intereſſe, maior vero, vel & vrgens ſupplicantis vtilitas, aut neceſſitas vertatur, interdicto locus eſt: ib. in prin. ibi: ſi non maior vtilitas verſetur aduerſarij, & d. §. 2. in fin. ibi: Nos & hic opinamur, vtilitatem eius, qui ducit ſine incommoditate eius; cuius a-
27 get eſt, ſpectandam. † Quinimo, ſi prætenſum aduerſarij commodum, magis ex occaſione, quam ex iure contingere videatur, nec ſit ab initio in ſeruitute imponenda, tale aliquid actum, interdicto ſubueniendum eſt, d. l. 2. Adeo, vt ſi quis riuum legitime reficienti opus nouum nunciet, belle dictum ſit, poſſe contemni nunciationem: cum enim prætor ei vim fieri vetet: abſurdum eſt, per operis noui nunciationem eum impediri: quamuis reddito interdicto, & conſtituta poſſeſſorij cauſa, petitoriũ intentari ac per in rem actionem aduerſus interd centem vindicari poteſt, ius ei non eſſe, d. l. 3. §. ſi quis. 8. quo reſpectu de damno quoque infecto cauere eum debere dubium non eſt, ibid. §. 9.
28 Poteſtas † Interdicti, non tantum in verbis eius ſita eſt, quaſi ad ſolum riuum pertineat, ſed & foſſæ, ac putei eodem continentur, omniaque incilia, canales, proluuiorum foramina, ſtillicidiorum etiam diuidicula, ac tympana, &c. d. l. 1. §. incile 5. adeo vt vtile etiam Interdictum competat, ſi de reſtituendo cuniculo agatur, per quem vapor extrahitur in balnearijs vaporibus, d. l. 3 §. Ariſto. 6. Porro ſigninum opus vel & pauimentum eſt, quod confractis & con-

Digitized by Google

contuſis teſtis, aut tegulis, addita calce, conficitur, condenſatur. Plin. lib. 35. c. 12. ad fin. Columel, lib. 1. c. 6. & lib. 8. cap. 17.

De Fonte.

Tit. XIII.

Summaria.

1 *Interdictum de Fonte duplex eſt.*

2 *Verba Pretoris in primo Interdicto.*

3 *Verba Pretoris in ſecundo Interdicto.*

4 *Hoc interdictum ſimiliter neceſſario proponendum putauit Prætor, ei qui aqua fontana vti prohibeetur. Seruitutes enim (vel iura) non tantum aqua ducenda eſſe ſolent: verum etiam haurienda.*

5 *Sicut diſcreta ſunt ſeruitutes ductus aquæ: & hauſtus aquæ: ita Interdicta ſeparatim redduntur.*

6 *Quamuis de fonte loquatur Interdictum: tamen & de lacu, puteo, piſcina: ſed viuam aut perennem aquam habentibus intelligendum eſt: vnde etiam pro illis competit.*

7 *Vtile quoq́, non vero directum, pro aquis ciſternarum, vel lacuum, aut puteorum non viuis competit & conceditur.*

8 *Prius Interdictum locum habet, ſi quis vti prohibeatur Aqua: hoc eſt, ſiue haurire prohibeatur, ſiue etiam pecus ad aquam appellere.*

9 *Quæritur, An Interdictum concedatur illi, qui prohibetur noctis tempore ire ad hauriendam aquam è fonte aut puteo vicini.*

10 *Hoc interdictum pro Fonte, lacu, piſcina, puteo datur; non tantum quo iure ſeruitutis vtimur, ſed & proprietatis: vbi inter vicinos contra debitum & antiquum morem, alter præ altero aquam haurire, pecus appellere, & ſimilia facere inſiſtat: nec ſibi inuicem cedere veline.*

11 *Alterum Interdictum eandem, quam Interdictum de Riuis reficiendis vtilitatem habet: daturque reficienti & purganti aquã, ſi vlla ratione impediatur, quo minus commode fontem purget, reficiat, ad coercendam aquam ne diffluat, ne dilabatur: & ſimilia, quæ ibi latius recenſentur.*

12 *Quoniam nunc ætatis admodum eſt periculoſum aliorum expenſas ferre; ſub ſpe reſtitutionis; idcirco hoc caſu Interdictum non inutile*

erit, vt compellantur vicini coire: ſumptuſque reparandis & conſeruandis fontibus neceſſarios conferre.

13 *Pro vt eadem ratione, vicinus murum communem ruinoſum, vna cum vicino neceſſario ædificante reparare cogitur: vel ſaltem de refundendis expenſis, cauere.*

14 *Quod Vlpianus in d. l. vnic. in fin. hic, non permitti ait cui nouas aquas quærere, vel aperire: quod innouet aliquid præter id, quo præcedenti anno vſus eſt: id ſaltem quo ad vicinorum, vel fontis prioris præiudicium ac intereſſe accipiendum eſt.*

15 *Perſonarum quibus & contra quas redditur Interdictum, eadem eſt ratio & huius interdicti, quæ fuit in Interdicto, de aqua quotid. & æſtiua.*

De Fonte.

Tit. XIII.

VIcinum quoque & affine duobus ſuperioribus interdictis ſubiungitur
1 ſub titul. 22. † Interdictum duplex De Fonte quo ait prætor: vti de eo
2 fonte, quo de agitur, hoc anno aquam, nec vi, nec clam, nec precario ab illo vſus es, quo minus ita vtaris vim fieri veto: De lacu, puteo, piſcina item inter-
3 dicam † Deinde ait Prætor: Quo minus fontem, quo de agitur, purges, reficias, vt aquam coercere vtique eo poſſis: dumne aliter vtaris, atque vti hoc anno, non vi, non clam, non precario ab illo vſus es, vim fieri veto. Atque
4 hoc Interdictum, † ſimiliter neceſſario proponendum prætor putauit, ei, qui aqua fontana vti prohibetur. ſeruitutes enim (vel iura) non tantum, aquæ
5 ducendæ eſſe ſolent, verum etiam hauriendæ: Et ſicut † diſcretæ ſunt ſeruitutes ductus aquæ, & hauſtus aquæ; ita interdicta ſeparatim redduntur. l. nu.
6 §. 1. hoc tit. Et † quamuis de fonte loquatur Interdictum, tamen & de lacu, puteo, piſcina, ſed viuam, aut perennem aquam habentibus, intelligendum eſt. Vnde etiam pro illis competit: non vero, pro ciſternis: vtpote quæ ex imbribus colliguntur, viuamque aut perpetuam aquam non habent, d. l. n.
7 §. 4. hoc tit. directum intellige, † non vt le: hoc enim datur etiam pro aquis ciſternarum, vel lacuum, aut puteorum non viuis, Barth. ibid. & per ea, quæ ſupra de fluminibus, & per l. foramen, ibi: perpetuo fieri exiſtimatur, ff. de ſeruit. vrb. præd.
8 Prius autem † Interdictum, locum habet, ſi quis vti prohibeatur aqua: hoc eſt, ſiue haurire prohibeatur ſiue etiam pecus ad aquam appellere, ibid. §. 2. plane ſi quis ire ad hauſtum prohibeatur, æque Interdictum ſufficiet,
9 ibid. §. 5. † An vero reddatur illi, qui prohibetur noctis tempore ire, ad haurien-

hauriendum aquam, è fonte aut puteo vicini? Et non eſſe reddendum, vide-
ri poteſt, per ea, quæ Menoch. hoc remed. num. 16. & per rationem, quod no-
ctis tempore non licet turbare vicinum, pro aquæ hauſtu, per l. iter, ff. com.
præ. &c. Veruntamen, niſi ſeruitus, expreſſe vel tacite ita conſtituta ſit, vt iux-
l. iter, interdiu tantum hauriatur: etiam illi, qui noctis tempore, ad vſus ne-
ceſſarios, aquam haurit, interdictum reddendum: quod etiam ſentit poſt So-
cin. Menoch. d. hoc remed. num. 18. Eo hic ſimiliter obſeruando, quod &
hoc † interdictum, pro fonte, lacu, piſcina, puteo detur, non tantum, quo iu- 10
re ſeruitutis vtimur: ſed & proprietatis pro vt cap. etiam præcedente dixi-
mus. Vbi inter vicinos, contra debitum & vete antiquum morem, (quo
φρέατα, vel πηγαὶ, putei vel fontes græcis dicta, etiam fraternitates, integroſ-
que pagos, & domicilia coniuncta receperunt ac conſtituerunt Bodin. de re-
pub. nim.) non raro rixæ ſuboriuntur, hoc interdicto omnino ſopiendæ:
vtpote ſi alter præ altero, aquam haurire, pecus appellere, linteamina laua-
re, &c. inſiſtat, nec ſibi inuicem cedere velint. Alterum † interdictum, ean- 11
dem, quam interdictum de riuis reficiendis, vtilitatem habet; daturque refi-
cienti, & purganti aquam, ſi vlla ratione impediatur, quo minus commode
fontem purget, reficiat, ad coercendam & continendam aquam, ne diffluat,
ne dilabatur §. 7. & ſeqq. hoc tit. vel etiam ad tuendam fontis, & aquæ mun-
diciem, pertinet interdictum: quid ſi enim ex fonte, vel puteo haurire quidẽ
moris ſit, ad coquendum, lauandum, alioſque vſus puriores: alius vero, ſcan-
daloſo, vel tædioſo exemplo non haurire ciuiliter aquieſcat, ſed ſuas etiam ſor-
didiſſimas, veſtes, induſia, centones, ex fonte recta proluere, vel & ſordidiſſi-
mis hauſtris, orcis, atque vaſculis immiſſis, ? quam haurire ſatagat: anne in il-
lum, hoc ipſo interdicto, prætor ſubueniendum duxerit? omnino. Eadem-
que eſt ratio, ſi ſordidæ lotiones ita prope vel iuxta fontem puteumve fiant,
vt in eundem ſordidatæ aquæ aut elotiones refluant: prout variæ quorundam
tam ſordes quam malitiæ hanc praxin ſuggerunt. Ita dum fontes integri ſunt,
omnes libenter ducunt: ſed ſi purgandi, ſi trabibus ac tigillis iterum munien-
di ſint putei, ruinam alias minitantes: adeo ſæpe moroſi ſunt corriuales, &
vicini, vt vix obolum conferre ſuſtineant: iis, qui pro tempore tunc forſan, vſu
aquæ, ad braxandum coquendum aut lauandum opus habent, ſolis impu-
tando, vt ſuis ſumptibus omnia parent: ſe poſtmodum, pro rata impenſas re-
fundere velle. Sed quoniam, † nunc ætatis, admodum eſt periculoſum, ali- 12
orum expenſas ferre, ſub ſpe reſtitutionis, quam multorum annorum proceſ-
ſibus vix extorqueas: iccirco & hoc caſu, interdictum, non inutile erit: vt cõ-
pellantur vicini coire, ſumptuſque reparandis & conſeruandis fontibus ne-
ceſſarios conferre: [prout] † eadem ratione vicinus, murum communem rui- 13
noſum, vna cum vicino neceſſario ædificante reparare cogitur, vel ſaltem de
refundendis pro rata expenſis, cauere: ſecundum ea, quæ ſub damni infecti

14 titulo diximus ex l. 35. cum seqq. & l. 39. in princ. l. 40. & seq. ✝ Quod vero Vlpian. d. l. vnica. in fin. hic, non permitti ait cui nouas aquas quærere, vel aperire, quod innouet aliquid, præter id, quo præcedenti anno vſus eſt: id ſcilicet, quoad [illegible], vel fontis prioris præiudicium ac Intereſſe accipi-
15 endum eſt per ea quæ ſup. cap. ✝ Perſonarum vero, quibus & contra quas redditur interdictum, eadem eſt ratio & huius interdicti, quæ fuit in interdicto, de aqua quot. & æſtiua. d. l. vnic. §. fin.

De Cloacis.

Tit. XIV.

1 Non modo de aquaductibus, Riuis & Fonte: ſed etiam de Cloacis interdicere Prætor voluit: quod vt Cloacæ purgentur reficiantur: & ad ſalubritatem ciuitatum, & ad tutelam pertineat.

2 Huic rei duplici interdicto prouidendum fuit: Vno prohibitorio: altero Reſtitutorio.

3 Verba Prætoris in primo Interdicto.

4 Verba Prætoris in ſecundo Interdicto.

5 Quoniam publicæ Cloacæ publicam curam merentur: propterea primum Interdictum de cloacis ſaltem priuatis propoſitum eſt, quo prohibetur vicinus vim facere, quo minus Cloaca purgetur & reficiatur.

6 Refertur Interdictum non modo ad eam Cloacam quæ ex ædibus, hoc eſt, quocunque ædificio eius in tuas ædes, vel quale quale ædificium pertinet, hoc eſt dirigitur & extenditur: ſed etiam ſi Area ſit ab vtralibet ædium parte.

7 Alterum Interdictum de publicis ſaltem cloacis propoſitum eſt, idque dupliciter.

8 Prima ſui parte reſtitutorium eſt interdictum quo iubet Prætor reſtitui, ſi quid in publica cloaca factum immiſſumue ſit, quo deterior fiat.

9 Altera parte prohibitorium eſt, qua cauetur, ne quid ad cloacam immittas, neue facias, quo vſus eius deterior fiat.

10 Quanquam de reficienda & purganda cloaca ſaltem, non etiam de noua facienda vtroque interdicto comprehenditur: attamen & eum qui priuatam cloacam in publicum immittere velit: vel ita facere vt exitum habeat in publicam cloacam, Interdictum omnino tuetur.

11 Quid ſit Cloaca?

12 Quia

12 *Quia Cloacarum purgatio & refectio ſupra modum ad publicam vtilitatem ſpectat: idcirco placuit Prætori, non eſſe in interdicto addendum, Quod non vi, non clam, non precario ab illo vſus: vt etiamſi quis talem vſum habuerit, tamen non prohibeatur volens cloacam reficere. Quo moderamine vero id ſit intelligendum vide latius inibi.*

13 *Quod ſupra de fontibus communibus dictum eſt, quod Vicini competentibus ad id interdictis ad conferendas impenſas. & ad reparandū purgandumue cogi poſſint: Idem etiam hic obtinet: ſi modo eadem cloaca vtantur vicini vel alias conferre teneantur.*

14 *Cæteroqui inciuile foret, inuitos vicinos, nec vlla ratione cloaca vtentes, ad conferendum cogere.*

15 *Hoc ipſum Interdictum vtiliter etiam ad quaſi cloacarum, vti proluuiorum, cæterarumque quarumlibet ſordium aut ſpurcarum aquarum canales ac incilia porrigitur.*

De Cloacis.

Tit. XIV.

NOn modo autem † de Aquæductibus Riuis & fonte, ſed etiam de cloacis interdicere prætor voluit: quod vt cloacæ purgentur, reficiantur, & ad ſalubritatem ciuitatum & ad tutelam pertineat: nam & cœlum peſtilens & ruinas minantur immunditiæ cloacarum, item ſi non reficiantur: cui rei duplici † interdicto prouidendum fuit: Vno prohibitorio, altero reſtitutorio: primo † igitur prætor ait: Quo minus illi cloacam, quæ ex ædibus eius, in tuas pertinet, qua de agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto: Damni infecti quod operis vitio factum ſit caueri iubebo. 1 2 3

Deinde ait prætor: † Quod in cloaca publica factum, ſiue ea immiſſum habes, quo vſus eius deterior ſit, fiat, reſtituas: item ne quid fiat immittaturue interdicam, l. 1. in princ. cum §. ſeq. & §. 15. hoc tit. Et quandoquidem publicæ Cloacæ † publicam curam merentur: propterea prius interdictum de Cloacis ſaltem priuatis propoſitum eſt, quo prohibetur vicinus vim facere quo minus Cloaca purgetur & reficiatur §. 5. ibid. Vicinus, non tantum proximus ſed & vlteriores, per quorum forte ædes cloaca currit §. 11. adeo vt competat interdictum, eo, vt vel vicinus ipſe obſtaculum in ſuo remoueat, vel vt actor ipſe in vicini ædes ſeruitutem illam debentis veniat, & reſcindat pauimenta, purgandæ Cloacæ gratia, ſi modo paratus ſit reſtaurare id, quod ex neceſſitate, reficiendæ cloacæ cauſa reſciderat: 4 5

alias

alias enim damni infecti ſtipulatio cōmitteretur, §. 12. qua in re, vrbanitatis habendam eſſe rationem innuit Iureconſ. vt, quod & in ſimilibus aliis ſeruitutibus fieri ſolet & debet, ne quid vltra, quā quod neceſſe eſt, purgandi gratia reſcindatur, per l. ſeruitutes 20. §. 1. in fin. de ſeru. vrb. præd. tum vt quanto minimo cum tædio, & incommodo fiat, tam ratione temporis, quam negotiorum. Et † refertur interdictum, non modo ad eam cloacam, quæ ex ædibus, hoc eſt quocunque ædificio eius, in tuas ædes, vel quale quale ædificium pertinet, hoc eſt dirigitur, extenditur, peruenit: ſed etiamſi area ſit ab vtralibet ædium parte, vel ex vrbano ædificio, in proximum agrum, cloaca ducta ſit, §. 8. ibid.

6

7 Alterum autem † interdictum de publicis ſaltem cloacis propoſitum
8 eſt, idque dupliciter: † prima enim ſua parte reſtitutorium eſt, quo iubet prætor reſtitui, ſi quid in publica cloaca factum, immiſſumue ſit, quo deterior
9 fiat: † altera parte prohibitorium eſt, qua cauetur, ne quid ad cloacam immit-
10 tas, neue facias, quo vſus eius deterior fiat. d. l. 1. §. fin. Quanquam vero, † de reficienda & purganda cloaca ſaltem, non etiam de noua facienda vtroq; interdicto comprehenditur: attamen & eum, qui priuatam cloacam in publicum immittere velit, vel ita facere, vt exitum habeat in publicam cloacam, interdictum omnino tuetur, d. l. 1. §. 9. Quin & nouam in publico facere permittendum eſt; venia nimirum, & permiſſu eius, cui viarum publicarum cura ſit, l. 2. eod. qui & proſpiciet, ne qua inde in publico, vel deformitas, vel immunditiies, vel pernicies oriatur, per ead. & ea quæ de viis publicis ſupra diximus.

11 Cloaca † autem eſt locus cauus, per quam colluuies quædam fluat: cuius appellatione & tubus, & fiſtula interdicto continetur d. l. 1. §. 4. & 6. Et
12 quia cloacarum † purgatio & refectio, ſupra modum, ad publicam vtilitatem ſpectat, idcirco placuit prætori, non eſſe in interdicto addendum: Quod non vi, non clam, non precario, ab illo vſus: vt, etiam ſi quis talem vſum habuerit, tamen non prohibeatur volens cloacam reficere, vel purgare, §. 7. ibid. Quod ipſum cum mica ſalis, vel potius thuris forte intelligendum in hac ipſa de cloacis cauſa: Quid ſi enim vicinus cloacam, vi & clam faciat, eamque poſtea in meam aream immittere, perque eam, vel & per ædes meas purgare, reficere velit: an ſeruitutem iſtam conſtitui, & obtrudi mihi patiar, quam nunquam ille habuit? Et non videtur: Iccirco recte accipienda eſt mens, & ſententia prætoris & interpretum: vel enim publicum eſt intereſſe, cloacam, quamuis vi, & clam factam purgari: ne forte, ex odore, & fætore, peſtilens aer fiat, vel alii vicini offendantur: Et hoc caſu, ſi priuata ſaltem ſit cloaca, propter publicum intereſſe cogi poſſum, vt tollam, vel & patiar colluuiem expurgari, deportari: Vt autem in ſimilem ſeruitutis conſequentiam reficiatur, & plane conſtituatur Cloaca, cogi non poſſum: niſi forte publica prorſus ratio aliud ſuadeat:

ſuadeat: ſed potius cogendus eſt vicinus, vt non Iure conſtitutam cloacam
reſtituat in priſtinum: vel etiam, vt, purgationes, quam poſtulat, loco, iniecta
ſuper terra, omnem cloacam oppleat: ſi nimirum fœtor, omniſque corru-
ptio ſatis per id ſupprimi & præcauari poteſt.

Et quod ſupra † de fontibus communibus dictum eſt, quod vicini 13
competentibus in id interdictis, ad conferendas impenſas, & ad reparandum
purgandumve cogi poſſint: Idem etiam hic obtinet: ſi modo eadem cloaca
vtantur vicini, vel aliàs conferre teneantur; † ceteroqui deiici inciuile foret, 14
inuitos vicinos, vt vlla ratione cloaca vtentes, ad conferendum cogere. Quod
ipſum, vtut hic tit, vel fœtidus vel otioſus videri multis poteſt, exemplis etiam
practicis non carere didici. Quippe quod nobiliſſimum aliàs iudicis officium
ad viliſſima ſæpe fœtidiſſimaque & ſtercora & ſterquilinia ac morticinia ſic-
giaque deſuper exorta diiudicanda prouocetur, quemadmodum & nobiliſ-
ſimos prætor omnes poſſeſſorios contentiones quantulaſcunque non modo
circa magna prædia, arces diuiſus, ſed circa viliſſimas quoque res alias exori-
entes ſaluberrimis ſuis Interdictis coercendas putauit. Et ſiquidem non ma-
ius certe enim minus flagitium vel pudor eſt Magiſtratui, ſi ſuper cloaca ho-
mines necari aut confligere patiatur, quam ſi ſuper auro, gemmis, aut marga-
ritis, idem accidat. Vbi † notandum, quod hoc ipſum Interdictum vtiliter et- 15
iam, ad quaſi cloacarum, vti proluuiorum, cæterarumque quarumlibet ſor-
dium aut putidarum ſpurcarumque aquarum canales ac incilia porrigatur:
quod variis ſæpe modis, iuribuſque ac titulis, per alienas areas, medias etiam
domos, hortoſq; & c. proluuiorum incilia & canales ducuntur tigillis vel la-
pidibus, ne ſordes appareant interpoſitis. Qualia, ſi quod non raro fieri ſo-
let, obturentur, nec aperire nec reſtituere permittantur, magnum incom-
modum parere ſolebat. Et quamuis ex vti poſſidetis Interdicto remedium et-
iam quæri poſſet: tamen hoc de cloacis Interdictum non ſine ratione prætor
extare voluit.

Interdictum Vtrubi.

Tit. XV.

Svmmaria.

1 *Verba Pratoris in Interdicto Vtrubi*
2 *Vt vti poſſidetis Interdictum ſoli fun i vel ædi ex poſſeſſoribus dat r: i a hoc Vtrubi reru n mo i ium poſſeſſor s tuetur.*
3 *Qu mnis in Vtrub Interdicto olim requi e atur, vt qui eo vti vell t, maior parte*

anni nouiſſimi poſſediſſ t : tamen vis eius exæquata fuit, Vti poſſidetis Inte. dicto vt is, & hoc in Int rdicto vincat, qui nec vi nec clam vel precario, dum ſuper hoc ab aduerſ rio inqui. tatur.

4 *Vanum atque friuolum eſt ho. interdict. agere volentem: prius ex eriri actione ad exhibendu n.*

5 *Fi. rita nenpo eſt vt ad exhibend m Actio cum hoc Interdicto vtiliter & neceſſario cu nuletur: uius exemp'a hic reſ ru. tur.*

6 *Quara'io mouerit illos qui ante hoc Interdict. m actione ad exhibend. m ag ndum eſſe ce ſuerunt.*

7 *Non xiguam ſi recte conſu'eretur eſſe huius Interdicti vti.ita'em: quod latius hic ex li atur.*

8 *Si periculum eſt n. res mob lis ex fu do vel ædibus auferatur. vel in fundo aut ædibus moleſt. tur, non inutiliter c. m hoc Vtrubi, Interdictum Vti poſſidetis cum. latur.*

9 *Q æſtio, an Arreſtatio, vel quale qua'e im edimentum r. rum mobilium, pro turlatione h beatu ?*

10 *Exemplum Petitionis ex hoc Interdicto*

11 *Quæſtio, An etiam c. u io in ho. Interdicto ſit præſtanda.*

Interdictum Vtrubi.

Tit. XV.

1 VTRVBI Interdictum † prætor ita proponit. Vtrubi hic homo, quo de agitur, maiore parte huiuſce anni fuit, quo minus is eum ducat, vim fieri veto. l. vn. ff vt ub. hoc eſt: vbicunque vel vbilibet homo vel res mobilis maiori parte anni fuit, quo minus is, apud quem fuit, hominem, vel rem illam ducat; vel quiete poſſideat, ſiue habeat, vim fieri veto. l. 1. hoc tit.

2 Vt igitur † vti poſſidetis Interdictum ſoli fundi vel ædium poſſeſſorib. datur: ita hoc vtrubi rerum mobilium poſſeſſores tuetur. §. retinendæ. 4. Inſt. de Interdict. vbi & ſub vocabulo hominis omnis res mobilis comprehendit. ibid.

3 Quamuis autem † in vtrubi interdicto olim requirebatur, vt qui eo vti vellet, maiore parte anni nouiſſimi poſſediſſet, ibid. hoc eſt poſterioribus menſibus ſeptem. vel etiam duobus, ſi modo aduerſarius reus, aut paucioribus aut nullis poſſediſſet Hotom. d §. retinendæ. pen. l. maiore. ff. de verb. ſignif. tamen obtinuit vim eius exæquatam fuiſſe, vti poſſidetis interdicto, vt is, & in hoc interdicto vincat, qui nec vi, clam vel precario, dum ſuper hoc

hoc ab aduerſario inquietatur , poſſeſsionem habet. dict. leg. n. hoc titul.

Et propterea vanum eſt, atque friuolum agere volentem hoc interdi- 4
cto prius experiri actione ad exhibendum. Cuiac. 5. obſ. 13. Menoch. hoc ret. rem. 2. n. fin. ſiquidem enim quis poſſideat, dum inquietatur, ridicula atque inanis ad exhibendum erit actio.

Fieri tamen poteſt, † vt ad exhibendum actio cum hoc interdicto vti- 5
liter & neceſſario cumulatur: quando nimirum res paululum vel exciderit, vel ſubtracta fuerit, & nihilominus animo poſſeſſionem retinemus, donec diligens inquiſitio accedat, per l. 3. §.. Nerua. 13. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. §. fere igitur teſti re. 12. cum 4. ſeq. Inſt. de rer. diuiſ.

Et forſan † mouit illos, quod Prætor interdicto vim fieri vetat , quo 6
minus quis hominem ducat. quod ſine præuia exhibitione fieri non poſſe, videtur: ſed citra vllam exhibitionem ſuam quis rem ducere, vel quid portare, ſecumve ferre ſolet: Igitur ita rem ſuam ducenti, ferenti, portanti, &c. vim fieri vetat prætor. Quemadmodum etiam non ducenti ſaltem, ſed in genere omni res mobiles poſsidenti vel habenti prætor conſulit, per d. § retinendæ. 4. & d. l. vn.

Et rem ſi recte † conſideremus, non exigua eſt & huius interdicti vtili- 7
tas: ſæpiſsime enim accidit, vt in rebus noſtris mobilibus inquietemur: vel ſine periculo eas habere, iiſque vti commode & tuto non queamus: vel quod alius quidam potius ſe in iis ius habere exiſtimet: puta quod heres eſſe vult, & boues, equos, vaccas, ſupellectilem, &c. ſibi occupare, vel quod aliunde intentionem ſuam qualificans ſibi rem iſtam vſurpare conatur : forte quod prius ſibi ſit nexa, vel in ſolutum data: &c. prout varii rerum caſus iſta ferre ſolent: Quo etiam pertinet, quod apud ſuperiorem magiſtratum, contra inferiorem ſupplicare poſſumus, ſi inique, iniuſte, vel nulliter in bonis noſtris mobilibus exequi velit: nam & ſic in iis turbari, vimque pati videmur. per l. prohibita. l ſancimus. C. de iur. fiſ.

Et ſiquidem † periculum eſt. ne res mobilis ex fundo vel ædibus aufe- 8
ratur, vel in fundo aut ædibus moleſtetur, vel impedimentum rerum mobilium fiat, non inutiliter cum hoc vtrubi interdictum vti poſsidetis cumulabitur: ad tuendam vtriuſque poſſeſsionis cauſam. per l. 1. §. vtique. & §. ſeq. ff. de vi & vi arm. l. ſi aliena. §. hoc iure. ff. de vſucap. l. longe. ff. de diuerſ. temp. præſ. Maſuer. prax. de poſſ. ſtor. n. 8.

An arreſtatio † vel quale quale impedimentum rerum mobilium pro 9
turbatione habeatur? Et omnino habetur. Qui enim vti frui re noſtra qualicunque prohibet, poſsidere prohibet; quemadmodum & omne id pro turbatione habetur , per quod vel mobilium vel immobilium poſſeſsionem commode habere & retinere non poſſumus. † Exemplum petitionis ex hoc 10
interdicto illiuſmodi eſſe poterit. Domine Iudex quanquam omnis facti tur-

batio vis& inquietatio in rebus non modo ſoli, ſed etiam mobilibus de iure, & id ſingularibus interdictis ſeueriter prohibetur, contraque vtiliter ſancitum, quod ſi quis in perſonam vel bona alterius ius agendi vel poſtulandi habere ſe putat, Legitimis viis atque mediis experiri debeat: Iis tamen non attentis C. Quintilius licentiam ſibi ſumere conatus eſt, ſuperioribus diebus quadrigas meas, quibus in agrum ire inſtitueram, de facto occupare, ſibique habere, quemadmodum etiam excuſſo ſeruo ſibi eam abduxiſſet, niſi fugæ celeriter mihi conſuluiſſem: Ex ſola intentione, quod quadrigam vna cum equis ab Titio ſibi pignori nexam, vel ex eius hereditate ad ſe delatam dicit: Quia autem eam ego à Titio, antequam moreretur, precio ſatis magno emi, & per tot dies ſiue menſes etiam bona fide, iuſtiſsime poſsideo: Et C. Quintilium nequaquam decet, ſibi ipſi ius dicere, vel ita de facto procedere. Iccirco humiliter rogo, vt ei interdicatis, quo eiuſmodi turbationibus in poſterum abſtineat, & non facto, ſed iure, id quod intendit, perſequatur: eoque nomine cautionem præſtet; ſic ego illi in iure reſpondere, meq; in iudicio ſiſtere paratiſsimus fuero.

11 Cæterum † cautionem quod attinet, an ea etiam præſtanda, dubitari poſſit? Sed quoniam iſta cauſam poſſeſsionis concernit, in qua hoc vtrubi, cum vti poſsidetis interdicto eſt exæquata, d.l.1. §.1. Propterea ſi periculum ſit, ne ad arma ſuper rebus mobilibus perueniatur, vel ne vlterior moleſtatio fiat, pro rei & circumſtantiarum qualitate admitti cautio poteſt.

Quorum Bonorum.

Tit: XVI.

S V M M A R I A.

1 *Debitum ſit liquidum vel legis diſpoſitione, vel Iudicis ſententia, vel per acta & inſtrumenta.*

2 *Cum Lex ipſa vel Conſuetudo, vel Statutum quid tribuunt, res ipſa per ſe omni iure & liquida & notoria habebitur, & proinde etiam executioni mandanda.*

3 *Quamuis interdictorum ſiue mandatorum proceſſus vtique ſua natura executiuus ſit, vocatur ſiue de inhibitoriis, vel compulſorialibus vel reſtitutoriis interdictis agatur. Tamen propriè executiua nominantur, quæ poſſeſſionem tribuunt quam antea non habuiſti.*

4 *Rationes referuntur, cur interdicta adipiſcendæ poſſeſsionis poſteriore loco tractentur.*

5 Verba

5 Verba Prætoris in Interdicto Quorum bonorum.

6 Cum hoc ad piſcenda poſſeſſionis interdictum Reſtitutorium appelletur.

7 Tria in hoc Interdicto ſunt diſcutienda.

8 Primo quænam huius ſit Interdicti natura & proprietas, qua à ſimilibus remediis diſtinguatur.

9 Secundo, quibus & contra quos detur.

10 Tertio Quamdiu & quomodo detur.

11 Hoc Interdictum ſubtiliſſimis plerorumque Doctorum ſpiris atque tricis obſcuratum fuiſſe aſſerat Author: non eo tantum quod celerrimum & executiuum eius Proceſſum fere omnes non animaduerterunt, ſed quod etiam in effectu cum ſimilibus actionibus & remediis confuderunt.

12 Praxi vſuque forenſi receptum eſſe, Quod frater contra fratrem: filius etiam contra extraneum heredem hereditatem patris nullentem, longiſſimis proceſſibus experiri & ſententiam expectare cogatur, antequam poſſeſſionem hereditatis quam natura, Deus & Lex ipſa dant, adipiſci queat.

13 Huic rei & huic ſeditatum fraudi Prætor occurrere volens, ſaluberrima hac Interdictorum remedia extare voluit: quibus ſimul ac de iure ſucceſſionis doceret Actor poſſeſſionem quam Lex aut edictum ei tribuit, recta conſequatur.

14 Nihil aliud eſt Iudex aut Magiſtratus, quam legis executor.

15 Iuris executio non habet iniuriam.

16 Include is non eſt opus coniecturis aut magnis diſputationibus

17 Omnes ordinaria actiones, earumque Proceſſus ordinarius, & magna examinatio pro rebus ſaltem dubiis introducta ſunt: non autem ſuper liquidis & claris quæ diſcuſſione non indigent.

18 Atque ita per viam mandati ac celeris expeditionis in hoc Interdicto procedi debere animaduertit Oldendorp claſſ. act. 1. vbi ait magna exiſtimationis & multa authoritatis viros iſtam interdictorum & mandatorum rationem ignorare, quamuis & ipſe communi Doctor. errore ſeductus ordinarium Proceſſum ſequatur.

19 Quæ vtilitas & quæ ratio ſit Interdicti Quorum bonorum, & quid differat à petitione hereditatis.

20 Titulus de bonorum poſſeſſionibus diſtinguitur ab hoc titulo: quod ille de proceſſu aut ceteris poſſeſſionis reſtitutione principaliter nihil agat, ſed tantum explicet quomodo & quibus caſibus Prætor bonorum poſſeſſionem polliceatur & decernat.

21 Titulus de bonorum poſſeſſionibus, huius Interdicti præparatorius eſt: adeoque generalis vt ordinariam quoque actionem admittat quoad poſſidentem aduerſarium pl... res magnam requirat.

22 Ad intellectum ... l. ... de bonor. poſſeſſ. & l. fin. C qui admitti

23 Titulus de bonorum poſſeſſionibus, in eo quoque ab hoc Interdicto differt, quod ſit

lo gegeneralior, in cauſas non modo inteſtati, ſed etiam teſtamentorum conceptus.

24 *Illis quoque qui recte teſtamento facto heredes inſtituti ſunt, dat Prætor ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionem.*

25 *Verbum, Bonorum non eſt verbum iuris, vt hereditas, ſed corporum.*

26 *Interdictum autem Quorum bonorum, ad cauſas ſolum inteſtati pertinet, quæ verior eſt ſententia.*

27 *Plerique tamen Doctores hoc Interdictum non tantum vb inteſtato, ſed etiam ex teſtamento venientibus dari autumant.*

28 *Vnde etiam inſtitutis in quota bonorum hoc interdictum dari aiunt.*

29 *Sed hos falli & errare, Author multarum Legum authoritate euincit.*

30 *Vtiliter tamen cumulari vtrumque remedium poteſt, ſi nihil ſit quod impediat, puta ſi ex teſtamento agens, ſe aliàs etiam heredem ab inteſtato eſſe dicat: vel ſi Interdictum Quorum bonorum alternatiue coniungat cum remedio l. finalis. C eod.*

31 *Cui rei ſuus eſt vſus, ſi ab inteſtato ſucceſſurus, ex teſtamento tam non plus commodi ablaturus, hæſitet vel metuat, anne etiam ſubſiſtere teſtamentum poſſit.*

32 *Et ita etiam videntur ſentire, ac conciliandi eſſe Doctores, tenentes hoc Interdictum dari etiam pro rebus teſtamento relictis.*

33 *Competit ergo hoc interdictum pro conſequenda poſſeſſione bonorum hereditatis, quam quis ab inteſtato reliquit: Ita vt hoc iudicium generale ſit, non minus, quam petitio hereditatis neceſſitatem quandam bonorum continet.*

34 *Et non tantum pro rebus corporalibus, ſed etiam incorporalibus ad hereditatem pertinentibus competit.*

35 *Pro annua quoque penſione ſine reditu ad hereditatem pertinente id præſtari, poſt alios Doctores tenet Menochius: vbi tamen hoc reſtringitur ad realem præſtationem.*

36 *Idem tamen in perſonali præſtatione ad heredes actiue & paſſiue tranſitoria procedere, Author minime in dubium reuocat.*

37 *Et quod etiam pro rebus ſingularibus competat Interdictum, poſt alios recte tenet idem Menochius per rationem, quod licet res perſe ſint ſingulares, ex vniuerſali tamen hereditatis iudicio petantur.*

38 *Pro rebus item feudalibus competere certum eſt.*

39 *Denique pro omnibus rebus quæ apud defunctum tempore mortis fuerunt non tantum iure proprietatis aut poſſeſſionis præſtatur. Quod licet ab aliquibus aliqua ex parte in dubium reuocetur: ab Authore tamen ſimpliciter hæc opinio ſaluatur & approbatur.*

Digitized by Google

40 Intricata apud Dd queſtio eſt: An Edictalis vel decretalis bonorum poſſeſſio ad impetrandum iudicium requiratur.

41 Iure veteri Edictalem bonorum poſſeſſionem habere non ſufficiebat: puta quod quis oſtenderet, ſe ex Pratorio edicto eſſe ſucceſſorem: ſed praterea requirebatur vt Prator auditis de plano partium allegationibus, prius decerneret ac pronunciaret, quod decretalis bonorum poſſeſſio vocatur, quæ etiam erat petenda.

42 Et hanc quidem petere adhuc vtile eſt, etiamſi quis poſſeſſionem corporaliter iam nactus eſſet, quatenus ſcilicet contradictionem metueret.

43 Hodie tamen iſta ſolennitas ſublata eſt: ſufficit enim apud quemcunque Magiſtratum aut Iudicem de iure ſucceſſionis oſtendere, & ſic Edicto experiri.

44 Quemadmodum & iure veteri Decretalis bonorum poſſeſſio in tantum in caſibus dabatur, cum res quædam pratoriæ cognitionem deſideraret: mota ſcilicet ab aduerſario controuerſia: & iure ſucceſſionis in diſputationem pertracto.

45 Quæritur, an hoc interdictum etiam poſſeſſori vel ſucceſſori detur, non tantum qui ex iure Pratorio, ſed etiam ex iure ciuili hereditas defertur.

46 Communior Doctorum ſententia eſt, directam, vt aiunt ex hoc Interdicto, actionem ei ſolum dari, qui ex iure Pratorio ſuccedit non vero illi, qui ex iure ciuili: huic enim vtilem ſolummodo competere.

47 Author tamen friuolam hanc eſſe ſubtilitatem, & quæ nuſquam in iure probata ſit, aſſerit.

48 Etſi enim Prator quibuſdam poſſeſſionem publicetur, quibus iure ciuili cautum non erat, veluti poſthumo alieno, heredi inſtituto, vel filio emancipato. Tamen omnibus ex iure ciuili heredibus ſingulariter interea prouidere voluit & conſulere: quod qua ratione fiat, ibi latius explicatur.

49 Saluberrimam Interdictorum doctrinam male hactenus intellectam & tractatam cenſet Author dum omnia iuris atque legum beneficia, quantumuis notoria ad ordinarias actiones deuoluuntur.

50 Sic quoque licet in hoc ipſo Interdicto ſummarie eſſe procedendum, nonnulli dicant libellum tamen litisq; conteſtationem, & ſimilia, ſententiamque definitiuam requirunt: quod à pratoria executione, in caſibus interdictorum ipſo iure claris plane alienum eſt.

51 Quod omnibus ex iure ciuili ſuccedentibus directum competat Interdictum, alio argumento & aliorum Doctorum authoritate, ad hoc allata quoque probatur.

52 Quæ-

Digitized by Google

52 Quæritur, an iure Ilectio is venientibus datur hoc Interdictum.

53 Interdictum hoc datur contra eum, qui hereditatem eius vere, pro herede aut poſſeſſore poſſidet: vel qui dolo malo vel culpa ſua fecit, quo minus poſſideret.

54 Adeo vt ſi rei reſtituendæ facultas non ſit, eius æſtimatio vna cum intereſſe præſtanda veniat, quantum ſcilicet in litem actor iurauerit.

55 In caſu quo Reus poſſidere deſiit, Interdictum vtile ſaltem dari inquiunt gloſſ. & quidam Doctores. Sed cum etiam in hunc caſum ipſius Interdicti verba ſint concepta, verius eſt directum competere Interdictum.

56 Cum Interdictum hoc contra eos ſit, met Prætor qui pro herede aut poſſidere poſſideat: conſequens eſſe videtur, contra eos, qui alio quo titulo poſſident non dari.

57 Et hoc tam generaliter affirmant Doctores, vt ne vtile quidem Interdictum hoc caſu competere ſentiant, per rationem, quod non petitio hereditatis contra titulo poſſidentes detur.

58 Eo tamen non attento ſit ut petitio hereditatis & quorum bonorum Interdictum contra titulo poſſidentes, ſi non directe ſaltem vtiliter competit: quod intelligunt, quando titulus iſte eſt acquiſitus poſt mortem eius, de cuius hereditate agitur, hoc eſt ſi titulus iſte ſit profectus in præiudicium hereditatis, ab eo qui alienandi poteſtatem non habuit.

59 Quorum bonorum Interdicto debitores hereditarios non teneri. Vlpianus ait, in l 2 ff. hoc tit. quod generaliter Dd. ibi ſequuntur, per rationem, Quod interdictum hoc in rem ſcriptum ſit

60 Hic vero animaduertendum erit, ex ſententia Authoris, Vlpianum de directo ſaltem Interdicto, non vero de vtili loqui, quod hoc caſu omnino datur per rationem, quod licet defunctus in poſſeſſione rerum debitarum non fuit: fuerit tamen in quaſi poſſeſſione iuris pro conſequendo debito competentis.

61 Ea quoque in bonis noſtris eſſe dicuntur, pro quibus exceptionem vel actionem habemus

62 Vnde etiam male Dd. nonnulli his contradicunt, cenſentes nimirum pro rebus incorporalibus Interdictum minime dari.

63 Quamdiu Interdictum competat, oſtendunt eius verba, Si nihil vſu captum eſſet. Ex quibus colligitur, perpetuum eſſe Interdictum: & tamdiu competere, quamdiu præſcriptionis exceptione actor non poteſt ſubmoueri.

64 Quæritur Qualisnam hæc ſit præſcriptio.

65 Libellus in hoc Interdicto requiritur, ſed non ſolennis & qui formam ſaltem habeat, qualis qualis petitionis

66 Doctores aliqui nimis præciſe tenent, hoc Interdictum non competere, ſi aduerſarius non ſit in poſſeſſione rerum hereditariarum: ſic enim authorem poſſe propria authoritate occupare hereditatem.

67 Tamen

Digitized by Google

67 *Tamen illo quoque caſu interdictum locum habet: vbi aduerſarius non poſſidet, ſed controuerſiam ſaltem mouet, aut aliàs moleſtiam exhibet, &c. Sic enim Actor ſeſe immittit & Reo inhiberi petit.*

68 *Probationes quod attinet, communis eſt Doctorum ſententia ſummarias ſufficere & ſemiplenas. Quod in omni iure poſſeſſorio remedio procedit.*

69 *Huic tamen opinioni contradicit Salic. et Rip. & Menochius.*

70 *Veritas eſt, ſummarias quidem probationes ſufficere, ſed ita tamen affectas, vt neceſſarias interdicti qualitates, ius ſcilicet ſucceſſionis ex parte Actoris, poſſeſſionem vero rerum & quidem hereditariarum earumue alienati. nem ex parte rei aſſignant.*

71 *Si enim neg* [illegible] *ſitas in b* [illegible] *functi fuiſſe vel ſi poſſid. re aut alienaſſe, vtrumque probandum erit. Exceptionibus petitorium c* [illegible] *non admiſſis, ſi aliorum indagatio maior quæratur.*

72 *Si in continenti de dominio iur* [illegible] *at R* [illegible]*, puta quod rem controuerſam vel commodati vel depoſiti titulo apud defunctum habuerit, & c* [illegible] *induxerit.*

73 *Si exceptiones ſint obſcuri res. Vel ſi quid aliud obiiciatur, neceſſarias Interdicti qualitates rectam* [illegible] *ſubmouendo: & præſumptione interea pro Actore militante* [illegible] *Reſtitutio celerrime facienda, & ſummaria probatio admittenda, vtpote quæ proprii ſit priuilegii: cum in petitorio quæſtio controuerſa plenius ventilanda & probanda veniat.*

74 *Omnis exceptio qua dominium quocunque modo reſpicit, non impedit hoc Interdictum ſed in petitorio reſeruatur.*

75 *In hoc Interdicto appellationi nullus eſt locus quod in omnibus poſſeſſoriis obtinet, & canonicum eſt.*

76 *Si videlicet momentaneum ſaltem ſui præiudicium habeant, & in petitorio in omnem caſum reformari queat.*

77 *Quæritur, an litis conteſtatio in hoc Interdicto neceſſaria ſit: Et affirmatiua opinio à plerisque tenetur.*

78 *Cuius huius cauſa eſt, quod antiqua litis conteſtanda, & Interdictorum ratio, non ſatis vbique obſeruata eſt.*

79 *Vnde etiam indiſtincte dixerunt nonnulli, ſententiam in poſſeſſorio latam eſſe definitiuam.*

80 *Quod tamen in poſſeſſoriis Interdictorum non ſemper procedit. hoc quod ipſum in hoc Quorum bonorum Interdicto probatur.*

Quorum Bonorum.

TIT. XVI.

DEbitum † ſit liquidum vel legis diſpoſitione, vel Iudicis ſententia, 1 vel per acta & inſtrumenta. Ita commun. DD. Et ſane † cum lex 2

Oooo ipſa

ipſa vel conſuetudo vel ſtatutum quid tribuunt, res ipſa per ſe omni iure & liquida & notoria habebitur, & proinde etiam executioni mandanda. Quam-
3 uis † autem interdictorum ſiue mandatorum proceſſus vbique ſui natura executiuus eſſe videtur: ſiue de inhibitoriis, vel compulſorialibus vel reſtitutoriis interdictis agatur, de quibus ſupra diximus: tamen in ſpecie & proprie executiua nominare ea placet, quæ poſſeſſionem tribuunt, quam antea non habuiſti: Vbi primo interdicta occurrunt adipiſcendæ poſſeſſionis, quæ po-
4 ſteriore loco ob id † tractanda, quod prior & potiſſima ſit ratio habenda, vt noſtra quæ iam habemus, tueamur: vbi interdicta & mandata prodita ſunt inhibitoria, quæ retinendæ poſſeſsionis vulgo nominantur: Quibus perquam vicina ſunt mandata vel interdicta compulſorialia de edendo, exhibendo, præſtando, & ſimilibus: Proprium deinde eſt, vt amiſſa recuperemus: vbi interdicta reſtitutoria ſunt vtiliſsima. Tertium eſſe debet, vt ea quæ lege, vel natura, vel conuentione nobis debentur, acquiramus, adipiſcamur: non quidem ordinariis actionibus: de quibus his dicendi locum non ſumpſimus; ſed velo, quod aiunt, leuato, & quod omnium promptiſsimum eſt mandando, iubendo & exequendo, hoc eſt, ſummariiſsimis perſecutionibus Prætoria authoritate indultis. l. pecuniæ. 178. §. perſecutionis. vbi Alcia. l. actionis 34. & ibi not. ff. de verb. ſig. Perſecutionis enim verbum propriiſsimum eſt, vbi ex Prætoris autoritate, iudicis quod vocant officio implorato extra ordinem quid perſequimur. ibid. Weſenbec. ad tit. ff. de bon. poſſ. nu. 7. Hic igitur de paratis immiſsionum vel executionum cauſis breuiter acturi hoc cap. vtiliſsimo Quorum bonorum interdicto tribuemus.

5 Quorum bonorum † ait Prætor, ex edicto meo illi poſſeſsio data eſt, quod de his bonis pro herede aut pro poſſeſſore poſsides, poſsidereſve, ſi nihil vſu captum eſſet, quod quidem dolo malo feciſti, vt desineres poſsidere id illi reſtituas.

6 Hoc Interdictum † adipiſcendæ poſſeſsionis eſt. l. 1. in fin. Et dicitur, reſtitutorium reſpectu Rei, quem prætor iubet poſſeſsionem reſtituere actori, tanquam bonorum ex edicto poſſeſſori, non quod hic poſſeſsionem iam ante habuerit, vel adeptus amiſerit, quo caſu inutile hoc ei interdictum foret, ſed quod poſſeſsionem rei quam prætoris edictum illi tribuit ac pollicetur, velit adipiſci, adipiſcēdæ. Inſt. de Interd. Quo nomine poſſeſsio illi dicitur reſtitui abuſiue, ſicut aliquid nobis reddi dicimus, etiamſi id antea non habuerimus. l. verbum reddendi 94. ff. de verb. ſignific. l. cum quidam. 14. ff. de leg. 2.

7 8 Vbi tria † diſcutienda: Primo †, quænam ſit huius interdicti ratio, natura, & proprietas, qua ab aliis ſimilibus remediis diſtinguatur, & pro quib.
9 10 rebus competat: † Deinde quibus & contra quos detur: † Tertio: quandiu & quomodo detur. Quantum ad primum: Et hoc Interdictum non minus

nus quam alia, futiliſsimis † Dd. plerorumq; ſpinis atque tricis obſcurarum 11
fuit: Non eo tantum quod celerrimum & executiuum eius proceſſum fere omnes non animaduerterunt: ſed quod etiam in effectu cum aliis ſimilibus actionibus & remediis confuderunt. Etſi enim petitionem hereditatis ex iure ciuili competere dicunt, eo vt quis heres declaretur, Bonorum vero poſſeſsionem ex iure Prætorio, ad quam probandam etiam ſemiplenæ probationes ſufficiant: tamen ſi vtriuſque tractationem exegeſin & proceſſum conſideremus à DD. plæriſque propoſitum, eodem res omnis recidit: ita vt ſiue actionem petitionis hereditatis inſtituas, ſiue ex interdicto Quorum bonorum agas, iuxta ſit, neque quidnam hic ſingularis vel priuilegii, vel beneficii percipias. Quia ſcilicet, quod ſæpius conquerimur, vera interdictorum ratio intercidit, ac in deſuetudinem pleriſque in caſibus abiit. Nonne enim praxis vſuſque † forenſis docet, quod frater contra fratrem, agnatus contra 12
agnatum, filius etiam contra extraneum hereditatem patris inuolantem longiſsimis multorum annorum proceſsibus experiri, & ſententiam expectare cogatur, antequam poſſeſsionem hereditatis, quam natura, Deus & Lex ipſa dant, atque tribuunt, adipiſci queat: Non attento, quod de proxima agnatione m & certiſsima proinde ſucceſsionis iure notorie conſtet. Huic igitur rei & hereditatum fraudi occurrere, ſanctamque iuſtitiæ adminiſtrationem 13
promouere volens Prætor optimus: in hanc quoque cauſam ſaluberrima interdictorum remedia extare voluit: Quibus ſimul ac de iure ſucceſsionis doceret autor poſſeſsionem, quam lex aut edictum ei tribuit ſiue pollicetur, recta conſequatur. Quid enim Iudex † aut Magiſtratus aliud, quam legis 14
executor? Cum ergo lex ipſa & probationum euidentia de iure autoris teſtatur atque loquitur, celerrime ſubueniendum eſt, aduerſario ſine magna cunctatione ad reſtituendum arctando & compellendo. Iuris enim † exe- 15
cutio non habet iniuriam. l. iniuriarum. ff. de iniur. Et in † claris non eſt opus 16
coniecturis, aut magnis diſputationibus, per vulg.

Quemadmodum & omnes † ordinariæ actiones, earumque proceſſus 17
ordinarius & magna examinatio, pro rebus ſaltem dubiis introducta, non autem ſuper † liquidis atque claris, quæ ventilatione & diſcuſsione non indigent, cum ſint probatio probata non probanda, *per ea quæ Bal. in l. quoties. num 6. in fin. Codic. de indic. & l. 1. numero 8. vbi & Iaſ. num 10 ff de ſtat hom. Hippol. l. ſi quis. num. 140 ff de quæſt.* Super claris † enim & apertis nihil eſt amplius quærendum *l. non aliter ff. de leg. 3. VVeſenbec. conſ. 8. num. 26. in fin.* vbi licet de Inſtrumentis fiat ſermo, tamen idem multo magis obtinere debet in ipſis legibus & ſtatutis. Atque ita † per viam mandati ac celeris expeditionis ex 18
hoc interdicto procedi debere, animaduertit Iohann. Oldendorp. claſſ. 2. act. 1. ſub defenſ. rei, vbi ait, magnæ exiſtimationis, & multæ autoritatis viros iſtam interdictorum & mandatorum rationem ignorare: quamuis

Oooo 2 ipſe

Digitized by Google

ipſe per communem Doctorum errorem, ſeductus ordinarium proceſſum ſequatur: cum tamen integram fere mandati formulam Impp. præſcripſerint l.fin.C.hoc tit.

19 Ex quibus iam aliquo modo apparere exiſtimo, quanta vtilitas & † quæ ratio ſit Interdicti, Quorum bonorum, quod differt à petitione hereditatis non tantum quod hæc à Iure ciuili, hoc eſt, Senatuſconſultus principalibus conſtitutionibus & reſcriptis ſit introducta, & hereditatem ipſam recta perſequendo petitorii iudicii naturam habeat: quemadmodum & econtra, Quorum bonorum, interdictum, vti & prætoria bonorum poſſeſsio principaliter cauſam poſſeſſionis perſequitur, quadam vero circumductione, & ſaltem per obliquum ipſam hereditatem. *text. in princ. & per tot. Inſt. de bonor. poſſ. ſſ & tot. tit ff. e. d & tit. C. qui admitt. ad bon. poſſ cum ſeqq.* Sed maxima ſui ratione differt etiam quoad proceſſum, celeremque executionis reformationem: Quo eodem nomine hoc ipſum interdictum quoque à tit. de bo-

20 norum poſſeſſionibus diſtinguitur, quod ſcilicet hic † titul. de proceſſu aut celeri poſſeſsionis reſtitutione principaliter nihil agat, ſed tantum explicet, quomodo & quibus caſibus Prætor bonorum poſſeſſionem polliceatur & decernat.

21 Vnde & tit. de Bonor. poſſeſſ. huius interdicti præparatorius eſt, adeoque generalis, vt ordinarium quoque actionem admittat, quoad poſſidentem aduerſarium: præcipue ſi res indaginem deſideret. l. 2. ibi: licet quinto gradu conſtitutus ex ſucceſſorio capite per iſti bonorum poſſeſſionem, vel necdum excluſus petas, eorum ſucceſſionem poteris vindicare. Cod. de

22 ſucceſſ. edict. l. 1. & text. l. 2. C. Quorum bonorum &c. neque obſtat † §. final. Inſt. de bon. poſſ. & l. fin. C. qui admitt. vbi dicitur, quod ſufficiat quocunque modo admittentis poſſeſſionem iudicium vel quamcunque amplectendæ hereditatis teſtationem oſtendere, non modo apud prætorem, ſed apud quemcunque iudicem aut magiſtratum.

Hi enim textus, de ſola poſſeſſionis agnitione vel delatione loquun-

23 tur, non autem de ipſa immiſſionis executione, pro qua interdum, quorum bonor. ſingulariter eſt comparatum. A quo d. tit. de bon. † poſſeſſ. etiam in eo differt, quod ſit longe generalior, in cauſas non modo inteſtati, ſed etiam

24 teſtamentorum conceptum. Nam illis † quoque, qui recte teſtamento facto heredes inſtituti ſunt, dat præter ſecundam tabulas bonorum poſsionem. †. Nam illis in princ. Inſt. d. tit. & tit. ſing. ff. & Codic. de bon. poſſeſſ. ſe-

25 cund. tab. Et hic ſimiliter obſeruando quod verbum, † Bonorum, non eſt verbum Iuris, vt hereditas, ſed corporum, *per ea quæ Dec. & ibi Bart. Caſtrenſ. &c. conſ 387. n 4.*

26 † Interdictum autem, Quorum bonorum, ad cauſas ſolum inteſtati pertinet, ad perſequendas poſſeſſiones ex legibus & edictis ab inteſtato nobis delatas:

Digitized by Google

delatas : id quod verba atque mens ipſa interdicti arguit, & veriſsime eſt ſen-
tentia Azo *num. 2. in ſum ad tit. C de Edict. Diu. Adrian. & comm. DD. ad l fin ibid.*
Barth num. 5. Caſtrenſ num. 15. Iaſ. n 28 ... ip num 2 in rub. ff Quor. bon. De . conſ.
424. num. 10. Weſenbec. *conſ 6. num. 93 & conſ 81 ſub num. 9 Meno h remed adi-*
piſ. 4. num 54. Plærique ſane DD. † Quorum bonorum interdictum non 27
tantum ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamento venientibus dari autumant:
Salic. l 2 C quor bon. Angel Aretin. §. Quadrupli n 61. Inſt. de act. Marant. part. 4.
diſt. 7 num 2 Melch. Kling. & comm DD. Schneidun § ſequens diuiſio. num 13. Inſtit.
Interd. Vultei 2. Iuriſp. tit. eod num. 40. Seb. Medic. de acq. poſſ. num 94. Vnde
etiam inſtituto † in quota bonorum dari hoc interdictum aiunt, ibid. *num.* 28
95. Meno h hoc rem. adipiſ. 1 q 5 & 7 poſt Ri... ad l 1. numer. 16. eod. &c.

Sed falli † eos, aperte & ſingulariter docet l. 1. ff. quor. bonorum. l. 1. l. 29
2. ib. patruelis inteſtatæ. & l. 3. fin. ib : inteſtatæ vxoris. C. eod. quam l. fin. quæ
eſt Arcad. & Honor. Imp. quod vt ante quoque monui, expreſſam mandati
formulam contineat huc aſsignare placet. Conſtat virum à bonis inteſta-
tæ vxoris ſuperſtitibus conſanguineis eſſe extraneum : cum prudentium o-
mnia reſponſa & lex ipſa naturæ, ſucceſſores eos faciant ? Ergo iubemus
vt omnibus fruſtrationibus amputatis, per Interdictum quorum bonorum
in petitorem corpora transferantur, ſecunda actione proprietatis non exclu-
ſa.

Vnde apparet in ſucceſſoribus ab inteſtato hoc interdicta ſaltem lo-
cum habere, ita vt iure ſucceſsionis ſummarie probato celerrime ad immiſ-
ſionem procedatur, ſalua tamen petitorii quæſtione. Et ſiquidem pro
cauſis teſtamentorum hoc quoque Interdictum competeret Adrian. Imp. &
Iuſtin. d. l. fin. de edict. Diu. Adrian. tol. tum ante alii Imperatores, vt Seuerus
& Anton. l. 1. & Alexand. l. 2. cod. in eam rem ſingularia remedia non vulgaſ-
ſent, vel potius quod tempore etiam prætorum prodi a fuiſſe videntur, re-
nouaſſent, aut inculcaſſent. Vtiliter tamen † cumulari vtrumque reme- 30
dium poteſt, ſi nihil ſit quod impediat, puta ſi ex teſtamento agens, ſi aliàs
etiam heredem ab inteſtato eſſe dicat : vel ſi interdictum quorum bonorum
alternatiue coniungat, cum remedio d. l. finalis: cui rei † ſuus eſt vſus, ſi ab 31
inteſtato ſucceſſurus, ex teſtamento tamen plus commodi nacturus, hæſitet
vel metuat, anne etiam ſubſiſtere teſtamentum poſsit. Quemadmodum
ſolemus facere, quoties incertum eſt, quæ potius actio teneat : nam duas
dictamus, proteſtati ex altera nos velle conſequi, quod nos contingit, vt ait
Vlp. l. 1. §. Quia autem. in fin. ff. quod leg. & ita etiam † videntur ſentire, ac 32
conciliandi eſſe DD. tenentes, hoc interdictum dari etiam pro rebus teſta-
mento relictis, per ea quæ Angel. d. n. 61. vbi ait, quatenus remedium d. l. fin.
C. de edict. D. Ad. non ſit ſuperfluum, etiamſi hoc interd. et in cauſis teſtam.
valere dicamus. Competit ergo † hoc interdict. pro cōſequenda poſſeſſ. bon.

Digitized by Google

batio vis& inquietatio in rebus non modo ſoli, ſed etiam mobilibus de iure, & id ſingularibus interdictis ſeueriter prohibetur, contraque vtiliter ſancitum, quod ſi quis in perſonam vel bona alterius ius agendi vel poſtulandi ſibi habere ſe putat, Legitimis viis atque mediis experiri debeat: Iis tamen non attentis C. Quintilius licentiam ſibi ſumere conatus eſt, ſuperioribus diebus quadrigas meas, quibus in agrum ire inſtitueram, de facto occupare, ſibique habere, quemadmodum etiam excuſſo ſeruo ſibi eam abduxiſſet, niſi fugæ celeriter mihi conſuluiſſem: Ex ſola intentione, quod quadrigam vna cum equis ab Titio ſibi pignori nexam, vel ex eius hereditate ad ſe delatam dicit: Quia autem eam ego à Titio, antequam moreretur, precio ſatis magno emi, & per tot dies ſiue menſes etiam bona fide, iuſtiſsime poſsideo: Et C. Quintilium nequaquam decet, ſibi ipſi ius dicere, vel ita de facto procedere. Idcirco humiliter rogo, vt ei interdicatis, quo eiuſmodi turbationibus in poſterum abſtineat, & non facto, ſed iure, id quod intendit, perſequatur: eoque nomine cautionem præſtet; ſic ego illi in iure reſpondere, meq; in iudicio ſiſtere paratiſsimus fuero.

11 Cæterum † cautionem quod attinet, an ea etiam præſtanda, dubitari poſſit? Sed quoniam iſta cauſam poſſeſsionis concernit, in qua hoc vtrubi, cum vti poſsidetis interdicto eſt exæquata, d.l.1. §.1. Propterea ſi periculum ſit, ne ad arma ſuper rebus mobilibus perueniatur, vel ne vlterior moleſtatio fiat, pro rei & circumſtantiarum qualitate admitti cautio poteſt.

Quorum Bonorum.

Tit: XVI.

S V M M A R I A.

1 *Debitum ſit liquidum vel legis diſpoſitione, vel Iudicis ſententia, vel per acta & inſtrumenta.*

2 *Cum Lex ipſa vel Conſuetudo, vel Statutum quid tribuunt, res ipſa per ſe omni iure & liquida & notoria habebitur, & proinde etiam executioni mandanda.*

3 *Quamuis interdictorum ſiue mandatorum proceſſus vtique ſui natura executiuus eſſe videatur ſiue de inhibitorio, vel compulſorialis, vel reſtitutoriis interdictis agatur. Tamen propriè executiua ea nominantur, qua poſſeſſionem tribuunt quam antea non habuiſti.*

4 *Rationes referuntur, cur interdicta adipiſcendæ poſſeſſiones poſteriore loco tractentur.*

5 Verba

5 *Verba Prætoris in Interdicto Quorum bonorum.*

6 *Cum hoc ad piſcenda poſſeſsionis interdictum Reſtitutorium appelletur.*

7 *Tria in hoc Interdicto ſunt diſcutienda.*

8 *Primo quænam huius ſit Interdicti natura & proprietas, qua à ſimilibus remediis diſtinguatur.*

9 *Secundo, quibus & contra quos detur.*

10 *Tertio Quamdiu & quomodo detur.*

11 *Hoc Interdictum ſubtiliſsimis plurorumque Doctorum ſpiſsis atque tricis obſcuratum fuiſſe aſſerat Author non eo tantum quod celerrimum & expeditum eius Proceſſum fere omnes non animaduerterunt, ſed quod etiam in effectu cum ſimilibus actionibus & remediis confuderunt.*

12 *Praxi vſuque fori nunc receptum eſſe, Quod frater contra fratrem: filius etiam contra extraneum heredem hereditatem patris nunc lentem..õq ſimis proceſsibus experiri & ſententiam expectare cogatur, antequam poſſeſsionem hereditatis quam natura, Deus & Lex ipſa dant, adipiſci queat*

13 *Huic rei & hereditatum fraudi Prætor occurrere volens, ſalutiferrima hæc Interdictorum remedia extare voluit: quibus ſimul ac de iure ſucceſsionis doceret Actor poſſeſsionem quam Lex aut edictum ei tribuit, recta conſequatur.*

14 *Nihil aliud eſt Iudex aut Magiſtratus, quam legis executor.*

15 *Iuris executio non habet iniuriam.*

16 *In clariis non eſt opus coniecturis aut magnis diſputationibus*

17 *Omnes ordinariæ actiones, earumque Proceſſus ordinarius, & magna examinatio pro rebus ſaltem dubiis introducta ſunt: non autem ſuper liquidis & claris quæ diſcuſsione non indigent.*

18 *Atque ita per viam mandati ac celeris expeditionis in hoc Interdicto procedi debere animaduertit Oldendorp claſſ. act. 1. vbi ait magnæ exiſtimationis & multæ authoritatis viros iſtam interdictorum & mandatorum rationem ignorare, quam is & ipſe communi Doctor. errore ſeductus ordinarium Proceſſum ſequatur.*

19 *Quæ vtilitas & quæ ratio ſit Interdicti Quorum bonorum, & quid differat à petitione hereditatis.*

20 *Titulus de bonorum poſſeſsionibus diſtinguitur ab hoc titulo: quod ille de proceſſu aut celeri poſſeſsionis reſtitutione principaliter nihil agat, ſed tantum explicet quomodo & quibus caſibus Prætor bonorum poſſeſsionem polliceatur & decernat.*

21 *Titulus de bonorum poſſeſsionibus, huius Interdicti præparatorius eſt: adeoq; generalis vt ordinariam quoque actionem admittat quoad poſsidentem aduerſarium per actiones magnam requirat.*

22 *Ad intellectum ... l. ... de bon. poſſ. & l. fin C qui admitti*

23 *Titulus de bonorum poſſeſsionibus, in eo quoque ab hoc Interdicto differt, quod ſit*

longe generalior, in cauſas non modo inteſtati, ſed etiam teſtamentorum conceptus.

24 *Illis quoque qui recte teſtamento facto heredes inſtituti ſunt, dat Prætor ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionem.*

25 *Verbum, Bonorum non eſt verbum iuris, vt hereditas, ſed corporum.*

26 *Interdictum autem Quorum bonorum ad cauſas ſolum inteſtati pertinet, quæ verior eſt ſententia.*

27 *Plerique tamen Doctores hoc Interdictum non tantum ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamento venientibus dari autumant.*

28 *Vnde etiam inſtitutis in quota bonorum hoc interdictum dari aiunt.*

29 *Sed hos falli & errare, Author multarum Legum authoritate euincit.*

30 *Vtiliter tamen cumulari vtrumque remedium poteſt, ſi nihil ſit quod impediat, puta ſi ex teſtamento agens, ſe aliàs etiam heredem ab inteſtato eſſe dicat: vel ſi Interdictum Quorum bonorum alternatiue coniungat cum remedio l. finalis. C eod.*

31 *Cui tutiuſum eſt vſum, ſi ab inteſtato ſucceſſurus, ex teſtamento tantum plus commodi nacturus, haſitet vel metuat, anne etiam ſubſiſtere teſtamentum poſſit.*

32 *Et ita etiam videntur ſentire, ac conciliandi ſſe Doctores, tenentes hoc Interdictum dari etiam pro rebus teſtamento relictis.*

33 *Competit ergo hoc interdictum pro conſequenda poſſeſſione bonorum hereditatis, quam quis ab inteſtato reliquit: Ita vt hoc iudicium generale ſit, non minus, quam petitio hereditatis neceſſitatem quandam bonorum denotans.*

34 *Et non tantum pro rebus corporalibus, ſed etiam incorporalibus ad hereditatem pertinentibus competit.*

35 *Pro annua quoque penſione ſine reditu ad hereditatem pertinente id præſtari, poſt alios Doctores tenet Menochius: vbi tamen hoc reſtringit ad realem præſtationem.*

36 *Idem tamen in perſonali præſtatione ad heredes actiue & paſſiue tranſitoria procedere, Author minime in dubium vocat.*

37 *Et quod etiam pro rebus ſingularibus competat Interdictum, poſt alios recte tenet idem Menochius per rationem, quod licet res per ſe ſint ſingulares, ex vniuerſali tamen hereditatis iudicio petantur.*

38 *Pro rebus item feudalibus competere certum eſt.*

39 *Denique pro omnibus rebus quæ apud defunctum tempore mortis fuerunt, non tantum iure proprietatis aut poſſeſſionis præſtatur. Quod licet ab aliquibus aliqua ex parte in dubium reuocetur: ab Authore tamen ſimpliciter hæc opinio ſoluatur & approbatur.*

40 Intricata

40 I. tricata apud Dd quæſtio eſt: An Edictalis v. l decretalis bonorum poſſ. ſſio ad impetrandu n iudicium requiratur.

41 I. re veteri Edictalem bonorum poſſeſſ onem ha. ere non ſufficiebat: puta quod quis oſtender. t, ſe ex Prato is edicto eſſ ſucceſſ. em: ſe ipraterea requireb. tur vt Prætor auditis de plano partium allegat onibus, prius decerneret ac pronunciaret, quod decretalis bonorum p. ſſeſſ o vocatur, quæ etiam erat petenda.

42 Et hanc quidem petere adhuc vtile eſt, etiamſi q. is poſſeſſione n corporalite. iam nactus eſſet. quatenus ſcil cet contradictionem met. eret.

43 Hodie tamen i. ta ſolen. itas ſu. lata eſt. ſufficit enim apud quemcunq. e Magiſtratum aut Iud cem de iure ſucceſsionis o. tendere, & ſic Edicto experiri.

44 Quemad nodum & iure veteri Decret lis bonorum poſſeſsionis tant m. caſibus dabatur, cum res q. a. dam prato. is cognitionem deſideraret: mota ſcili et ab aduerſario controuerſia: & iure ſucceſsionis in diſputationem pertracto.

45 Quæritur, an hoc Interdictum etiam poſſeſſori v. l ſucceſſori detur, non tantum qui ex iure Prætori. , ſed eti. m ex iure ciuili hereditas def. rtur.

46 Communior Doctorum ſenten ia eſt, directam, vt aiunt ex hoc Interdicto, actionem ei ſolum d. ri. qui ex iure Prætorio ſuccedit non vero illi, qu. ex iure ciuili: huic enim vtilem ſolummodo competere.

47 Author tam. n friuolam hanc eſſe ſubt. litatem, & quæ nuſquam in iure probata ſit, aff. rit.

48 Etſi enim Prætor quibuſdam poſſeſſionem publicetur, quibus iure c. uili cautum non erat, veluti poſthumo alieno, hæredi inſtituto. vel filio emancip. to. Tamen omnibus ex iure ciuili heredibus ſingulariter interea prouidere voluit & conſulere: quo. qua ratione fiat, ibi l. tius explic. tur.

49 Saluberrimam Interdictorum doctrinam male hactenus intellectam & tractatam cenſet Author dum omn. a iuris atque legum beneficia, quantumuis notoria ad or din. rias actiones deuoluuntur.

50 Sic quoque licet in hoc ipſo Interdicto ſummarie eſſe procedendum, nonnulli dicant libellum tamen litisq; conteſtationem. & ſimilia, ſententiamque d. fi. itiuam requirunt: quod à prætoria executione, in caſibus interdictorum ipſo i. re claris plane alienum eſt.

51 Quod om. ibus ex iure ciuili ſuccedentibus directum competat Interdictum, alio argumento & aliorum Doctorum authoritate, ad hoc allata quoque probatur.

52 Qua-

Digitized by Google

52 *Quaeritur, an iure Il ctio iu venientibus detur hoc Interdictum.*

53 *Interdictum hoc datur contra eum, qui hereditatem eius vere, pro herede aut poſſeſſore poſſidet: vel qui dolo malo vel culpa ſua fecit, quo minus poſſideret.*

54 *Adeo vt ſi rei reſtituendae facultas non ſit, eius aeſtimatio vna cum intereſſe praeſtanda veniat, quantum ſcilicet in litem actor iurauerit.*

55 *In caſu quo Reus poſſidere deſiit, Interdictum vtile ſaltem dari inquiunt gloſſ. & quidam Doctores. Sed cum etiam in hunc caſum ipſius Interdicti verba ſint concepta, verius eſt directum competere Interdictum.*

56 *Cum Interdictum hoc contra eos ſi met Praetor qui pro herede aut poſſidere poſſideat: conſequens eſſe videtur, contra eos, qui alio quo titulo poſſident non dari.*

57 *Et hoc tam generaliter affirmant Doctores, vt ne vtile quidem Interdictum hoc caſu competere ſentiant, per rationem, quod non petitio hereditatis contra titulo poſſidentes detur.*

58 *Eo tamen non attento, ſicut petitio hereditatis & quorum bonorum Interdictum contra titulo poſſidentes, ſi non directe ſaltem vtiliter competit: quod intelligunt, quando titulus iſte eſt acquiſitus poſt mortem eius, de cuius hereditate agitur, hoc eſt ſi titulus iſte ſit profectus in praeiudicium hereditatis, ab eo qui alienandi poteſtatem non habuit.*

59 *Quorum bonorum Interdicto debitores hereditarios non teneri. Vlpianus ait, in l. 2. ff. hoc tit. quod generaliter Dd. ibi ſequuntur, per rationem, Quod interdictum hoc in rem ſcriptum ſit.*

60 *Hic vero animaduertendum erit, ex ſententia Authoris, Vlpianum de directo ſaltem Interdicto, non vero de vtili loqui, quod hoc caſu omnino datur per rationem, quod licet defunctus in poſſeſſione rerum debitarum non fuit: fuerit tamen in quaſi poſſeſſione iuris pro conſequendo debito competentis.*

61 *Ea quoque in bonis noſtris eſſe dicuntur, pro quibus exceptionem vel actionem habemus.*

62 *Vnde etiam male Dd. nonnulli his contradicunt, cenſentes nimirum pro rebus incorporalibus Interdictum minime dari.*

63 *Quamdiu Interdictum competat, oſtendunt eius verba, Si nihil vſu captum eſſet. Ex quibus colligitur, perpetuum eſſe Interdictum: & tamdiu competere, quamdiu praeſcriptionis exceptione actor non poteſt ſubmoueri.*

64 *Quaeritur, Qualisnam haec ſit praeſcriptio.*

65 *Libellus in hoc Interdicto requiritur, ſed non ſolennis & qui formam ſaltem habeat, qualis qualis petitionis.*

66 *Doctores aliqui nimis praeciſe tenent, hoc Interdictum non competere, ſi aduerſarius non ſit in poſſeſſione rerum hereditariarum: ſic enim authorem poſſe propria authoritate occupare hereditatem.*

67 Tamen

67 *Tamen illo quoque caſu interdictum locum habet, vbi aduerſarius non poßidet, ſed controue ſiam ſaltem mouet, aut aliàs moleſtiam exhibet, &c. Sic enim Actor ſeſe immitti. & Reo inhiberi poteſt.*

68 *Probationes q od attinet, om nium eſt Doctorum ſententia ſ mmarias ſufficere & ſem pl nas Quod in omni us poſſ ſſoriis remedijs procedit.*

69 *Huic tamen op nioni con radicit Salic et Rip & Menochius*

70 *Veritas eſt, ſummarias quidem probationes ſufficere, ſed ita tamen affectas, vt neceſſarias interdicti qualitat s, tus ſcili e ſ ceſſ onis ex pa te Actoris, poſſ ßionem vero rerum & quidem hereditaria um earumue alienati nem ex parte rei arguant.*

71 *Si enim neg t r ur ſ p titas in b nis d functi fuiſſ v lſi p ßid re aut alienaſſe, vtrqu pr bandum rit Exc p i nibus p tit rium c nc rnentibus non admißis, ſi aliorum inda u m a quitat*

72 *Si in c ntinenti de dominio iur re p ti ri doc at R us, puta qu d rem controuerſam vel c mmodati vel d p ſiti titul apud defunctum habu rit, &c audiendus erit.*

73 *Si exc pti n s ſint obſcuri res. Vel ſi quid aliud biciatur, n ceſſarias Interdicti qualitat s rectan n ſubm uendo: & praſumpti ne interea pro Act re militante tum Reſtitutio ce erríme faci nda, & ſu maria probatio admittenda, vt p te qua p rui ſie priuilegii: cum in petit rio quaſtio controuerſa pl nius ventilanda & probanda v niat.*

74 *Omnis excepti qua dominium quæcunque modo reſpicit, non impedit hoc Interdictum ſ d in petit rio r ſeruatur.*

75 *In hoc Interdict app llationi nullus eſt l cus quod in mni us poſſ ſſoriis obtinet, & ca holicum eſt.*

76 *i videlicet m mea aneum ſaltem ſui praiudicium habeant, & in petitorio in omnem caſum reformari quea t.*

77 *Quaritur, an litis co teſtatio in hoc Int rdicto n ceſſaria ſit? Et affirmatiua opinio à pleriſque tenetur*

78 *rr ris huius cauſa ſt, quod antiqua litis conteſtanda, & Interdictorum ratio, non ſatis vb que obſ ruata eſt.*

79 *Vnd etiam indiſtincte dixerunt nonnulli, ſententiam in poſſeſſorio atam eſſe definitiuam.*

80 *Qu d tamen in poſſeſſoriis Interdictorum non ſemper pro edit: ho ipſum in hoc Quorum on rum interdicto probatur.*

Quorum Bonorum.
T I T. XVI.

DEbitum † ſit liquidum vel legis diſpoſitione, vel Iudicis ſententia, 1 vel per acta & inſtrumenta. Ita commun. D D. Et ſane † cum lex 2

nus quam alia, futiliſsimis † Dd. plerorumq; ſpinis atque tricis obſcurarum 11
fuit: Non eo tantum quod celerrimum & executiuum eius proceſſum fere omnes non animaduerterunt: ſed quod etiam in effectu cum aliis ſimilibus actionibus & remediis confuderunt. Etſi enim petitionem hereditatis ex iure ciuili competere dicunt, eo vt quis heres declaretur, Bonorum vero poſſeſsionem ex iure Prætorio, ad quam probandam etiam ſemiplenæ probationes ſufficiant: tamen ſi vtriuſque tractationem exegeſin & proceſſum conſideremus à DD. plæriſque propoſitum, eodem res omnis recidit: ita vt ſiue actionem petitionis hereditatis inſtituas, ſiue ex interdicto Quorum bonorum agas, iuxta ſit, neque quidnam hic ſingularis vel priuilegii, vel beneficii percipias. Quia ſcilicet, quod ſæpius conquerimur, vera interdictorum ratio intercidit, ac in deſuetudinem pleriſque in caſibus abiit. Nonne enim
praxis vſuſque † forenſis docet, quod frater contra fratrem, agnatus contra 12
agnatum, filius etiam contra extraneum hereditatem patris inuolantem longiſsimis multorum annorum proceſsibus experiri, & ſententiam expectare cogatur, antequam poſſeſsionem hereditatis, quam natura, Deus & Lex ipſa dant, atque tribuunt, adipiſci queat: Non attento, quod de proxima agnatione m & certiſsima proinde ſucceſsionis iure notorie conſtet. Huic igitur
rei & hereditatum fraudi occurrere, ſanctamque iuſtitiæ adminiſtrationem 13
promouere volens Prætor optimus: in hanc quoque cauſam ſaluberrima interdictorum remedia extare voluit: Quibus ſimul ac de iure ſucceſsionis doceret autor poſſeſsionem, quam lex aut edictum ei tribuit ſiue pollicetur,
recta conſequatur. Quid enim Iudex † aut Magiſtratus aliud, quam legis 14
executor? Cum ergo lex ipſa & probationum euidentia de iure autoris teſtatur atque loquitur, celerrime ſubueniendum eſt, aduerſario ſine magna
cunctatione ad reſtituendum arctando & compellendo. Iuris enim † exe- 15
cutio non habet iniuriam. l. iniuriarum. ff. de iniur. Et in † claris non eſt opus 16
coniecturis, aut magnis diſputationibus, per vulg.

Quemadmodum & omnes † ordinariæ actiones, earumque proceſſus 17
ordinarius & magna examinatio, pro rebus ſaltem dubiis introducta, non autem ſuper † liquidis atque claris, quæ ventilatione & diſcuſsione non indigent, cum ſint probatio probata non probanda, *per ea quæ Bal. in l. quoties. num. 6. in fin. Codic. de iudic. & l. 1. numero 8. vbi & Iaſ. num. 10. ff. de ſtat. hom. Hippol. l. ſi quis. num. 140. ff. de quæſt.* Super claris † enim & apertis nihil eſt amplius quærendum *l. non aliter ff. de leg. 3. VVeſenbec. conſ. 8. num. 26. in fin.* vbi licet de Inſtrumentis ſtat ſermo, tamen idem multo magis obtinere debet in ipſis le-
gibus & ſtatutis. Atque ita † per viam mandati ac celeris expeditionis ex 18
hoc interdicto procedi debere, animaduertit Iohann. Oldendorp. claſſ. 2. act. 1. ſub defenſ. rei, vbi ait, magnæ exiſtimationis, & multæ autoritatis viros iſtam interdictorum & mandatorum rationem ignorare: quamuis

Digitized by Google

ipſe per communem Doctorum errorem, ſeductus ordinarium proceſſum
ſequatur: cum tamen integram fere mandati formulam Impp. præſcripſe-
rint l.fin.C.hoc tit.

19 Ex quibus iam aliquo modo apparere exiſtimo, quanta vtilitas & † quæ
ratio ſit Interdicti, Quorum bonorum, quod differt à petitione hereditatis
non tantum quod hæc à Iure ciuili, hoc eſt, Senatuſconſultus principalibus
conſtitutionibus & reſcriptis ſit introducta, & hereditatem ipſam recta per-
ſequendo petitorii iudicii naturam habeat: quemadmodum & econtra,
Quorum bonorum, interdictum, vti & prætoria bonorum poſſeſsio princi-
paliter cauſam poſſeſſionis perſequitur, quadam vero circumductione, &
ſaltem per obliquum ipſum hereditatem. ***text. in princ & per tot. Inſt. de bonor. poſſ. ff & tot. tit ff. e. d & tit. C. qui admitt. ad bon. poſſ cum ſeqq.*** Sed maxima ſui
ratione differt etiam quoad proceſſum, celeremque executionis reforma-
tionem: Quo eodem nomine hoc ipſum interdictum quoque à tit. de bo-
20 norum poſſeſſionibus diſtinguitur, quod ſcilicet hic † titul. de proceſſu aut
celeri poſſeſsionis reſtitutione principaliter nihil agat, ſed tantum explicet,
quomodo & quibus caſibus Prætor bonorum poſſeſſionem polliceatur &
decernat.

21 Vnde & tit. de Bonor. poſſeſſ. huius interdicti præparatorius eſt, ad-
eoque generalis, vt ordinariam quoque actionem admittat, quoad poſſi-
dentem aduerſarium: præcipue ſi res indaginem deſideret. l.2. ibi: licet quin-
to gradu conſtitutus ex ſucceſſorio capite petiiſti bonorum poſſeſſionem,
vel nec dum excluſus petas, eorum ſucceſſionem poteris vindicare. Cod. de
22 ſucceſſ. edict. l.1. & text. l.2. C. Quorum bonorum &c. neque obſtat † §. final.
Inſt. de bon. poſſ. & l. fin. C. qui admitt. vbi dicitur, quod ſufficiat quocun-
que modo admittentis poſſeſſionem iudicium vel quamcunque amplecten-
dæ hereditatis teſtationem oſtendere, non modo apud prætorem, ſed apud
quemcunque iudicem aut magiſtratum.

Hi enim textus, de ſola poſſeſſionis agnitione vel delatione loquun-
23 tur, non autem de ipſa immiſſionis executione, pro qua interdum, quorum
bonor. ſingulariter eſt comparatum. A quo d. tit. de bon. † poſſeſſ. etiam in
eo differt, quod ſit longe generalior, in cauſas non modo inteſtati, ſed etiam
24 teſtamentorum conceptum. Nam illis † quoque, qui recte teſtamento fa-
cto heredes inſtituti ſunt, dat præter ſecundam tabulas bonorum poſsio-
nem. †. Nam illis in princ. Inſt. d. tit. & tit. ſing. ff. & Codic. de bon. poſſeſſ. ſe-
25 cund. tab. Et hic ſimiliter obſeruando quod verbum, † Bonorum, non eſt
verbum Iuris, vt hereditas, ſed corporum, ***per ea qua Dec. & ibi Bart. Caſtrenſ. &c. conſ 387. n 4.***

26 † Interdictum autem, Quorum bonorum, ad cauſas ſolum inteſtati
pertinet, ad perſequendas poſſeſſiones ex legibus & edictis ab inteſtato nobis
delatas:

Digitized by Google

delatas: id quod verba atque mens ipſa interdicti arguit, & veriſsime eſt ſententia Azo *num 2. in ſum ad tit. C de Edict. Diu. Adrian. & comm. DD. ad l fin ibid. Barth num. 5. Caſtrenſ num. 15. Iaſ. n 28 ... ip num 2 in rub. ff Quor. bon. De . conſ. 424. num. 10.* Weſenbec. *conſ 6. num. 93 & conſ 81 ſub num. 9. Meno h remed adipiſ. 4. num 54.* Plærique ſane DD. † Quorum bonorum interdictum non 27
tantum ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamento venientibus dari autumant. *Salic. l 2. C quor bon. Angel Aretin. §. Quadrupli n 61. Inſt. de act. Marant. part. 4. diſt. 7. num 2 Melch. Kling. & comm DD. Schneidew § ſequens diuiſio. num 13. Inſtit. Interd. Vultei 2. Iuriſp. ti. eod num. 40. Seb. Medic. de acq. poſſ. num 94.* Vnde etiam inſtituto † in quota bonorum dari hoc interdictum aiunt, ibid. *num.* 28
95. Meno h hoc rem. adipiſ. 1 q 5 & 7 poſt Ri. ad l. 1. numer. 16. eod. &c.

Sed falli † eos, aperte & ſingulariter docet l. 1. ff. quor. bonorum. l. 1. l. 29
2. ib. patruelis inteſtatæ. & l. 3. fin. ib. inteſtatæ vxoris. C. eod. quam l. fin. quæ eſt Arcad. & Honor. Imp. quod vt ante quoque monui, expreſſam mandati formulam contineat huc aſsignare placet. Conſtat virum à bonis inteſtatæ vxoris ſuperſtitibus conſanguineis eſſe extraneum: cum prudentium omnia reſponſa & lex ipſa naturæ, ſucceſſores eos faciant? Ergo iubemus vt omnibus fruſtrationibus amputatis, per Interdictum quorum bonorum in petitorem corpora transferantur, ſecunda actione proprietatis non excluſa.

Vnde apparet in ſucceſſoribus ab inteſtato hoc interdicta ſaltem locum habere, ita vt iure ſucceſsionis ſummarie probato celerrime ad immiſſionem procedatur, ſalua tamen petitorii quæſtione. Et ſiquidem pro cauſis teſtamentorum hoc quoque Interdictum competeret Adrian. Imp. & Iuſtin. d. l. fin. de edict. Diu. Adrian. tol. tum ante alii Imperatores, vt Seuerus & Antoh. l. 1. & Alexand. l. 2. eod. in eam rem ſingularia remedia non vulgaſſent, vel potius quod tempore etiam prætorum prodita fuiſſe videntur, renouaſſent, aut inculcaſſent. Vtiliter tamen † cumulari vtrumque reme- 30
dium poteſt, ſi nihil ſit quod impediat, puta ſi ex teſtamento agens, ſi aliàs etiam heredem ab inteſtato eſſe dicat: vel ſi interdictum quorum bonorum alternatiue coniungat, cum remedio d. l. finalis: cui rei † ſuus eſt vſus, ſi ab 31
inteſtato ſucceſſurus, ex teſtamento tamen plus commodi nacturus, hæſitet vel metuat, anne etiam ſubſiſtere teſtamentum poſsit. Quemadmodum ſolemus facere, quoties incertum eſt, quæ potius actio teneat: nam duas dictamus, proteſtati ex altera nos velle conſequi, quod nos contingit, vt ait Vlp. l. 1. §. Quia autem. in fin. ff. quod leg. & ita etiam † videntur ſentire, ac 32
conciliandi eſſe DD. tenentes, hoc interdictum dari etiam pro rebus teſtamento relictis, per ea quæ Angel. d. n. 61. vbi ait, quatenus remedium d. l. fin. C. de edict. D. Ad. non ſit ſuperfluum, etiamſi hoc interd. ét in cauſis teſtam. valere dicamus. Competit ergo † hoc interdict. pro cõſequenda poſſeſſ. bon.

hereditatis;quam quis ab inteſtato reliquit: ita vt hoc † iudicium generale ſit non minus quam petitio hereditatis vniuerſitatem quandam bonorum denotans *Barth l 2.l 3.C quor bon & com.alii ibid. & ff eod & eſt text. l.3. § bonorum igitur poſſeßionem ff de bon poſſ l.heredit.tit.119 ff. de verb.ſign. l. bonorum appellatio.49.col.&c.*

34 Ac proinde non tantum † pro rebus corporalibus competens, ſed etiam incorporalibus ad hereditatem pertinentibus. *per eoſd. Menoch. & ibi DD.*
35 *hoc remed.1 quaſt 21.* adeo vt pro annua etiam † penſione ſiue reditu ad hereditatem pertinente detur interdictum. ibid. q. 22. vbi tamen hoc reſtringit
36 ad realem præſtationem, ſed quare † in perſonali quoque præſtatione, ad heredes actiue & paſſiue tranſitoria idem non procedat, non video. Et quod pro rebus † etiam ſingularibus competat interdictum, poſt alios recte tenet
37 Menoch.ibid.q.20.per † rationem quod licet res per ſe ſint ſingulares, ex vniuerſali tamen hereditatis iudicio petantur.Kling. & alii d §.ſequens.quem-
38 admodum † etiam pro rebus feudalibus competit. *c 1 § inter.vbi DD.ſi de feud. defunct.Al x.& Iaſ.d l.fin C de edict Diu Adr.Dec conſ.424 pr ponitur. num. 10.*
39 *& ſ.q VV.ſ nb c inparat.hic num 8.* Denique pro † omnibus rebus quæ apud defunctum tempore mortis fuerunt, non tantum iure poſſeſſionis aut proprietatis, ſed nudæ etiam detentionis. *p r l.1 in princ ff.hoc tit l.r m in b nis ff.de acq.rer.dom M.nech.p ſt Bart Salic. Ang l.& c hoc r.m. quaſt.19 cum tamen iidem DD.& in ſp ci: Ang l.poſt Bart.d §.quadrupli num r 59. & ſ q id tam g.n raliter n.ndicat*: tenentes Quorum bonorum interdictum pro rebus quidem omnibus competere, ſed quæ iure vel actionis vel exceptionis apud defunctum fuerunt: In remed. autem d.l.fin. & in petit. hereditatis etiam res nude detentas venire. Sed eandem vbique rationem ego eſſe iudico: neque in vanis iſtis ſubtil tat bus d fferentiarum plurimis immorandum.

Quoniam autem bonorum poſſeſſori, hoc eſt, ei, ad quem iure ſucceſſionis delata eſt bonorum poſſeſſio hoc interdictum datur, intricata apud
40 DD. quæſtio eſt, † An edictalis vel decretalis bonorum poſſeſsio ad impe-
41 trandum interdictum requiratur? Et quamuis iure veteri † edictalem bonorum poſſeſſionem habere non ſufficiebat, puta quod quis diceret & oſtenderet, ſe ex prætoris edicto eſſe ſucceſſorem: ſed præterea requirebatur, vt prætor, auditis de plano & ſummariiſſime partium allegationibus prius decerneret, ac pronunciaret, quod decretalis bonorum poſſeſſio vocatur. l. 1. §.decretalis.ff.de ſucceſſ.edict.l.3.§.8.ff.de bon.poſſ.&c. Quemadmodum
42 hanc etiam petere oportebat, & adhuc vtile † eſt, etiamſi quis poſſeſsionem corporaliter iam nactus eſſet, quatenus ſcilicet contradictionem metueret per *l 1 § 4 ff.ſi tab t ſt null extab l 2.§. ſi quis ex lib ris ff ad T.r yl. Old nd rpius*
43 *claſſ 3 act 6 in prin VVeſ nb c. inparat.de bon p ſſ* n.8. Tamen † hodie iſta ſolemnitas ſublata eſt, ſufficit enim apud quemcunque magiſtatum aut Iudi-
cem

Digitized by Google

cem de iure ſucceſsionis oſtendere, & ſic interdicto experiri, *per l fin. C qui admit. l. 1. & ſ. q C. qu r. b n fin. § n i aut m C. d curat. furi ſ. W ſenb c. de b. n. poſſ. n. 11. Angel §. ſequens. num 3 de inter. l & ibi Schneidvv.* Quemadmodum & Iure veteri decretalis bonorum poſſeſsio iis tantum caſibus dabatur, cum res quandam prætoris cognitionem deſideraret, mota ſcilicet ab aduerſario controuerſia, & iure ſucceſsionis in diſputationem pertracto, per text. ſing. in l. 2. §. Dies bonorum poſſeſsionis vtiles eſſe, palam eſt, ſed non ſeſsionum, numerabuntur: ſi modo ea ſit bonorum poſſeſsio, quæ de plano peti potuit: quod ſi ea quæ cauſæ cognitionem deſiderat, aut quæ decretum expoſcit, &c. ff quis ord. in bon. poſſ. ſeru. late Fachin. lib. 5 controuerſ. c. 73. & ſeq. vbi vide, & Menoch. hoc rem. q 1.

An vero hoc interdictum † etiam poſſeſſori vel ſucceſſori detur, non 45
tantum cui ex iure Prætorio, ſed etiam ex iure ciuili hereditas defertur? Et communiſsima † DD. ſchola tenet, directam, vt aiunt, ex hoc interdicto a- 46
ctionem ei ſolum dari, qui ex iure prætorio ſuccedit: non vero illi, qui ex iure ciuili: huic enim vtilem ſolummodo competere. gloſſ. *Bart. Rip. & alii l. 1. h. c tit. per verba: Quorum bonorum ex edict. meo. & c. Angel d §. quadrupli num. 54. vbi com. teſtatur, quam etiam communiter ſequuntur DD. ad d. § ſequens Inſt. de act. Menoch hoc remed. q. 4. per l 1 ff de petit hered. l 1. ff de b. n. p ſſ. Weſenbec. hoc tit n. 7.*

Sed friuola † & iſthæc eſt ſubtilitas, quæ nuſquam in iure probata eſt, 47
Qui enim hæc differentia poterit conſiſtere, cum Prætor bonorum poſſeſſionem etiam iis det & polliceatur, qui iure ciuili tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ad hereditates vocantur: vt liberis, agnatis, &c.

Etſi enim Prætor optimus ex æquitate, cuius ſemper † ſtudioſiſsimus, 48
quibuſdam poſſeſsionem pollicetur, quibus iure ciuili cautum non erat, veluti poſthumo alieno heredi inſtituto, vel filio emancipato, quatenus ab inteſtato ſuccedit: tamen omnibus ex iure ciuili heredibus ſingulariter & impenſe interea prouidere voluit & conſulere: Cuiac. ad tit. ff. de bon. poſſ. non quidem hereditates rerumque dominia recta attribuendo, hoc enim iuris ciuilis atque legis proprium fuit. §. quos autem. Inſt. de bon. poſſ. Sed bonorum poſſeſsiones aſsignando, & ita vt ſubtiliter colligere eſt, ius ciuile exequendo, & æquitatem promouendo, vbi per indirectum hereditas ipſa, rerumque dominia plerumque ſequuntur, tot. tit. ff. quib. ex cauſ. &c. Quæ conſideratio & æquiſsimi prætoris intentio, vti iucundiſsima & ſaluberrima eſt, ita non recte ſatis à multis percepta videtur: idque non exigua eſt cauſa, quod † ſaluberrima interdictorum ratio & doctrina, tam male hactenus in- 49
tellecta & tractata. Dum omnia iuris atque legum beneficia, quantumuis notoria & explicata, ad ordinarias actiones deuoluuntur. Sicuti etiam videre eſt apud DD.

Quod

Digitized by Google

Quod † licet in hoc ipſo interdicto ſummarie procedendum eſſe,
50 nonnulli dicunt, libellum tamen litiſque conteſtationem & ſimilia ſententiamque definitiuam requirant. Quod à Prætoria vereque regia & Imperatoria interdictorum in caſibus ipſo iure claris & notoriis executione longiſſime eſt alienum.

51 Et veram eſſe noſtram † ſententiam, quod ſcilicet omnibus ex iure ciuili ſuccedentibus directum competat interdictum non ſolum Iacob. de Aret. item Petrus & Cyn. probarunt, referente Salicet. in rubr. C. hoc tit. ſed alii DD. etiam inde arguunt: Quod ad ſucceſſionem ex iure legitimationis venientibus. Quorum bonorum interdictum dari ſcribunt Menoch. ibid. qu.8. Item illi, in quem vigore ſtatuti aut conſuetudinis poſſeſſio defuncti continuatur, ibid. q.10.

52 An vero etiam Iure † Electionis venientibus detur interdictum, quæſierunt? Ac vtile dari aiunt Iohann. Fab. d. §. ſequens. & ibid. ex eod. Angel. n. 5. Menoch. hoc rem. q.11.

53 Datur autem † Interdictum contra eum, qui hereditatem eiuſve res, pro herede aut poſſeſſoro poſsidet, vel qui dolo malo vel culpa ſua fecit, qui minus poſsideret, *per text. d. l. 1. hoc tit & comm. DD. Menoch q 13.* Adeo vt ſi
54 reſtituendæ † rei facultas non ſit, eius æſtimatio vna cum intereſſe præſtanda veniat, quantum ſcilicet in litem actor iurauerit. *Rip. d. l 1 num. 4. per l. qui reſtituere. ff. de rei vindic. Menoch. hic q.15.* caſu tamen quo reus poſsidere deſiit, interdictum vtile ſaltem dari † dixerunt gloſſ. l. qui dolo. ff. de regul. iur. vbi Dec. & c. Menoch. d. q. Sed quoniam etiam in hunc caſum ipſius interdicti verba expreſſe concepta ſunt, verius eſt directum competere interdictum per vulg.

56 Et quoniam interdictum † contra eos firmat Prætor, qui pro herede aut poſſeſſore poſsident, non dari, per rationem, quod incluſio vnius ſit alterius excluſio, per vulg. idque tam generaliter affirmant DD. vt ne vtile quidem interdictum hoc caſu competere ſentiant, per rationem, quod nec petitio hereditatis contra titulo poſsidentes detur *l. hereditatis C. de pet hered. Marant. diſt. 7. n 4. & alii vt ap Menoch. hoc rem. q 14 l ite Couarru. pract. q. aſt. c. 12 C cheran. Oſaſ. d. ciſ. 56. num. 1. & rub ſeq. Weſenb d. n 7 late & perpl. xt Zuchar. ad l fin. n. 464. cum multis ſeq C. de edict. Diu. d. Roland à Val vol. 2 conſ. 75. v. 1 de hoc interdicto ſingulariter agit per tot n 16.* Hiſce tamen non obſtantibus ſicut
57 petitio hereditatis, ita & quorum bonorum † interdictum contra titulo poſſidentes, ſi non directe ſaltem vtiliter competit per l. nec vllam 13. §. 10. & 14.
58 ff. de petit. hered. Quod intelligunt, quando titulus iſte acquiſitus eſt poſt mortem eius, de cuius heredi tate agitur, hoc eſt, vt breuibus dicamus, ſi titulus iſte ſit profectus in præiudicium heredi atis, ab eo, qui alienandi poteſtatem non habuit. *Baldus, Alexand. r, So. inus, vt apud*

Cacher.

Cacher d.deciſ.num.4. & ibid. Afflict. deciſ.119.num.6. & deciſ.228. Dec.conſ.588. num.12.& alij.

Porro quorum bonorum † interdicto debitores hereditarios non te- 59
neri, Vlpian.ait l.2. ff. hoc tit. & hoc generaliter ſequuntur DD. ibid. &
Rip. per rationem, Quod interdictum ſit in rem ſcriptum, *l.1.§.fin ff.de interdict.Roman.conſ.311.n.6.Menoch.hic.q.17.* Weſenbec.d.n.7.in fin.vbi addit
rationem, quod defunctus in illis debitis ante traditionem nullum ius habuerit, & propterea perſonalibus actionibus experiendum eſſe: At vero
quoniam contra debitores hereditarios & petitio hereditatis competit
ibid.per *l.etiam.15.§.fin ff.de petit.hered & remedium. l.fin. C.de edict.Diu.Adr.& ibi Alex.n.25 Angel d.§ quadrupli.n.39.Menoch.d q.17.* Et propterea hoc interdictum etiam quoad incorporalia omne bonorum vel hereditatis ius
perſequitur, per ea, quæ ſup. Ac deinde paribus quoque, vt ita dicam, paſſibus, ambulare dicitur petitione hereditatis, & remedio d.l fin. Iccirco dicendum & tenendum eſt, quod Vlp.d.l.2. de directo ſaltem loquatur in-
terdicto, non autē de vtili, † quod hoc caſu omnino dabitur. Etſi enim de- 60
functus in poſſeſſione rerum debitarum non fuit, tamen fuit in quaſi poſſeſſione iuris pro conſequendo debito competentis. Quemadmodum &
ea † in bonis noſtris eſſe dicuntur, pro quibus exceptionem vel actionem 61
habemus, d.l.rem in bonis.52. ff.de acq.rer.dom. vnde † etiam male DD. 62
nonnulli his tam generaliter contradicunt, vt pro rebus incorporalibus
interdictum dari pernegent, per d.l 2.hoc tit. Schneidw.d.§.ſequens.n.37.
&c. Ceterum † quamdiu interdictum competat, oſtendunt eius verba, Si 63
nihil vſu captum eſſet. Ex quibus colligitur, perpetuum eſſe interdictum:
& tamdiu competere, quamdiu præſcriptionis exceptione actor non po-
teſt ſubmoueri. Sed † qualisnam hæc ſit præſcriptio, quæritur? Et tricen- 64
nalem eſſe, plæriq; aiunt exemplo petitionis hereditatis, *Barth.& alii, d.l.1. hoc tit. Ang.d.§.quadrupli.n.41. Bellon.conſ.35 n.7. Menoch. hoc rem q 28. & latius q.13.* Quod alij admittūt in his, qui pro herede, vel poſſeſſore, vel quo alio titulo, vniuerſali tamen poſſident: illos enim, qui pro empto, pro donato, vel quo ſimili titulo ſingulari poſſident, præſcriptione longi temporis tutos eſſe, per text.clariſſ. in l hereditatem. C. in quib.cauſ. ceſſ. long. temp. præſ.vid.Cacher.d.deciſ.56.n 5 & ſeqq.per tot. Attamen quia conteſtatio agnoſcentis poſſeſſionem, vel etiam decreti interpoſitio intra legitimum tempus facienda eſt, anni ſcilicet vnius, in liberis & parētibus, vel centum dierum in reliquis agnatis & cognatis. §.cum igitur. Inſt.de bon.poſſ.& ibi com.DD. Weſenb. in parat. n.pen.eod.l.fin. C.qui admit.non ſtricte, ſed vtiliter ſumpta computatione. Schneid. & alij, d.§.cum igitur. Tum quia etiam, vt alibi diximus, interdicta & celerrimam ſui expeditionem, mox atque illico & ſine magna cunctatione impetranda ſunt: Ideo quoad ordi-

Digitized by Google

nariam quidem actionem, dicta præſcriptionum ſpatia, quæ de iure Can. in malæ fidei poſſeſſore etiam prorogantur, obtinebunt: Sed quo ad celerem interdicti reformationem arctioribus terminis vel anni, vel biennij, &c. res concludenda, facit text. l. fin. C. de rep. vel adim. hered. Ea hic præterea militante ratione, quod triennalis poſſeſſor contra ſubitam interdictorum prouiſionem paſſim tutus habeatur. Accedit, quod ſi de rebus mobilibus ad hereditatem pertinentibus agatur, non longiſſimi, vel longi, ſed breuioris temporis præſcriptio metuenda ſit.

Quomodo autem interdictum detur, in ſuperioribus obiter iam attigi-
65 mus. Libellus † quidem requiritur, ſed non ſolennis, & qui formam ſaltem habeat qualisqualis petitionis, per l. fin. C. quor. bon. Angel. d. §. quadrupli. nu. 42. & com. DD. niſi quod plerique, vt etiam Angel. formulam actionis obſeruet, & reum condemnari petant ad tradendam rerum hereditariarum poſſeſſionem: cum recta narrando aut docendo de iure ſucceſſionis Actor petere poſſit, vt Reus ad reſtituendam cum omni cauſa poſſeſſiouem compellatur, &c. quod etiam recte obſeruauit Specul. vt de teſtam. §. nunc dicendum. n 3. Afflict. deciſ. 118. n. 7. vel vt Actor immittatur, daß Kläger in poſſeſſionem der angeſtamten Güter immittirt vnd eyngewieſen/vnd derſelben habhafftig werden möge / Beklagten auch dieſelbe abzutretten/oder eynzuräumen anzuhalten/vnd zu zwingen; &c. Weſenbec. d. conſ. 6. n 90. & ſeq. Rolan. à Valle lib. 2. conſ. 75. n. 6. vbi notandum, quod
66 nimis † præciſe DD. aliqui teneant, hoc interdictum non competere, ſi aduerſarius non ſit in poſſeſſione rerum hereditariarum: ſic enim Actorem poſſe propria autoritate occupare hereditatem, tanquam iacentem, DD. vt apud Weſenb in paratit. hic. in fin. Etſi enim hoc ſit verum, ſicut etiam de iure Sax. intrare licet ad viduam defuncti poſſidentem, & ſic rei ſeruan-
67 dæ cauſa cum illa poſſidere, ibid. Tamen etiam illo † caſu interdictum obtinet, vbi aduerſarius non poſſidet, ſed controuerſiam ſaltem mouet, aut alias moleſtiam exhibet, &c. ſic enim Actor ſeſe immitti, & Reo inhiberi poteſt, per l. 1. § 4. ff. ſi tab. teſt nul. extab. l. 2. §. ſi quis ex liberis. ff. ad Ter-
68 tull. Probationes quod attinet, † com. eſt DD. ſententia, ſummarias ſuffi-cere, & ſemiplenas *Barth. l. 8. n. 2. ff. quor. bon. Ang. d. §. quadrupli, n. 37. Ruin. l. b. 5. conſ. 105. n. 18. Gozad conſ. 12. n. 11. & conſ. 50. n. 2.* Quod in omnibus poſſeſſo-riis remediis procedit. Pariſ. vol. 2. conſil. 10. vbi de probatione filiationis
69 agit, n. 32. Quibus † eoſdem citando cõtradicit Menoch. hoc remed. q. 26. *poſt Rip. in l. 2. n. 8. ff. quor. bon. & Salic. l. 1. C. eod. & per ea, quæ id Menoch. rec. rei 15.*
70 *n. 413.* Et veritas eſt, ſummarias † quidem probationes ſufficere, ſed ita tamen affectas, vt neceſſarias interdicti qualitates, ius ſcilicet ſucceſſionis ex parte Actoris, poſſeſſionem vero rerum, & quidem hæreditariarum ea-
71 rumve alienationem ex parte Rei arguant: Si enim † neget Reus teſti-
tin.

tas in bonis defuncti fuiſſe, vel ſe poſſidere, aut alienaſſe, vtiq; probandum
erit, exceptionibus petitorium concernentibus non admiſſis, ſi altiorem
indaginem requirant, text. l. fin. C. quor. bon. Si † enim in continenti de 72
dominio iureve potiori doceat Reus, puta, quod rem controuerſam vel
commodati, vel depoſiti titulo apud defunctum habuerit, &c. audiendus
erit, *per ea, quæ de reſt ſpol. diximus. Bart. l. 1. n. 3. ff. d. tit. comm. ait Cacher. deciſ. 26. &*
poſt alios Menoch. hoc rem q. 29. ibi. ſecundus eſt caſus. Secus † ſi huiuſmodi exce- 73
ptiones ſint obſcuriores. *d. q. 29. Afflict. deciſ. 14. n. 4 Rol. à Vall. lib. 1. conſ. 1. n. 73.*
vel ſi quid aliud obiiciatur, neceſſarias interdicti qualitates recta non ſub-
mouendo, & præſumptione interea pro Actore militante: ſic enim reſtitu-
tio celerrimè facienda, & ſummaria probatio admittenda, vtpote quę par-
ui præiudicij, cum in petitorio quæſtio controuerſa plenius ventilanda &
probanda veniat. Schneid. d. §. ſequēs. n. 34. Inſt. de interd. & ibid. alij. quo
etiam tandem accedere videtur Menoch. hic. q. 27. Dec. conſ. 424. n. 10. &
conſ. 467. n. 14. vbi dicit, omnem exceptionem, quæ dominium quocunq;
modo † reſpiciat, non impedire hoc interdictum, ſed in petitorio reſerua- 74
ri. Sicuti nec criminis exceptione adipiſcendæ interdicta eliduntur. Dec.
conſ. 220. n. 1. Ex quibus apparet, in hoc interdicto nec appellationi † lo- 75
cum eſſe, quod communiter tenent DD. *per ea, quæ Menoch. hoc rem. nu. fin. &*
ibi Marant. d. diſt. 7. n. 9. Cacher. deciſ. 15. n. 9. Benint. concl. 79. n. 6. quod in omni-
bus remediis poſſeſſoriis tralatitium & catholicum, rectè facit Contard.
ad l. vn. C. ſi de mom. poſſ. † ſi videlicet momentaneum ſaltem ſui præiudi- 76
cium habeant, & in petitorio in omnem caſum reformari queant. per text.
d. l. vn. An † vero litis conteſtatio in hoc iudicio ſit neceſſaria? *Ita com. aiunt* 77
Angel. d. §. quadrupli. Bart. Rip & alii, vt apud Rol. à Vall. lib. 2. conſ. 75. n. 32. & ſeqq.
vbi poſt alios ibid. citatos in hoc interdicto, ſicut etiam in omni poſſeſſo-
rio litis conteſtationem adeo requiri dicit, vt alioqui omnis proceſſus ſit
nullus. Sed † huius erroris cauſa eſt, quod antiqua litis conteſtandæ & in- 78
terdictorum ratio non ſatis vbiq; obſeruata. Vnde etiam † indiſtinctè di- 79
xerunt nonnulli, ſententiam in poſſeſſorio latam eſſe definitiuam. Rolan.
ibid. n. 33. per Bal. in l. quod iuſſit. ff. de re iud. Fel. rubr. ext. eod. Hoc † enim 80
in poſſeſſoriis interdictorum non ſemper procedere conſtat, quod ipſum
in hoc Quorum bonorum interdicto ſingulariter probat d. l. fin. C. hoc tit.
quod enim in petitorio reformari poteſt, vel etiam in poſſeſſorio ordina-
rio, id finitiuum eſſe nequit. Dicitur quidem alibi, in interdictis rationem
haberi fructuum à tempore litis conteſtatæ: ſed ibi hodierna litis conte-
ſtandæ vel ſolennitas vel ſuperſtitio ignorata. Ac licet per interdictum vel
mandatum recta procedamus, exceptiones Rei in hiſce ſummariis proceſ-
ſibus litem conteſtabūtur, ita vt iis releuantibus vel contra inuentis, iudex
ſine magno litis ſufflamine interdictum ſiue mādatum caſſando vel redin-
tegrando poſſit expedire.

Digitized by Google

De Interdicto, Quod legatorum.

Tit. XVII.

Svmmaria.

1 *Qualiter concepta fuerint verba Prætoris in hoc Interdicto.*

2 *Interdictum hoc adipiſcendæ poſſeßionis eſt quo ad Actorem: licet quoad Reum ſit reſtitutorium.*

3 *Interdictum hoc continet in ſe, quod quis legatorum nomine de facto, vel propria authoritate occupauit, id ſaluo legati iure reſtituat heredi.*

4 *Tria pro Interdicti huius explicatione ſunt quærenda. Quibus caſibus, & quomodo, tum quibus, & contra quos Interdictum detur.*

5 *Ad primum quod attinet: Hoc interdictum eo ſaltem caſu competere vulgatum eſt: Quo exhauſta legatis hereditate, Falcidiam ſibi hæres retinere poteſt.*

6 *Hoc interdictum ceſſare, Doctores dicunt, ceſſante Falcidia.*

7 *Ceſſat Falcidia, & heres ea priuatur ob non confectum Inuentarium.*

8 *Vel, ſi non ſatisfecerit voluntati teſtatoris: adeò vt idem in minore procedat, ſine vllo reſtitutionis beneficio, ſi tamen Iudicis monitio interceſſerit.*

9 *Ceſſat quoque Falcidia, cum teſtator detractionem eius expreſſe prohibuit.*

10 *Nec locum quoque obtinet Falcidia ratione legati ad pias cauſas.*

11 *Et tandem cum hæres tanquam indignus hereditatè ipſa priuandus venit.*

12 *Extra cauſam Falcidiæ etiam hoc Interdictum datur; vtpote cum hæreditas ære alieno grauata eſt. Nam & tunc legatarius præoccupatum legatum reſtituere tenetur, quod creditorum potior, quam legatorum cauſa ſit. Quod latius hic examinatur.*

13 *Leg. fin. §. licentiam. C. de iur. delib. ſenſus & intellectus.*

14 *Textus in d. l. fin §. ſin vero. C. de iur. delib. quo in caſu loquatur.*

15 *In caſu etiam electionis, vel vbi hæredis intereſt, rem legatam ei de facto ablatam non eſſe, interdicto huic locus eſt.*

16 *Explicatur ratio, qua hæres reſpectu oneris hæreditarij legatum repetere poteſt.*

17 *Ex communi Doctorum ſententia, Hæres ob pœnam non confecti Inuentarii, tam legatariis, quam creditoribus ſatisfacere tenetur.*

18 *Hoc tamen Author cum aliis quibuſdam, eo ſaltem caſu procedere arbitratur: cum hæres temerario & maligno propoſito, animo forſitan quod occultandi, Inuentarium non confecerit.*

19 *Exiſtimauerunt nonnulli, hoc Interdictum etiam ex ſola legatarii audacia competere, quod ſcilicet ius ſibi ipſi dixerit. Quorum opinio tamen ab aliis quibuſdam in controuerſiam rapitur.*

20 *Lex; Non dubium, C. de legat. quo in caſu procedat, & quomodo intelligenda ſit.*

21 Ex ſententia Ripæ & Odofredi, quæ ab Authore defenditur, Interdictum quorum legatorum non tantùm ratione competentis Falcidiæ: ſed indiſtinctè, reſpectu cuiuſcunque intereſſe hæredis competit: imo ad coercitionem propriæ audaciæ, quæ omni iure odioſa eſt: niſi forte competentibus exceptionibus reſtitutio declinetur, quibus iſta audacia ſaluetur.

22 Quæ ſint legitimæ hoc in caſu exceptiones, quibus legatarius, ratione huius audaciæ ſe tueri atque ſaluare poßit.

23 Datur hoc Interdictum hæredibus tam de iure prætorio, quam ciuili, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato.

24 In hæredem quoque hæredes, bonorumq́; poſſeſſoris: nec non quoque in cæteros ſucceſſores, hoc interdictum propter vtilitatem eius locum habet.

25 Et quamuis ex communi Doctorum opinione hoc in caſu vtile hoc interdictum indicetur: Tamen directum etiam interdictum hæredes vel ſucceſſores habere verius eſt, cum ipſo iure actiones ad hæredes tranſeant.

26 Datur hoc Interdictum Fideicommiſſario Vniuerſali, vtpote qui & ipſi hæredes dicuntur.

27 Et datur quoque Interdictum non modo hæredi teſtamentario: ſed etiam ab inteſtato.

28 Licet olim legata extra teſtamentum relinqui non poßint: Hodie tamen etiam extra teſtamentum relicta legata valent.

29 Etiam Executori teſtamentario hoc Interdictum datur, ſi videlicet ſit executor vniuerſalis, quod ſit, cum nullus alius eſt hæres inſtitutus: de quo plura ibidem.

30 Executor, ſi fuerit ſatiſfactum legatariis, vel aliis creditoribus, quantumuis poſterioribus: Non ſecus atque hæres, qui cum beneficio Inuentarii adiuit hæreditatem, poteſt creditores poſtmodum venientes ad legatarios, qui iam acceperunt, remittere.

31 Vt autem hiſce omnibus detur Interdictum, neceſſe eſt, vt petenti legatario idonee ſatisdent de reſtituendo legato, in quantum detracta Falcidia, ſi ex ſoluto ære hæreditario ſuperetit.

32 Qualiter hoc nomine ſatisdandum ſit.

33 In quem ſenſum recipienda ſint illa verba Prætoris, Si per bonorum poſſeſſor: a non ſtat, vt ſatisdetur.

34 Sufficit ſatisdare eo tempore, quo Interdictum redditur: licet ante vel hæres præſtare, vel legatarius accipere ſatisdationem recuſauit.

35 Datur autem Interdictum contra Legatarium, qui non ex voluntate hæredis occupauit legatum: quinimo & contra fideicommiſſarium, tam ſingularem, quam vniuerſalem.

36 Neque intereſt, an adhuc poſſideant, ſiue non: Tenentur enim in omnem caſum ad æſtimationem rei, & id quod intereſt.

37 *Nihilq; refert, pro legato poſſideant, an pro poſſeſſore: Vel ex cauſa præceptionis, aut prælegati.*

38 *Quinimo datur Interdictum non tantum in ipſos legatarios, aut fideicommiſſarios, qui ipſi occuparunt: ſed etiam in heredes eorum, & ſingulares ſucceſſores, etiamſi bonæ fidei poſſeſſores ſint.*

39 *Contra eum tamen, qui in re certa inſtitutus eſt, interdictum non datur.*

40 *Qui vero cauſa præceptionis cepit, vtique tenetur hoc Interdicto: ſed pro ea ſcilicet parte, quam iure legati habet: non etiam pro ea, quam hæres habet.*

41 *Idemq; dicendum erit, etſi alio genere legati vni ex heredibus legatum ſit: nam & ſic dicendum eſt, pro ea parte, qua hæres eſt, ceſſare interdictum.*

42 *Ceſſat etiam Interdictum caſu, quo legatarius datus eſt à teſtatore Executor, tunc enim licite capit, ſibiq; ſoluit. Quod tamen Molinæus ibidem in mobilibus particularibus ſaltem, quarum vilis eſt poſſeſſio, admittit.*

43 *Interdictum quoque non competit, ſi legatarius conſuetudine permittente capiat legatum: Vel ſi hæres non ſit, à quo legatarius ſtatim poſſit petere & accipere legatum.*

44 *Ita cenſent hoc Interdictum non dari, ſi Teſtator conſtituat, ſe legatarii nomine poſſidere.*

Vel ſi adhuc viuus poſſeſſionem tradat legatario. ibid.

Vel ſi ei licentiam tribuat propria authoritate legatum apprehendendi. ibid.

Eadem licentia videtur data legatario, ſi teſtator prohibeat moleſtiam ei fieri. ibidem.

45 *Vel ſi legatum inueniatur apud legatarium ſine vitio, ibid.*

46 *Vel talis ſit caſus, vbi Falcidiæ detrahendæ locus non eſt.*

47 *Vel ſi heres permiſerit & conſenſerit, vt legatarius legatum occuparet, etiamſi voluntas & conſenſus ex poſt facto acceſſerit.*

48 *Semel accommodata voluntate, & re à legatario occupata, pœnitere hæres non poteſt.*

49 *Etſi enim voluntas accommodata non dicitur, niſi perſeueret: tamen illud in caſu ſaltem obtinet meri & liberi mutabilis arbitrij: ſecus vero, ſi ſemel accommodata voluntate, ius alteri quæſitum ſit.*

50 *Eadem ratione ceſſare interdictum, aiunt, ſi legatarius mediante Iudicis officio aut iuſſu legatum occupat.*

51 *An vero ſuperiora omnia generaliter ita prolata, omni in caſu locum habeant, veraq; ſint, de eo maxime dubitat Author.*

52 *Etſi enim quoad vitium clandeſtinæ aut violentæ occupationis, forſitan his in caſibus ceſſabit Interdictum: tamen quoad intereſſe hæredis propterea non ſtatim ceſſabit.*

53 *In generali ſermone non veniunt ea, quæ ſpecialem vel expreſſionem vel diſpoſitionem deſiderant.*

54 *Explicatio l. vnic. C quod legator.*

55 *Cum requirat Imperator, vt teſtator, ſi nolit hæredem detrahere Falcidiam, hoc expreßim deſignet: falſiſſima eſt eorum opinio, ſentientium, ceſſare hoc Interdictum ſi teſtator licentiam occupandi legatario dederit.*

56 *Propter generalem poſſeßionis vel apprehenſionis permißionem, hæredi vel creditoribus ius ſuum ac intereſſe non poteſt auferri, etiamſi Iudicis officium vel authoritas interceſſerit.*

57 *Adeo vt Interdictum competat, etiamſi conſentiente hærede, legatarius aut fideicommiſſarius ſuum legatum vel fideicommiſſum acceperint: in caſu ſcilicet, quod iuſta quadam cauſa inopinabili quodam ære alieno apparente, minuat ſubſtantiam, & locum repetitioni faciat.*

58 *Quibus tamen caſibus vtile ſaltem Interdictum dabitur, quod res vtiliter in eum ſtatum redigi videtur; ac ſi hæres vel teſtator voluntatem ſuam inſcienter, vel nullatenus accommodarint: vel legatarius rem indebite occuparit.*

59 *Sic etſi legatarius executor teſtamenti deſignatus, vel hæres in re certa inſtitutus, propria authoritate poßit capere, ita vt ratione vitioſæ occupationis in eos ceſſet Interdictum: tamen non ceſſabit ratione ſingularis intereſſe, hæredi aut creditori nihilominus competentis.*

60 *Ipſa hæreditas omniuq; bonorum ſubſtantia, metienda & æſtimanda deducto ære alieno.*

61 *Legata vel fideicommiſſa exigi non poſſunt, cum æs alienum omnem ſubſtantiam defuncti occupat.*

62 *Mortis cauſa donatio cum inſtar legati obtineat, pro ea hoc Interdictum datur.*

63 *Lex Falcidia in donationis cauſa mortis quoque procedit.*

64 *Quæritur, an Interdictum nullatenus competat, ſi donator ipſe tradiderit, capive iuſſerit, aut alio quo modo res donata apud donatarium mortis tempore fuerit?*

65 *Intellectus & ſenſus l. 1. §. ſi quis mortis ff hoc tit.*

66 *Modus probationis in hoc Interdicto idem erit, qui eſt in Interdicto quorum bonorum. Vtrobique enim ſummaria ſufficit probatio, hæredem quem eſſe.*

67 *Ad libellum, litiśq; conteſtationem, & modum procedendi quod attinet, eadem hic eſt ratio, quæ reliquorum Interdictorum.*

De In-

De Interdicto, Quod legatorum.

Tit. XVII.

1 HOc interdictum, vti colligere eſt, ita propoſuerat Prætor. Quod † le-
gatorum nomine non ex voluntate eius, ad quem ea res pertinet (vi-
delicet heredis aut bonorum poſſeſſoris) quis occupauit, aut dolo malo
deſiit poſſidere, id illi reſtituas, ſi per eum (bonorum poſſeſſorem) non ſtat
vt ſatiſdetur, l. 1. l. vn. C. eod. Oldendorp. claſſ. 2. art. 2. paulo aliter recenſet.
Sed iſthæc vera fuiſſe interdicti formula mihi videtur, quam iiſdem fere
2 verbis tenet etiam Weſenbec. Et † hoc ipſum interdictum adipiſcendæ
3 poſſeſſionis eſt quoad Actorem: licet quoad Reum ſit reſtitutorium. † Et
continet hanc cauſam, vt quod quis legatorum nomine de facto vel pro-
pria autoritate occupauit, id ſaluo legati iure reſtituat heredi: Etenim æ-
quiſſimum Prætori viſum eſt, vnumquemque non ſibi ius dicere occupa-
4 tis legatis, ſed ab herede petere, d. l. 1. §. 1. & 2. vbi pro ſolida † ac breuiſſima
interdicti explicatione tria ſunt quærenda. Quibus caſibus: & quomo-
5 do: tum quibus, & contra quos interdictum detur. Primum † quod atti-
net, hoc interdictum eo ſaltem caſu competere vulgatum eſt: Quo exhau-
ſta legatis hereditate Falcidiam ſibi heres retinere poteſt: *ita communiter
DD. Inſtit. ff. & C. hoc tit. Angel. l. extat. n. 7. ff. de his quæ vi met. cauſ. vbi aiunt, quod
hoc interdictum aliàs non datur, nec alia pœna incurritur. Roderic. Suar. l. quoniam in
priorib. q. 7. n. 17. ff. de inoff. teſt. Nat. lib. 2. conſ. 233 num. 3. Menoch. hoc rem adip. 2.
num. 6. Contard. l. vn. limit. 2. rat. mixt. num. 16. C. ſi de mom. poſſ. Marant. part. 4.
diſtinct. 7. num. 10. ſub fin. & ibi Phil. Corn. conſ. 37. volum. 3. Bald. d. l. vn. C. hoc tit.*
vbi inquit, hoc notandum pro vxoribus, quibus mariti aliquid legant, ſi
ante aditam hereditatem occupent legata, quod non tenentur reſtituere,
niſi immineat Falcidia: *& eſt text l. 1. §. ſi quis. ff. hoc tit. l. vn. C. eod. facit l. penult.
C. ad leg. Falcid. l. 14. § 1 l. 15. §. 1. l. 93. ff. eod. Cuiac. lib. 8. c. 2.* vbi contendit pro
quarta legis Falcidiæ retentionem ſaltem dari non vindicationem, vel
6 quam aliam actionem. Vnde † etiam hoc interdictum ceſſare dicunt, ceſ-
7 ſante Falcidia: quod fit quinque caſibus: primo † cum heres venit pri-
uandus Falcidia, ob non confectum inuentarium, §. ſancimus. *Nouell. de he-
8 red. & Falc.* vel † quod non ſatisfecit voluntati teſtatoris, *authen. hoc amplius.
C. de fideicommiſſ. Caſtrenſ. conſ. 291. Rip. l. 1. in princip. num. 24. ff. hoc tit.* adeo vt
idem in minore procedat ſine vllo reſtitutionis beneficio, ſi tamen iudi-
9 cis monitio interceſſerit. *Crauett. conſil. 193 num. 2 & ſeq.* Tertio † cum te-
ſtator detractionem Falcidiæ expreſſe prohibuit. *Corn. conſil. 61. Menoch. hoc
10 rem. 2. q. 19.* vbi hoſce tres caſus coniungit. Quarto † ratione legati ad pias
cauſas. *§. ſi autem heres. Nouell. de eccleſ. tit. authent. ſimiliter. & ibi DD. C. ad leg.*

Falcid,

Falcid. Tiraquell.de priuileg.piæ cauſ.priuileg.45.& 26. Menoch.hoc remed.quæſt,13. Quinto, cum † hæres tanquam indignus ipſa hæreditate priuandus venit, 11 per tit.ff.& C.de his quib.vt indig.

At vero † etiam extra cauſam Falcidiæ hoc interdictum datur, vtpote 12 cum hæreditas ære alieno grauata eſt: Nam & tunc legatarius præoccupatum legatum reſtituere tenetur, quod creditorum potior.quam legatorum cauſa ſit. Ita Weſenbec.*in paratit,hic num.4.in fin. Harſolt.part.6.Pandect.act.48.Graſ.2.ſentent.art.Tranſmiſſio.quæſt.12.omnes. per † l fin §.licentia.C.* 13 *de iur.deliber.*Sed *illa lex potius per expreſſum contradicere videtur: per text.ibid.§.5.* Sin vero creditores, qui & poſt emenſum patrimonium necdum completi ſunt,ſuperueniant,neque ipſum hæredem inquietare concedantur, neque eos,qui ab eis comparauerunt res, quarum pretia in legata vel fideicommiſſa, vel alios creditores proceſſerunt: Licentia creditoribus non deneganda aduerſus legatarios venire, vel hypothecis, vel indebiti condictione vti,& hæc,quæ acceperint,recuperare,&c.§.ſeq. & §.licentia.10. ibid.nihil aliud vult,quam quod creditoribus,vel legatariis,aut fideicommiſſariis danda ſit licentia probandi, maiorem à defuncto ſubſtantiam relictam,quam hæres in inuentario ſcripſerit.Textus igitur pro dicta ſententia clariſſimus eſt,Nouell.1.cap.3.in fin. Niſi forte iuſta quædam cauſa hoc introduxerit: inopinabili quodam ære alieno apparente, quod minuat ſubſtantiam, & locum receptioni faciat. Et facit text.in l.fin. creditores hereditarios aduerſus legatarios non habere perſonalem actionem conuenit: quippe cum euidentiſſime lex duodecim Tabularum hæredes huic rei faciat obnoxios. C.de hered.act. & ibi gloſſ. item Bald. & Salicer. dicentes,quod creditor non agit contra legatarios, ſed contra hæredes,per rationem, quod perſonalis actio non ſequitur ſingularem ſucceſſorem, fac.l.1. C.ſi cert.pet. l.quotiens. C.de hered.cuſt. l.1. §.ſi heres. ff.ad Trebell.late etiam Dec.conſil.387.num.fin.& per tot.dicens, quod legatarius particularis certarum rerum,non teneatur ad debita hereditaria, ſed heres vniuerſalis.Si ergo heres tenetur ratione defuncti,omnia etiam ab eodem relicta ſibi obnoxia habet. Neque † obſtat d.l.fin.§.ſin vero,&c.quia lo- 14 quitur in caſu ſingulari, quo heres omnem ſubſtantiam iam in alios creditores aut legatarios expendit, vel ſi legatum à legatario præoccupatum, ſingulariter ſit alicui creditori pignori aut hypothecæ nexum: Ita recte gloſſ.ad d.l.fin.C.de hered.act vel ſi hereditas non ſit ſoluendo.gloſſ.ibid. vel ſi hereditas fiſco applicanda. Quemadmodum etiam legatarius ex legato certę partis hereditatis, vel bonorum, pro ea parte creditoribus reſpondere tenetur,per ea,quæ Dec.d.conſ.387.in prin.

Similiter etiam † in caſu electionis, vel vbi heredis intereſt,rem lega- 15 tam ei de facto ablatam non eſſe, interdicto huic locus eſt: veluti quando

legatario equus,iumentum,vas,ager,&c. in genere legatus, & electio hæ-
redi relicta. Quia enim tunc nec optimus, nec peſſimus, ſed mediocris
equus vel ager debetur, l.legato generaliter. 37. ff. de legat.1. ſi legatarius
optimum vel agrum, vel equum, &c. propria authoritate occupauit, ex
interdicto reſtituere tenebitur,ita nouiter,ſed tamen vere, Zaſ.l.1.in princ.
n.3.ff.quor.bon. & Schneidw.Inſt.eod.n.19.& ibid.citati Bal.& Salic.l.1.
C.d.tit.

Quia vero ſecundus caſus difficultatem quandam continet, quod ob-
16 ſcura videatur † ratio, qua hæres reſpectu oneris hæreditarii legatum repe-
tere poſſit: ſciendum eſt, huius caſus proprium eſſe vſum, quoties hæres
recte conuenitur ex hæreditate, quæ non eſt ſoluendo: & Falcidiæ tamen
beneficium non habet: ſic enim, non obſtante, quod Falcidia forſan ceſ-
ſet,reſpectu debiti hæreditarij reperi legatum poterit, per text.in fin.d.c.2.
Niſi forte in pœnam non confecti inuentarij hæres tam legatariis, quam
17 creditoribus ſatisfacere teneatur,per text.d.cap.2. † §. ſi vero non fecerit.
18 Nouell.1.quem text.ita com.intelligunt DD. Quamuis † verius exiſtimo,
eum ſaltem procedere,cum temerario & maligno propoſito, animo for-
ſan quid occultandi,&c hæres inuentarium non conficit, per text.d.c.2.in
prin.cui ſententiæ ſubſcripſit etiam Michael Graſ.2.ſent.art.inuentarium.
q.22. per rationem clariſſ. quod heres in plus vel amplius teneri non de-
beat,quam autor ſuus..

19 Exiſtimarunt quoque nonnulli,hoc interdictum † competere etiam ex
ſola legatarij audacia, qua ſcilicet ius ſibiipſi dixerit, per l.extat. ff. quod
met.cauſ.cum ſimilib. & in ſpecie per text. in l. non eſt dubium denegari
actionem legatorum ei pro portione competenti in his rebus, quas ſub-
traxiſſe eum de hereditate apparuerit.C.de legar. qua in opinione fuerunt
Odofred.& Oldrad. quos ſequitur Rip.l.1.in fin princip. ff. hoc tit. quam
ſententiam cum alij,tum Menoch.hoc remed.2.num.7.reprehendunt,te-
nentes,ratione ſolius Falcidiæ interdictum competere, & tum præcipuè,
cum ante aditam hereditatem legatarius ius ſibi dixerit: ſic enim legatum
quidem reſtitui: ita tamen, vt legatarius repetendi ius habeat: ita com-
20 muniter DD.. Dictam † vero.l. non eſt dubium, eo caſu procedere,cum
legatarius poſt aditam hæreditatem legatum ſibiipſi capit,aut inuadit: ſic
enim ad formam Can. redintegranda, non modo reſtitutionem compe-
tere,ſed etiam in pœnam inuaſionis omne legati ius amitti: & ita d.l. non
eſt dubium.quæ eſt Antonini Imperatoris,Doctores plærique reſtringunt
ad caſum,quo poſt aditam hæreditatem legatarius ſibiipſi ius dixit, Dec.
conſil.243.num.4. Corn.conſil.207.lib.2. Rom.conſ.312. Durand.de art.
teſtand.lib.6.caut.12.

Sed ſi iſthæc huius interdicti, & dictæ l.non eſt dubium. differentia
vera

vera eſt: vt illud in caſu procedat, quod ante aditam hæreditatem, hæc ve-
ro, quod poſt aditam eandem, legatarius ius ſibiipſi dixerit. *gloſſ. l. 1. in prin-
cip. ff. quod leg. & l. 1. C. eod. & ibi Bald numer. 3. Corn conſil. 140. in fin. lib. 1. Ro-
land. à Valle lib. 1. conſil. 77. numer. penult. & fin. quos ſequitur Menoch. hoc remed. 2.
numer. 9. Schneidvvin. Inſtit. lib. num. 6. VVeſenbec. in paratitl. hic. numer. 7.* Effici-
tur Ripæ ac Odofredi, aliorumque † opinionem exſibilandam non eſſe. 21
Interdictum ſcilicet, Quod legatorum, non tantum ratione competentis
Falcidiæ, ſed indiſtinctè reſpectu cuiuſcunque intereſſe hæredis compe-
tere, imo ad coercitionem propriæ audaciæ, quæ omni iure odioſa: niſi
fortè competentibus † exceptionibus reſtitutio declinetur, quibus iſta 22
audacia ſaluetur: vtpote ſi heres forte non ſit ſoluendo, vel ſit decoctor,
aut ſuſpectus de fuga: & ſit res mobilis legata, vel ſi heres ſit perſona liti-
gioſa, homo ſeuerus, à quo ſine magna difficultate exorqueri legatum non
poſſit: hiſce enim caſibus forte excuſandus legatarius, ſi propria autori-
tate, ſed tamen ſine violentia rem capiat. Ita Zaſ. hoc interdicto in princip.
numer. 4. per ea, quæ communiter DD. l. naturaliter. §. nihil commune. ff.
de acquirend. poſſeſſ. vbi, ſi inuado & occupo rem meam, quam detinuit
tyrannus, & probo rem eſſe meam, tunc non cogor reſtituere tyranno ex
cauſa ſpolij, & facit l. ſi conuenerit. ff. pro ſoc. vbi licet ſocietas non
poſſit ante tempus dirimi, fallit tamen, ſi haberem ſocium rixoſum:
quam doctrinam Zaſius dicto numero 4. menti tenendam ait, quia
noua.

Conſequens nunc eſt videre, quibus † & contra quos hoc interdictum 23
detur? Et datur heredibus tam de iure prætorio, quam ciuili, ſiue ex teſta-
mento, ſiue ab inteſtato, *l. 1. ff. & l. vnic. C. quod leg. & ibi ſcribentes, Menoch. ibid.
quæſt. 1.* qua in re cum omnes conſentiant, ineptum eſt, ſuperius quorum
bonorum interdictum heredibus indiſtinctè non dari: ita vt merito ob-
tineat, tam ex iure ciuili, quam prætorio, bonorum poſſeſſoribus directum
interdictum competere.

Quin & heredem heredis † bonorumque poſſeſſoris hoc interdictum 24
habere, propter vtilitatem eius dicendum eſt, necnon cæteros quoque
ſucceſſores. ita Vlpian. d. l. 1. & quamuis vtile hoc caſu interdictum eſſe
communiter placuit, per d. l. 1. ibi: propter vtilitatem. & d. l. vn. ibi: ſecun-
dum ſententiam interdicti. *Menoch poſt alios, hoc remed. q. 2. & ſeq.* Tamen di-
rectum † interdictum etiam hæredes vel ſucceſſores habere verius eſt, 25
cum ipſo iure actiones tranſeant ad hæredes, per vulg. Datur † etiam 26
hoc interdictum fideicommiſſario vniuerſali, vtpote qui & ipſi hæredes
dicuntur, *l. ſicut. §. 1. ff. quib. mod. pign. ſol. l. quamuis. ff. de iudic. Menoch. q. 4.* Et da-
tur † interdictum non modo hæredi teſtamentario, quod frequentius 27
eſt: ſed etiam, vt diximus, ab inteſtato, *ibid. q. 5. Schneidvvin. Inſtit. hic. num. 8.*

& ibi Plat.num.6.poſt gloſſ.l 1.& ibi Barth. & Salicet.C.hoc tit.ex l.1. §.ad eos.ff.ad
28 *leg.Falcid.* Licet † enim olim legata extra teſtamentum relinqui non poſ-
ſent, §.*præterea*,10.*Inſtit de fideicomm hered.* hodie tamen etiam extra teſta-
mentum relicta legata valent *gloſſ.in prin.Inſtit.de legat. Schneidvvin.d.num* 8.
& ſeq.

29 Quinetiam executori † teſtamentario hoc interdictum dabitur, ſi vi-
delicet ſit executor vniuerſalis, quod fit, cum nullus alius heres eſt inſtitu-
tus, *per l.nulli. C.de epiſcop.& cleric l.hereditas ff.de hered.inſtit.* Sic enim eſt loco
heredis, & cenſetur inſtitutus, vel ſubſtitutus, *l.alio,à contrario ſenſu.ff.de ali-
men.legat. Crauett.conſil.*440.*num.*9. *Ruin.conſil.*4.*lib.*3. Idemque procedit,
cum heres quidem eſt inſtitutus, ſed in certa tantum bonorum parte: ſic
enim nudi atque meri legatarij loco habetur, qui hereditariis actionibus
conuenire neminem poteſt, *l.quoties.C.de hered.inſtit.l.*1.§.*ſi ex fundo.l.quoties*
§.*ſi duo.*13,*ff eod.Crot.l.*1.*num.*69.*ff.de legat.*1. vbi *communem ait Gomeſ.variar.re-
ſol.*1.*c.*2.*num.*16. *Gabriel.lib.*6.*concluſ.*11.*numer.*17. *Menoch adipiſc.remed.*4.*à nu-
mer.*134. *vſque ad* 140. *& ſeq.* Et propterea ipſis executoribus interdictum
hoc merito datur: ſi non directum, ſaltem vtile: Quemadmodum etiam
remed.d.l.fin.C.de edict Diu.Adr.tollend. iiſdem hiſce caſibus competit,
*late DD. vt apud Menoch.d.remed. quæſt.*32. *& Graſ.*2.*ſentent.art.execut.vltim.vo-*
30 *lunt.quæſt.*9. Quamuis executor, ſi † fuerit ſatisfactum legatariis, vel aliis
creditoribus, quantumuis poſterioribus, non ſecus, atque heres, qui cum
beneficio inuentarij adiuit hereditatem, poſſit creditores poſtmodum ve-
nientes, ad legatarios, qui iam acceperunt, remittere, *l.fin.*§ *& ſi præfatam
C.de iur.deliber. Angel.Guid.Pap.&c. vt apud Roland.à Vall.conſil.*14.*num.*20.*vo-
lum.*1.

31 Vt autem hiſce † omnibus detur interdictum, neceſſe eſt, vt petenti le-
gatario, idonee ſatiſdent, de reſtituendo legato, in quantum detracta Fal-
cidia, vel exſoluto ære hereditario, &c. ſuperrerit, *l.*1. §.*quod ait prætor, niſi ſa-*
32 *tiſdatum,&* §.*ſeq.* Satiſdatum † ſane arbitror, ſi ſic ſatiſdatum ſit, vt legata-
rio ipſo iure acquiſita ſit idonea cautio: Adeo, vt ſi quarundam rerum no-
mine ſatiſdatum ſit, quarundam non ſit ſatiſdatum, earum rerum nomine
33 ſine impedimento agi poterit, de quibus ſatiſdatum eſt: cæterarum non
poterit, *d.l.*1.§.*fin.* Quod vero ait † Prætor, ſi per bonorum poſſeſſorem
non ſtat, vt ſatiſdetur, ſic accipimus, ſi paratus ſit ſatiſdare, non quod offer-
re debeat ſatiſdationem: ſed quod petenti ſatis moram non facere, *l.*2 §.1.
34 *eod.* Et ſufficit † ſatiſdari eo tempore, quo interdictum redditur, licet ante
vel poſt heres præſtare, vel legatarius accipere ſatiſdationem recuſauit.
Quemadmodum etiam legatarius tenetur interdicto, etiamſi non cautum
ſit, ſi per eum fiat, quo minus ſatiſdetur, vel ſi nuda heredis repromiſſione
contentus vel contentus fuit, vel ſi pignoribus ſibi caueri noluit, d.l.2.§.3.
& ſeq.

& ſeq. vbi Accurſ. & alij quidam pro noluit male legunt, voluit: quia enim
& pignoribus prætoria cautio conſtituitur, cum citra perſonalem conue-
niendi rationem rei per rem caueatur, quam limitationem ad l prætoriæ. 7.
ff. de prær. ſtip. rectè notant ibid. gloſſ. & DD. Etſi autem ſatiſdationem
niſi petenti offerendam DD. colligunt ex d. l. 1. tamen pro impetrando
mandato aut interdicto, vtile eſt paratam ſatiſdationem allegare, per d. l.
vn. C. quod leg.

Datur vero interdictum † contra legatarium, qui non ex voluntate he- 35
redis occupauit legatum, quinimo & contra fideicommiſſarium, tam ſin-
gularem, quam vniuerſalem, *l. 1. ff. & d. l. vn. C. eod. & ibi DD. qui & paßim alibi,*
vt apud Menoch. hac remed. 2. q. 7. & ſeq. vbi dicunt, quod hæres etiam aduer-
ſus fideicommiſſarium, qui hæreditatem, ea iacente, in totum vel pro par-
te occupauit, hoc interdicto rectè experiatur ad id, vt fideicommiſſarius
vel legatarius decedere & reſtituere teneatur, *& ita etiam Dec. conſil. 213. nu-*
mer. 4. & conſil. 245. & conſil. 424. & conſil. 438. Gozadin. conſ. 93. num. 14. Rolan.
à Valle lib. 1. conſ. 77. num. 38. Contard ad l. vn. limit. 2. rat. mixt. num. 19. Neque
intereſt an † adhuc poſſideant, ſiue non, *d. l. 1. §. quod ait prætor. 7. & communi-* 36
ter DD. tenentur enim in omnem caſum ad æſtimationem rei, & id, quod
intereſt. per ead. Nihilque refert, pro † legato poſſideant, an pro hærede, 37
aut poſſeſſore, *d. l. 1. §. quia autem. 4.* vel ex cauſa præceptionis, *ibid. §. 6.* aut
prælegati, *per ea, quæ Menoch. hic, quæſt. 20.* Quinimo datur † interdictum 38
non tantum in ipſos legatarios aut fideicommiſſarios, qui ipſi occuparunt:
ſed etiam in hæredes eorum, & ſingulares ſucceſſores, *text. & gloſſ. d. l. 1. §. le-*
gatorum. 10. Menoch. hoc remed. quæſt. 9. & ſeq. & ibi DD. etiamſi bonæ fidei
poſſeſſores, *gloſſ. dict. l. 1. in princip. verb. vt perinde. Schneidvvin. Inſtit. ſic. nu-*
mer. 16.

Contra eum tamen, qui † in re certà inſtitutus eſt, interdictum non da- 39
tur: Etſi enim, quoad heredem vniuerſalem, legatarij loco habetur, per
ea, quæ ſup. tamen quoad capiendi licentiam, hæredis perſonam ſuſtinet,
text. d. l. 1. d. §. 6. Qui vero ex cauſa † præceptionis, vtique tenetur hoc in- 40
terdicto: ſed pro ea ſcilicet parte, quam iure legati habet: non etiam pro
ea, quam hæres habet. Idemque † erit dicendum, etſi alio genere legati 41
vni ex hæredibus legatum ſit: nam & ſic dicendum eſt, pro ea parte, qua
hæres eſt, ceſſare interdictum: facit *text. l. cum heredes. ff. de acquirend. heredit.*
Rip. Barth. Alexand. Iaſ. Tiraquell. &c. vt apud Menoch. hoc remed. quæſt. 16. commu-
nem ait Dec. ad l. fin. C. de edict. Diu. Adr. Durand. lib. 6. caut. 12. n. 2.

Sicut etiam ceſſat interdictum in caſu, quo legatarius datus eſt à teſta-
tore executor, tunc enim licite capit, ſibique ſoluit, *per l. fiſtulas. §. fundum.*
ff. de contrahend. empt. Bald. Angel. Salicet. Alex. Iaſ. & alij in d. l. non eſt dubium. &
ſingulariter Dec. conſ. 243. num. 3. & conſ. 607. num. 2. quamuis Carol. Molin.

add.n.3.hoc ſaltem in † mobilibus particularibus obſeruari dicit, quorum
42 vilis eſt poſſeſſio: ſecus in vniuerſitate mobilium, vel immobilium, & in
caſu, quo ipſo iure, ex ſtatuto, vel lege, poſſeſſio tranſit in heredem: ſic
enim is poſſeſſione ſua de facto non eſt priuandus. Sed extra rationem ci-
uiliſſimæ huius, quam vocant, poſſeſſionis generalis eſt DD. ſententia,
quod ſcilicet legatarius datus executor, poſſit propria autoritate capere
legatum, *Menoch.recup.rem.5.nu.34 & ibi Pariſ. Ruin. Rub.&c. & nouiſ.Graſ.de*
43 *act.tranſmiſſ.q.10.n.4.* Et ita quoq; † non competit interdictum, ſi legata-
rius conſuetudine permittente capiat legatum, *Menoch.hic.q.18.* vel ſi heres
non ſit, à quo legatarius ſtatim poſſit petere & accipere legatum: vtpote ſi
maritus facto legato vxorem faciat vſufructuariam omnium bonorum, &
ea demum mortua, heredem quem perſcribat. Sic enim propter incertam
heredis ſucceſſionem legatum purum non eſt differendum, *ibid.q.17.& ibi*
Rip.l.1.in prin.n.4.ff.hoc tit.Bal.Ang & Iaſ.l.extraneum.C de hered.inſtit.&c.
44 Ita non dari † hoc interdictum, aiunt, ſi teſtator conſtituat, ſe legatarij
nomine poſſidere, *Iaſ.l.nemo poteſt.ff.de leg.1.l.quod meo ff.de acquir.poſſ. Duran.*
de caut.12.num.3. vel ſi adhuc viuus poſſeſſionem tradat legatario, *ibid per l.*
Lucius.ff.de legat.2. Menoch.hoc remed.q.13. vel ſi ei licentiam tribuat, propria
authoritate apprehendendi, *Alexand.d l.quoties.& d l.non eſt dubium, per l.Ti-*
tia teſtamento.§.Lucius.ff.de legat.2. Iaſ.l.iuſte poſſidet.ff de acquiren.poſſeſſ Dec.con-
ſil.418. vbi ait, eandem licentiam videri datam legatario, ſi teſtator prohi-
beat moleſtiam ei fieri *Duran.d.caut.12.num.4 late Menoch.hoc remed.quæſt.12.*
45 *per tot.* vel † ſi legatum inueniatur apud legatarium ſine vitio, *ibid. quæſt.14.*
46 vel ſi † talis ſit caſus, vbi Falcidiæ detrahendæ locus non eſt, per ea, quæ ſu-
47 pra: vel † ſi heres permiſerit, & conſenſerit, vt legatarius legatum occu-
paret, etiamſi voluntas & conſenſus ex poſt facto acceſſerit, *d l.1.in princip.*
48 *& §.prodeſt.14 quod legat.l ſin autem in fin.princip.ff.de aq pluu.arcend.* adeo † vt
ſemel accommodata voluntate, & re à legatario occupata, pœnitere he-
49 res non poſſit, *ibidem, & late Menoch.hoc remed.quæſt.11.* Etſi † enim voluntas
accommodata non dicitur, niſi perſeueret, *per l.ſi pro parte. §.verſum.ff.de in*
rem verſo. tamen illud in caſu ſaltem obtinet meri & liberi mutabilis arbi-
trij, ſecus vero ſi ſemel accommodata voluntate, ius alteri quæſitum eſt,
per text.d §.prodeſt. Zaſ. Pariſ. Corn.&c.d.q.11.num.36. quod intelligendum,
Vlpian.ait ſi poſt aditam agnitamque hereditatem voluntas accommo-
detur: ſecus vero, ſi ante, text *d.l.1.§.quod ait prætor.11.* Eadem ratione ceſ-
50 ſare interdictum, aiunt, ſi legatarius mediante Iudicis officio aut iuſſu le-
gatum occupat, Menoch.hic, q. 22.
51 At vero an recte † iſthæc omnia ita generaliter affirmentur, admodum
52 hæſito: Etſi enim † quoad vitium clandeſtinæ aut violentæ occupationis,
forſan hiſce caſibus ceſſabit interdictum: tamen quoad intereſſe heredis,

pro-

propterea non ſtatim ceſſabit: ita vt male DD. plærique ex eo ſolum, quod
legatarius ſibiipſi ius dixerit, omnem interdicti rationem repetant: cum
ratio eius principalis ſimul, in cauſa iureque & intereſſe heredis conſiſtat:
quod nouiſſime etiam obſeruauit Mich. Graſſ. eiusve gener Nigrin. d. ar-
tic. tranſmiſſio. quæſt. 12. num. 6. in fin. vbi recte vera interdicti cauſa re-
putatur ab intereſſe heredis. Hinc etſi in dictis caſibus vitium occupatio-
nis purgari poſſe videtur: tamen non apparet omne heredis intereſſe; per
id vel caſſum, vel remiſſum eſſe. Vbi valent iura, quod in generali ſermo-
ne † non veniant ea, quæ ſpecialem vel expreſſionem, vel diſpoſitionem 53
deſiderant. Et quod non ſequatur, hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.
Et hæc † ſententia aperte probatur d. l. vnic. C. quod legat. Heredi ſcri- 54
pto, inquiunt Impp. ſatis idonee lege Falcidia, ſi exhauſta legatis ſucceſſio
probetur per quartæ retentionem proſpectum eſt: Vnde ſi legatarius vel
fideicommiſſarius non conſentiente patre tuo, quem aſſeueras teſtatori
ſucceſſiſſe, & bonorum poſſeſſionem accepiſſe, relicta ſibi legata, vel fi-
deicommiſſa detinuit: ſecundum ſententiam interdicti, quod aduerſus
legatarios ſcriptis heredibus propoſitum eſt, oblata ſatiſdatione, quam
præſtari oportet, in poſſeſſionem te conſtitui, vt ita retentione compe-
tenti vtaris, experiri potes, quæ lex ſub caſu Falcidiæ omne heredis inter-
eſſe comprehendit, & perſequitur, etiam contra hæredem vel fideicom-
miſſarium, qui ſine vitio occupationis rem detinet. Vnde † & contra 55
eum, qui rei ſeruandæ gratia in poſſeſſionem miſſus fuerat interdictum
datur text. dict. l. 1. §. quæſitum. 9. ff. hoc titul. & ibid. not. Et † cum requi- 56
rat Imperator, vt teſtator, ſi nolit hæredem detrahere Falcidiam, hoc ex-
preſſim deſignet, Nouell. 1. cap. 2. 3. Sin vero expreſſim falſiſſima eſt opi-
nio ſentientium ceſſare hoc interdictum, ſi teſtator licentiam occupan-
di legatario dederit, &c. prout latè apud Menoch. d. quæſt. 12. per totam.
Durand. d. cautel. 12. vbi tres cautelas ſupra cum aliis relatas in eliſionem
huius interdicti commendat: ſed malè: cum † propter generalem poſ- 57
ſeſſionis vel apprehenſionis permiſſionem, hæredi vel eo creditoribus
ius ſuum ac intereſſe non poſſit auferri: etiamſi Iudicis officium vel au-
thoritas interceſſerit, per l. meminerint. C. vnde vi, vel quacunque ratio-
ne legatarius poſſeſſionem legati nactus ſit, & habuerit etiam tempore
mortis defuncti, text. ſingul. l. lineam. 26. ff ad leg. Falcid.

Lineam margaritarum legauit, quæ mortis tempore apud legata-
rium fuerat: quæro, an ea linea hæredi reſtitui deberet, propter leg. Fal-
cid. reſpondit, hæredem poſſe conſequi, vt ei reſtituatur: ac ſi nolit, poſ-
ſe vindicare partem in ea linea, quæ propter legis Falcidiæ rationem debe-
ret remanere.

Et

Et lineam margaritarum, interpretor frontale, ein Perlen Haarſchnur oder Stirnbandt / Cuiac. τερὶξ & λιχὸν κόσμον, ornamentum collare vocat,
57 8.obſeruat.2. Adeo vt † interdictum competat, etiamſi conſentiente hærede, legatarius aut fideicommiſſarius ſuum legatum vel fideicommiſſum acceperint, in caſu ſcilicet, quod iuſta quædam cauſa, inopinabili quodam ære alieno apparente, minuat ſubſtantiam & locum repetitioni faciat.
58 text.d.c. Nos autem 3.in fin. Nouel.1. quibus † tamen caſibus vtile ſaltem interdictum dabitur: quod res vtiliter in eum redigi ſtatum videtur, ac ſi hæres vel teſtator voluntatem ſuam inſcienter, vel nullatenus accommodarunt, vel legatarius indebite rem occuparit, facit l.quicquid aſtringendæ ff.de verb.oblig. Sic etſi legatarius † executor teſtamenti deſignatus,
59 vel hæres in re certa inſtitutus propria autoritate poſſit capere, ita vt ratione vitioſæ occupationis in eos ceſſet interdictum, per ea, quæ ſupra: tamen non ceſſabit ratione ſingularis intereſſe hæredi aut creditori nihilominus competentis. Quemadmodum † & ipſa hæreditas, omniſque bo-
60 norum ſubſtantia metienda & æſtimanda, deducto ære alieno per vulg.
61 quemadmodum & legata vel fideicommiſſa exigi non poſſunt, cum † æs alienum omnem defuncti ſubſtantiam, eiuſque fines occupat, text.l.ſi ſucceſſores.16. C.de legat. Ipſa enim lex Falcidia ob vim æris alieni legata inutilia facit.

62 Eademque eſt ratio mortis cauſa † donationis, pro qua, quod inſtar legati obtinet.1.Inſtit.de donat. merito & hoc interdictum datur, l.etſi debitor.17.ff.de donat.mort.cauſ.vbi Iulian.Etſi debitor conſilium fraudandorum creditorum non habuiſſet: auelli res mortis cauſa ab eo donata debet: nam cum legata ex teſtamento eius, qui ſoluendo non fuit, inutilia ſint: poſſunt videri etiam donationes mortis cauſa factæ reſcindi debere, quia legatorum inſtar obtinent.

63 Sicuti & l.Falcidia † in mortis cauſa donationibus procedit, *per ead.& l. in donationibus.vbi gloſſ.C ad leg.Falcid. Couar. & ibi Barth.& alij. rubr.de teſtam. part.3.num.20.Gomeſ.var.reſol.2.c.4.num.17.* quamuis alij donationem mortis cauſa ab inteſtato inſtar legatorum non obtinere, nec per Falcidiam reſcindi putant. Cuiac.3.obſer.17.in fin. & 2.ad Afric.fol.53. facit l.20.§.1.de legat.præſt l.5.§.penul.de his quib.vt indig.l.25.l.28.l.fin.de mort.cauſ.donat.l.42.de condict. & demonſt. Sed clara & generalia ſunt verba Imp.in d.§.1.Inſt.de donat. & conſtitutiones expreſſæ, quibus poſtea duo, in ſucceſſionibus etiam ab inteſtato Falcidia locum habere receptum eſt, & in quibuslibet vltimis voluntatibus, l.18. ff.ad leg Falcid. Nouell.1.c.4. vbi Cuiac.Et ita ſi donatarius in mortis cauſam ſibi donata propria autoritate occupet interdictum competere certiſſimum eſt. l.5.l.pen. C.ad l.Falcid. l.2.C.de donat.mort.cauſ.Cuiac.lib.10.obſ.28.& lib.8.obſer.2. licet DD. paſſim

paſſim hæſitent & generaliter in mortis cauſa donationibus interdictum
hoc dari negent per *text. d. l. 1. §. ſi quis ex mortis* donatione poſſideat v-
tique ceſſabit interdictũ: quia portio legis Falcidiæ ap. hæredẽ ipſo iure re-
manet, etſi corporaliter res inſolidum translatæ ſunt *ff. h. tit.* quæ Menoch.
hoc rem. q. 21. & expreſſe *Zaſ. d. §. Si quis n. 5.* & ibid. alij Weſembec. hic
n. 6. Sed facilis eſt ſolutio cum d. §. ſi quis loquatur in caſu perfectæ do-
nationis quo res iam tradita erat. interdictum igitur nullatenus competat
ſi donator ipſe tradiderit, capive iuſſerit, aut alio quo modo res donata a-
pud donatarium mortis tempore fuerit? Et omnes fere interpretes, vna-
nimiter negant, per ead. vbi Com. DD. Cuiac. d. c. 28. vbi idem in legata-
rio procedere ait, neque enim hoc caſu interdictum ſed vindicationis a-
ctionem competere. Idem Cuiac. lib. 8. c. 2. Sed non attenta quam ibidem
ex d. l. etſi debitor, fingit ſubtilitate: quod de legatario diximus, etiam
in donatario hoc obtinebit per ead. & per text. ſing. L. Si quis pen. C. ad L.
falcid. vbi non tantum retentio, ſed etiam repetitio conceditur etiamſi
iam proceſſerit donatio aut poſſeſſio: ibi: Si enim mortis cauſa donatio
procedat, & hæc modum legis Falcidiæ excedat, heres poſt aditionem re-
petit eam pecuniam quæ vltra modum legis falcidiæ corporaliter quidem
data eſt lege autem in patrimonio teſtatoris permanſit. Neque obſtat † 65
d. § Si quis ex mortis: loquitur enim & intelligendus eſt de directo ſaltem
interdicto: illud ſcilicet contra legatarium vel donatarium non compete-
re, qui ſine vitio inuaſionis rem legatam vel donatã nactus eſt, cuius ta-
men quoad falcidiã poſſeſſio ex legis ſubtilitate apud heredem permanſit:
Sed interea tamen vtile interdictum omnino competit, & repetitio vtili-
ter datur: quæ non tantum vindicatione, ſed quali quali petitione impe-
trabitur ex hoc interdicto per d. l. Lineam & d. l. pen. &c. Atque hac ra-
tione mediocres DD. circa hanc rem tricas extricauimus.

Modum probationis quod † attinet, illius eadem ratio quæ interdicti 66
Quorum bonorum: vtrobique enim ſummaria ſufficit probatio: te here-
dem eſſe adeo vt cautum eſſe iubeant: ne agens plene ſed ſaltem aliquali-
ter probet ſe heredem eſſe: per rationem vt ſi ſuccumbas via tibi ſuperſit
ad petitionem hereditatis Contard. ad l. vn. lim. 2. rat. mixt. n. 18. C. ſi
de mom. poſ. & ibi Aug. Bero. q. 71. n. 6. Sed quicquid dicant: cum here-
dem eſſe neceſſaria ſit interdicti qualitas, ea vtique ſummarie quidem, ſed
tamẽ veriſimiliter probanda. Quoad † libellum litiſque conteſtationem, 67
& modum procedendi, eandem hic rationem, quam reliquorum interdi-
ctorum, eſſe, paſſim inculcamus.

Rrrr De In-

Digitized by Google

De interdicto Saluiano.

Tit. XVIII.

Summaria.

1. *Quomodo verba Interdicti, hac in materia concipi poſſint aut debeant.*
2. *Quomodo verba Edicti concipienda ſint.*
3. *Hoc interdictum à Saluio Iuliano, Saluianum dictum eſt.*
4. *Tria capita in hoc Interdicto eſſe examinanda. Quidnam hoc Interdictum Saluianum, ab actione Seruiana: item hypothecaria & pignoratitia differat. Item quibus & pro quibus rebus, tum contra quos detur.*
5. *Hoc interdictum ab alijs ſimilibus actionibus, in eo differt: quod præcipue poſſeſſorium ſit: tum parata executionis celerem expeditionem deſiderans: vnde etiam leuiores probationes ſolam poſſeſſionis cauſam reſpicientes ſufficiunt, neq; appellatio admittitur.*
6. *Quæ omnia in actionibus Seruiana & hypothecaria longe aliter ſe habent: vtpote quæ petitorij potiſſimum & ordinarij ſunt iudicii: per viam non mandati, ſed libelli, plenariique examinis & ſententiæ expedienda: in quibus non modo probandum eſt aduerſarium poſſediſſe, quod in hoc interdicto ſufficit, ſed non pignoratam in bonis eius quoque fuiſſe.*
7. *Ab hoc quoque Interdicto tanquam momentanea poſſeſſionis non appellatur: quod ſecus eſt in dictis actionibus.*
8. *Vnde propter dictas commoditates ſui, quod hoc Interdictum tanquam pinguius & vtilius magis frequentetur in Palatiis, quam hypothecaria.*
9. *Senſus & intellectus l. g. ſi cum venditor 66. in pr. ff. de euictio: quæ prædicta opinioni obſtare videbatur.*
10. *Natura hoc Interdictum eſt poſſeſſorium: Hypothecaria vero licet auocet nudam poſſeſſionem: tamen eſt iudicium petitorium, ſicut etiam rei vendicatio: præterea ſunt etiam ordinarii & pleni iudicii.*
11. *Cuinam, & quibus caſibus Interdictum detur, difficillime & controuerſa eſſe quæſtionis.*
12. *Quidam in ſolo locationis caſu hoc Interdictum obtinere concedunt: ita vt ne vtile quidem Interdictum in aliis creditorum cauſis admittant.*
13. *Alii autem directum vel verum Saluianum interdictum in cauſa quidem locationis dari aiunt locatori ad perſequendum poſſeſſionem rerum conductoris pro mercede pignori tacite vel expreſſe obligatarum.*
14. *Vtile tamen vel quaſi Interdictum Saluianum etiam extra cauſam locationis, cuicunq; creditori tempore, ad perſequendam rerum qualitercunque pignori nexarum poſſeſſionem.*

14 Alii

15 *Alii (quibus author aſſentitur) directum aiunt interdictum dari, pro rebus non modo ex Seruiana, ſed etiam ex quaſi Seruiana, vel ſola hypothecaria obligatis.*

16 *Seruiana actio, directa quidem in cauſis locationis: Vtilis vero vel quaſi, ſiue hypothecaria pro rebus à quocunque debitore tacite vel expreſſe pignori nexis competit.*

17 *Generaliſſime redditur Interdictum pro poſſeſſione rei pignoratæ taciti per iuris diſpoſitionem: vel expreſſe per conuentionem ad conſequendam penſionis vel debiti ſolutionem.*

Idq; cum omni cauſa, damno, vſuris & intereſſe ibid.

Tum etiam pro fructibus ex re pignorata natis ibid.

Tum pro impenſis in conſeruationem rei pignoratæ, vel locatæ factis ibid.

18 *Ex quibus colligere licet, eiuſdem rei nomine plura quidem, ſed diuerſa tamen remedia à legibus eſſe introducta, ad promouendam ſcilicet iuſtitiæ adminiſtrationem.*

19 *Sic locatori prædii alicuius datur actio Locati: Datur etiam Seruiana vel quaſi,* Hypothecaria. *Datur etiam hoc interdictum.*

20 *Ita legatarii actionem habent perſonalem: item in rem & hypothecariam:* Habent *etiam ius tacitæ hypothecæ in bonis defuncti, pro rebus in teſtamento ſibi relictis.* Habent *etiam præter tres haſce ordinarias actiones, Saluianum interdictum, & leg. fin. C. de Edicto D.* Hadr.

21 *Male ſentire Doctores, qui directum hoc interdictum ſaltem contra colonum concedunt pro inuectis ſcilicet & illatis in fundum, prædiumve ruſticum. Vtile autem reddi contra inquilinum, pro rebus illatis & inuectis in prædium vrbanum.*

22 *Peſſime vero & magis abſurde ſentire eos, qui ſimpliciter negant hoc Interdictum pro rebus in prædium vrbanum illatis concedi.*

23 *Illata enim in prædium vrbanum ſiue ædes generaliter, & ex ipſa iuris diſpoſitione, domino prædii ſunt tacite obligata penſionis nomine.*

24 *In ruſticum vero prædium illata, non ſunt neque videntur obligata, niſi id nominatim conuenerit.*

25 *Et ſic firma eſt ſentẽtia, citra expreſſam conuentionem in ruſticum prædium illata, pignori non teneri: cum ſufficiat fructus ex fundo locato natos tacite obligatos eſſe.*

26 *Conſequens eſt quod omni iure, in prædium vrbanum inuectis, ipſa legis diſpoſitione obligatis, directum detur Interdictum.*

27 *Interdictum hoc quoq; pro rebus in nauim vel molendinum illatis, penſionis nomine conceditur.*

28 *An & quatenus hoc Interdictum pro rebus venialibus, pro pecuniis: item libris & veſtimentis, hoc Interdictum competat.*

Digitized by Google

29 *Etiam res venales pro penſione domus hoc Interdicto tenentur: idq; omnium maxime ſi ædes ob negotiationem vel aſſeruationem mercium habeantur, aut conductæ ſint.*

30 *Etſi enim, vt Connanus & alii ſentiunt, res venales & ſimiles aliæ, quæ non negotiationis vel aſſeruationis gratia in ædibus conductis habentur: ſed depoſita ſaltem, vt paulo poſt alio tranſueherentur, pignorata non videantur.*

31 *Tamen ſi tempore obligationis merces iſtæ inueniantur, vtique tenebuntur.*

32 *Eademq; ratio eſt pecuniæ illatæ, & ſupellectilis: niſi in quantum pro vſu quotidiano, alimentationis gratia habetur: hoc enim in generali tam expreſſa, quam tacita hypotheca non venit.*

33 *Idemq; obtinet in libris, armis & veſtimentis. Et qualiter intelligendum ſit illud, quod dicitur, libros relinquendos eſſe ſcholaribus, ſicut arma militibus.*

34 *Quæritur an pro re aliena illata hoc Interdictũ, vel etiam actio Seruiana competat.*

35 *Si conductor rem alienam bona fide poſſideat, tunc tam Interdictum, quam Seruiana actio competit: Sed Seruiana ratione iudicii petitorii, excipiendo ſuſpendi atque protrahi poteſt, cum negante conductore vel debitore, rem iſtam in bonis ſuis eſſe vel fuiſſe Actori incumbat onus probandi contrarium.*

36 *Interdicti autem facilior eſt ratio, quia ſufficit in illo probare, quòd tempore illationis aut conſtituti pignoris poſſedit: vel adhuc poſſideat, neque opus eſt ius poſſeſſionis exequi.*

37 *Niſi fortaſſis incontinenti de potiore alterius iure doceatur.*

38 *Eadem eſt ratio, cum conductor rem alienam inuectam mala fide poſſidet.*

39 *Si quis rem alienam ſciẽte & conſentiente, ratumve habente domino, tacite vel expreſſe oppignorauit, eam rem pignori teneri, certiſſimum eſt.*

40 *Aliena res pignori dari voluntate domini poteſt: ſed etſi ignorante eo data ſit, & ratum habuerit, pignus valebit.*

41 *Quæritur an ſola ſcientia hoc in caſu ſufficiat.*

42 *Semper ſcientia actus præiudicat ei, qui tacens non contradicit: cum poſſit eum actum, ratione ſui intereſſe impedire. Quod qua moderatione intelligendum ſit vide ibid.*

43 *Quæritur an de inſtrumentis & cautionibus in domum conductam illatis Seruiana competat: & per conſequens Interdictum detur.*

44 *Nomen quoq; debitoris, & generaliter & ſpecialiter pignorari poteſt.*

45 *Non tantum cautiones vel chirographa, ſed etiam debita quæ iiſdem continentur, in legato veniunt, ſi teſtator de eo ſenſiſſe teſtetur.*

46 *Qualiter intelligenda ſit Regula illa, quæ dictat, In generali obligatione non venire ea quæ facile quis obligaturus non fuiſſet.*

47 *Datur hoc interdictum, vel etiam actio Seruiana, non modo locatoribus & creditoribus ipſis, ſed etiam eorum ſucceſſoribus: ad perſequendam poſſeſſionem rerum, pignori tacite vel expreſſe obligatarum.*

48 Non

48 Non modo cum conductor vel debitor res pignoratas iam alienauit, ſed etiam ante, cum periculum eſt, ne forte in praiudicium creditoris alienet, vel diſsipet.

49 Adeo vt ſi Locator vel Creditor ſit ſollicitus de penſione aut pignore, forte quod conductor vel debitor ſolutionem moretur, poſsit facere conſcribi & claudi bona illata, vel pignori obligata, donec ſatisfiat.

50 Similiter redditur Interdictum ſicut & Seruiana, non tantum in ipſum conductorem debitoremue, idq; directo, ſed etiam vtiliter in haredem eius, vel etiam ſingularem ſucceſſorem aut poſſeſſorem.

51 Explicatio & ſenſus leg. 1. C. de Saluian. interdicto.

52 Tres quaſtiones excutiendae reſtant. An videlicet qualibet alienata contra tertium poſſeſſorem hoc Interdicto, vel etiam Seruiana perſequi liceat. Deinde an perſecutio detur etiam ſi debitor vel poſſeſſor ipſe offerat ſolutionem. Tum an prius ſit excutiendus debitor, quam contra tertium poſſeſſorem experiri liceat.

53 Primam quod attinet quaſtionem, pignorum perſecutio principaliter locum habet in pignore expreſſo.

54 Et quamuis Dd. nonnulli, hanc quaſtionem indiſtinctius affirment: certiſsimum tamen eſt ex legibus pro contraria parte allegatis, quod in expreſſo pignore loquantur: neque vllum pro tam generali iſta ſententia fundamentum afferri poteſt.

55 Secunda quaſtio ex iure communi facilime poteſt decidi, quod nimirum ius offerendi competat etiam extraneo, & quilibet poſsit ſoluere pro debitore etiã inuito.

56 Adeo vt debitor probãs de oblatione facta creditori ab extraneo, quam forte recipere detrectauit, poſsit creditorem Seruiana vel quaſi, aut hoc Interdicto agentem repellere.

57 Quod tamen tunc demum obtinet, ſi idonea ſit oblatio, & nihil ſit quod remorari creditorem queat, quo minus ab offerente ſolutionem acceptare debeat.

58 Hoc offerendi ius potiſsimum militat in tertio vel extraneo iam poſſeſſore: cum ius offerendi vna ſit ex commoditatibus, quibus gaudent & fruuntur poſsidentes.

59 Tertiam quaſtionem quod concernit: Quamuis in ordinariis Iudiciis, niſi in renũtiationibus aliud ſit, excutiendus omnium primo eſt principalis antequam tertius conueniri queat: adeo vt ſuper iſta diſcuſsione ſit pronuntiandum.

60 Attamen quod exceptio executionis concernat petitorium: & praterea quoq; non admittatur in ſummariis iudiciis, vbi inſpecta veritate proceditur: Ea in hoc Saluiano, vel aliis interdictis, locum nullum habet.

61 Seruiana & Interdictum hoc etiam contra colonum partiarium hoc eſt, qui partẽ fructuum penſionis loco ſoluit, datur. Eademque eſt ratio Emphyteuta.

62 An & quatenus contra minorem Seruiana vel hoc Interdictum detur: remiſsiue.

63 An contra eum quoq; Interdictum detur, qui ſpecialiter ſibi proſpexit: puta quod locator vel creditor certam rem ſibi pignori obligari fecit: an eo non ſufficiente reliqua bona nihilominus teneantur.

64 Quaritur ſi colonus vel conductor res in fundum vel ades duorum pignoris nomine intulerit, an vterque Interdictum habeat.

65 Quid dicendum ſit ſi inter dominos ipſos Interdictum reddatur.

66 Quid ſi actum ſit, vt pro partibus res obligaretur: vel ſi colonus rem quam cum alio comunem habebat, pignoris nomine induxerit.

67 Quaeritur porro, an Inducta: Aut res tacite vel expreſſe pro penſione aut deterio ratione pignori obligata, etiam pro alio debito forte chyrographario retineri poßint non attento, quod penſio ſoluta ſit.

68 An etiam hoc caſu Interdictum, vel actio Seruiana pro rebus in ædes illatis detorqueri poteſt?

De Interdicto Saluiano.

Tit. XVIII.

QVoniam huius interdicti formula, in Digeſtum ſub ſuo titulo non relata eſt, iccirco in ea concipienda variant DD. Eguin. Baro in §. adi-
1 piſcendæ Inſt. de interd. & 6. manual. tit. 33 ita refert: † Quod in fundum Lucii Titii pignoris nomine induxiſti, intuliſti aut creditori obligaſti, qua de re agitur, quo minus id ei apprehendere liceat vim fieri veto. Edictum
2 vero ita refert: † Si quis in fundum conductum quid induxerit, intulerit aut creditori obligauerit pignoris nomine, eius apprehendendi gratia locatori creditoriue in eum interdictum dabo. Franciſ. autem Hotoman. Item Mynſing. in §. interdictum quoque Inſt. de interd. ita propoſuit hoc interdictum: Quod tu illi mercedis cauſa oppignoraſti qua de re agitur id illi reſtituas. Baroni quidem aſſentitur Menoch. hoc adipiſcendi rem 3. v. 4. ſed illius tamen formula eo non ſubſiſtit tum quod in poſſeſſoriis adipiſcendæ, Prætor clauſulis inhibitoriis vti non ſolebat: tum quod à formula edicti ab eodem relati plane ſit aliena. Hotomanni igitur compoſitio mihi probabilior videtur: Et quidem paulo melior iſta Oldendorpij ad exemplum interdicti de migrando propoſita claſ. 2. act. 3. Si quid earum rerum de quibus conuenit, vt quæ in eum fundum quo de agitur, introducta importata eſſent: ea pignori pro penſione eius fundi eſſent, & ea penſio ſoluta eoue nomine ſatisfactum non eſt: abductum eſſe dicetur: id reſtitui iubebo. Quia enim teſte eod. D. Oldend. interdictum & eo caſu competebat cum res apud debitorem multis argumentis ſuſpectum, non eſſent tutæ, d. actione non male interdictum in ſolum alienationis caſum concipitur.

3 Hoc autem interdictum † ab autore Saluio Iuliano Saluianum dictum per ea quæ cum DD. adipiſcendæ poſſeſſionis eſſe teſtatur Diu. Iuſtin. § Adipiſcendæ 4. in fin. Inſt. de interdict. Ibi: Interdictum quoque quod appellatur Saluianum adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparatum eſt:

eoque

eoque vtitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fun-
di pignori futuras pepigiſſet. Vnde apparet quod cum creditorem aut lo-
catorem in rerum pignori tacite vel expreſſe nexarum poſſeſſionem im-
mittat, executorium merito habeatur: vbi tria pro more capita † breuiter 4
examinabimus: Quidnam hoc interdictum Saluianum ab actione Ser-
uiana item Hypothecaria & pignoratitia differat: Item quibus & pro qui-
bus rebus tum contra quos detur. Quantum ad primum miſſis longis
diſtinctionum ſubtilitatibus † in eo hoc interdictum, ab aliis ſimilibus a-
ctionibus differt: Quod illud poſſeſſorium ſit præcipue, tum paratæ & 5
prætoriæ exſecutionis, ſummarijſſimam ſui expeditionem deſiderans: vn-
de etiam, leuiores probationes, ſolam poſſeſſionis cauſam reſpicientes,
hic ſufficiunt, neque appellatio admittitur: † quæ omnia in actionibus 6
Seruiana & hypothecaria, longe aliter ſeſe habent: vtpote quæ petitorij
potiſſimum & ordinarij ſunt iudicij, per viam non mandati, ſed libelli ple-
narijque examinis & ſententiæ expediendæ in quibus non modo proban-
dum eſt aduerſarium poſſediſſe quod in hoc interdicto ſufficit, ſed rem pi-
gnoratam quoque in bonis eius fuiſſe: *Ita Com. DD. ad l. 1. ff. & C. de Salui-
an. Interd. & Inſtit. eod. Ferrar. Form libell. pro hypothecar. gloſ. ſub eadem num. 8.
Zaſ. §. Item Seruian. n. 40. & ibi Mynſing. n. 41. Inſt. d. act. & ibid. Angel. & alij.
Capel. Tholoſ. queſt. fin. circ. fin. Crauet. conſ. 845. n. 8. & ſeq. Neguſant. de pignor.
8. part. memb. 1. n. 2. Roland. à val. lib. 1. conſ. 14. nu. 4. & 6. Menoch. hoc adipiſ.
remed. 3. q. 1. & 2. Alex. conſ. 185. n. 4. vol. l. Contard. ad l. nu. lim. 14. & Con-
tract. n. 10. & ſeq. C. ſi de mom. poſ. Schneid W. & alij §. adipiſcendæ, de interd.
Saluian. Inſt. de interd.* & non obſcure Theophil. ibid. dicens: Si quis, poſſeſ-
ſionem alicuius rei conſequi velit, ante omnia illi neceſſaria eſſe prodi-
ta adipiſcendæ interdicta Quor. bon. quod legat. & hoc Saluian.
Quemadmodum etiam † ab hoc interdicto tanquam momentaneæ 7
poſſeſſionis, non appellatur, quod ſecus eſt in dictis actionibus DD. ibid.
Vnde quoque fit, † vt hoc interdictum propter dictas commoditates, tan 8
quam pinguius & vtilius, magis frequentetur in Palatijs, quam hypothe-
caria *Angel. d. §. Item Seruiana n. 18. Capol. Caut. 81. Rip. in rubr. ff. de pign. Zaſ.
& Crauet. vt ſup. Neguſant. d. part. 8. memb. 3. n. 26. Roland. d. Conſ. 14. nu. 2.
Menoch. hoc rem. n. 7. &c. eſt enim communiſſima.* Neque † obſtat quod Pagin. 9
in l. Si cum venditor 66. in princ. ff. de Edicti. Seruianam in rem quidem
eſſe dicit, ſed nudam tamen poſſeſſionem auocare: quod idem affirmare
videtur l. 10. in fui ff. de pignor. & vtrobique Gothofred. dicens hoc no-
tandum eſſe, quod hypothecaria actione ſolam poſſeſſionem auocamus.
Nam reſpondetur, hypothecariam & Seruianam per accidens ſaltem nu-
dam poſſeſſionem auocare: quando ſcilicet ſoluta pecunia pignus diſſol-
uitur, quam rationem expreſſe aſſignat Pagin. d. l. ſi cum vend. Alias ſui

natu-

natura petitorij ſunt iudicij per l. pignoris perſecutio in rem parit actio-
10 nem creditori & ibi DD. ff. de pig. ſcite Angel. d. n. 18. ibi: Natura † qui-
dem hoc interdictum eſt poſſeſſorium ſed hypothecaria licet auocet nu-
dam poſſeſſionem, tamen eſt Iudicium petitorium ſicut etiam rei vindica-
tio &c. & præterea ſunt etiam ordinarij & pleni iudicii, *text ſing. & notab. l.
1. ff. hoc tit.* vbi Vlp. in Saluiano inquit interdicto ſi in fundum communem
pignora ſint ab aliquo inuecta, poſſeſſor vincet, & erit eis deſcendendum
ad Seruianum Iudicium. Quaſi dicat: Si inter duos de pignore & com-
muni fundo ſit controuerſia, is Saluiano interdicto obtinebit, qui de poſ-
ſeſſione incontinenti docebit, ita tamen vt poſtmodum Seruiano vel hy-
pothecario judicio petitorium ipſum vel & poſſeſſorium ordinarium, ple-
nius ventiletur.

Cæterum cuinã & quib. † caſibus hoc Interdictum detur, difficillimæ &
11 controuerſiæ eſt quæſtionis: Alij † enim in ſolo locationis caſu obtinere
12 contendunt: ita vt ne vtile quidem interdictum in alijs creditorum cauſis
admittant. *Accurſ. l. 1. C. de precar. & Sal. int. quam ſententiam ſtudioſiſſime co-
natur defendere Menoch. hoc rem q. 3. idque pulchre fieri, ſentit Treutler. 2. diſput. 25.*
13 *theſ. 2.* Alii † autem directum vel verum Saluianũ interdictum in cauſa qui-
dem locationis, dari aiunt locatori ad perſequendam poſſeſſionem rerum
conductoris pro mercede pignori tacite vel expreſſe obligatarum per l. 1.
& ſeq. ff. hoc tit. & d. §. adipiſcendæ: ibi: Interdictum quoque quod ap-
pellatur Saluianum adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparatum eſt: eo-
que vtitur dominus fundi pignori futuras pepigiſſet: & ibid. Theoph. Inſt.
de interd. Atque ita in caſu ſolius locationis loquitur Oldendorp. claſ. 2.
14 act. 3. Vtile † tamen vel quaſi interdictum Saluianum etiam extra cauſam
locationis cuicunque creditori competere, ad perſequendam rerum qua-
litercunque pignori nexarum poſſeſſionem per text. ſing. l. 1. ſi non te re-
mittente pignus debitor tuus ea quæ tibi obnoxia ſunt, venundedit &c. &
tibi interdicto Saluiano, id enim aduerſus conductorem debitoremue
competit. *C. de prec. vel Salu. & ibi Barth. qui & in l. 1. n. 2. ff. hoc tit. Angel. d. §.
Item Seruiana n. 6. & Mynſing. n. 41. Alexand. vol. 6. Conſ. 18. n. 4. Neguſant. d.
part. 8. memb. 1. n. 6. & memb. 3. nu 9. Rip. in rubric. nu. 19. ff. de pign. Cuiac. in
parat. ff. & C. hic Weſenbec. ff. eod nu. 3. Schneidvvin. Inſtit. hic. nu. 7. Althuſ. 2.*
15 *iuriſp. c. 6. ibi: Saluian.* Alii quibus † aſſentior directum dari interdictum
aiunt, pro rebus nõ modo ex Seruiana, ſed etiam ex quaſi Seruiana vel ſola
hypothecaria obligatis ita *Zaſ. ad D. §. item Seruiana n. 40. ibid.* Et datur e-
tiam directum ſcilicet interdictum contra debitorem ex quaſi Seruiana vel
ſola hypothecaria obligatis ita Zaſ. ad d. §. item Seruiana nu. 40. ibi: Et
datur etiam directum ſcilicet interdictum contra debitorem ex quaſi Ser-
uiana. *Herman. Vult. iuriſp. 2. c. 21. nu. 34.* Et hæc ſententia veriſsima eſt,
quæ

Digitized by Google

quæ vt rectè Barth. arguit manifeſtiſſime fundatur in verbis expreſſis d. l.
1. C. de prec. ponderando verba generaliſſima, debitor tuus item aduerſus
conductorem debitoremue: Item quod ex hoc interdicto ad Seruianum
iudicium tranſeatur, ſcilicet cum de iure poſſeſſionis aut petitorij diſce-
ptatur, miſſa nudæ poſſeſſionis cauſa quæ huius interdicti aliorumq; pro-
pria eſt ibid. & l. 2. ff. hoc tit. Siquidem enim Seruiana † actio, directa qui- 16
dem in cauſis locationis, vtilis vero vel quaſi ſiue hypothecaria pro rebus
à quocunque debitore tacite vel expreſſe pignori nexis competit *d. § Item
Seruian. & ibi per omnes idem Donel. Weſenbec. Mynſ. &c.* conſequens eſt huius
quoque interdicti, reſpectu poſſeſſionis perſequendæ, eandem eſſe ratio-
nem, vt recte concludit Barth. d. n. 2. Neque huic ſententiæ Bald. & Sali-
cet. quos pro ſe aſſumit Menoch. contradicunt.

Generaliſſime ergo redditur interdictum pro poſſeſſione rei pignoratæ 17
tacite per iuris diſpoſitionem: vel expreſſe per conuentionem nihil inter-
eſt: ad conſequendam penſionis vel debiti ſolutionem: idque cum omni
cauſa damno & intereſſe: vnde & in cauſa locationis ob deteriorationem
competit. *per l. 2. ff. In quib. cauſ. pig. tacit. cont. Barth. l. ſolutam § ſolutum in fi.
ff. de pig. act. Neguſant. de pig. part. 4. memb. 2. n. 129 Menoch. hoc rem. q. 12. Schneid.
Inſtit. hic n. 4. & ibi alii* Tum etiam pro fructibus ex re pignorata natis *l. 1. in
princ. ff. hoc tit.* fructus enim ſequuntur cauſam pignoris *l. 3. C. In quib. cauſ.
pig. l. Paulus § 1. ff. de pig. l. grege eod. Paul. ſent. 2. tit. 5. vbi Cuiac.* Item pro im-
penſis in conſeruationem rei pignoratæ vel locatæ factis *per l. 1. lis & ſeq. ff.*
Qui pot. *in pig. Mynſ. Cent. 1. obſ. 60.* Ex quibus videre eſt eiuſdem rei nomi-
ne † plura quidem ſed diuerſa tamen remedia à legibus introducta ad pro- 18
mouendam ſcilicet iuſtitiæ adminiſtrationem: Sic locatori prædij † alicu- 19
ius datur actio locati l. ſed addes § fin. ff. locat. l. cum conductorem C. eod.
cum ſimilib. datur etiam Seruiana vel quaſi aut hypothecaria d. §. Item Ser-
uiana &c. datur etiam hoc interdictum. † Ita legatarii vel fideicommiſſa- 20
rii actionem habent perſonalem, item in rem, & hypothecariam, habent
enim ius tacitæ hypothecæ in bonis defuncti pro rebus in teſtamento ſibi
relictis l. 1. C. com. de leg. l. non eſt 26. ff. de pig. act. Sed habent etiam præ-
ter tres haſce ordinarias actiones interdictum Saluian. & remed. l. finalis
C. de Edict. Diu. Adr. vtrumque quidem ad conſequendam via prætoria
poſſeſſionem: ſed illud ratione pignoris, hoc vero ratione teſtamenti quæ
alia proinde remedia vtiliſſime cumulari poſſunt.

Quando autem pignus tacite vel per Iuris diſpoſitionem contrahatur:
alterius eſt loci, ex quo nec petere licet, quib. caſibus taciti pignoris nomi-
ne hoc interdictum aſſumi queat. Niſi quod illud hic obiter monendum
peſſime Doctores noſtros directum † ſaltem interdictum contra colonum 21
concedere pro inuectis ſcilicet & illatis in fundum prædiumue ruſticum:

Ssss per

per l. 1. ff. hoc tit. Vtile autem reddi contra inquilinum pro rebus illatis & inuectis in prædium vrbanum *Barth. d. l. 1. nu. 2. & l. 1. C. eod. Angel. d. §. Item Seruiana num. 6. Neguſ. d. part. 4. memb. 1. num. 5. wesenbec. in parat. hic numer: 3. Schneid. Inſt. hic nu. 7. & alij plerique DD. Menoch. hoc rem. q. 5.* Omni-
22 um vero † peſſime & abſurdiſſime Cyn. Azo. Accurſ. & Perticenſ. ibid. in pr. relatos ſimpliciter negare hoc interdictum pro rebus in prædium
23 vrbanum illatis concedi. Quandoquidem enim † illata in prædium vrbanum ſiue ædes generaliter & ex ipſa iuris diſpoſitione domino prædij ſunt tacite obligata penſionis nomine l. 2. l. eo iure & *l. licet 6. ff. In quibus*
24 *cauſ. pig. l. fin: C. eod.* In ruſticum † vero prædium illata non ſint neque videantur obligata, niſi id nominatim conuenerit *l. ſi non inducta C. d. tit. d. l. eo iure l. in prædijs ff. eod. l. debitor 32. ff. de pignor. l. certi Iuris C. loc. Conna. 4. comment. Iuris cap. 16. num. 5. Coraſ. d. §. Item Seruiana num. 5. Charond. 3. veriſim. c. 15. Donel. de pig. C. Bald. eod. c. 6. Menoch. hoc rem. q. 4. licet gloſ. d. § Item Seruiana & ibi Ang. n. 12. Iaſ. n. 54. Gomeſ. n. 13. Zaſ. ib. n 16.* tacite obligata dicant ſi dominus prædij ſciat illata eſſe per d. l. certi Iuris. Quia enim ibi volun-
25 tas pro conſenſu accipitur atque pacto: per ead. Et ſic firma † eſt ſententia, citra expreſſam conuentionem in ruſticum prædium illata pignori non teneri, cum ſufficiat fructus ex fundo locato natos tacite obligatos eſſe *d. l. in prædijs l. ſi in lege 24. §. 1. ff. loc. l. quamuis C. in quibus cauſ. pig. DD. vt ſup.*

26 Conſequens eſt † quod omni iure pro rebus in prædium vrbanum inuectis, ipſaque legis diſpoſitione obligatis, directum detur interdictum, quod rectiſſime affirmauit Oldendorp. d. claſ. 2. hac act. 3. nu. 5. licet nu. 2. errantium opinionem ſapiat. idemque probant Cuiac. Hotoman. Vulteius, Althuſ. vt ſup. quæ ſententia tanto magis obtinere debet; quod pro rebus illatis in prædium ruſticum, hoc interdictum nullatenus detur, niſi expreſſe conuenerit, vt pignori eſſent obligatæ; vel ſi pro fructibus ex fundo natis agatur: *Cuiac. vt ſup. in parat, hic. Menoch. hoc remed. q. 4. per text. expreſ. Inſtitut. hic ibi: quas pignori futuras pepigiſſet, Gomeſ. d. §. Item Seruiana num. 30.* & ita etiam, ratione fructuum, intelligendus eſt ibi. doctiſſima ſua explicatione Zaſ. num. 40. vbi labi videtur, quod paulo generalius, contra colonum hoc interdictum dari ait, pro rebus illatis tacite obligatis.

Atque hæc ſententia, quod ſcilicet, pro rebus in prædium vrbanum il-
27 latis, interdictum hoc directo detur. etiam inde † probatur, quod idem etiam pro rebus in nauim vel molendinum illatis, penſionis nomine concedant: *Bald d. l. incerti Iuris n. 17. & ibi Barthol n. 7. C. loc. Neguſ. de pig. part. 2. memb. 4. n. 140. & 144 Tiraquel. de retract. Conſang §. 1. gloſ. 7. n. 89. & 92.* vbi agit, an nauis & molendinum; pro ruſtico vel vrbano prædio ſint habenda: & pro vrbanis haberi non dubito. Menoch. hoc rem. q. 23. & ſeq.

28 Ceterum, An & quatenus † pro rebus venalibus, pro pecunijs, item libris.

bris & veſtimentis hoc interdictum competat: ex d. §. Item Seruiana & d.
tit. ff. & C. quib. ex cauſ. pig. vbi com. DD. petendum eſt: propter ſummã
actionis Seruianæ & huius interdicti affinitatem. Et breuibus perſtringen-
do, etiam res venales † hoc Interdicto tenentur, pro penſione domus, idq; 29
omnium maxime ſi ædes ob negotiationem, vel aſſeruationem mercium
habeantur aut conductæ ſunt. Zaſ. d. § Item Seruiana n. 20. & Gomeſ. ib.
n. 25. ex l. cum tabernam ff. de pig. idq; indiſtincte: ſiue merces diutius, aut
perpetuo manſuræ ſint, ſiue ſtatim alio transferendæ: per ea, quæ Zaſ. d. n.
20. & ſeq. vbi recte, contra Angel & Iaſ. multis diſtinguentes, hanc ſenten-
tiam intrepide tenendam ait, ſcilicet ſi tempore obligationis merces iſtæ
quantumuis venales, in ædibus, vel apud ipſum conductorem reperiantur
latè poſt alios Menoch. hoc rem. q. 17. per tot. Etſi † enim, vti & Conan. 4. 30
Commen. c 16. n. 8. Bal. & alii, vt Menoch. ib. in princ. recte dicunt, quod
res venales, & ſimiles aliæ quæ non negotiationis vel aſſeruationis gratia,
in ædibus conductis habentur, ſed depoſitæ ſaltem ſunt, vt paulo poſt alio
tranſuehantur, pignoratæ non videantur: per l. debitor, in fi. ibi quia hoc a-
nimo à Domino inducti eſſent, vt ibi perpetuo eſſent non temporis cauſa
accommodarentur, obligatos ff. de pign. Tamen ſi tempore † obligationis 31
merces iſtæ inueniantur, vtiq; tenebuntur, vt recte poſt alios Menoch. d q.
17. n. 130. vel ſi periculum ſit in mora & debitor ſit ſuſpectus, ne alioqui ſit
ſoluendo, Oldend. d. act. 3. in pr. Eademq; † ratio pecuniæ illatæ & ſupelle- 32
ctilis niſi in quantum pro vſu quotidiano, alimentationis gratia habetur
hoc n. in generali tam expreſſa quã tacita hypotheca non venit per ea quæ
Menoch. & ibi DD. hoc rem. q. 18. Idemq; obtinet in libris † armis & veſti-
mentis ib. q. 19. Etſi enim libri ſunt relinquẽdi ſcholarib. ſicut arma militib. 33
vt ait gloſ. in l. Nepos Proculo ff. de verb. ſig. & ſcite poſt Angel. & Iaſ. Zaſ. d.
§. idẽ Seru. n. 53. Hoc tamen intelligitur quatenus neceſſario & quotidiano
ſunt vſui: ſic enim ſuccedunt loco alimentationis etiãſi alia bona non ſint
illata quamuis hoc caſu contrariũ putet Menoch. d. q. n pen. An vero pro
illata re † aliena hoc Interdictũ vel ẽt actio Seruiana competat quæritur. Et 34
Menoch. quidẽ hoc rem. q 15. quatuor cauſas diſtinguit: An ſc. conductor
bona fide rẽ alienam poſſideat vel mala fide illamq; vel ignorante vel ſciẽ-
te aut conſciente domino rei in prædiũ inferat. Quantũ ad primũ †, cõpe- 35
tit ſane tam Interdictum quã actio Seruiana: ſed hæc ratione Iudicij peti-
torii, excipiendo ſuſpendi atq; protrahi poteſt: cum negante conductore
vel debitore rẽ iſtã in bonis ſuis eſſe vel fuiſſe, actori incũbat onus probãdi
contrariũ *l. & quã nondũ 15. §. quod dicitur 1 ff. de pign. ante oĩa ff de prob vid. l ſi ſup.
3. ff. de pig. & l præſes 5. C. eod. Zaſ. d. § Itẽ Ser n 37.* Interdicti aũt facilior eſt ratio,
quia n. ſufficit in eo probare quod tẽpore illationis aut cõſtituti pignoris
poſſediſti vel adhuc poſſideas, neq; op' eſt ius poſſeſſionis exeq per ea quæ

ſup. hoc omnino dabitur & ita poſt Bald. in d. l. certi iuris num. 10. C. loc.
37 affirmat Menoch. d. q. 15. † Niſi fortaſſis incontinenti de potiore alterius
Iure doceatur. Etſi enim putatiue ea res in bonis tuis fuit: quia ſcilicet bo-
na fide poſſidebas pro tuo: cum tamen tertius poſtmodum eam euicerit
vel euincat, huius certe ratio eſt habenda: ſcilicet, quod vitia poſſeſſionum
cum re ipſa ad quemlibet etiam bonæ fidei poſſeſſorem tranſeunt per l.
38 vitia 11. C. de acquiren poſſeſ. Eademque eſt † ratio ſecundi caſus, cum
videlicet conductor, rem alienam inuectam, mala fide poſſidebat licet
Menoch. interdictum, hoc caſu competere, ſimpliciter neget: *per l. Impro-
ba. C. de acq. poſ. & quod ex receptiori ſententia hypotheca aliqua hic non ſit contracta:
per Bald. d. l. certi nu. 10 & ibi Salicet. q. 2. Afflictus deciſ. 184.* Quia enim hoc
Interdicto poſſeſſionis cauſam perſequimur in qua iuſte quis an iniuſte
poſſideat nihil intereſt per Vulg. & per l. 1. §. qui à me vi ff. de vi & vi arm.
ſicut etiam d. l. improba in caſu præſcriptionis ſaltem loquitur :: Et fieri
poteſt, vt pignus quod antea in bonis conductoris non erat ex poſt facto in
bonis *conductoris* eſſe incipiat, quo caſu pignoratitia vtiliter conceditur
*l. ſi inquiſitio 22. vbi vid. remiſſiones Gothofr. ad Cuiac. Hotoma. &c. ff. de pignor. l.
aliena 20. ibi ſi ignorante & data ſit & ratum habuerit l. rem alienam 41. ff. de pign.
act.* Quo ac ſimili nomine etiam Seruiano ſæpe Iudicio contenditur; per ea
quæ doctiſſime Zaſ. d. §. Item Seru. nu. 33. & ſequentib. per tot. Ideo &
hoc ſicuti priore caſu, dicendum eſt Saluiano Interdicto locum eſſe: ni-
ſi tertius interueniens in continenti, de meliore poſſeſſionis Iure oſtendat.
Atque ex iiſdem petitur quoque reſponſio ad tertium & quartum caſum.
Quando ſcilicet conductor vel debitor rem alienam vel ſciente vel con-
ſentiente domino in ædes conductas intulit aut oppignorauit. Vtiq; ſi quis
39 rem alienam † ſciente & conſentiente ratumue habente domino tacite vel
expreſſe oppignorauit eam rem pignori teneri certiſſimum eſt d. l. 20. A-
40 liena res † pignori dari voluntate domini poteſt, ſed etſi ignorante eo da-
ta ſit & ratum habuerit pignus valebit de pig act. & d. l. Si Titio qui rem
meam ignotante nec creditori pignori obligauerit 22. de pig. atque hæc
ſententia ſi voluntas domini vel conſenſus acceſſerit dubium nullum ha-
41 bet: Sed an ſola † ſcientia ſufficiat quæritur: & videri poſſet per ead.
vbi res aliena inutiliter pignori obligari dicitur, ſi ignorante domino fiat.
Ergo ſumpta à contrario ratione, ſciente domino tacitam vel expreſſam
oppignorationem, neque ei contradicente pignus vtique tenebitur per
ead. & text. expreſs. l petenti mutuam 27. ibi: Quod ſi etiam nunc apud
creditorem creditoris ſunt voluntate domini nexæ videntur ff. de pig. act.
*& hanc ſententiam probant Alexand. l. item quia nu. 1. ff. de pact. Iaſ. §. Item Ser-
uian. nu. 45. Negusant de pig. pact. 4. memb. 2. nu. 152. quibus contradicit Menoch.
d. q. 15. caſ. 3. per l. quæ doctu ff. ſol. mat. qua tamen lex*, priorem ſententiam po-
tius

tius confirmat, quæ etiam ex eo roboratur † quod ſemper ſcientia actus 42
præiudicat ei, qui tacens non contradicit cum poſſet eum actum ratione
ſui intereſſe impedire, per ea quæ Dec. item Dyn. & ibi Molin. ad reg. Qui
tacet de reg. Iur. Quæ omnia tamen præcipue in tacita legis hypotheca-
tione eatenus probo, ſi interueniat aliquis actus conſenſum & patientiam
ac voluntatem domini demonſtrans, eiuſue dolum &c. alias enim ſola
ſcientia, quod ſcilicet ſciat dominus rem ſuam à conductore in ædes con-
ductas inferri, non ſufficiet ab omni conſenſu atque dolo aliena pro vt e-
leganter hæc conſiderat Angel. d §. Item Seruiana nu. 4. & ſeq. Item Go-
meſ. & alij ibid. atque ita accipiendi ſunt DD. vt ſup. & hanc ſententiam
deciſiue confirmo per text. expreſ. l. 2. & tot. tit. C. ſi alien. res pig. data
ſit. Quamuis quæſtiones ſi quæ hoc nomine moueantur, altiorem inda-
ginem requirentes, in hoc Iudicio non admittantur.

Quærunt etiam de Inſtrumentis † & cautionibus in domum condu- 43
ctam illatis, an & eorum nomine Seruiana & perſequens Interdictum de-
tur. Et non reddi ſimpliciter negat Menoch hoc rem q. 20. per ratio-
nem quod iſta in generali bonorum obligatione vel pignoratione non ve-
niant per l. Caius 86. ff. de leg. 2. l. ſi mihi Mæuia 92. § fin l. ſi ita legatum
86. de leg. 3. &c. Sed recte Zaſ. d. §. item ſeruiana nu. 19. Inſt. de act. con-
tra Angel. & Iaſ. etiam Inſtrumenta & Cautiones tacite pignori obligatas
cenſeri ait per rationem licet Menoch. hoc neget ſatis vrgentem quod
ſcilicet eo animo inducta ſint vt perpetuo ibi eſſent: licet enim aliquando
exigantur: tamen ſufficit animus & intentio inquilini quod cautiones i-
ſtas & ea quæ continentur intulerit & ſine dubio in bonis ſuis retinere ve-
lit. Neque obſtant in contrarium citatæ leges: loquuntur enim in caſu lu-
cratiuo, & quidem tali vbi res omnis ex ſola diſponentis volũtate æſtima-
tur: ſecus vero eſt hic vbi leges ipſæ atque Iura locatori vel creditori con-
ſultum volunt: ſic enim omnia conductoris vel debitoris bona in gene-
rali obligatione veniunt niſi in quantum fauor alimentationis ſuſtinet.
text. ſingul. & expreſſus l. 4.

Nomen quoque debitoris † pignorari & generaliter & ſpecialiter poſſe 44
iam pridem placuit &c. C. *quæ res pign. obligari poſſ. l. ſi conuenerit* 28. *ff. de pig.
act. l. 3 l. 7. C hered. vel act. vendit.* Et ita † etiam non tantum cautiones vel 45
chirographa, ſed etiam debita quæ ijſdem continentur in legato veniunt
ſi teſtator de eo ſenſiſſe probetur. *per text. l. ſeruum filii* 44. *de leg.* 1. *text. ſing. l.
Qui Chirographum* 49. *ff de leg.* 3. *&c.* Atque hæc omnino ſunt notanda vt
veriſſima, contra fraudes debitorum: quicquid DD. alij ſubtilius diſtin-
guant. Quod enim dicitur in generali obligatione non venire ea quæ fa-
cile quis obligaturus non fuiſſet l. 6. & ſeqq. ff. de pign. † Id non ad deli-
cias vel fraudulentas debitoris exceptiones extendendũ eſt ſed de ſolo ne-

Digitized by Google

ceſſariæ alimentationis & pietatis caſu intelligendum eſt per ead. Et hæc eadem referri poſſunt ad quæſtiones an & quatenus pecunia à debitore illata vel res venalis pignori eſſe cenſeatur &c. de quib. ſup. attigimus & iſthæc ſine dubio ita conſideravit integerrimus Zaſ. noſter d.n 19. & ſeq.

Atq; ex his mediocriter iam apparet, quib. & contra quos Interdictum
47 vel etiam actio Seruiana detur. Datur enim † non modo locatoribus & creditoribus ipſis, ſed etiam eorum hæredibus & ſucceſſorib. per vulg. ad perſequendam poſſeſſionem rerum, pignori tacite vel expreſſe obligatarum:
48 per ea quæ ſup. non modo, cum conductor † vel debitor res pignoratas iã alienauit, ſed etiam ante, cum periculum eſt, ne forte in præiudicium creditoris alienet aut diſſipet, vel cum iam incipit clanculum aſportare: per ea
49 quæ Oldendorp. d. hac act. 3. n. 8. & 9. Adeo † vt ſi locator vel creditor ſit ſollicitus, de penſione aut pignore, forte quod conductor vel debitor ſolutionem moretur, poſſit facere conſcribi & claudi bona illata vel pignori obligata, donec ſatis fiat &c. eleganter Zaſ. d. §. Item Seruiana n. 28. ſimili-
50 ter redditur Interdictum, ſicut † & Seruiana, non tantum in ipſum conductorem debitoremne, idq; directè, ſed etiam vtiliter in heredem eius: per vulg. l. 2. C. hoc tit. Menoch. hoc rem. q. 8. vel etiã ſingularem ſucceſſorem aut poſſeſſorem Text. atq; caſ. d. l. 1. C. d. tit. vbi Gordian. Imp. ſi te non remittente pignus, debitor tuus ea, quæ tibi obnoxia ſunt venundedit: Integrum tibi ius eſt, ea perſequi, non Interdicto Saluiano (id enim tantummodo aduerſus conductorem debitoremue competit) ſed Seruiana actione, vel quæ ad exemplum eius inſtituitur vtilis, aduerſus emptorem exer-
51 cenda eſt. Quæ l. prout † omnes interpretes vnanimiter docent, hoc vult, quod directum ſane Interdictum, contra ipſum conductorem vel debitorem reddatur vel etiam vniuerſalem eius ſucceſſorem: per vulg. contra ſingularem vero ſucceſſorem, vtile Interdictum detur, quod ipſum Iulian. l. 1. ff. eod diſerte affirmat, in princ. ſi colonus, ancillam in fundo pignoris nomine duxerit, & eam vendiderit: quod apud emptorem, ex ea natum eſt eius apprehendendi gratia vtile interdictum reddi oportet: *& vtrobiq; gloſ. & DD. expreſſe etiam Theophil. Inſtit. hic Cuiac. lib 5. obſ. 24. Marant part. 4 diſt. 7. nu. 11 in fin & ibi Abbas & Specul. Neguſ. de pig. part. 2. memb. 4. n. 132. Bald. tract. eod. c. 14. & §. Interdictum autem: Menoch.* in eodem tractatu n. 55. cum ſequentibus vbi præſertim n. 60. Hotomann. contrarium ſentientem recte reprehendit Oldendor. *d. act. 3. n. 5.* Atque ita in caſu tertij poſſeſſoris conſuluit Roland. à Val. conſ. 14. vol. 1. Weſenb. in parat. hic n. 3. vb ait hoc tamen caſu contra tertium poſſeſſorem ampliorem faciendam eſſe probationem rem in bonis debitoris oppignorantis fuiſſe per l. cum res. 5. C. ſi alien. res pig. Iaſ. d. §. Item Seruiana n. 89.

52 Vbi tria mihi quærenda occurrunt: An videlicet † quælibet alienata cõ-

tra

tra tertium poſſeſſorem hoc Interdicto vel etiam Seruiana perſequi liceat. Deinde an perſecutio detur etiam, ſi debitor vel poſſeſſor ipſe offerat ſolutionem. Tum an prius ſit excutiendus debitor quam cõtra tertium poſſeſſorem experiri liceat: Primam quod attinet quæſtionẽ:† iſthæc contra tertium ſingularem poſſeſſorem pignoratæ rei perſecutio principaliter locũ 53
habet in pignore expreſſo per vulg & ſpecifice in l. ſi *debitor* 4. *l. voluntate* 10. *ff. Quib. mod. pig. vel hyp. ſoluit. l. vtrum verſ. vnde falſam ff de conſt. pec. cum ſimil & l. cum tabernam ff. de pig.* Quamuis †enim DD. nõnulli hanc quæſt. indiſtinctius 54
affirment vt *poſt Bald. in d. l. certi Iuris n.* 9. *Ang. Aretin. in d.* §. *Item Seru. n.* 1. *Neg. d. memb.* 2. *part.* 4. *n.* 142. *& poſt eoſdem Menoch. hoc rem. q.* 13. *per Iura & leges iam citatas.* Tamen certiſſimũ & ex iis & ſimilib. legib. videre eſt quod in expreſſo pignore ſaltem loquantur. Neq; vllũ pro tã generali iſta ſententia fundamentũ afferri poterit: ſicuti & l. cum quid mutuũ 3. ff. de reb. cred. quam Menoch. ſingulariter citat in cauſa mutui ſpecialiter loquitur nobiſq; potius fauet quam aduerſatur. Etſi n. in contrahendo quod agitur, pro caute habendũ eſt vt loquitur ib. Pompon. Nec dum tamen demõſtratũ inde eſt per generalẽ iſtã tacitam legis obligationẽ, ſpecificam omniũ & ſingulariũ rerum perſecutionẽ induci: cum ne per generalẽ quidem expreſſam hypothecam illud fiat: vtpote quæ liberam nihilominus bonorũ adminiſt. permittit: neq; iſtiuſmodi ſpecialẽ rerum alienatarum perſecutionẽ concedit per d. l. cũ tabernam. Et huic noſtræ ſententiæ ſubſcribit Zaſ. in doctiſſima explicat. d. §. Item Seru. n. 27. vbi ſolide & recte inquit quod licet colonus vel inquilinus ea quæ inferunt vel inuehunt tacite obligauerint domino fundi vel ædiũ: ita quod ſint pignori tacite obligata poſſint tamẽ ex iis aliqua alienare dũ bona fide faciant: & non ſequetur onus pignoris: & dominus fundi nõ habebit hypothecariã contra tertiũ. Niſi forte dominus pignus generaliter & taliter ſibi nexũ actu aliquo ſpecialiter & expreſſe ſibi obligauerit: puta conſcribendo & claudi vel ſequeſtrari faciendo: Et in hãc ſententiam tandem quoq; inclinare cepit Menoch hoc rem. n. 120. in fin. & ibi Bald. per d. l. cum tabernam & l. 3. ff. quib. cauſ. pig. tac. cont.

Secunda quæſtio an perſecutio pignoris detur etiamſi debitor vel tertius poſſeſſor forſan ſolutionem offerat, ex Iure cõmuni facillime poteſt decidi cum ius offerendi † competat ẽt extraneo & quilibet poſſit ſoluere pro debitore ẽt inuito l. ſoluendo ff. de neg. geſt l. ſolutionẽ ff. de ſolut. & c. Adeo 55
† vt debitor probans de oblatione facta creditori ab extraneo, quam forte 56
recipere detrectauit, poſſit creditorẽ Seruiana vel quaſi aut per conſequẽs hoc interdicto agentem repellere per text. *& ibi Angel. Caſtrenſ. Fulgoſ. Iaſ. l. tale pactum* §. *poſt diuiſionem ff. de pact. Neguſant. de pignorib. part.* 5. *memb.* 3. *n.* 39. *& per ead Rol. à Val. d. conſ.* 14. *n.* 10. *vol.* 1. quod obtinere † exiſtimandũ eſt ſi idonea ſit oblatio & nihil ſit quod remorari creditorẽ queat quo 57
minus.

Digitized by Google

Primo caſu vterque pro ſua parte Seruianam vel interdictum habebit: Altero vero caſu pro dimidia ſaltem parte pignoris perſecutio dabitur, d.l.1. Cuiac.lib.5.d.obſ.24 in fin.vbi male hiſce poſterioribus caſibus ſolam Seruianam non vero interdictum reddi putat.

67 An vero † inducta, aut res tacite vel expreſſe pro penſione aut deterioratione pignori obligatæ etiam pro alio debito forte Chirographario retineri poſſint non attento quod penſio ſoluta? Et affirmat Angel. d. §. Item Seru. num.9.per l.1.C.etiam ab Chirograph. & not.in l.2.C.in quibus cauſ. pign. tacite contrah. Sed quoniam labitur Angel. in eo quod inducta in ædes meas vel fundum meum à me poſſideri putat, qui error etiam Cyni & quorundam aliorum fuit: iccirco hæc quæſtio niſi quatenus locator poſſeſſionem rerum illatarum ſingulariter nactus ſit haud procedit. Sed † anne hoc caſu interdictum vel actio Seruiana pro rebus in ædes illatis detur quæri poteſt? 68 Et ſiquidem tam Seruiana quam hoc interdictum pro reb. ſaltem datur pignori tacite vel expreſſe obligatis ſoluta penſione ſoluitur & pignus per vulg. & pro cauſa in quam res illatæ non tenentur nulla in eas ex hoc interdicto vel Seruiana dabitur perſecutio: ſed aliis remediis vtendum.

Digitized by Google

INDEX

Rerum & Materiarum hoc Opere comprehenſarum.

A.

ACceſſoria non mutant naturam principalis diſpoſitionis. 316.
Niſi acceſſorii & mixturæ accedat prævalentia. 316
Vel per eam omnis poſſeſſoriii aſſignatio totaliter finiatur. 317
Actionum ordinariarum olim quatuor erant præcipua inſignia, & primo, quod legis, ſiue legitimæ dicerentur. 21. 3
Actio & officium iudicis diuerſiſſima remedia. 78.6
Actiones tempore Ciceronis delegato licebat, & quatenus. 22.12
Actiones reales nonnulli diuidunt in poſſeſſiones, & petitiones. 41.7
Actiones & iudicia hodie duplicia, quædã nullum deſiderãt proceſſum, 24.35. quædam vero requirunt. ibid. 36
Actiones ordinariæ in annuo, poſt perpetuo prætorum edicto proponebantur. 22.8.
Erantque numero certæ, & ſolennes. ibi. 6.
Reſpectu magiſtratus & ſtatorum dierum. 22.7
Arg. l. 2 ff. de cond. trit. & interd. vnd vi. 5.7
Attentatorum reuocatio tam excipiendo, vel & replicando, quam ſimpliciter agendo peti poteſt. 362
Atteſtationum publicatio, ſi peteretur fiebat, etiamſi pars quæſtioni interfuiſſet. 419.
licet Alii putent atteſtationum publicationem iure Digeſt. fuiſſe incognitam. 419

B.

BReuis, vel Breue, Breuiarium, Breuiculum, latinæ & iuridicæ voces. 49.98
Britannorum leges regiæ. 47. 65. quibus probam, vel audita vi, aut deiectione, reſtitutio ſtatim iniungitur, proceſſu regio. ibid. 66. 67. 68. 69
Britannis præter d. interdicta ſunt & alia, veluti Breue, aut Monitorium de ſoluendo. ibid. 72
Item de liberando fideiuſſorem à fideiuſſione. 48. 75
Item de præſtanda guarentigia, vel ſecuritate rei venditæ, ſiue alias alienatæ. ibid. 76.
& Breue de natiuis, ſiue interdictum de exhibendis originariis, ſeruis, colonis, adſcriptitiis. ibid. 78
Britãnica interdicta Breuia de Recto dicta, etiam ratione dominii redduntur, in notoriis. ibid. 79

C.

CAnonis redintegrand. mens, nunquam fuit, interdicta abolere. 45 46
C. Cum dilectus 2. de ord. cognit. recte intellectum, duplicem exceptionis ſpolii proponendæ viam arguit, ſolius repulſationis, vel & reſtitutionis ergo. 363
Caſus omnes, qui à Menoch. & aliis, officio iudicis adſcribuntur in remed. tam recup. quam retin & adipiſc. ad claſſes in-

ſus interdictorum pertinent. 80. 58. & ſeqq.
in Cauſis inſtrumenti guarentigii vel confeſſati, item rei iudicatæ & ſimilib. exſecutiuis non admittitur reconuenrio. 373
Vti nec in cauſis teſtamentorum. 373
in Cauſis ſpolii procedit reconuentio non tantum diuerſæ, vt DD. volunt, ſed eiuſdem etiam rei reſpectu. 375
Quod quatuor caſibus demonſtratur. 375.
Caſus ipſo iure vetitus omnino interdictorum proprius eſt: quod tamen eatenus intelligendum, niſi iuxta Pomponii limitationes in L. 2. ff. de fluminib. princeps vel Magiſtratus, publici iuris, & intereſſe gratia, publicum priuatorum vſum inhibuerit: vel vſus iſte publicus, quoad priuatos præſcriptus, aut alia ratione legitime ſit immutatus. 562
Cauſas turbationum, & deiectionum Galli vt vocent. 16.101
Cauſæ interdictorum, proximioribus linguæ Latinæ temporibus, querelæ, & cõqueſtiones vocatæ. 18.107
Chryſoſtomus quare conciones ſuas homilias vocarit. 9.51
Citatio, libellus, litis conteſtatio an in interdictis requirantur. 6 21
Clerici non ſemper tactis Sacris Euangeliis aut ſcripturis, ſed alibi etiam admota pectori manu, vel tacta cruce & imagine Chriſti: num. 13. & ſeq 415
Epiſcopi deponunt ſine iuramento & qualiter. 415
An hoc obtineat in cauſis grauiſſimis. 416.
Commeatus viarum, locorumque publicorum eximuntur & arctantur contra ſenſum atque mentem huius Interdicti: ſi negociationum, vecturarum, ac commerciorum iura, omnium gentium moribus atque legibus libera & permiſſa, de facto prohibeantur, impediantur, ſiſtantur: quod etiam maximopere Prætoris interdictum & auxilium admittit & expoſtulat.
Concurſus poſſeſſorii, & petitorii quadruplex, ratione cumulationis, mixturæ, reconuentionis, exceptionis. 6.24
Confeſſio vitiatur reſpectu incompetentiæ fori: 342
Criminalis cauſa quatenus maioris ſit autoritatis quam ciuilis & quatenus præ hac expedienda? 347
Criminis obiectio ipſam poſſeſsionis vel & petitorii quæſtionem non ſuſpendit. 348.
Cumulatio quæ in prima inſtantia non fuit quatenus deduci queat in ſecundam? 336.

D.

Decreta & præcepta quomodo differant. 14.89.
Deiectio in remed. recuperandæ ſufficienter probanda, ne quis ad nudam ſpolii delationem poſſeſsione priuetur. 408
Defunctus ſuis liberis, vxori, vel aliis proximioribus, ſi aliud teſtamento non cauit, tam poſſeſsionem, quam ipſa bona in ipſo mortis momento, pleno iure tradidiſſe vel ceſsiſſe præſumitur. 452
Dictum pro interdicto. 8.41
Dies dominicos & alios diuinæ maieſtatis ſeruitiis & officiis dedicatos honorabiles eſſe, & venerandos, & ex ipſius Dei mandato ſanctificandos. 481
Et hac de cauſa Magiſtratus non tantum ſcenas theatrales, certamina & ſpectacula prohibere, ſed etiam Epicuræos & contemptores rerum ſacrarũ monere, ac pœnalibus mandatis aſtringere debet, vt omni profanatione abſtineant. 481
Eadem de cauſa dies hi nullis voluptatibus ſunt occupandi: aut intempeſtiuis & turbulentis conuiuiis tranſigẽdi: præſertim vero ſub ipſis horis, quibus verbum Dei docetur, plane hoc erit prohibendum. 481
Publicæ quoq; mercatorum, propolarũ, & aliorum negotiatorum officinæ & tabernæ, hoc nomine iiſdem diebus clauduntur. 481

Iudices & magiſtratus, talibus diebus abſtinere debent ab exactionum, contributionum, & executionũ vexationibus: quinimo ab omnium iudicialium cauſarũ cognitione. 481
Diſtinctio inter mandatum & præceptum, otioſa. 8.43
Domino & officiali, vel procuratore ſimul conuentis, ſi vnus ſatisfaciat, liberatur & alter. 252
Domino cauſam interdicti ſuſcipiente ſuperuacuum eſt officialis hæredes ad reaſſumendum adigere. 259.
Dominium hęreditatis, legati, vel donationis interueniente animo, ipſo iure ad hæredem vel legatarium, vel donatarium tranſit: Poſſeſſio vero niſi naturaliter apprĕhendatur, regulariter non tranſit. 444
Iuxta quorundam ſententiam, in ſuis hęredibus nõ minus poſſeſſio, quam dominium, ipſo iure tranſit & continuatur. Contrarium. ibid.
Quod maxime in feudis, vel ſaltĕ paternis procedere arbitrantur. ibid.

E.

Edictum per inter 'icto. 8.41
Edictum, decretum, mandatum, præceptum tam iubendi, quam prohibendi ſignificatu frequentatur. 8.38
Edicti & interdicti aliæ differentiæ 3.5.85.86 87.88
Edictum & interdictum differunt, vt materia & materiatum. 13.83
Edictum ſæpe pro interdicto vſurpatur. 18.52
Etymologiæ, vel analogiæ dictionum ſunt duplices, grammaticæ, alluſiuæ. 7.52
Emptor vel legatarius poſſeſſionem equi & caſtri apprehendens ipſam quoq; rerum iſtarum coniunctarũ vel contentarum poſſeſſionem ſimul apprehendit, ſi animum habeat ſibi acquirendi. 460
Apprehenſa vna parte fundi vel prædij etiam cæteræ partes, quinimo totus fundus vel prædium apprehenſum eſt, quod iiſdem terminis, eademque appellatione continetur. 461
Hoc non tantum in ſubſtantialibus, ſed etiam continentibus: & ad ipſam rem pertinentibus & connexis procedit. ibid.
Exceptio legis vel conſtitutionis quæ? 342
Item incompetentiæ. 342
Exceptionibus per ſtatutũ reiectis, non cenſetur reiecta exceptio incompetentię, vel ſub & obreptionis. 342
Exceptionum tractandarum ratio eſt duplex, nudę vel ſolius defenſionis & repulſationis, aut præterea & actionis, ad conſecutionem alicuius rei. 360
Exceptiones parciſſime admittentia, nedum Reconuentiones. 381
Exceptiones non facile admittuntur in Interdictis, & quare. 340.
Exceptiones ſub & obreptionis interdictorum vti & mandatorum propriæ ſunt. 341.
Vti & exceptio maleficij, banni, priuationis, & c pigneratio vel arreſtum commiſſi maleficij ergo iniecta ſint, conſtitutiones ad reſtituenda pignorata vel arreſtata locum non habent. 371
Materia Exceptionum vel facti eſt, vel iuris. 342
Facti exceptio, non tantum eſt ſub & obreptionis, ſed etiam tum datur, cum fundamentum aliquod interdicti deficit. ibid.
Exceptio incompetentiæ an contra res iudicatas opponi valeat. 345
Opponi poteſt in quacunq; iudicij parte, etiamſi in priuatum iuriſdictionem nullam habentem ſit conſenſum. ibid.
Exceptiones deficientis legitimationis & mandati etiam locum habent in Interdictis. ibid.
item Excuſſionis, cedendæ actionis, præiudicij. ibid.
Modo dextre & ne cauillatorie exceptionibus iſtis agatur. ibid.

Exceptio

Digitized by Google

INDEX.

Exceptio violentiæ, clandeſtinitatis & precarij an locum habeat in remediis recuperandæ. 345
Exceptio violentiæ vel clandeſtinitatis aut precarij an locũ habeat vbi propriæ autoritatis permiſſa eſt occupatio vel ingreſſus? 346
Exceptio violentiæ & clandeſtinitatis an habeat locum in remediis adipiſcendæ ? ibid.
dictæ Exceptionis probatio non neganti, ſed affirmanti incumbit. ibid.
Exceptio, dolo facere eum qui petit quod reſtituturus ſit nõ habet locum in Interdictis. 347
Exceptio rei & actus criminalis an locũ habeat in interdictis. ibid.
Extraordinariæ actiones & iudicia olim habebantur. 25.21
Reſpectu certarum perſonarum, & cauſarum.
Vti reſtitutionis minorũ, & decretalium poſſeſſionum. 23.24
Extraordinariarum executionum. 24.25

F.

Fabri diſtinctio inter extraordinar. interdictorum, & ordinarium aliarum actionum proceſſum. 45.45
Fama & opinio, in antiquis habetur pro ſufficienti probatione, ſi præſumptionibus & indiciis iunctur, neq; contrariis argumentis elidatur. 470
Fideicommiſſorum. 24.26
Rerum criminalium. 24.27
Cauſarum, ex lege, vel S. C ſpecialiter delatarum. ibid. 28
Formulæ iudicij dandi & edicti. 33.84
Formularum & impetrationum neceſſitas, an & quando abrogata. 28.56
Formulam, vel iudicem in interdictis olim datum. 30.61
Formulæ ordinariarum actionum ſtrictiſſime olim obſeruandæ. 22.9
Actiones præterea impetrare oportebat, tum denuntiare. ibid. 10
Foro renunciari poteſt etiam inſcio iudice ordinario. 142
Niſi priuilegium fori reſpectu ipſius iudicis conſtitutum ſit. ibid.
Fructuum reſtituendorum ratio eadem in mandatis, quæ ſub interdictis. 212
Vtrorumq; ſimilis & ſummarius eſt proceſſus. ibid.
Quamuis in puncto cũ mandati vel paritionis, tum citationis & cauſalium mire interdũ protrahatur: quod corrigendum. ibid.
Funeris cauſa ſumptus factus videtur is demum, qui ideo ſit, vt funus ducatur, ſine quo funus duci non poſſit, vt ſi quid eſt impenſum in delationem funeris: aut ſi quid in locum fuerit erogatum in quem mortuus inferretur. 502

H.

Homilia, conuerſationem, colloquium vel alloquium, item turbam, & multitudinem, & concionem notat. 8.4.5

I.

Interdicta ob momentaneum ſui præiudicium celerrimæ ſunt exſecutionis, neque remoris vllis ſuſtinenda. 375
Interrogatoriis locus eſt, vbi cauſę probatio & cognitio requiritur. 416
In poſſeſſoriis quantumuis ſummariis locum habent interrogatoria & quare? ibid.
per Interdictum & extra ordinem procedere differunt, & inuicem opponuntur. 37.62.
Interdicti proceſſus quoad iudicis dationem. 31.63
Interdictorum ipſa ratio, fons, & natura abrogationem non patitur. 45.49
Interdicta non tantum à prætore Romano, ſed ex omni lege diuina & humana promanatunt, quod explicatur. 45.50
Interdicta apud Britannos ſemper in vſu. 45.51.
Interdictorum plerunq; duplex eſt punctus, quæſtio, ſiue ſtatus, poſſeſſorii ſcil. & petito-

Digitized by Google

titorii. 6.15
Interdicta generaliter ad actiones reales nō pertinent. 41 8
Interdictorum æquitas & diſciplina Rom. imperium inſigniter euexit. 49 89
Interdicti analogia grammatica. 7.33
Interdicere quid ſignificet. 7.34
Interdicta quomodo Theophilo vocata. 8.44.
Interdicta ſub cætu & turba partium, plerūque reddebantur. 8 48
Interdicta non grammatica, ſed alluſiua verbi etymologia dicuntur, quaſi inter duos dicta 9.52
Interdicta vti poſſidetis, vtrubi, vnd. vi. populorum tranquillitatem continent. 46.61.
Interdicta Græcis παραγγελίαι, vel παραγγέλματα. 8.41,97
Interdictum, vel edictum inhibitorium opponitur præcepto iuſſorio. 8.36
Interdictum non modo vetandi, ſed & iubendi habet poteſtatem. 8.37
Interdictorum Etymologia, & definitio. 6.11.
Interdicta an ſint actiones, & quales, an ordinariæ, vel extraordinariæ. 6.12
Quatuor de rebus competunt, ibid. 13
Interdictorum ſpecies, ſiue diuiſio. 6.14
Interdicta nihil aliud, quā mandata prætoris, qualia hodie cum, vel ſine clauſula emanant. 6 18
Interdictorum effectus. 6.19
Quib. & aduerſus quos reddantur. 6.20
Eorum iudex competens. 6 21
Interdictorum proceſſus antiquus. 6.22
Interdicti ſententia non ſemper eſt definitiua, ſed regulariter interlocutoria. 26.46
Interdicta nō admittunt exceptiones altiorem indaginem requirentes. 27.47
Interdictum in iure ab aliis ordinariis actionibus diſtinguitur. 28 48
Non modo vindicatoriis, ſed etiam *pœnalibus*, præiudicialibus, & in factum actionibus. 28.49
Licet interdicta alias fuerunt iuris ordinarii. ibid. 50
ibiq; ratione tum formularum, tū edicti, iniqua propoſita. ibid. 51
Interdicta adipiſcendæ quomodo Gallis vocata. 17.105
Quomodo Anglis. 17 106
Scotis. ibid. 107
Interdictorum labaſcenti diſciplinæ, variis Imperii Conſtitutionibus eſt ſuccurſum. 18 109
Interdictorum cauſæ remotis ambagibus illico proponendæ. 23.19
Interdicta hodie dicūtur mandata, vel monitoria. 16.97
Sabaudis diplomata. ibid. 98
Quomodo Gallis. ibid. 109
Interdicta quatenus aliis actionibus ſæpe opponantur. 32.80
Interdicta ſingularem & quaſi extraordinarium præ aliis ordinibus proceſſum habent. 33.81
Interdicta quo reſpectu iuris ordinarii. 30.57
Interdicta non modo nouo iure, ſed omnes actiones ob formularum & impetrationū abrogationem ſunt extraordinariæ. 31.67
Interdicta in extraordinariis locum non habebant. 31.9
Interdicta an iis ſaltem in caſibus prodita, vbi nulla ciuilis actio. 84.1. & an vbi nulla ordinaria actio. 85.6
Interdicta quaſi interim dicta, donec de proprietate iudicetur. 2 54
Interdicta erant formulæ prætoriæ iubentes aliquid, vel inhibentes. 9.55
Interdicta vt à Theophilo definiantur. 10.56
à Iuſtiniano. 57.58
in hac quæ conſiderentur. ibid. 59
Interdicta loco generis definiuntur per verbum decreti. 10.60
Vel mandati. ibid. 61
Vel præcepti. ibid. 62
Vel reſcripti. 11.63
Iuſſionis. ibid. 63
Monitorii. ibid.
Edicti. ibid.
Interdicta prætorem, vel iudicem competentem deſiderant. 11.64
Sicut omnes actiones. ibid. 65
Interdicta in caſib. ſaltem iuri fundatis ſunt reddenda. 11.70

Inter-

Digitized by Google

INDEX.

Interdicta ex præſcripto legis ſunt reddēda. 11.67.70.

Interdicta fiunt vel iubendo, vel prohibendo. 15.93

Interdicta an citationem, libellum, litis cōteſtationem requirant. 15.94

Interdicti lex apud Romanos antiquiſſima, ab ipſis etiam Græcis recepta, & frequentata. 15.95

Interdicta in nudis poſſeſſionum cauſis non conſumūtur, ſed latiſsimos habent Imperii ſui fines. 13.80

Omneſq; facti, vis, & inſolentiæ vias coercent. 14.81

Docentq; iudicem, quomodo conſtituta per interdictum pace de ipſo negotio iudicare oporteat. 14.82

Interdicta ſunt, dicuntur actiones. 24.37

Interdicta alias plurimum differunt ab aliis ordinariis actionibus, veluti ſubiecto, & obiecto poſſeſſorii, & petitorii. 25.39

Interdicta triplicia adipiſc. retin. recup. in Galliis etiam reſpectu ciuiliſſimæ & ſtatutariæ poſſeſſionis vſurpantur. 45.44

Interdictum de loco publico, ſub quatuor diſtinctis capitibus, quadruplex proponitur in tit. Ne quid in loco publico. 513.

Primo ait Prætor. Ne quid in loco publico facias, inue eum locum immittas. qua ex re quid illi damni detur: præterquam quod lege, Senatuſconſulto, edicto, decretoue principum tibi conceſſum eſt. 513

Secundo ait Prætor, in via publica, itinereue publico facere, immittere, quid quo ea via, idue iter deterius ſit, fiat, veto. 513

Tertio ait Prætor. Quod in via publica, itinereue publico factum, immiſſum habes, quo ea via, idue iter deterius ſit, fiat, reſtituas. 531

Quarto ait Prætor. Quo minus illa via publica, itinereue publico ire, agere liceat, vim fieri veto. 513

Interdictorum expeditio in extraordinariis iudiciis locum olim non habebat: nunc ſecus. 372

regius Interdictorum proceſſus non ſemper ſatis bene obſeruatur. 172

regius Interdictorum proceſſus, ſatis inculcatur, quod ruptis omnibus antiquis ambagibus, & amputatis omnibus fruſtrationibus expediri iubeatur. 173

Interdicta reſpectu mandati & paritionis erant iuris extraordinarii, reſpectu autem hypotheſeos vel expeditionis, erant iuris ordinarii. 22

Interdicta dantur illis quibus prætor illa promiſit. 243

Ratione publici intereſſe quædam interdicta ſunt publica. 244

Interdicta de rebus familiaribus dantur actionem familiarem habentibus. 244

Interdicta adipiſcendæ certos & qualificatos actores requirunt. 244

Interdicta retinend & recup. veram poſſeſſionem præſupponunt. 244

Interdict. de itin. actuque priuato inutile eſt ei qui non iure ſuo iter habet. 144

Interdicta plæraq; aliquam delicti vel quaſi celeriter reformandi, cauſam continent. 115.

Interdictorū longe alia eſt ratio quam DD. vulgo putarunt. 115

Interdictis illico debet quis experiri ut celerem reformationem mereatur. 115

In interdictis aut mandatis procedere interdū licet & iis in caſibus vbi ordinariæ actiones alias competerent. 225

vt Interdicta, ita & mandata vi ſua ſunt perſonalia, quædam tamen in rem ſcripta ratione poſſeſſionis. 225

Vtraque ad oppoſitas exceptiones vel caſſantur vel redintegrantur. 226

Interdicta, & olim præcepta, mandata, monitoria ſunt appellata. 226

ab Interdictis & mandatis, momentanei vel nudi poſſeſſorii præiudicii non appellatur. 226

Interdicta etiam, maximam ciuilitatis, publicæque pacis rationem, in eo, habent, quod ſecus ac multæ ciuiles vel aliæ ordin. actiones, non infament: ſed publice ſaltem, ac humaniter, de reſtituendo, de non

non turbando agant. 88
Interdicta cum large ſint & dicantur actiones perſonales in rem: ideo ob ſolum realitaris verbum, non ſtatim inferitur petitorium. 319
Interdicta ſunt vel perpetua, vel temporalia. 92.
Quædam in præſens, vel futurum, vel & præteritum referuntur. 98
Quædam tam in præſens, quam præterit. vel futurum. 98
Interdicta, vti plæraque, vel annalia ſunt vel perpetua. ibid.
Item Perſonalia, vel in rem ſcripta. ibid.
Interdicta quidam realibus actionibus annumerant: quod reprobatur: & diſtinguitur. 98
Interdicta quatenus mere perſonalia: vel & in rem ſcripta 99
perſonalia Interdicta perſonas non egrediuntur. 99
Vnde vi interdictum perſonale eſt: ſed & reale. 99
Interdicta perſonalibus magis quam realibus actionibus accenſenda 99
Interdicta etiam quædā noxalia ſunt, quædam ſecus. 100
Interdicta differunt ab aliis actionibus etiā ratione proceſſus, & formularum. 25.41. 42.
Interdicta mandando, actiones citādo procedunt. 25.43
Interdicta duplicem plerunque punctum habent, mandati & citationis, vel cauſæ principalis. 26.44
Interdictorum vis & proceſſus à Gallis & Germanis retentus. 42.17. idem & Curia Romana. ibid.18
Interdicta actionis nomine veniunt. 42.24
Sed ita, vt poſſeſſionis, vel facti ſaltem quæſtio in iis verſetur, ſaluo petitorio. ibid.25.
Cum celeri & extraordinarii expeditione. ibid.26
Interdicta dicuntur actiones, ſed quoad ordinarias, impropriè. 43.27
Interdictorum ordo. 43.28
Interdicta an abrogata, ſententia S. Gregor. & D. Gothofred. 43.29
Cuiacii. ibid.30
Anton. Fabri. ibid.
ex Interdicto, vel cauſa eius, ſiue pro interdicto agere, vel interdicto experiri, idem eſt. 44.32
Interdicta per abrogationem formularum & abrogationum, &c. tanto minus ſunt abrogata, vt per id magis confirmata, vel expeditiora ſint reddita. 44.33
Interdictorum circa probationes mirabiles opinionum conflictus. 7.25
Poſſeſſionis probandæ requiſita. 7.26
de Interdictorum cognitione & ſententiis propriis. 7.27
ab Interdictis an liceat appellare. 7.28
Interdictorum proceſſus. 7.29
Interdicta toto orbe Chriſtiano vſitatiſſima, & vtiliſſima. 49.92
Interdicta longe maiorem vſum habent, quam in ſcholis, & foro paſsim obſeruatum. 5.8
Interdicta ſeruiunt amputandis litium texturis. 5.9
Interdicta, cum tota Iuriſprudentia humanas vices paſſa. 1.1
Licet ſint antiquiſsima, & ſalubertima, reſpectu legis, tam diuinæ quam humanæ. ibid.2
Interdicta iniquiſsimam, ob æquiſsimam veterum ſolennitatum abrogationem, paſſa ſunt iacturam. ibid.3
ab Interpretibus pleriſque cum aliis ordinariis actionibus confunduntur. ibid.4
Vnde maxima praxeos confuſio. ibid.5
Interdictis opus non fuiſſet, ſi illorum idem cum aliis actionib. eſſet proceſſus. ibid.6
Interdicere cenſetur atq; dicitur non ſolum prætor, ſed etiam actor. 12.18
Interdictorum obiectū ſiue ſubiectum eſt, non modo poſſeſſionis, vel quaſi, ſed & facti, circa ius aliquod, orti controuerſia. 12.72
Cuius reſpectu & olim prætor iubebat, vel inhibebat. 12.73
Interdicta latiſſimum habent imperium, ad ſopiendas omnes facti controuerſias. 12.74.

Idque

Idque celerrima reformatione ſub momentaneo ſaltem, vt plurimum præiudicio. 12.71
Interdictum aliquando redditur circa vllam poſſeſſionis (prædialis ſcil. vel alicuius rei mobilis, ſiue immobilis) controuerſiam 12.76
Interdicta an & qualiter ſint, vel dicantur perſonalia. 30.90
Interdicta non minus, quam aliæ actiones, & edicta iuris ſunt publici, licet inter certas deinde perſonas reddantur. 34.93
Interdicta in albo fuerunt propoſita. 35.97
Interdicta quædam perſonaliter, quædam imperſonaliter concepta & propoſita. 35.98
Quædam etiam per interdicti pollicitationem. 36.99
Interdicta ſæpe etiam extra vllam certam edicti formulam redduntur. 36.10. vel per iudicij dationem. ibid.101
Interdicta prorſus abrogata videntur. 40.1
Interdictum nihil aliud, quam actio prætoria. 41.5
Interdictis de poſſeſſione, reliquis actionib. de dominio agitur. 41.6
Iudex non debet vagari cum interdictis. 11.68
Iudicis officium in quibus conſiſtat. 80 12. & ſeqq
Iudex vltra, vel præter legis imperium nihil agere poteſt. 91.45
Semper ante oculos debet habere æquitatem. ibid.52
Iudex tam vecors nullus eſt & vilis, qui ad rixas procedere ſinat, quos iuriſdictione ſua poſſit, vel debeat compeſcere. 46.60
Iudices non ſemper dabantur in interdictis, 50.59.
Iudicis datio quando neceſſaria. ibid.60
Iudices pedanei inuitis non obtrudebantur. 28.54
Vnde recuperatores, & arbitri nominati. ibid.55
Iudicium extraordinarium nunc eſt, quo ordinarius alias proceſſus non obſeruatur. 24.34
Iudicia ordinaria, vel extraordinaria nunc alio reſpectu nominantur. 24.31
Iudicium actionis ordinarium nunc eſt, vbi plenus iudicij ordo, & proceſſus obſeruandus. 24.32
Iudicis officium eſt rixas & lites dirimere. 15.87
Non tranquillitatis ſaltem publicæ, ſed etiam ἀσφαλείας cauſa. ibid.88
Iudicia per interdicta præparantur, & cauſarum determinationes. 15.98. vel etiam in notoriis & liquidis recta expediuntur. ibid.91
Iuramentum veritatis quacunq; dignitate præditis eſt deferendum. 716
Iuramentum ſuppletorium eſt dubij, quod reliquum videbatur, quaſi ſepulchrum, aut complementum. 408
Iuramentum dicendæ veritatis eſt de ſubſtantia teſtimonij. 415
Iuramentum calumniæ in omnibus præſertim pecuniariis cauſis requiritur. 197
Etiam ſummariis: & quatenus. 197
Iuramentum calumniæ in interdictis aut mandatis regulariter locum non habet. 298
Et ad ordinarias potius actiones pertinet. 298
Interdum quoque in interdictis, præſertim petitorij cauſam continentibus locus eſt iuramentis. ibid.
Iuramenta æſtimationis frequentia ſunt in cauſis interdictorum. ibid.
Iuramentum etiam calumniæ, vna cum litis conteſtatione impoſitum. ibid.
Iuramenta purgationis quatenus iniungantur in cauſis interdictorum. 299
Iuramentum recognitionis quando iniungatur? ibid.

L.

Legati cum iuregentium inuiolabiles ſint contra omnium vim & iniurias, interdictis & mandatis pœnalibus defendendi ſunt. 488
Legis actiones & illæ dicebantur, quæ extra contentioſæ iuriſdictionis actus per magiſtratum expediebantur. 22.4

L.15. de ex :ept. rei iud. & l.1 §. fin. de extra- ordi. cognit. quatenus reconuentionem admittaut? 382
L.2. C. de interdict. non tantum de foro domicilij intelligenda, ſed de omnibus competentis iuriſdictionis caſibus. 11.66
ad L fin. C. de interdict. octo notabilia obſeruanda. 43 35
Primo, quod interdicta adhuc efflagitentur & reddantur. ibid.
Secundo, quod vti & §. fin. Inſt. cod. non ordinarie, ſed quaſi in factum actione proponantur. ibid.36
Tertio, quod prætorium regiumq; proceſſum executiuum inſinuent. ibid. 38.
Quarto, & hoc omnibus amputatis fruſtrationibus. ibid.39
Quinto, quod interdicta nullibi vſquam abrogata legantur. 44.40
Sexto, ſed poſt tempora etiam Iuſtiniani, in perpetuo apud omnes Imperatores vſu fuerint. ibid.46
Septimo, idq; ex obſeruãtia, iuris Canon. ibid.41.
Octauo, & omnium Chriſtianatum gentium. ibi.
Libellum in reddendis interdictis alii negãt requiri. 283
Quia ſunt vel ſaltem eſſe debent ſummaria. 283
vbi Libello opus non eſt. 283
Interdicta quæ partibus præſentibus reddebantur, eatum citationem vel & ſcripturam non requirebant. 283
Vbi ſine ſcriptis procceditur, ibi libello nõ eſt opus. 283
Vti & in exſecutiuis, qualia ſunt interdicta. 283
Litis conteſtatione etiam in cauſis interdictorum opus eſt. 289
Litis conteſtatio eſt actus ſubſtantialis & lapis angularis omnium iudiciorum. 289
Et proinde ſub ipſis interdictis expreſſa inſinuatur. 289
Loci publici appellatio & hoc interdictum ad areas, & inſulas, & ad agros, & ad vias, ſeu loca extra ciuitatem publica pertinet: Non vero ad vias loca ue vrbica: harum enim cura ad Magiſtratus pertinet. 510
Loca hic, quemadmodum & bona publica propriè accipiuntur, quæ non ſunt ciuitatis: illa enim abuſiue publica dicuntur: ſed quæ ſunt Populi Romani. 510
Qui tituli & leges, loca publica concernant, & de iis principaliter tractent. 510.

M

Magiſtratus iam ipſi cognoſcere tenentur. 15.19
eoq; reſpectu omnia nunc iudicia extraordinaria. ibid 30
Mandata iudicialia ex interdictis, & hæc ex illis explicanda. 6.10
Mandata de non turbando, vel aſſendendo quomodo Italis & Hiſpanis nominentur. 17.102.
Mandati punctus plerumque eſt momentanei præiudicii. 26 45
Mixtura elucet in caſibus paratarum exſecutionum. 317
vti propter præualentem proprietatis cauſam, & durabile præiudicium appellationi ſit locus. 317
niſi & ibi momentanea ſaltem poſſeſſio vel quaſi detur, & quomodo hoc fiat? 317.
pœnæ etiam legales mixturam petitorii continent. 317
vnde ad euitandas appellationis remoras tutius eſt reformationem poſſeſſionis vigere, ſalua pœnæ legalis actione. 318
an poſſeſſio vi ſtatuti data, mixturam habeat petitorii, quę ſeparationem poſſeſſorii admittat? 318
in meris etiam interdictorum poſſeſſoriis mixtura facti & circumſtantiarum concurrit. ibid.
concurrente per mixturam vel cumulationem poſſeſſorio & petitorio, vtrũ intentatum eſſe cenſeatur: vbi Doctores admodum ſcrupuloſi. ibid.
pro petitorio concludentes, ob clauſulã aliquam

aliquam illud arguentem. ibid.
Mixtura petitorii minor eſt in retinendæ, omnium minima in recup. interdictis. 316
Mixtura petitorii ſæpe non ad colorandum ſaltem, ſed etiam ad euincendam poſſeſſorium adhibenda venit. ibid.
quod poſſeſſorium neutiquam abſorbet. ibid.
Mixtura petitorii adminiculatiue adhibetur, vt tanto rectius ordinetur poſſeſſorium. ibid.
Momentaneam poſſeſſionem alii dixerunt eſſe, quæ ex ſpolio aut violenta deiectione habetur. 180
alii, quæ per interdictum reformanda petitur; vel per iudicium ſpolii. ibid.
alii quæ per interdictum retinendæ datur, propter armorum periculum. 181
Momentaneæ poſſeſſionum cauſæ interdictorum ſolummodo ſunt propriæ. 173
Momentanea vel quaſi poſſeſſio, ſeu potius dominium, quatenus detur in concurſu creditorum? 190
Mulieres non obſtantibus ſtatutis, quod ſine curatoribus in iudicio agere non valeant, interdictis recte agunt. 343
Mulier quaſi mollis aer. 9.53
in Muris itemque portis, & aliis ſanctis locis, aliquid facere, ex quo damnum & incommodum irrogetur, non permittitur, vt ait Hermog. 529
ex ſententia Pauli in d. l. fin. neque Muri neque portæ habitari ſine permiſſu Principis, propter fortuita incendia poſſunt. ibid.
Vlpiano teſte in l. ſacra, §. 4. ff. de rer. diuiſ. Muros municipales nec reficere licet, ſine Principis aut Præſidis auctoritate, nec aliquid eis coniungere aut ſuperponere. ibid.
Si quis violauerit Muros capite punitur: ſi quis tranſcendat ſcalis admotis, vel alia qualibet ratione. 530
Muri ciuitatum an adeo adhuc ſancti ſint, vt nihil tale in iiſdem fieri poſſit: tum an pœna capitis adhuc violatores maneat? ibid.
affirmatiua conſtituitur opinio. ibid.
priuato ne proforare quidem murum licet, neque quicquam ad illum apponere. ibid.
ex placito Burdegalenſi, lex ciuilis irrogans pœnam capitis violanti vel tranſcendenti muros, hodie ſaltem locũ habet in ciuitatibus, & temporibus præſidiorum ac belli, alias pœna eſt extraordinaria & arbitraria. ibid.
idemque in foſſis & omnibus munitionibus obtinet. ibid.
ſi tamen ſub pœna capitis interdicatur, ne quis alia quam per portas, aut legitime introeat, vel exeat: & quid contra fiat, pœna ordinaria locum habet. 531
quemadmodum & tunc ſi dolus aut ſcandalum, aut aliæ circumſtantiæ tranſcenſionis delictum augeant. ibid.
alia quoque loca publica eiuſdem iuris ſunt, vt Principum vel ciuitatũ Theatra, Baſilicæ, Curiæ, Balineæ, Aquæductus, operæ publicæ & ſimilia. Nã & in his incommodi vel ſcandali quid fieri omnino prohibitum: & ſi quid fiat interdicto ſubiacet. ibid.
notorius & manifeſtus dominii defectus ſuſpendit agentem interdicto recuperandæ. 375

N.

in NOtoriis ordo iuris eſt, ordinem non ſeruare. 15.92
Notorium eſt probata probatio: Non diſputare, ſed diſputatum eſſe. 71
Notorii ſpecies ſeptem præcipuæ: reſpectu Euidentiæ rei. ibid.
publicorum actorum, documentorum, inſtrum. ibid.
propriæ confeſſionis aut ſcripturæ. ibid.
ſententiæ & rei iudicatæ. ibid.
geſti publici coram multis vel toto populo. ibid.
Notorium quotnam teſtibus fiat. ibid.
eſt etiam notorium reſpectu legis ſtatuti, conſuetudinis. ibid.
Notoria multa dicuntur quæ non ſunt ibid.

Notoria quædam ſunt iudici, non aliis: & vice verſa. ibid.
Notorium non ex nuda allegatione vel probatione faciendum, ſed probatione iam probata æſtimatur. 71

O.

ORdinariæ actionis inſigne erat iudicis dario non cuiuſuis, ſed ex numero pedaneorum ad id ſingulariter delectorum. 23.18

P.

PArticula maxime, vel plerunque, frequẽtiam quidem alicuius caſus includit, ſed & alios non plane excludit. 13.79
Perdendæ poſſeſſionis præiudicium, eſt grauiſſimum, quod pleniſſ. requirit probationes. 408
Petitorio vel ſolo vel vna cum poſſeſſorio intentato, illo ſuſpenſo licet tranſire ad poſſeſſorium. 321
modo fiat ante concluſionem in cauſa. 332.
Pœna ordinaria, vel extraordinaria quæ. 24. 35.
Pœnalium interdictorum quædam corporales pœnas interminantur. 148
Vel pœnam priuationis, ſuſpenſionis, excommunicationis. ibid.
Pœnalia interdicta regulariter ſub multis pecuniariis decernuntur. ibid.
Poſſeſſorium quoque aliquod eſt vel iuris vel facti. 172
Poſſeſſoria iuris ſunt bonorum poſſeſſiones ordinariæ, quatuor ab inteſtato, duæ ex teſtamento. ibid.
Bonorum poſſeſſio, æquiparatur petitioni hæreditatis: niſi quod hæc ex iure ciuili, illa ex prætorio. 172
Poſſeſſorium facti, ex inſiſtentiæ actu definitur. ibid.
de Poſſeſſione non interdictis modo, ſed etiam condictionibus & vindicationibus, vel ordinariis in factum actionibus agitur. 41.2
Poſſeſſionis verb. ſimiliter polyſimon eſt.
Poſſeſſionis vox, in interdictis, ipſum inſiſtentiæ, vſus & detentionis factum denotat. ibid.
Vnde poſſeſſorium iudicium. 159
Sub poſſeſſionis verbo, qualiſcunque etiam facti quæſtio venit. ibid.
Poſſeſſoriorum etiam inter ſe inuicem eſt & datur reconuentio. 175
Poſſeſſorio retinendæ agẽs reconueniri poteſt interdicto adipiſcendæ vel recup. & contra. 176
In ipſis etiam poſſeſſoriis & petitoriis locus eſſe poteſt reconuentioni, & quomodo. ibid.
Ob reconuentionem petitorij needum liquidi, non remoratur vel ſuſpenditur exſecutio poſſeſſorij. ibid.
Concurrente cauſa poſſeſſorij prius de poſſeſſorio vt magis liquido pronunciandum. ibid.
Poſſeſſorio recuperandæ agens non poteſt reconueniri, ne poſſeſſorio quidem adipiſc. vel retin. nedum actione petitoria. 171
Poſſediſſe non præſumitur quando qualitas perſonæ vel materiæ reluctatur. 427
Poſſeſſio quomodo præſumptionibus probatur. ibid.
Probato vſu ius poſſeſſionis probatur. ibid.
in Poſſeſſoriis plenas & legitimas alij probationes requirunt, falſitatis arguentes eos qui negatiuam tenent. 392
Poſſeſſoria adipiſc. ſunt ſummaria, & tamen requirunt legitimas probationes. ibid.
Poſſeſſorij magnum in vtramq; partem eſt præiudicium. ibid.
in Poſſeſſoriis requiritur ordo iuris propter magnas poſſeſſionis commoditates. ibid.
Et hæc ſententia paſſim in iudiciis obſeruatur. ibid.
Teſtes ſingulares in poſſeſſoriis recipi neque tutum neque abſolutum. ibid.
Poſſeſſio, reſpectu quidem proprietaris eſt minoris & aliquãdo reparabilis, ſed quoad ſe, per quam magni & grauiſſimi præiudicij. 399
Qualis qualis poſſeſſio, exhilarat ſuum domi-

dominum poſſeſſorem. ibid.
Infinita ſunt & magna poſſeſſionis commoda. ibid.
Poſſeſſor percipit fructus. ibid.
Poſſeſſio, omnium primus & generaliſſimus eſt acquirendi modus. ibid.
Habet præſidia retinendi, recup. & ſeſe defendendi. ibid.
Poſſeſſor, eo ipſo, quod poſſidet, plus iuris habet quam qui non poſſidet In pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis. 400
Poſſeſſio releuat ab onere probandi. ibid.
Titulum poſſeſſionis, regulariter, nemo cogitur docere. ibid.
Poſſeſſor dominium retinet, ſi aduerſarius probatione cadat. ibid.
Poſſeſſor, plus iuris eatenus habet, quã qui non poſſidet. 408
Poſſeſſori, ſua poſſeſſio eſt liquidiſſima probatio, donec cõtrariis luculentis probationibus per viam legitimæ cognitionis euincatur. ibid.
Poſſeſſorio retinendæ, vincit, qui meliorem probationem habet, ratione forſan tituli & antiquitatis. ibid.
In pari cauſa probationis, pro poſſeſſore iudicatur, contra eum qui prior agit. ibid.
Poſſeſſio momentanea quid. 6.16
Poſſeſſorium an reuera duplex, ſummarium ſiue ſummatiſſimum, & ordinarium, ſiue plenarium. 6.17
de Poſſeſſionibus non modo interdictis, ſed aliis quoque actionibus experiri licet. 25. 40
Poſſeſſio quaſi pedum poſitio. 9.53
Poſſeſſionis adiudicatio irreparabile catenus præiudicium continet. 419
in Poſſeſſoriis iure etiam veteri facta fuit probationum communicatio. ibid.
Poſſeſſorij cauſę, leuis atque modici habentur pręiudicij, in quibus leues & ſemiplenæ probationes ſufficiant. 392
Sine vlla etiam iuramenti ſuppletotij neceſſitate. 392
Poſſeſſoria cauſa quibuſdam habetur vilis ac modici præiudicij, quod in petitorio poſſit reparari. ibid.
Omnis poſſeſſorij cauſa habetur ſummaria. ibid.
in Poſſeſſoriis ordo iuris & legitima probatio obſeruanda. ibid.
omnis Poſſeſſor in dubio præſumitur bonæ fidei. ibid.
Poſſeſſor præſertim immobilium, non tenetur ſatiſdare. ibid.
Poſſeſſor habet in dubio, præſumptionem dominij. ibid.
Poſſeſſio eſt medium & cauſa præſcriptionis. ibid.
Poſſeſſio auferri nequit, ſiue plena cauſę cognitione ne per reſcriptum quidem principis. ibid.
Poſſeſſor non attentata inhibitione, vel interdicto poſſeſſionem impune continuat. ibid.
Poſſeſſor ex ſequeſtrata etiam poſſeſſione, ſi aliunde non habeat, alimentari debet. ibid.
Poſſeſſio operatur ius offerendi. ibid.
Poſſeſſionum cauſas, exigui præiudicij eſſe, & ſemiplenas ſaltem probationes requirere dicẽtes, reprehenſione digni: & quare. 401
Poſſeſſores multi, nulla etiam antiquiſſimæ & iuſtiſſimæ poſſeſſionis habent documenta, præter ipſam poſſeſſionem à maioribus acceptam. ibid.
Vbi iniquiſſimum foret, ſi ad ſemiplenas, vel quaſcunque alias aduerſarij probationes, moleſtarentur. ibid.
Poſſeſſionis momentaneę, vel alias iniquius habitæ, triſtiſſimi ſæpe exitus: Cum omnia ad paxillum vſque cum perceptis, & percipiendis reſtituenda. ibid.
Poſſeſſionum maxima vtilitas maximas ſemper rixas cauſata eſt. 14 86
Poſſeſſoria recuperandæ & detinendæ, erroris ἐξυλητοδίκαι appellata. 15.96
Præceptum interdictorium. 8.40
Præiudicia S. Imp. Cameræ declarantur, ex eo quod partes earumque aduocati ſtreperos & ordinarios proceſſus, in cauſis etiam interdictorum ſint vltro ſecuti. 382
Deinde diſtinguendum quoad mandata

iudicialia inter punctum petitionis ſeu mandati, & citationis ſeu cauſæ principalis. ibid.
Vtroque in puncto, quoad reconuentiones recipiendas vel reiiciendas rigor iuris in S. Imper. Camera obſeruatur. ibid.
Præſumptionis maior eſt autoritas, quam ſemiplenæ probationis. 394
Præſumptio iuris eſt liquidiſſima veritas, donec contrarium probetur. ibid.
Præſumptio hominis habetur pro ſemiplena probatione, quæ onus probandi vlterius transferat in aduerſarium. ibidem.
Præſumpta probatio eſt etiam veriſimilis. ibid.
Præſumptiuæ probationes ſufficiunt, vbi aliud repetendum eſt iudicium. ibid.
Præſumpta mala fides in longiſſimi temporis præſcriptione non attenditur: niſi vere mala fides probetur. 541
Præſumpta mala fides quænam dicatur? ibid. ibid.
Prætor in reddendo interdicto non ſtatim definit quæſtionem, ſed iudicio præparat. 14.83
Prætor, acturis ex albo, actiones non obtrudebat, ſed deligere cum iudicio permittebat. 28 53.58
Prætor nunquam debet permittere, vt ad arma veniant, quos poteſt iuriſdictione ſua componere. 8.49
eoque reſpectu interdicta, ſalno vt plurimum petitorio, vel hypotheſi redduntur. 9.50
Princeps imperii in Camera Imp. contra priuilegiatas principum inſtantias reconuenire nequit. 38
Probationum frequens fit mentio ſub interdictis. 391
Quales probationes in interdictis requirantur maxima eſt Doctorum pugna, quæ ad 15. quaſi claſſes, & vltra redigitur. 391
Probationes ſufficientes reputantur, non ex arbitrio iudicis, ſed ex ductu, vi, cauſaque ipſius probationis. 409
qualis qualis probatio ſufficit, ſi de ſcandalis, vel armis inhibendis agatur. 409.
quod ad ſtatum veræ poſſeſſionis, non producendum. 410
de ſolennitate probationum in poſſeſſoriis ſæpe diſputatum. 413
teſtes enim parte non citata & iniuratos recipi poſſe aiunt. 413
teſtes iniurati faciunt præſumptionem & probant in quali quali petitione. 413
iuramentum teſtis, eſt ſolẽnitas iuris ſaltem ciuilis non gentium. 413
in Summariis, vti & poſſeſſoriis iudiciis, nõ requiritur publicatio atteſtationum, neque admittitur teſtium repulſatio. 413.
alii econtra partis citationem & iuramentum teſtis in ſummario etiam poſſeſſorio requirunt. 414
vel quia alia cauſa ſummaria vbi proceditur de plano. 414
in poſſeſſoriis quãtumuis ſummariis pleniſſimæ requiruntur probationes. 414.
Proceſſus regulariter non à præcepto, ſed citatione inchoandus. 11.69
Proceſſus ordinariæ actionis & iudicii. 13.16
Publicani illi vere dicti ſunt, qui vectigalia publica, id eſt, populi Romani, ſiue Principis, vel fiſci, certa penſione conducta habent. 544
ſunt vero & alii publicani, quos improprie, vel quaſi publicanos vocare poſſumus, iique quadruplices. 544
Primo ii, qui vectigalia non populi Romani, & vetere publica; ſed Reipub. cuiuſdam aut Municipii conducta habent. 545
ſecundo qui non vectigalia telonii, ſed ſalinas, picarias, cretifodinas, metallorũ, rerumq; ſimiliũ reditus, fiſco, vel Reip. debitos conduxerunt. 545
tertio qui agros populi Romani, vel & municipii vectigales, hoc eſt, emphyteuticarios, vel quo alio canone obligatos habent conductos. 545
quarto publicanorum loco habentur, qui quæ neq; alia tributa vel populi Romani

mani, vel Reipub. conducta habent. 545.
hinc cognoſcere licet, quod pro varietate ipſorum publicanorum, ipſum quoq; vectigal aliter accipiatur. 545
quemadmodum & litium, rerumq; aliarum: quinimo & dotis Vectigal conſtitutum fuiſſe legimus. 545
quorum omnium vectigal, eadem qua publicanorum proprie ſic dictorum ratione, interdicto hoc tenetur: ita vt Magiſtratus nō modo eiuſmodi publicanorum, ſed & ipſorum vectigalium quorumcunq; cauſam publicā interdicto tueatur. 545
neque obſtat quod l. 1. in fin ff. ſi ager vectig conductoribus agri vectigalis in rem actionem dat aduerſus quemuis poſſeſſorem: quia hoc non de cauſa ipſius domini vel magiſtratus, quatenus iam per ſe ſatis liquida & probata eſt: ſed de dubia vel pari poſſeſſionis cauſa ipſorum conductorum accipiēdum eſt: quatenus per in rem actionem probandum primo & deducendum eſt, agrum vectigalem recte peti. 545
alias Publicani qualeſcunque, in liquida conductionis cauſa, etiam aduerſus tertium, iniquius moleſtantem aut turbantem, interdictum habent 545
ſexto omnes fiſcales vel publicæ exactiones & contributiones, item cenſus, & collectæ quatenus in matriculam receptæ: vel & alias certæ, aut legitime conſtitutæ, & receptæ ſunt, celerem interdicti proceſſum, non tantū admittunt, ſed & poſtulant. 545
cenſus & monumenta publica potiora teſtibus eſſe ſenatus cenſuit. 545
etiam contra clericos, tributum ſoluere ceſſantes, ſummariter procedendum erit. 546
Multi textus clariſſimi, paratam executionem liquido, & diuerſimode ferētes, recenſentur. 546.
alius apprehenſionis modus proponitur in l. miſſi C. de exactoribus tributor. 546.
in Imperio ſub mandatis pœnalibus, & pœnis quidem pecuniariis, vel certis, vel dupli, &c. ſolutio collectarum imperari ſolet. 546
atque ita in eiuſmodi contributionum & collectarum cauſis ſummariiſſime & ſine magno ſtrepitu, ad emiſſum Interdicti vel præcepti monitoriū procedi, omnium eſt communis ſentētia. 546
ſeptimo. 547
octauo. 547
Publicationem atteſtationum tum reprobationem teſtium in ſummario poſſeſſorio alii plane reiiciunt. 417
etiam in litigioſæ poſſeſſionis remedio. 418.
Præſertim ſi tertius interueniat. 418
in caſibus ſcandali & armorum publicatio actorum aut reprobatio teſtium non admittitur, ſecus ſi de veræ poſſeſſionis agatur præiudicio. 418
quod DD. etiam aliquantula ſub nube animaduerterunt. 418
Publicatione illa non eſt opus ſi neutra pars quidquam probet, ita vt iudex ad ſequeſtrationem procedat. 418
vel ſi ſummus cauſæ fauor, ob notoriam & euidentem partis iniuſtitiam omnem hæſitationem excludat. 418
vel ſi cauſæ vtilitas multam diſputationē reſpuat. 418
vbicunq; de poſſeſſionis præiudicio agitur, & aliquid dubii ſubeſt, facienda eſt communicatio actorum, ad opponendum legitimas ſi quæ ſint exceptiones. 418
DD. publicationem atteſtationum, &c. in ſummario poſſeſſorio reiicientes intelligendi ſunt ſub conditione ſi nulla legitima adſit publicationis cauſa. 418

Q

Quorum bonorum interdictum petitorii quidem præſuppoſito nititur, ſed ita vt de aſſequenda poſſeſſione potiſſimum

Digitized by Google

tiſſimum laboret, ſaluo pleniore petitorio. 315

R

Reconuentionum admiſſionem pendere ex arbitrio iudicis, iuxta quoſdã. 383
Reconuentiones plane reiiciendas eſſe niſi talis ad cauſam conuentionis ſint habilitatis & naturæ vt pari paſſu ambulare & decidi valeant. 383
Reconuentionum vel nullus vel exiguus eſt vſus in Gallia, Saxonia, Luſitania. 384
Reconuentio ſi magnum aliquem ſui vſum habuiſſet in cauſis Interdictorum, prætor vtique monuiſſet. 381
Reconuentio vel interuentio tertii quomodo procedat in cauſa ſpolii. 375
Reconuentio per viam quoque exceptionis opponi & expedini poteſt. 363
Reconuentionib. in puncto mandati nullis admiſsis, niſi quæ cum cauſa conuentionis de paritate & fauore iuris certent. 382
de reconuentionis foro ad ſolius rei fauorem minus hæſitandum: ſimulq; curandum ne actori eiuſq; magiſtratui inſolens fori præiudicium fiat. 383
cauſa reconuentionis vtrerum matris necdum egreſſa vel abſtiuſis receſsib. inuoluta non venit in concurſum natæ iam & liquidæ actionis. 383
liquidi cum illiquido nulla eſt compenſatio vel reconuentio. 383
Reges & ſapientes & iuſti nunquam impedire forum videntur. 49.88
Regula nulla tam eſt firma quæ exceptionẽ non admittat. 340
quod etiam interdictis accidit quoad exceptiones. 340
Reipubl tuitio ſumma in legibus & armis. 49.90.
Remedium reſtitutionis in integrum concurrere poteſt cum exceptionis replica. 361.
Remed. recuper. vel reintegran. iudex ex officio ſuo nemini dat. 82.57
Renunciatio fori quatenus pœnitendo reuocari queat. 342
Retentionis ius exceptiones parit compoſitas ad reſtituendum. 361
vti & actio locati conducti &c. 361
item nullitas ſententiæ. 361
& noui operis nunciatio: & fideiuſsio. 362
item legatum & inſtitutio teſtamentaria. 362.
Retinendæ interdictum vtile eſt etiam illi qui petitorio obtinuit. 329
cum petitione hæreditatis cumulari poteſt interdictum Quor. bon. vel l. fi. C. de edict. diu. Ad. 329
Retinendæ & recup. remedia, fauorabiliora ſunt, quam adipiſcend. 395
Reus exceptione ſpolii ſuccumbens nõ prohibetur poſtea alia actione experiri. 364
multo igitur magis ſi obtinuit, reſtitutionem flagitare poterit. 364
Rubrica ff. de interdictis defenditur. 32.78
Rubrica titul. ff. de Interdictis. 21.1
Rubrica de interdictis ſiue extraordinariis, quæ pro his actionibus à Tribon. facta. 31.65
cum iuris veteris & noui confeſsione. 31.66.

S

Semiplena probatio admittitur in cauſa modici præiudicii, cum nulla in contrarium ſunt indicia. 407
Sententia & res iudicata non modo exceptionem ſed ſæpe etiam ſimul actionem petit ac tribuit. 361
Solennitates formularum & impetrationum poſtea ſublatæ. 23.18
de ſpolii exceptione recte exploranda neceſſaria eſt quæſtio, an in omnibus poſſeſſoriis obtineat, & an ne præter actionis ſuſpenſionem ſpolii reſtitutionem operetur. 356
Spolii exceptio admittitur in iudicio non tantum recup. ſed etiam retinend. & adipiſcendæ. 356
exceptio ſpolij regulariter dilatoria eſt ante lit. conteſt. proponenda. 357
& quindecim dierum ſpatio poſt obiectionem

Digitized by Google

ctionem probanda. 357
quod tamen ita ſtricte non obſeruatur, ſed iudicis arbitrio committitur. 357
ordinaria probandi via procedit etiã per reſponſionem partis: vbi probationis maturatio non eſt in poteſtate excipientis. ibid.
Sufficit articulos probationis intra 15. dies produci. ibid.
in S. Imp. Cameræ iudicio quindena iſta obſeruatur. 358
friuola ſpolij exceptio non admittenda. ibid.
Sed & quindena, vbi partium præſentia vel & exceptionis fauor maiorem dilationem non deſiderat, recte obſeruatur. ibid.
exceptionem ſpolij actionis ſaltẽ ſuſpenſionem operari dilatitium eſt: actorem vero, per id, ad reſtitutionem niſi voluntarie faciat, cogi non poſſe. & ita Com DD. ibid.
reſtitutio ſpolij, quoad reum, ſola reconuentione obtinetur: cum omni damno & intereſſe ad minimum vſque teruncium. 359
Sed reus interim vti & actor in vtraque cauſa tenetur procedere. ibid.
Studiorum, hoc eſt, liberalium artium, linguarum & diſciplinarum: & in iis diuinarum cumprimis & ſacrarum legum cauſa, res ſacra eſt. 488
in ſacris eiuſmodi ſtudiis, docẽdo diſcendoque, verſantes aut peregrinantes, in rebus locisque ſacris verſantur. ibidem.
Sic & ipſi Studioſi, ſi modo digne & recte verſentur, ſacri & inuiolabiles habendi vndique ſunt. ibid.
Suſpẽſio à tutela, vel aliis officiis, quoad tẽporalem cauſæ cognitionem, cẽſetur eſſe momentanea. 195.
Suſpenſio petitorij an in omnibus cauſis admittatur. Et reſpectu trium poſſeſſoriorum. 314
an poſt litem conteſtatam? 315
vſque ad cauſæ concluſionem. ibid.
an Suſpenſio petitorij admittatur poſt receptas atteſtationes. ibid.
petitorij Suſpenſio an ſemel tantum, vel pluries admittatur. 316
an licite fiat probato petitorio? ibid.
Suſpendens petitorium an teneatur refundere expenſas? 317
an Suſpẽſio petitorij admittatur ſi commiſſio ſuper vtroque facta? ibid.

T.

Teſtamentum quaſi mentis teſtatio. 8. 53.
Tertius interueniens quatenus definitum poſſeſſorium vel petitorium ſuſpendat, remiſſiue. 337
Teſtati cauſa præoccupat cauſam inteſtati. 361
Teſti crimen aliquod obiicitur, dupliciter, vel ſolius defenſæ ergo ad infirmandum teſtimonium, vel & pœnæ aut accuſationis ergo. 464
Teſtium nomina cum directorio & articulis ſunt edenda. 417
Teſtes non citata parte & iniurato recepti, nullam faciunt fidem, etiam in ſummariis. 414
Theophilus eſt interdictorum interpres vere theoricopracticus. 1277
Titulus de mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando, à tit. de religioſ. & ſumptibus funer. male eſt ſeparatus: cũ ſint eiuſdem argumenti. 496
de mortuo inferendo & ſepulchro ædificando, prętor interdictum propoſuit inhibitorium & quidem duplex. ibidem.
Tribonianus accuſatur. 31.70.& ſeq.
defenditur. 3172

V.

Viarum quædam publicę ſunt: quędam vicinales, & quædam priuatæ Et quæ ſint publicæ viæ. 510
quæ ſint viæ vicinales. 511
Vicinales viæ quatenus ex publicis, vel & collatis priuatorum agris factę ſunt, quarum memoria non extat, publicarum

Digitized by Google

viarum numero ſunt. ibid.
Vlpianus admodum notáter diſtinguit, inter vias vicinales, quæ ex collatione priuatorum iter conſtituunt:& illas, quæ ex collatione priuatorum reficiuntur. Illæ plerumq; priuatæ ſunt, niſi vltra memoriam, vel alias legitima conſtitutione publicum plane vſum induerunt. 511
hæc vero via, quæ ex collatione reficitur, non vtique ob id ſtatim priuata eſt. Refectio enim idcirco de communi fit, quia vſum vtilitatemq; communem habet. ibid.
priuatæ viæ dupliciter accipi poſſunt, vel hæ, quæ ſunt in agris, quibus impoſita eſt Seruitus, vt ad agrum alterius ducāt: vel hæ, quæ ad agros ducunt, per quas omnibus permeare licet, in quas exitur de via conſulari. ibid.
Vias has, quæ poſt conſulatem in villas, vel in alias colonias ducunt, arbitratur Author publicas quoque eſſe. ibid.
Violenti omnes vindictam & pœnam regis incurrunt. 49.85
Violant maieſtatem Legis & Regis. ibid.87
Vox eſt non tantum prætoris Romani, ſed Dei ipſius, & omnium gentium, quod iudicia magiſtratuum in medio poſita ſint, vt nemo ſibi ipſi valeat permittere vltionem. 46.56
ne in viliſſimos quidem Iudæos. ibid.57
Vſuræ ſi extra obligationem ſolo iudicis officio peti poſſent, etiam poſt iudicatum adiudicari poſſent. 78
Vſuræ ſi extra obligationem ſolo iudicis officio peti poſſent, etiam poſt iudicatum poſſent adiudicari. 79.19

Z.

ZAſij & Oldendorpij opinio de interdictis. 41.14

F I N I S.

605599

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google